relinquendus eſt locus. Etiam ſicut a Deo elementa in ordinem debitum redacta ſcripſit Ouid. ita ab optimo quoq; principe iuſtitia mediante agreſtis inconditaq; hoīum multitudo ad felicitatem politicam viteq; melioris commoda traducitur. Quod optime peragitur, ſi quelibet reſpublica legibus et inſtitutis ciues inter ſe et ad principem ordinantibus decoretur. Principem autem ampliſſimis virtutibus, et preclariſſima moruꝫ elegantia (cum neminem plura et meliora ſciri oporteat q̄ principem) decens eſt exornari, vt ſua prudentia clementia, miſericordia, pietate, humanitate, manſuetudine, dilectione, beniuolentia, caſtitate, largitate, munificentia, ac charitate, ſuoq; recte viuendi exemplo ſubditi ad bene beateq; viuendum innitentur, et que reipublice conducere deprehenderit, diligentiſſime exequat, atq; vnumquēq; de republica bn̄ merentem honoribus et premiis (tranſgreſſores penis cohercendo) pſequatur. Hoc voluit ille latine eloquentie parens Cicero Officiorum primo. Omnino qui reipu. preſunt, ſeruent duo precepta platonis. Vnum vt vtilitatem ciuium ſic tueant. vt quecunq; agunt ad ea referant obliti commodoꝝ ſuoꝝ. Alteꝝ vt totum corpus reipu. curent, ne dum partem aliquam tueantur reliquas deſerant, vt. n. tutela, ſic pcuratio reip. ad eorum vtilitatem qui commiſſi ſunt, non ad eoꝝ qbus commiſa eſt, gerenda eſt. Qui autem parti ciuiuꝫ conſulunt, partem negligunt, rem pnicioſiſſimaꝫ in ciuitatem inducunt ſeditionem atq; diſcordiaꝫ ſubditi aūt et principem reuereant et inter ſe cōcordi pacis foedere ſocient. Nam (Caſſiodori teſtimonio) nobiliſſimi ciuis eſt patrie ſue augmēta cogitare. Quod facile euenit ſi ipſi cum principe remp. ſumma pſequant dilectione, eoꝝ exemplo inducti, qui pro patria labores quoſcunq; ac vulnera et mortes libentiſſime exceperunt, vt Hor. Cocles. Mutius Scęuola. Curtius. Fabritius. Camillus. Marcus attilius. duo Decij. et Brutus primus Romanoꝝ conſul. et Manlius Torquatus, qui etiam propriis liberis non pepcerunt. Scipiones. Fabij. Aemilij. Lopyrus. Perſes. Codrus rex Athenienſium Leonides ſpartanus, et omnis illa iuuentus Cannis conſumpta, aliiq; multi Romanoꝝ et aliaꝝ gentium, quos docent veterum hiſtorie. Sed hac infelici tempeſtate dictum Ouidij verificatum eſt. Nullus adhuc mundo prebebat lumina Titan. Sol qui Titan dicitur ſuo lumine cuncta irradiat ſuo ſplendore cunctam illuſtrat. Sic et cuiſlibet et reipublice Chriſtiane principes, prelati reipu. moderatores, preclaris virtutibus mundum habent, mundanos peccatores ſibi ſubditos, virtutum claritate illuminare debent. Sed proh dolor iam Sol verſus eſt in tenebras. O īfideles viri, nam hi qui cū ad dignitates et prelaturas ſublimarentur, promiſerant ſibi redito gregi eſſe in virtutis exemplum facti ſunt in ſcandalum et in ruinam. Principuꝫ ſiquidem multi vtriuſq; poteſtatis (temporalis ſcilicet et ſpiritualis quorum actio tantum debet populi actionem tranſcendere, quantum ſupereminent officij dignitate, iam auaritiam, ambitionē,

Principes debent eē virtuoſi

Diſcordia in ciuitates pnicioſiſſima

Codrus

lubricitatem, ceteraſq; aīi peſtes inſequentes ad ſubditos pditionis exempla tranſmittunt. Quid igit a vitioſo principe expectandum? Quid a paſtore peccatoꝝ turpitudinibus deturpato ſperandum? Quid a ſubditis ſua ſorte non ꝯtentis, ſed ad principatuum atq; dignitatum q̄ via Deus nouerit anhelantibus faſtigia? Reipu. interitus, pacis exilium Sine qua qd eſt qd non corruat, dilabat, annihileť cum qua qd eſt qd non creſcat, emineat, efferať? Audite o pacis inimici, que peſtis tuum o aſſyria regnum demolita eſt? Diſcordie. Quis te tam late imperantem inuaſit Grecia? Seditio. Quis libertateꝫ veſtram eripuit, Perſaꝝ ac Medoꝝ reges? Inimicitie. Quis Lacedemonij vos conuertit? Odia. Qui athenienſes) Sicionios, Iudeoſq; proſtrarint? Bella. Quis te o Roma mundi dn̄a quaſi in ſeruitutem redegit, que orbes ēt remotiſſimos tuo Marte ſubegeras? Factiones. Quis Turchis et Barbaris ꝯ fidem Chriſti arma porrexit? Contemptus et negligentia pacis. Non pugnat mō Iulius et Pōpeius Nō Scipio pro delenda Carthagine, ſed nos aduerſus nos ipſos pro fide delenda, diſcordia ēt odio certamus. O tpa calamitoſa. O infelicē tempeſtates. Aues nidū ꝯgerunt. oua fouent. pullos alunt. nos hoīes, nos rationabiles, nos quaſi diuinū qddam hn̄tes, nidum mr̄is noſtre fidem catholicā, eccleſiā pacem, pullos pro quibus Chriſtus non dubitauit mortis tormentum ſubire, laceramus euertimus. O dolendam tpm hoꝝ conditionem, in qua ad paruulam tpis morulam tolerare ſocius neſcit ſociū, frater fratrem, proximus pximum. Vix reperienda eſt etiam eoꝝ, qui ſe iuſtos predicant, abſq; diſcordia congregatio. Vbiq; ſecte. vbiq; factiones. vbiq; voluntatum et aīorum contrarietates. O quantos decepit de ſe ſuperba preſumptio, et ſui ipſius elata opinio. Quid igit agendum o principes? Refrenate libidines, ſpernite voluptates auaritias coercere, ceteras aī labes repellite. Ab grege veſtre fidei cōmiſſo reijciende diſcordie, odia reſtringenda pacis foedera (Virgilio teſte) amplectenda, dum eleganti ſſime cecinit. Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus oēs. Hanc ſiqdem pacem, hanc concordiaꝫ elementa ex illo Chaos (Ouidij teſtimonio) educta ex elementis mixta planete, ſtelle, celi ſydera, ac ea entia que vitam participant, vegetant. s. ac ſentiunt, fatentur edocent, predicant. Etenim omnia in numero pondere et menſura ſummus opifex ꝯſtituit. Apud quem tanta eſt pacis ꝯmodatio, vt hō in virgineo vtero factus in eius temporanea natiuitate hoībus bone voluntatis annunciandā cumauerit pro nobis moriturus teſtamento reliquerit Diſcipulis morte ſua triſtibus, vt eos conſolaretur. poſt reſurrectionem apparens ſalutis preludia fuerint pax vobis. Denique noſtram humanitatem ſibi hypoſtatice vnitas in celum delaturus. ad pacis foedera, quos dilexerat, inuitauerit. Pacem igitur diligite. Antiquum diſcordie chaos a qualibet republica expellite, vt premiorum pacis obſeruatoribus promiſſorum, ac a prudentio poetaꝝ Chriſtianiſſimo docto et eleganti carmine recitatorum efficiamini participes.

Virgilius Pax

Pax plenum virtutis opus,pax ſumma laborum.
Pax belli exacti pretium eſt,pretiumq; pericli.
Sydera pace vigent.conſiſtunt terrea pace,
Nil placitum eſt ſine pace Deo,nec munus ad arã.

Hanc deus & melior litem natura diremit.



Nam cęlo,et terras,et terris abſcidit vndas,
Et liquidum ſpiſſo ſecreuit ab aere cęlum.
Quę poſtq̃ euoluit,cęcoq; exemit aceruo,
Diſſociata locis concordi pace ligauit
Ignea conuexi vis,& ſine pondere cęli
Emicuit,ſummaq; locum ſibi legit in arce.
Proximus eſt aer illi leuitate,locoq;.
Denſior his tellus,elementaq; grandia traxit,
Et preſſa eſt grauitate ſui. circunfluus humor
Vltima poſſedit,ſolidumq; coercuit orbem.

RAPH. HANC Deus. Narrat quemadmodum chaos illud quod hactenus deſcripſit,in quattuor elementa a Deo fuit transmutatum. Itaq; diſtinctũ vt ęther omnium leuiſſimus ſupremum occupauerit locum. Proximus aer ceſſerit. Aqua et terra ꝓꝑ grauitatem in imo reſederint. Deus (Deus) autem ex ſtoicorum ſententia, vt eorum interpretatione vtar qui Diogenem Laertium verterunt, eſt animal immortale rationale,perfectum ſiue itellectuale. beatum a malo omni remotiſſimum, prouidentia ſua mundum.et quę ſunt in mundo diſponens omnia,non tamen ineſſe illi humanę formę lineamenta aiunt, Cęterum eſſe quidem opificem immenſi huius operis, ſicuti et patrem omnium. Apuleius quoq; de deo verus inquit opinio eſt, quę in cogitatione omnium hominum penitus inſedit. Deus originis non hẽre auctorem. Deumq; eſſe ſalutem et pſeuerantiam earũ,quas effecerit, rerũ. Neq; vlla res eſt tam pręſtantibus viribus quę viduata Dei auxilio,ſui nã contenta ſit. Hanc opinionem vates ſecuti,pfiteri auſi ſunt oia iouis eſſe plena. Ci. ẽt in conſolatione,vt ſcri. Lactan. Deum hoc mõ diffinit.Nec vero Deus ipſe qui intelligĩt a nobis alio mõ intelligi põt,niſi mens ſoluta quędam libera et ſegregata ab oi concreatione mortali oia ſentiens et oia mouens. (Melior natura) Et melior nã,meliorem nãm Deum vocat, qui mens et cauſa a platone appellat̃.Nam plato quoq; (vt Diogenes Laertius ait) duo rerũ principia poſuit,Deum ẽ nãm,quã informem et infinitã eſſe ait. Eamq; in quattuor elementa ignem,aerem.aquam terram a Deo,ſiue mente fuiſſe ꝯuerſam aſſerit. Hoc idem et Stoici ſenſerunt, qui vnum eſſe Deum aiunt, ipſumq; (vt ſcribit Sene.) et nãm et mentem et fatum et Iouem.multisq; alijs nõibus appellatum ex informi nã primum quattuor elementa genuiſſe. Nihil autem aliud eſt nã (vt idem Seneca ait) q̃ Deus et diuina quędam ratio toti mundo et ꝑtibus eius inſerta. (Dirimere) Diremit,diſſoluit. Proprie aũt dirimi dñr lites et prelia,cum diſſoluuntur atq; tolluntur. Alludere autem ad id vr̃ Naſo,quod Empedocles ait ex illa rerũ confuſione primum oium lites extitiſſe,mox amicitiam atq; concordiã qua omnia fuere copulata. (Liquidum ſecernere) Ab aere ſpiſſo.craſſo. in quo et nubes generantur et pluuię. Liquidum autem cęlum pro ęthere poſuit. Nam ęther et puriſſimus eſt et ab omni perturbatione alienus. Liqdum, purum. clarum. limpidum. ab omni corruptione remotum. Secreuit,ſeparauit atq; diſtinxit. Quę poſtq̃ euoluit,poſteaq̃ inqt Deus q̃ttuor elementa explicuit, ac ex illo aceruo, qđ chaos dicunt, eduxit, quãuis locis diſiuncta forent, quadam tñ concordia ea copulauit. (Qualitates elementorum) Nam (vt aiũt phyſici) elementa primis quatuor qualitatibus partim inter ſe conueniunt, partim a ſe inuicem diſſident. ignis.n.cũ ſit calidus et ſiccus aeri qdem caliditate copulat̃ ab eodem vero ſiccitate,qua terrę ſimilis eſt,ſeparat̃, Aer cum humidus ſit et calidus,humiditate aquę reſpondet, caliditate repugnat. Nam aqua humida eſt et frigida. Et frigidate quidem ſibi terram conciliat, humiditate vero eandem ab ſe alienat. Nam terra frigida eſt et ſicca. ita hac pace tam ꝯcordi elementa inter ſe vñr fuiſſe copulata. Ignea vis,periphraſis eſt ętheris atq; ignis, q ſupremum ꝓꝑ leuitatem ſibi locum vindicauit. Summa arce,excelſa et alta. Nanq; arces in eminentioribus vrbiũ locis exędificari ſolent. Legit, elegit. Proximus eſt aer illi, Aer inqt et leuitate ẽ loco ꝓxime ad ignẽ ętheremq; accedit. Nam aer ſi terrę aquęue comparet̃ leuis eſt. ſi ętheri grauis. Denſior his tellus,hoc eſt craſſior et grauior, (Elementum) Elementaq; grãdia traxit,h eſt ꝑtes magnas et grauiores ex illo aceruo ſecũ traxit. Proprie ãt illo ṽbo traxit vſus eſt poeta. Nã vi q̃dã nãli oia grauia et ponderoſa deorſum trahunt. Elementa vero pro ꝑtibus poſuit. Nam elementũ eſt, ex q̃ ꝑmo ꝓdouns

que ſiunt.et in qđ extremum reſoluunť. Et pſſa
eſt grauitate ſui,id eſt ob ſuā grauitatē in infimū
locū deſcendit.Omne.n.graue nã deorſum tendit.
Videť aūt qbuſdā.Ouid. tertium ab igne locū terrę
aſſignare,cū in vltimū detruſam fuiſſe pp graui
tatem,immobilitatemq; ꝯſtet.Sed Oui.ſcite recteq;
loqtur.Non.n.infima loca, ſed vltima terrarū ab
aqs occupata fuiſſe ait. neq; vulgi opinionem hoc
loco ſequr,vt qdam aiunt, qui aquā .vltimū ele-
mentū eſſe putant,qr totam inundari terras ab
aqua non vident.Sed aqua idcirco ab inundatio
ne totius terrę arceť, vt terrenis aialibus ī primiſq;
hoi loca non deſint. Quod ſi hoc non fuiſſet, aq
non minus q̄ aer vndiq; totas terrā ꝯplecteret. Id
quod innuit Oui.cum inqt. Solidumq; coercuit
orbem,hoc eſt ꝯtinuit ſolidū et durū terrę orbem.
Coercere.n.eā nō poſſet niſi vndiq; ipſas ꝯplecteret
Mediā nãq; oīm elemētorū terrā eē phyſici,i primiſq;
Stoici affirmāt.vñ et mūdi centrum eē phibeť.

LXVI. HAnc Deus et melior litem nã diremit.Diſtin
ctionem ſcđm productionis rerū opus deſcri
pturus.Oui.ea quę et Geneſeos literę et dictū a Mo
ſe poſitorū partitioni ac mūdi huius hornatui cō-
ueniunt.elegantiſſime deſcripſit.Moſes priſcus ille
legiſlator ac principij orbis huius Spirituſancto
dictante veriſſimus relator.Cęlum et terram (quā
inanem et vacuā ſcribit) ac tenebras ſup faciē abiſ
ſy,primę pductionis rerū diei tribuit.Quod Oui.d.
elegantiſſime cecinit, vt ſi Moſis pphetiam cum
huius libri principio ꝯferas videať poeta pelignus
qđ Moſes oratione ſoluta deſcripſerat,carmine re
ferre,primam ſiqdem rerū māſm ſignificans (quę
noīe cęli et terrę intelligitur) ita cecinit. Vnus erat
toto naturę vultus in orbe, Quem dixere chaos ru
dis,indigeſtaq; moles.Lucis quoq; carentiam teti
git.Lucis egens aer.Secunda die firmamentum,cę
lum ſydereum.s.in octauum ſtellarū fixarum(quę
ob earum a noſtro viſu diſtantiam ſcintillare vi
dent) et ſeptem errantium ſtellarū quas planetas
vocamus orbes diſtinctum, Moſes Deum produ-
xiſſe,et glacialem olympum(quē aquas ob dyaph
neitatem proprietatem aquę ſcriptura vocat, phi
primum mobile,theologi cęlum criſtallinum vo-
cauere) ab aquę elemento diſtinxiſſe tradidit Oui
dius et ſydereum cęlum,et ab elementis cęli criſtal
lini diſtinctionem,his carminibus poſuit . Sydera
cęperunt toto efferueſcere cęlo.Et liqdum ſpiſſo ſe-
creuit ab ęthere cęlum. Tertię diei aquarū ſub cę-
lo exiſtentium in maris ꝯgregationem , diuina
aſſignauit hiſtoria,vt terra quę a Deo odoriferis
herbarū floribus.virenti graminum decore,ſylua-
rum venuſtate, fructiferarumq; arborū varietate de
coranda erat, appareret.Oui.et terrę partem diſco
opertam fuiſſe,et Deum mari littora dediſſe, his
carminibus teſtatus eſt . Et terris abſcidit vndas.
Pro ripis littora pulſant . De terrę vero ornatu
ita ſubiunxit.Iuſſit extendi campos ſubſidere val-
les.Fronde tegi ſiluas . lapidoſos ſurgere montes.
Solis in diurnum,et Lunę in nocturnum illumina-
tionem productiones quartę diei operi Moſes prę
buit.Quę Ouidium carminum ſequentium teſti-
monio non latuerunt. Neu regio foret vlla ſu-
is animantibus orba . Aſtra tenent cęleſte ſolum,
formęq; Deorum, ſeptem planetas intelligit,quos
vt Deos deaſq; coluerunt antiqui . quorum Sol
quem Apollinem, et Lunam quam Dianam poe
tę vocauere, principatum obtinent . Quinta die
et maria piſcium , et aera volucrum varijs ſpecie
bus ornari voluit Moſes.Ouidius et piſcibus ma
ria et altilibus aera ceſſiſſe tradidit , Ceſſerunt ni-
tidis habitandę piſcibus vnde.Cępit volucres agita
bilibus aer. Diei ſextę diuinum opus Moſe ſcri-
bente fuere,variarum ſpecierum vita ſenſuſq; vi-
gentium animantia . Ac hominis ad ſummi opi
ficis imaginem , ex limoſo corpore (gratia cuius
cętera producta fuerant) ſpiritu rationali infuſo
admiranda creatio . Quid o Naſo poetarum in-
genioſiſſime de ſextę diei opificio ſentis ? Quid
taces , vt quid frontem demittis . Tene tuum
in hac diuinorum operum conſumatione de
ſeruit ingenium ? An potius tanta myſteria
te latuerunt ? Vnum exploratum habeo Deum,
cuius poteſtati cuncta ſubiacent, te vt cęteris gen-
tilibus etiam reprobis (Caypha teſtante) ad verita
tis incognitę promulgationem vti potuiſſe.Mul-
tas itaq; noſtrę fidei conſentaneas veritates per
te vt organum Deus reuelauit. Vides obſecro ad-
mirandum noſtre fidei in hominis creatione ab
Ouidio traditum myſterium . Animalia ſexto
die creata cecinit eo verſu. Terra feras cępit: Sub-
iungens memorabile dictis intulit. Sanctius his
animal mentiſq; capacius altę Deerat adhuc , et
quod dominari in cętera poſſet.Natus homo eſt,
ſiue hunc diuino ſemine fecit Ille opifex rerum
mundi melioris origo,et cętera.Quid elegantius,
quid verbis dici poteſt? Forſitan te mouebit opi-
ficis ab eo poſiti nomen prometheum vocat. Ia-
peti filium Mineruam in luteum corpus nonnulli
ſpiritum immiſiſſe ſcribunt.quorſum hęc Diuina-
rum perſonarum pluralitatem ſub velamento
neſciens tetigit Ouidius.Quid Prometheus aliud q̄
prouidum prudentemq; ſignificat . Quid Miner-
ua ex cerebro iouis,vt poetis placet nata , aliud q̄
ſapientiam ęternam denotat . Quid Iapetus qui
potens fuit,niſi eum cuius poteſtati cuncta ſubdū
tur demonſtrat . Prometheus igitur hominem
mundum minorem,Dei non dicam imaginem
ſed ad imaginem vniuerſi colligamentum , ſub-
ſtantiam duplicem,mundi huius dominatorem
recte feciſſe intelligitur.quia ſumma prouidentia
ſua ineffabili bonitate omnia in ſuos fines diri-
gens.vt ſuam bonitatem communicaret,quę ſpiri
tui ſancto tribuitur hominem produxit. Iapetus
potentia intelligitur quę patri in diuinis conceditť
Minerua ex cerebro Iouis nata ſumma.s.ſapientia
ſecunda in diuinis perſona,per quam facta ſunt
omnia (cum opera trinitatis ſint indiuiſa ad ex-
tra ſpiritum immittere etiam dicitur . Vides quid
(poetico velamine) veritatis occultaretur.Itaq; id
ab Ouidio a rerum creatione,diſtinctione et orna
tu ad hominis ex limo (ad Dei imaginem ſpiritu
infuſo) productionem,deducti ſumus .

Sic vbi diſpoſitam,quiſquis fuit ille Deorum,
Congeriem ſecuit,ſectamq́; in membra redegit,
Principio terram,nenon ęqualis ab omni
Parte foret,magni ſpecié glomerauit in orbis,
Tum freta diffudit, rapidiſq́; tumeſcere ventis
Iuſſit,& ambitę circundare littora terrę.
Addidit & fontes & ſtagna immenſa, lacuſq́;,
Fluminaq́; obliquis cinxit decliuia ripis.
Quę diuerſa locis partim ſorbentur ab ipſa
In mare perueniunt partim,campoq́; recepta
Liberioris aquę pro ripis littora pulſant.
Iuſſit & extendi campos,ſubſidere valles,
Fronde tegi ſiluas,lapidoſos ſurgere montes
Vtq; duę dextra cęlum,totidemq́; ſiniſtra
Parte ſecant zonę quinta eſt ardentior illis,
Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem
Cura Dei,totidemq́; plagę tellure premuntur
Quarũ quę media eſt, non eſt habitabilis ęſtu,
Nix tegit alta duas,totidẽ inter vtraq́; locauit,
Temperiemq; dedit, miſta cum frigore flãma.
Imminet his aer,qui quanto eſt pondere terrę
Pondere aquę leuior,tanto eſt oneroſior igne.
Illic & nebulas,illic conſiſtere nubes
Iuſſit, & humanas motura tonitrua mentes.

RAPH. Sic vbi diſpoſitam,hoc loco et quattuor deſcri-
bit elementa,et a qbus vnum quodq; ipſorũ eſt in
ſtructum. Quiſquis fuit,innuit ſe ignorare qs-
nam Deorũ ille fuerit,qui quatuor elementa diſti
Secare xit. Secuit,ſeparauit ac diuiſit. In membra re
degit,in partes deduxit. Principio terram,poſteaq̃
inquit Chaos in qua
tuor elementa diſti-
xit effecit vt vndiq;
terra foret rotunda,
varijſq; rebus inſtitu
eretur. Nenon equa
lis,hoc eſt vt ęqualis
Terrę de vndiq; eſſet. Duę. n.
ſcriptio negationes affirma-
tionem conſtituunt
Glomerauit,effecit
Glome in ſilitudinem magni
rare globi et pilę, quę ex
omni parte ſibi eſt
ęqualis . Glomerare
.n.eſt glomum. glo-
bumq; (qui vndiq;
rotundus eſt)efficere
A glomo autem ac
potius glomere (Nã
vtroq; modo decli-
natur vt ait priſcia.)
glomero verbum de
riuatur. Tum fre-
ta diffudit , hoc eſt
maria mediterrania
Grecum immiſit. Nam freta
Zonę proprie dñr maria
quinq; anguſta inter duas
terras exiſtẽtia,a fer-
uendo deducta.quos
greci prothmos vo-
Tume cant. Tumeſcere,i.
ſcere flari,in tempeſtatem erigi. Rapidis ventis, rapa
Aeris de cibus,oĩa ſecum rapientibus. Iuſſit , voluit. vt
ſcriptio Teren.Iubeo Cremetem ſaluere.Iubere autem pro
Iubere prie eſt imperare. Ambitę terrę , vndiq; a mari
Ambire circundatę Littora autem ꝓprie maris dñr.Nam
Littus littus eſt(vt Cel.diffinit) quouſq; maximus fluctus
Ripa a mari ꝑuenit.idq;.M.T.ait primum conſtituiſſe
cum arbiter electus foret. Stagna imenſa, maxi-
mas paludes. Cinxit,circundedit. Obliquis ripis,
non rectis.Ripę autem proprie ſunt fluminũ. Vñ
riparię hirundines dictę, quę in fluuiorũ ripis ni-
dos faciunt. Flumina decliuia, prona ac deorſum
labentia. Quę diuerſa locis, Fluminum nãm de
ſcribit.Nam q̃dam ab ipſa ſorbenẽ terra, q̃dam in
Campus mare deferunẽ. Campoq; recepta,campus eſt ter-
rę planicies.ſed hoc loco ꝓ ęquore ponit. Pro ri-
pis littora pulſant,pcutiunt,ac(vt verbo vtar Pli-
niano) lacinant.Eleganter autem littora a ripis
diſtinxit.Littora nanq; maris,fluminum ripę di
Subſiderẽ cuntur. Iuſſit et extẽdi campos.hoc eſt terrę pla-
Vallis nicies dilatari. Subſidere valles,in ima deſcen-
dere.Vallis autem ea ob longa concauitas dicitur
quę eſt inter duos montes vicinos.Vnde vallicula
diminutiuum deriuatur. Fronde tegi ſiluas,hoc
eſt arbores in ſiluis naſci,eſt.n. Synegdoche. Nam
et a parte totum intelligimus, et ſingularem nu-
merum pro plurali accipimus. Hanc vero figurã
etiam in ſoluta oratione frequenter vſurpamus.
Tegi , cooperiri.
Lapidoſos ſurgere
montes.hoc eſt mõ-
tes ſaxoſos in altũ
tolli.Mons. n. nihil **Mons**
eſt aliud q̃ terrę tu-
mor . Vnde etiam
montes tumuli di-
cuntur.Iuſſit autem
verbum eſt ſubaudi-
endum. Vtq; duę
dextra cęlum,quinq;
Zonis et circulis cęlũ
ſecatur in quinq; p-
tes,quibus diſtinguĩ
tur etiam terra.Earũ
duę vltimę frigore
rigent, mediam ſol
vrit, reliquę inter fri
gus et calorem ita
ſunt temperatę , vt
in ijs demum ani-
mantes habitare poſ
ſint. q̃ꝝ illarũ altera
in qua eſſe dicuntur
Antipodes nobis pe
nitus ignoretur.
Parte dextera , quę
ad arcticum vergit
polum partem dex-
tram vocat poeta,vt
ſiniſtram ad antar-
cticum. Zonę, cin **Zona**
gulę,circuli Zona vero apud gręcos ſignificat et
partem corporis quę cingitur et cingulum ipſiuſ,
vt,thorax et pectus dicitur et ipſius pectoris tegmẽ **Thorax**
tum. Quinta eſt ardentior illis, quintam poeta
mediam vocat , quam idcirco ardentiorem eſſe
ait,q per eam Sol decurrit. Onus incluſum,Pe
riphraſis eſt terrę . Nam terra quę eſt ponderoſa
quinq; zonis continetur atq; diſtinguitur. Plagę **Plaga**
Regiones.Qua in ſignificatione corripitur prima
ſyllaba,quę producitur cum vulnera ſignificant.
Æſtu feruore, ac nimio calore . Totidem inter **Aeſtus**
vtranq; locauit,hoc eſt duas temperatas inter ex-
tremas et mediam collocauit , quę idcirco ſunt
temperatę,quia et frigore participant et calore
Imminet his aer. Nunc aerem ita deſcribit, vt
omnia quę in eo fiunt,commemoret.
Tanto eſt oneroſior , ponderoſior grauior
Illic et nebulas, in illo inquit aere et nebulę cõ
ſiſtunt et nubes,Eleganter autem inter nebulas &
nubes differentiam ſignauit poeta . Nebulę enim
dicuntur vapores denſi haud longe a terris aquę
recedentes,Nubes autẽ vapor eſt humidus in ſubę

lime egreſſus, eodus denſitate sol obumbratur.

XXVI. Quiſquis fuit ille Deorum congeriem ſecuit. Ouidius fatetur ſe ignoraſſe qs Deorum ex illo antiquo chaos elementa ſecernens, mundi huius tam pulchram machinam effecerit. Licet iam ſuperius ſcripſiſſet. Hanc Deus et litem melior natura diremit. O gentilis iamdudum quod querebas Inuenimus. Et ex tuis ſcriptis que etiam ignoraſſe conuiceris, teipſum ſi viator adhuc eſſes docere poſſemus. In vltimo tui huius voluminis libro quid dicis? Proſpiciens prolum ſancta de virginibus natam. et alio in opere elegiaco carmine cecinſti. Illeq; ſyderea mundi qui temperat arcem. Exiguus tenero lac bibit ore puer. An furore poetico agitatus hoc ſcripſiſti? cum etiã aliquando ſcripſeris. Eſt Deus in nobis agitante calescimus illo. Vel potius ſibyllini libri quos legeras hoc tibi tradiderunt? Quiſquis fuit ille Deorum non ille profecto capitolinus Iuppiter. non Apollo. non turba falſa Deorum, ſed ille quem ignoraſſe te fateris. Cui et ante fidei ſuſceptionem aras dedicans Ariopagita, Dionyſius titulum indiderat Deo ignoto. Is erat, qui nec auribus percipitur. nec cernitur oculis, nec ſermone profertur. Mens enim ſola proſpicit, ſola intuetur. Quare mentis acumen erigere operepretium exiſtimo, vt fulgidum lumen nullis innixum tenebris effulgeat, et nobis veritatis radius eluceſcat. Naturali ſane cognitioni inherentes. Deum cognoſcimus per ſingulas mundi particulas vbiq; ſplendeſcere, ſuiq; a Deo mortalibus noticiam preſtare. vt non intelligere modo, ſed manibus etiam ipſis (ſi dicere fas ſit) liceat attractare. Vnde et vas electionis Paulus

Paulus Romanis ait. inuiſibilia enim a creatura mundi per ea que facta ſunt intellecta conſpiciuntur. ſempiterna quoq; eius virtus et diuinitas. inuiſibilia inquit. s. potentia, ſapiẽtia, bonitas, que perpulchre ex creaturis accipi poſſunt. Certe ſi rerum magnitudines ſpeculari voluerimus, facile cogneſcemus illud diuinum poſſe, a quo fluant vniuerſa, non

Salomō eſſe limitatum. Vnde ſapiens. Vani ſunt homines in quibus non ſubeſt ſcientia Dei, et de his que videntur bona non potuerunt intelligere eum qui eſt. nec operibus attendentes cognouerunt quis eſſet artifex. Sed aut ignem, aut ſpiritum, aut citatum aerem, aut girum ſtellarum, aut nimiam aquam, aut Solem aut Lunam rectores orbis terrarum Deos crediderunt. Quorum ſi ſpecie delectari Deos arbitrati ſunt, ſciat quantum dominator eorum ſpecioſior eſt. Speciei enĩ generator hec omnia conſtituit. Aut ſi virtutem et eorum opera mirati ſunt, intelligant ab ijs, quoniam qui hec cõſtituit fortior eſt illis. A magnitudine ſiquidem ſpeciei et creature poterit horum creator videri. Vniuerſum quippe mundum nutu non manibus fabricatus eſt opifex, qui et ſi lucem habet inacceſſibilem, homo tamen diuini operis inſpector, et ipſum omnibus rebus adeſſe, et vitam et motum cunctis communicare conſpiciet. Nam et animas corpori preſentem, ex motu et vita ſicut inuiſibilis ſit) cognoſcimus. Eodẽ et modo Dei ſpeculari nõ ſuadet, quod et Maronis dicta confirmant.

Principio celum, terras, campoſq; liquentes,
Lucentemq; globum Lune, Titaniaq; aſtra Virgil.
Spiritus intus alit, totoſq; infuſa per artus
Mens agitat molem, et magno ſe corpore miſcet

Summi etiam omnium opificis ſapientiam facile intueri potuerimus. Si ſplendidiſſimus Solis iubar. ſi naſcentis cornua Phebe. ſi Veneris. ſi Mercurij, ceterorumq; planetarum, reliquorumq; ſyderum ordinem ſuſpeximus, diuerſorum namq; diuerſi ſunt motus. Cuncta enim in numero, pondere et menſura, in modo, ſpecie et ordine ſapientiſſime collocauit, attingens a fine vſq; ad finem fortiter, diſponens ſuauiter. Vnde patientiſſimus Iob ſapiens eſt corde et fortis robore, quis reſtitit ille et pacem habuit? Qui tranſtulit montes et neſcierunt hi, quos ſubuertit in furore ſuo. Qui precipit Soli & non oritur, et ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo. Qui extendit celos ſolus, et graditur ſuper fluctus maris. Qui facit Arcturum, et Oriona, et Hyadas, et interiora Auſtri. Qui facit magna & incomprehenſibilia et mirabilia, quorum non eſt numerus. Iob
Deus cuius ire reſiſtere nemo poteſt, et ſub quo curuantur qui portant orbem, Qui extendit Aquilonem ſuper vacuum, et appendit terram ſuper nihili. Qui ligat aquas in nubibus ſuis, vt nõ erumpant pariter deorſum. Qui tenet vultum ſolij ſui, et expandit ſuper illud nebulam ſuam. Terminum circundedit aquis, vſq; dum finiantur lux et tenebre. Columne celi contremiſcunt et pauent aduentum eius, in fortitudine illius repente Maria cõgregata ſunt, et prudentia illius percuſſit ſuperbum. Spiritus eius ornauit celos, et obſtetricãte eius manu eductus eſt coluber tortuoſus. Vtinam nobis facultas daretur, vt alarum adminiculo in ſublimem aeris plagam volare poſſemus. Aut is equus alatus, quem ex Meduſeo ſanguine ortum poete fabulantur, nos per ampla aeris ſpacia deferri. Cerneremus ſiquidem terre ſoliditatem, maris diffuſionem, fluxum fluminum, aeris amplitudinem, ignis actiuitatem, aſtrorum curſus, celi rapidam velocitatem. O iucundam viſionem. O dulce ſpectaculum. Profecto vno eodemq; luminum motu, ſeriem mundi totius deprehenderemus, et in ſapientiſſimi artificis laudem eſſent omnium ora laxanda. At ſi diſtincte magis creatorem ex creatura inquirere volueris, Mercurium Trimegiſtum animaduertas. Hic in tanta hominum veneratione habitus eſt vt ob ſcientie, ſanctitatis, imperijq; magnitudinem, inter Deos relatus ſit, templaq; illius numini conſtructa ſint quamplurima. Hic inter philoſophos primus a philoſophis et metaphyſicis, ad diuinorum contemplationem ſe contulit. Primus de maieſtate Dei, Demonum ordine, et animarum immortalitate ſapientiſſime diſputauit. Nec vt philoſophus ſed velut propheta loquitur, canitq; futura. Eum ſi quidem Lactantius inter vates annumerat. Inter Sibyllas Aurelius aggregat Auguſtinus. Hic cupiens mortales Mercurius trimegiſtus.

Homĩs pulchra deſcriptio.

ni Dei cognitionem manuducere, ex hominis artificioſa conditione inquit ad Tatium filium. Age fili, circumſpice humani corporis opificium, cuius admonitione perdiſce. Quis tam pulchrę imaginis conditor? Quis oculorum pictor? Quis nares, aureſq; formauit? Quis labia diſtendit oris? Quis neruos tetendit atq; ligauit? Quis irrigauit venas? Quis oſſa cõceſſit ſolida? Quis carnem pellicula circumeunte cõtexit? Quis digitos, articuloſq; diſcreuit? Quis fundamenta pedum extendit? Quis perforauit poros, atq; meatus aperuit? Quis ſplenem coegit atq; compreſſit? Quis piramidem impreſſit cordi figuram? Quis pulmonis ſculpſit fiſtulas? Quis honoranda corporis membra in propatulo eſſe voluit? Quis obſcena in obſcuro prorſus abdidit, eaque ab aſpectu euntium voluit ſecreta tacere? Vide quomodo diuinę artis opera in vna eademq; materia demonſtrantur, ſingulaq; pulchra, recteq; dimenſa, necnon in proprijs officijs differentia. Quiſnam ſingula finxit? Quis tam pulchrę imaginis opifex? An vetus ille Demogorgon? an falcifer Saturnus? Cretenſis ne Iuppiter iſta cõpegit? An Iuno? An Prometheus ille Ouidianus ex luto effinxerit? Si ſecundũ rectę rationis dictamen reſponderimus, id certe dixerimus, ipſum inuiſibilem Deum, Prouidentiam ipſam ęternam, quę Promethei nomine deſignatur. non ſolum hominem, ſed et cuncta eſſe participantia, propria voluntate feciſſe. Etenim cum ſtatuam aut imaginem, atq; fabro vel pictore fieri nullus aſſerere audeat, admirandum mundi huius machinam, abſq; artifice conditam arbitrabimur? Minime. Ecce clara ratione deduximus, quam ſapientiſſime ſit omnipotens Deus cuncta moritus. Nam Aurelio doctore Auguſtino, in eo quem de ciuitate Dei deſcripſit libro, volente (exceptis propheticis vocibus) mundus ipſe ordinatiſſima ſui mobilitate et rerum omnium pulcherrima ſpecie quodammodo tacite, et factum ſe eſſe, et niſi a Deo ineffabiliter atq; inuiſibiliter ſe fieri potuiſſe proclamat. Bonitas inſuper Dei cognoſcitur ſa creatura mundi ab homine, ſcilicet cui datum eſt omni communicare creaturę, quem Ouidius mundum meliorem vocauit. Nam et mundus minor dicitur, et cum quibuſcumq; creatis in perfectione participat. Eſſe habet cum elementis et elementatis. viuere cum plantis. Sentire cum brutis. Intelligere cum angelis. Incorruptibilitatem cum cęlo parte meliori anima ſcilicet, in cuius productione diuina bonitas ei imaginis ſuę ſimilitudinem imprimendo elucaſcit, in cęteris etiam creaturis diuina deprehenditur bonitas. Quemadmodum enim res producuntur in eſſe per potentiam, per ſapien-

Et cum fulminibus facientes frigora ventos.
His quoq; non paſſim mũdi fabricator habendũ.
Aera permiſit. vix nunc obſiſtitur illis.
Cum ſua quiſq; regat diuerſo flamina tractu,
Quin lanient mũdũ, tanta eſt diſcordia fratrũ.

tiam gubernantur et diſponuntur, ita diuina bonitate conſeruantur et perficiuntur, quę quidem diuina bonitas ſe creaturę rationali ſumme communicauit, cuius humanitatem ſibi hypoſtatice vniendo, vt idem ſit deus et homo, non identitate naturę, ſed ſuppoſiti, qui nobis viam ad ęternę felicitatis premia, Lucretio teſte oſtendit.

Lucretius.

Veridicis bonis purgauit pectora dictis
Et finẽ ſtatuit cuppedis atq; timoris,
Oſtenditq; bonũ ſũmũ quo tendimus oẽs.
Quid foret, atq; viam monſtrauit limite paruo.
Quo poſſemus ad id recto contendere curſu.

Quatuor ventorum regiones.

Et non ſolam oſtendit, ſed etiam pręceſſit, ne quis difficultatis gratia iter virtutis horrerent. Igitur quem Ouid. fatetur ſe ignoraſſe, cum ſcripſit. Quiſquis fuit ille Deorum, etiam ſi viueret victori palmam daret. Deumq; omnipotentem cuncta produxiſſe fateretur. Sed more huius mundi ſapiẽtũ Paulo teſte, euanuit in cogitatiõibus ſuis.

Ætheris deſcriptio.

RAPH.

ET cum fulminibus, fulmina quoq; inquit et venti frigora adducentes in aere generantur. Fulmen autem ignis eſt ex concurſu ventorum diſſus in terramq; delatus. Fulminum vero multa ſunt genera, de quibus copioſe Plinius ſcribit. Ventus autem eſt impetus aeris in vnam partem fluentis. Venti vero principales ſunt quatuor, quos eleganter Ouidius deſcribit. Omnis ſane ventus frigidus eſt natura, quamuis auſter, qui per torridas zonam tranſit, calidus eſſe videatur. Mouita, commouita ac terrefactum. Vix nunc obſiſtitur illis, hoc eſt cum difficultate reſiſtitur violentię ventorum, quamuis vnicuiq; eorum propria loca fuerint aſſignata. Quod ſi totus aer illis fuiſſet permiſſus, de rebus humanis actum foret.

Fulmen

Ventus

Sua flamina, ſuos ſpiritus. Diuerſo tractu, diuerſis regionibus. Nam Eurus ab oriente. Zephyrus ab occidente. Auſter a meridie. Boreas a ſeptentrione flare dicuntur. Quin lanient mundũ, diſſipent ac dilacerent. Tanta eſt diſcordia fratrum, pulchra acclamatio, quali Virgilius quoq; vtitur. Tantę molis erat Romanam condere gentem. Venti autem idcirco fratres dicuntur, quod Aurorę et Aſtręi gigantis filij fuiſſe finguntur. Eurus ad auroram, quemadmodũ ſinguli e principalibus ventis ſingulas mundi partes ſunt ſortiti, perſpicue eleganterq; deſcribit poeta. Notum eſt autem mundum in quatuor partes diſtingui, in orientem, occidentem, meridiem et ſeptentrionem. Eurus aũt απο της ερεως, quod ab oriente flat, nominatur, qui latine dicitur Vulturnus, a conſimili vulturis volatu, cui ſimilis eſſe vr. Nabathęaq; regna, orientalia. Nabat, enim Iſmaelis filius, vt Ioſephus in antiquitatibus Iudęorum ſcribit, vna cum vndecim fratribus ſuis omnem terras ab Euphrate ad mare rubrum vſq;

Quatuor mundi ptes.

Eurus Vulturnus.

Nabatheϛ. poſitam tenuit. Nabathçamq; prouinciam nomi
nauit. Vnde Nabathça regna fuere appellata.
Perſis Perſidaq;, Perſis, quę et Perſia dicit, regio eſt Indiç finitima Varijs autem modis orientē flat Eurus, deſcribit, Iuga ſubdita. Montes ſubiectos.
Matuta. Radijs matutinis, radijs Solis exorientis. Matuta
enim eadem eſſe cu
Aurora, quę antecedit Solem, perhibet,
vnde matutinus declinatur. Veſper et
occiduo, Euro contrarius zephyrus, quē
Fauonium (q ſatis
omnibus faueat) latini appellant, ab oc
cidente flat. Proxima ſunt zephyro,
Zephyrus. Zephyrus ventus eſt
occidētalis απο του
Fauonius. ζωην φερειν, hoc eſt
a ferenda ſatis omnibus vita. Scythi
am, ſeptemq; triones
Boreas Boreas ventus eſt fri
gidiſſimus flās a ſeptentrione, qui lature ab impetuoſo aq

Eurus ad Aurorā, Nabathęaq; regna receſſit,
Perſidaq;, et radijs iuga ſubdita matutinis.
Veſper, & occiduo quę luttora Sole tepeſcunt,
Proxima ſunt Zephyro, Scythiā, ſeptēq; triones
Horrifer inuaſit Boreas contraria tellus
Nubibus aſſiduis, pluuioq; madeſcit ab Auſtro
Hęc ſuper īpoſuit liquidū, & grauitate carentē
Aethera, nec quicq̄ terrenę fecis habentem.
Vix ita limitibus diſcreuerat omnia certis,
Cum, quę preſſa diu maſſa latuere ſub ipſa,
Sydera cęperunt toto fulgeſcere cęlo.
Neu regio foret vlla ſuis animalibus orba,
Aſtra tenent cęleſte ſolum, formęq; Deorum.
Ceſſerunt nitidis habitandę piſcibus vndę
Terra feras cępit, volucres agitabilis aer.

Aquilo lę volans Aquilo nominatur. Boreas autē dictus
eſt (vt ſcribit Orion) a ſtrepitu quem efficit, vel
(vt alij volunt) απο της βορας, hoc eſt a nutrimento, q corpora maxime nutriat, et ſana faciat
Scythia autem regio eſt ad ſeptentrionem ſita a
Scytha Scytha rege denominata. Septemq; triones,
Triones priſca lingua triones boues dicebantur antiquitus.
Septentriones Septem autem ſtellę ita in ea parte cęli ſunt collocatę vt plauſtrum cum bobus effingere videantur
quę et ſeptentriones vocantur, et illi regioni ſeptentrioni nomen impoſuerunt. Non eſt autem
Tmeſis. hoc loco Tmeſis, vt quidam putant, qui eam Temeſin imperite vocant, cum biſyllaba dictio ſit,
non triſyllaba. Sunt enim duę dictiones, quę iun
ctę quidem ſeptentrionis nomen efficiunt.
Horrifer, horrorem ac frigus ferens. Contraria tellus, hoc eſt meridionalis plaga ſeptentrio
ni contraria. Pluuio auſtro, Auſter ventus
eſt calidus et pluuioſus a meridie flans, qui gręce
dicitur notus απο της νοτιδος hoc eſt ab humi
Auſter ditate. Auſter autem ab haurienda aqua latine vo
catur. Qui plura de ventis videre cupit, legat et Vi
truuium et Plinium et Aul. Gelli. et Senecam de
quęſtionibus naturalibus. Illi nanq; plures ventos
conſtituunt. Cęterum Ouidius Homerum, Virgiliumq; eſt ſecutus qui ſingulis cęli regionibus ſingulos attribuunt ventos. Hęc ſuper impoſuit.
Aeri inquit quo venti regnant ſuperimpoſitus eſt
ęther, qui et grauitate et omni perturbatione caret. Vnde Lucanus Pacem ſumma tenent.
Liquidum ęthera, purum, ab omniq; fęce et per
Aether turbatione remotum. Aeter autem qui απο του
αιθειν, vt quidam putant, hoc eſt ab vrendo. Vt
vero ſcribit Ariſtoteles απο του αει θειν, hoc eſt
a ſemper currendo, deriuatur. Idem eſſe cum cęlo
a Cicerone perhibetur, in quo igneę formę curſus
determinatos efficiunt. Vix ita limitibus, cum
primum inquit elementa ſic fuere diſtincta vt ſu
perius eſt deſcriptum, ſtellę quę antea latuerant,
totum cęlum illuſtrare cęperunt. Di
ſcreuerat, diſtinxe Diſcernere.
rat. Vnde diſcreti ho
mies a vulgo appellari cęperunt, q res
diligenter diſcernere
ſciunt, Deus autem
ſiue melior natura
ſubaudiatur. Limitibus certis, hoc ē
terminis fixis ac im
mutabilibus. Sub
ipſa maſſa, ſub ipſo
aceruo, quod chaos
priſci vocarunt.
Preſſa ſydera, cū Sydera.
preſſa ac coercita, ne
ſplendore ſuum emittere poſſent. Sydus Sydus
autem latinum eſt
nomen, neq; cum
y grȩco ſcribendum, vt quidam putant. Eſt vero
ſydus id quod grȩci αστρον vocant, hoc eſt ſignū
ex multis ſtellis compoſitum. Stellę enim ſunt ſin Stella
gulares ac ſolę, neq; cum alijs mixtę, quę αστερες
a grȩcis appellantur, vt ſunt planetę. Sydera vero
ex pluribus conſtat ſtellis, vt Aries. Taurus, Corona, vt Macrobius in ſomnium Scipionis ſcribit.
Neu regio, Animalibus ita mundi partes
fuerunt exornatę, vt Dij et Aſtra cęlum tenerent. Piſces Maria ſortirentur, Ferę terras occuparent, Volucribus aer ſit aſſignatus.
Neu pro ne. Orba, priuata. Suis ani Neu
malibus, proprijs, ac ipſi conuenientibus.
Aſtra tenēt cęleſte ſolum, eorum ſequitur opinionem qui aiunt ſydera et Deos eſſe animalia
propter quod in diffinitione hominis mortalia
apponitur, vt a ſtellis et dijs quę ſunt immortalia
diſtinguatur. Eſt enim homo animal rationale Homo
mortale. Solum autem eſt quicquid rem aliquā Solum
ſuſtinet, vt nauium, piſciumq; mare dicitur eſſe
ſolum. hominum vero terra, auium aer, syderum
ac Deorum, cęlum, Vnde etiam natale ſolum pa Exul
triam dicimus, et exulem qui ex patria ſit expulſus quaſi extra ſolum ſit eiectus.
Ceſſerunt, proprie dixit, hoc eſt in diuiſione Cedere
obtigerunt. Cedere nanq; interdum ſignifi
cat in ius alicuius venire. vt hoc mihi cecidit, ideſt
in ius meum tranſit. alias cedere eſt abire et
locum dare.
Nitidis piſcibus, ſplendidis, ob aſſiduam lotio
nem. Terra feras cępit. i. terra animalia bruta
accepit. Ferę enim quanuis proprie proprijs animalibus, quę feritatem habent, accipiūtur, vt ſunt

Pardi, Leones. Vrſi, a poetis tamen frequenter pro omnibus brutis ponuntur. Ferę autem dictę ſunt ꝙ toto corpore ferantur. Volucres, aues a volando dictę. Volucris, interdum eſt adiectiuum et alatum ſignificat ac velox. Agitabilis aer, mobilis qui facile huc atq; illuc impellitur.

Ferę · Volucris · Agitabilis

LXVI.

ET cum fulminibus facientes frigora ventos, Ventos principales deſcribit Ouidius, qui Seruij et Lactantij teſtimonio Aſtręi Titanis et Auroręfuere filij. hos tradidit Lactantius a Iunone ob natum Epaphum incitatos in Iouem. quam ob cauſam et atris ſpeluncis abditi, et ſub Eoli imperio ſunt relegati. Pronapides vero in protocoſmo litigium e cęlo deiectum ad inferos deſcendiſſe conuentus furijs oraſſe vt vētis quieſcentibus venena inijcerent, vt furijs agitati Iouis regna inquietarent et omne cęlum terramq; concuterent, et ea cauſa ſub Eoli imperio cauernis recluſos ſcripſit. Phyſica autem ratio poetico tegitur velamine quę talis eſt. Ventos omnes et ab aſtrigero cęlo (quem aſtreum, vniuerſalem cauſam. mundum hunc inferiorem motu, lumine, et influentia gubernantem poetę vocant) et in aurora phyſici generari voluerunt, ꝙ ea hora (nautarum et auctoritate et conſuetudine, qui eo tempore ſublatis anchoris, et naues, et vitam ventorum flaminibus vndoſoq; mari credunt, et ſuam nauigationem vt plurimum incipiunt) oriri conſueuerint. Quos in Iouem a Iunone armatos ea cauſa cecinere poetę, quia e terrę (quę Iuno eſt) antris emitti, et in aerem (quem Iouis nomine accipimus) cum alibi nequeant impingi certum ſit. Eos autem ſub imperio Eoli ſpeluncis clauſos ideo fictum eſt, ꝙ Eolidis inſulę quibus olim pręfuit. Eolus, a quo et nomen acceperunt, antris ſint referte, in quibus notum eſt ventos generari. Ventus enim ex Ariſtotelis in Meteoris ſententia, eſt vapor ſiccus a terra reſolutus, cum aliqua virtute cęleſti compoſitus Auerro. ait Ventum vaporem eſſe frigidum et ſiccum ex terris et aquis per calorem ſolutum. Dictus eſt autem ventus a vehementia, quę in illo eſt, qua cęlum ac terram conturbat, maria concitat. Sub hoc poeſeos ventorum velamine allegorico ſenſu, pulcherrima continetur Geneſeos hiſtoria. Et enim venti ſuis flaminibus terrarum orbes concutientes, ac Iouis regnum perturbantes et ob eam rem in Eolicis carceribus recluſi. Teterrimos illos ſtygios ſpiritus quorum pars in vindictas tartarorum flammas. Pars in hunc aerem caliginoſum ob noſtrum exercitium, vt in carceres detruſa eſt, non inepte ſignificare poſſunt. Aſtręi venti finguntur filij. Dęmones et cęlo aſtrigero ſunt cū creati, et eius qui aſtris imperat creatione, et ſi nō culpa ſunt filij. Iob dicente. Affuit etiam Sathan inter filios Dei. in Aurora quodam ſplendore Solem pręueniente, qui perfecta lux non eſt, ventos volunt generari. Angeli ſua malicia reprobi effecti in ſplendore gratię qui diem ęternę beatitudinis cum fuerint viatores pręueniebant, ſunt producti quo ſplendore gratuito ſi bene vſi fuiſſent, illum ſplendidiſſimi ſolis lux perfectiſſima, dies nō ctem non habens, ſummi omnium opificis viſio beatifica, in eorum intellectu fuiſſet ſubſecuta. A Iunone (quę et terra eſt et diuitiarum Dea) ob natum Epaphum in Iouem ventos animatos finxerunt. Maligni ſpiritus illi, et ob eorum naturę quę terrea et fragilis ſi diuinę comparetur dici poteſt, et a ſuę excellentię diuitijs quas ingrati a Deo acceperant, ob Luciferum natum et productum, cuius excellentia ceteris pręſtabat, in Deum inſurrexiſſe, etiam Eſayę vaticinio dicuntur. Aſcendam in cęlum ſimilis ero altiſſimo. Aeternam ſiquidem felicitatem, quę ſoli naturę (cum ipſa felicitas) propria eſt. Ventoſi illi ſpiritus ambitione elati ſine meritis habere voluerunt. Appetierunt non naturę diuinę ęqualitatem cum eos maxima ſapientia pręditos hoc eſſe impoſſibile non lateret, ſed perfectam beatitudinem diuina gratia et eorum libero arbitrio ad actum meritorium eliciendum minime concurrente, merito ſcilicet non pręcedente. vt ſuę excellentię debitam voluerunt. Vnde exploſi e ſumma cęlorum arce in tartareas flammas, et in hunc aerem caliginoſum ceciderunt. Diuiſit enim Deus (Moſe ſcribente) Lucem a tenebris; Angelos bonos a malis. Quibus malignis ſpiritibus, vt ſub ventorum velamine ſcribit Ouidius ſummus opifex Deus libere aera non permiſit ſuis flamminibus (vt vellent) perturbare. His quoq; non paſſim mundi fabricator habendum Aera permiſit. Homine, ſcilicet vitales aerias auras attrahentes pro viribus et peruerſa voluntate infeſtare. Niſi enim viatores homines in aſſidua cum Demonibus pugna diuino fauore iuuarentur, omnes periclitari neceſſe eſſet. Sed proh dolor nimium vera de infeliciſſima noſtrorum temporum conditione Ouidius intulit.

Veritas fabulę · Ventus quid eſt · Ariſtote. · Auerro. · Ouidius

Vix nunc reſiſtitur illis, quibus? Dęmonibus omnes mundi ſtatus non iam impugnantibus, immo verius expugnantibus. Vbique enim ambitio. Vbique auaritia. Vbique venereę voluptates. Vbique bella. Vbique diſcordię, et (vt paucis multa comprehendam) totus mundus in maligno poſitus eſt. Senſu tropologico Eolus prudentem virum (cum Eolus et ipſe rex prudentiſſimus extiterit) ſignificat, qui Ventos ſuos regit artibus. in carcere clauſos frenat. Paſſiones, ſcilicet per ventos denotatas appetitus ſenſibilis, et illecebres carnis motus in rationem inſurgentes, quos vir prudens freno liberi arbitrij prudentia et ratione moderatur et regit.

Senſus tropologicus

Sed vix reſiſtitur illis, omnes enim carnis deſyderia ſpreto rationis regimine ſequuntur.

Fabulę tertię primi libri argumentum.

SANCTIVS et cętera. Separata erat terra a ceteris elementis. Sed homo nondum natus ipſius terrę futurus cultor ac dominus. Itaque promotheus Iapeti filius terram imbri molliuit. et ex hac hominem ad Dei ſimilitudinem et imaginem finxit cuius facies non prona vt cęterorum animalium eſſet, non terram, ſed cęlum ſpectans erecta.

SACTIVS his animal; vltimus animalium homo ex terrę limo ad imaginem, et ſimilitudinem Dei fuit creatus, ſiue a Deo totius mundi opifice, quod verum eſſe conſtat, ſiue a Prometheo Iapeti filio, quod poetę finxerunt. Sanctius his animal, Feris, piſcibus, et auibus, non Dijs hominē ſanctiores perfectioremq; accipiamus.

nullum aliud genus animantium pertinet. Cęlumq; videre iuſſit, ſic Cicero in legibus. Cum cętera animantia abiecisset ad paſtum, ſolum hominem erexit ad cęli cognitionem. Sic modo, hoc inquit modo terra, et ex ille rerum congerie fuit educta, et homines antea ſibi ignotos accepit, ex quorum varijs moribus quatuor diſtinctę ſunt ętates, quę a metallorum nominibus fuerunt appellatę. Sic modo, nunc per paulo ante. Modo

Altę mentis profundę memorię, magniq; ingenij. Et quod dominari in cętera poſſet; quod in reliqua imperium haberet omnia enim poteſtati hominis Deus ſubiecit. Ille opifex rerum periphraſis eſt Dei. nam Deus omnium rerum eſt auctor. Seducta, ſeparata. Cognati celi, ſimul nati. Nam terra vna cum cęlo ex illo aceruo quod chaos vocarunt, orta eſſe perhibentur. Quam ſatus Iapeto, hoc eſt Prometheus Iapeti filius. Qui ſi fuerūt homines, falſum eſt hominē primū a Prometheo ex terra cū aq̄ cōmixta fuiſſe formatum. Sed cū fabula ſit minime mirādum eſt ſi longe veritate abeſt. Finxit, formauit. In effigiem, in ſimilitudinem et imaginem. Moderantum, regentium et gubernantium.

Effigies

Sanctius his animal, mentiſq; capacius altę
Deerat adhuc, et quod dñari in cętera poſſet,
Natus homo eſt ſiue hunc diuino ſemine fecit,



Ille opifex rerum, mundi melioris origo.
Siue recens tellus, ſeductaq; nuper ab alto
Aethere cognati retinebat ſemina celi.
Quam ſatus Iapeto miſtam fluuialibus vndis
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.
Pronaq; cum ſpectent animalia cętera terrā,
Os homini ſublime dedit, cęlumq; videre
Iuſſit, et erectos ad ſydera tollere vultus.
Sic modo, q̄ fuerat rudis, et ſine imagine tellus
Induit ignotas hominum conuerſa figuras

Sine imagine, ſine forma et facie. Induit, accepit. Conuerſa, in figuras eam quam habet cō mutata.

SANCTIVS his animal mētiſq; capacius altę. Ouidi. perfecto iam mundo et vniuerſis animalibus figuratis, vt in domum compaginatam habitatorem introduceret, eum cuius gratia omnia corpora creata fuerant, hominem ex luto a Promutheo ad imagines dei factum deſcribit. Fuit autem Promutheus (Varro teſtimonio) Iapeti ex Aſia nymphą filius qui primus hominem ex limo terrę effinxit. Et vt Seui. et Fulgentius addunt, cum ex luto hominem inanimatum finxiſſet,

Lavt.

Promethei fabula

Pronaq; cum ſpectent, colligit homines ad imaginem et ſimilitudinem Dei fuiſſe creatum. cū enim alia animalia curua ſint in terram, homo ſolus ore ſublimi ad cęlumq; erecto preditus eſt, vt Deum ad cuius effigiem creatus eſt, aſſidue contempletur, et cęlum (vnde originem traxit) intueatur. Videtur autem poeta ex ſecundo Ciceronis de natura Deorum volumine hoc ſumpſiſſe, Ita nāq; illic eſt ſcriptum. Ad hanc prouidentiam naturę tam diligentem, tanq̄ ſolertem quę adiungi multa poſſunt, ex quibus intelligatur, quantę res hominibus a dijs quamq; eximię tributę ſint, qui primum eos humo excitatos celſos, et rectos conſtituit, vt deorum cognitionem cęlum intuentes capere poſſent. Sunt enim ex terra homines non vt incolę et habitatores, ſed quaſi ſpectatores ſuperarum rerum atq; cęleſtium, quarum ſpectaculum ad

miratam eius eximium opus Mineruam eiq; ſpondiſſe quicquid ex cęliſtibus bonis vellet in perfectionem operis ſui, qui cum reſpondiſſet ſe neſcire, niſi videret quę apud ſuperos ſibi eſſent vtilia, ab ea eleuatus in cęlum eſt, vbi cum cerneret cęleſtia omnia flammis animata, vt ſuo etiam operi flammam immitteret, clam ferulam rotis Phębi admouit, et ea accenſa ignem furatus reportauit in terras, et pectuſculo ficti hominis applicuit, et ſic animatum reddidit, eumq; Pandora vocauit. Quamobrem irati Dei, eum per Mercurium Caucaſo alligari fecerunt, et aquilę cor eius dilaniandum perpetuo dederunt, hominibus vero (Heſiodo teſte) morbos immiſerunt. Veritas fuit q̄ cum Promitheo Iapeti patris (eo q̄ natu maior eſſet) ſucceſſio deberetur. dulcedine ſtudiorum tractus vltro illam Epimetheo fratri relinquens in Aſſyr

Aurea prima ſata eſt ętas,quę vindice nullo
Sponte ſua ſine lege fidem,rectumq; colebat.
Pęna metusq; aberāt,nec verba minātia fixo
Aere ligabantur.nec ſupplex turba timebat
Iudicis ora ſui,ſed erant ſine iudice tuti.
Nondum cęſa ſuis peregrinum vt viſeret orbē
Montibus,in liquidas pinus deſcenderat vndas.
Nullaq; mortales pręter ſua littora norant.
Nondum precipites cingebant oppida foſſę.
Non tuba directi,non ęris cornua flexi,
Non galeę.non enſis erat,ſine militis vſu
Mollia ſecurę peragebant otia gentes.
Ipſa quoq; immunis,raſtroq; intacta,nec vllis
Saucia vomeribus per ſe dabat omnia tellus.
Contentiq; cibis nullo cogente creatis
Arbuteos foetus,montanaq; fraga legebant,
Cornaq;,et in duris hęrentia mora rubetis,
Et quę deciderant patula Iouis arbore glandes.

Neue foret terris ſecurior arduus ęther,
Affectaſſe ferunt regnum cęleſte gigantes
Altaq; congeſtus ſtruxiſſe ad ſydera montes.
Tum pater omnipotens miſſo pfregit olympũ
Fulmine, & excuſſit ſubiectum Pelion Oſſę.
Obruta mole ſua cum corpora dira iacerent,
Perfuſam multo natorum ſanguine terram
Immaduiſſe ferunt, calidumq; aĩaſſe cruorem,
Et ne nulla ſuę ſtirpis monumenta manerent
In faciem vertiſſe hoĩum, ſed & illa propago
Cõtemptrix ſuperum, ſęueq; auidiſſima cędis,
Et violenta fuit, ſcires e ſanguine natam,

RAPH. NEVE foret terris,
Gigãtes vaſtiſſimoꝝ
corpoꝝ hoĩes terrę fi
lij ſine patre pedes
ſerpentinos hñtes nõ
contenti cędibus ter-
ras foedaſſe, in tm̃
furorem venerunt, vt e cęlo Iouem depellere ſint
conati. Mõtes. n. montibus imponentes viam ſibi
muniuerant, qua Iouem cęlo detraherent. Sed Iup
piter fulminibus et gigantes interemit, et montes
in varias orbis partes diſiecit. Qui vero montius
ceciderunt in mare inſulę ſunt factę, vt Duris
ait. Qui aũt in terram pmanſere montes E terra
autem gigantũ ſanguine madefacta nati feruñt
hoĩes ſanguinarij ac cędibus maxime gaudentes
Gigantes autem (vt ſcri. Macro.) qd aliud creden-
dum eſt fuiſſe q̃ hoĩum quandam impiam gen-
tem Deos negantem et iõ ęſtimatam Deum pelle
re de cęleſti ſede voluiſſe. Gigantes autẽ dicti ſunt
απο του εκ της γης ιεναι hoc eſt ex eo qđ ex terra
exierint, vt ſcri. Orpheus l. viij. ſacri ſmonis ους κα
λεουσι γιγαντας επωνυμον μακαρεσσιν ουνεκα
γης εγενοντο και αιματος ουρανοιο. Illud non eſt
ignorandum Lyciam fuiſſe appellatam giganti-
am, et gigantes illam habitantes. Arduus ęther
Affectarẽ altum cęlũ. Affectaſſe pprie dixit. Nam affecta-
re ſigt aliqd nimium appetere, quod aſſequi non
poſſis repugnante nã. Olympum, mons eſt Ma
Olymp. cedonię Olympus altiſſimus, interdum tñ pro ip-
ſo cęlo poniť, quaſi ολολαμπης hoc eſt totus lu-
cens pp aſtra qbus illuſtratur. Vnde Olympius Iup
piter fuit denominatus. Sex aũt Olympi eſſe perhi
bentur. Macedonię. Theſſalię. in quo etiã olympia
fuiſſe celebrata Apollodorus ait. Myſię. Cilicię. Eli-
Excutere dis. Archadię. Excuſſit quatiendo deiecit. Pe-
Pelion lion Oſſę, montes ſunt Theſſalię notiſſimi. Ob-
Oſſa ruta mole ſua, oppreſſa ſua vaſtitate, magnitudie
ac pondere. Dira corpa crudelia a Deoꝝ ira miſ
ſa. Vnde et dirę furię dicuntur. Natoꝝ ſangui-
ne, nam gigantes terrę filij fuiſſe dñr. Calidum
Anĩma aĩaſſe cruorem, hoc eſt aĩam calido cruori immis
ſiſſe. Et ne nulla, et vt aliqua memoria ſuę plis
maneret acreſtarẽ. Duas. n. negationes in affirma

tionem pũerti certum eſt. Monumenta ſuę ſtir- Monumenti
pis, Memoria ſuę plis. Monumentum. n. dr̃ qcqd
ad poſteritatis memoriam conficitur. Stirps aũt
cum prolem ſignificat, foeminini eſt generis, cum
radicem truncumue ſignificat incerti Virgi. Imo
de ſtirpe reciſum. Hora. Stirpeſq; raptas, et pecus & Stirps
domos. In faciem
hominum, in figu-
ram humanam, ac
deniq; in homines
non in ſimias, vt
quidam putant, id
quod facile ex ijs
quę inferunt vt col
ligi poteſt. Neq; enim
ſimię aut Deorum
ſunt contemptrices,
aut cędis auidiſſimę
aut violentę. Quare
intelligamus terram
gigantum ſangui-
ne madefactam, in
homines crudeles, gi
gantumq; ſimiles fu
iſſe conuerſas. Sed et illa Propago contemptrix
ſuperum, verum inquit etiam illa progenies, quę
ex ſanguine gigantum orta eſt, impia fuit in De
os, ab omniq; humanitate, ęquitateq; aliena. Pro- Propago
pago autem quę et propages dicitur, cum vitem
vetulam terra obrutam ſignificat. vt ex vna plu-
res fiant, primam producit ſyllabam. Virg. Flexos
propaginis arcus. Cum vero progeniem demon-
ſtrat, eandem corripit. Virgi: Si Romana potens
itala virtute ppago. Hinc fit propagare verbum, qđ
ſignificat vitem vetulam ſupprimere, vt ex vna
plures nouellę fiant. Interdũ extẽdere genus ac di
latare ſigt. Scires ſcire poſſes ex auiditate cędis ex
gigantũ ſanguine genitam eſſe. Eſt autem figura Propagare
ta locutio. A tertia namq; perſona ad ſecundas
eleganter fit tranſitus.

NEue foret terris ſecurior arduus ęther, Affe-
ctaſſe ferunt regnum celeſte gigantes. Gigã- L AV
tes vaſtiſſimorum corporum homines aliquando Fabu
fuiſſe, et Moſes in ſacra hiſtoria, et Ioſephus in an ſum n
tiquitatibus ſcripſerunt, ac ſuis carminibus cecine eſt gig
re poetę. Sacrę ſiquidem litterę de his altiſſimę ſta tes fu
turę viris ita teſtantur. Gigantes erant in diebus
illis ſuper terram. In deuteronomio etiam de hoc
rege Baſan gigante Moſes meminit. Fortitudinis
Ioſeph cuius (Ioſephi in quarto antiquitatum libro ſen
tentia) et magnitudinis ſunt experti. qui lectum
eius viderunt in ciuitate Rabbata regni Amma-
nitidum factum ex ferro, quattuor cubitorum la
titudinem habentem, longitudinem duplicem, et
vno cubito fortiorem. Gigantis etiam illius de q̃
Golia regius pſaltes, David in balearis ſaxoſo verbere
funde et baculo triumphauit, corporeã magnitu-
dinem (ſacro teſte eloquio) ſex cubitoꝝ et palmi
vnius fuiſſe notiſſimum eſt. Aurelius etiã doctor
Auguſ Auguſtinus in. xv. libro de ciui. Dei de gigantum
proceritate ita ſcripſit. De corpoꝝ magnitudine,
deniq;

pleriq; incredulos nudata per vetuſtatem,ſiue per
vim fluminum varioſq; caſus ſepulchra cocuu-
cunt,vbi apparuerunt vel vnde ceciderunt, in-
credibilis magnitudinis oſſa mortuoꝝ. Vidi ipſe
non ſolus,ſed aliqui mecū in vticenſi littore mo-
larem hominis dentem,tam ingētem,vt ſi in no
ſtroꝝ dentium modulos minutim ꝓcideret, cen-
tum nobis videret facere potuiſſe. Sed illum gigā
tis alicuius fuiſſe crediderimus.Nam ꝓpter ꝙ erat
omnium multo maiora q̄ noſtra tunc corpora
gigantes longe ceteris anteibant.Sicut aliis dein-
de noſtriſq; temporibus (rari quidem) ſed nun-
quam ferme defuerunt,qui modum alioꝝ pluri
Plinius mum excederent.Plinius quoq; ſecundus vir do-
ctiſſimus (Auguſtino referente) quāto magis ma
giſq; preterit ſeculi excurſus,minora corpora na-
Homer. turam ferre teſtatur.Quod etiam Homerum com
memorat ſepe carmine fuiſſe ꝯqueſtum, non hec
velut poetica figmenta deridens,ſed ita hiſtoricas
fidem tanq̄ miraculorum naturalium ſcriptor aſſu-
Virgili. mens.Virgilius deniq; corpoꝝ magnitudines,pri
ſcorum tempoꝝ etate longe ampliores q̄ ſint no-
ſtra tempeſtate (cum de ingenti lapide, quem in
agroꝝ limite infixum.Turnus pugnans rapuit,
ſcribere) fuiſſe voluit.Saxum antiquū ingens cam
po qui forte iacebat Limes agro poſitus, litem vt
diſcerneret arvis.Vix illud lecti bis ſex ceruice ſubi
rent.Qualia nunc hominum ꝓducit corpora tel-
lus.Ille manu raptum trepida torquebat in hoſtē.
Significauit Vir.maiora tunc corpora q̄ nunc ſo
lere tellurem producere.De horum autem procere
magnitudinis hominum origine,et poetarum et
doctoꝝ varia eſt in primis opinio.Poetarum inge
nioſiſſimus Pelignus vates.ex Titanorum ſangui
ne a Ioue interfectorum et terra natos teſtari
videtur.Alij Titani et terre filios dixerunt non-
nulli a terra ſine patre genitos ſcripſerunt. Ioſe-
Ioſeph. phus in antiqtatibus iudaicis ita teſtatus eſt.Mul-
ti angeli Dei mulieribus coeuntes iniurioſos filios
genuerunt,qui oē bonum deſpicientes ꝓp ꝯfiden-
tiam fortitudinis.ſimilia his qui dicta ſunt a gre-
cis gigantes ꝑpetrare tradunt.Cui opinioni Lactā
tius et Euſebius de ꝑparatione euangelij lib.vij.aſti
pulari vīr.per angelos Dei Demones incubos et
ſuccubos intelligi volentes.Preclariſſimo autem Au
Auguſt. relij Auguſtini in elaboratiſſimo de ciuitate dei
opere teſtimonio.Multi ſe expti vel ab expertis au
diſſe ꝯfirmant Siluanos et faunos (quos vulgus
incubos vocat) improbos ſepe extitiſſe mulieribus
et earum expetiſſe ꝯcubitum atq; peregiſſe.Vn̄ hoc
negare impudentie videt,ſi tamen ex Demonum
concubitu nonnulli aliqn̄ naſcantur. Non hoc ex
ſemine ab eis aut a corporibus aſſumptis deciſo.
Sed ſemine alicuius hominis a Demone ad hoc ac
cepto ꝓcedit.Nōnunq̄.n.Demon,qui eſt ſuccubus
ad virum,fit incubus ad mulierem,ē ſemen acce
ptum ad hominis gn̄ationem,ſicut et aliarum re
rum ſemina ad aliquarum reꝝ generationem (vt
teſtatur Auguſtinus.iij.libro de trinitate)aſſumit.
Homo āt eo mō genitus non Demonis,ſed hōis,
a quo ſemen eum acceptū dr̄ filius.Quod ēt de gi
gantū origine Moſes ſcripſit.Vidētes filij Dei filias
hoīum ꝙ eēnt pulchre acceperūt ſib vxores. Poſtq̄ Gen.vi.
īgreſſi ſunt filij Dei ad filias hominū,illeq; genue
runt.iſti fuerunt potētes a ſeculo viri famoſi.Au-
guſtini determinatione ſic accipiendum eſt.nō il-
los ita fuiſſe Dei angelos (quo noīe etiam aliqn̄
ſacro teſtante eloquio hoīes vocati ſunt) vt homi-
nes non eſſent,ſicut qdam arbitrant, ſed hoīes ꝓ-
culdubio fuiſſe ſcriptura ipſa ſine vlla ambiguita
te (vt vult Auguſtinus) declarat.Filios āt Dei,filiu-
os Seth accipere poſſumus.hoīes ſiqdem ex Seth ge
niti Dei dicti ſunt filij.cū ob legitimos Deo impē-
ſos honores.tum ob iuſtitie virtutiſq; ornamenta
et vite ſanctimoniam ac ſimplicitatē,in qua ali-
quādiu vixerunt,priuſq̄ filiabus hoīum, ex Cayn
ſcilicet deſcendentiū,laſciuie et lubricitati deditiſſi-
mis cōiugio,qđ Seth ex Dei voluntate ꝓhibuerat,
iungerentur.Hos autē gigantes vt fabulam refera-
mus,et corpoꝝ ꝓceritate,et pedibus ſerpētinis ad-
mirādos adeo furijs agitatos ſcripſere poete,vt io-
uē e celo pellere conarent.Mōtes ſiquidem mon- Gigātū
tibus imponentes,viam ſibi parare videbant, qua fabula.
iouē celo traherent.Impetum igit Typhoeo duce
in iouē alioſq; deos facientes,eos adeo terruere,vt
eos ī Ægyptū vſq; fugere coegerint.vbi ſe Typhoei
metu in varia animalia.vt in qnto huius operis
libro ſcribit Ouidius,ꝯuerterunt.Mutati ſunt igit
Dij in varia animalia.Iuppiter in arietem.Apol-
lo in coruum.Bacchus in caprā.Diana in felem.
Iuno in vaccam.Venus in piſcem. Mercurius in
ibin.Inde factū eſt,vt Ægyptij multa aīalia ꝓ dijs
colāt.Quoꝝ cecitatē iuuenalis et fulgentius tn̄ ir
ridens ait.Quis neſcit Voluſi Bithynice q̄lia demēs
Ægyptus portēta colat.Tandē iuppiter gigantes ē
fulminibus interemit et ad inferos detruſit,vt in
vi.enei.meminit Virgilius.Hic genus antiquū ter-
re Titania pubes.Fulmine deiecti fundo voluunt
in imo.Typhoeū iuppiter fulmine ꝓſtrauit,et ad
eius opprimendā ſupbiā corpori (vt voluit Ouid.)
trinacriam,vaſta gigantis iniecta eſt inſula mē-
bris, Virgilij vero ſententia inarinē impoſuit.Tus Virgili.
ſonitu prochyta alta tremit.durumq; cubile Ina Trīacria
rine,iouis imperijs impoſta Typhoeo.Terram au inarine
tem gigantum ſanguine madefactā in homines, inſula.
haud parentibus diſſimiles fuiſſe conuerſam vo- Hiſtoria
luit Ouidius.Hiſtoria fuit,iouem Cretenſem, duo
inſignia bella geſſiſſe.Primum cum Titanis,vt pa
rentes vinculis detentos,liberaret. Alterum cum pa-
rente ſuo Saturno,mortem eius moliente,et non-
nullorum teſtimonio apud phlegras Theſſalie lo
cum conflictum eſt.Gigantes autē montes mon
tibus impoſuiſſe dicti ſunt,cum et arces in mon-
tibus et turres erigant pugnātes,vt celum, regnum
ſcilicet occupent,que omnia tandem a victore dei-
ciuntur,vt a ioue factum eſt,qui cum a Titanis
eſſet bello laceſſitus,et montes occupaſſet,a mon-
tis et alto et eminenti loco,inſurgentes ab inferio
ri loco hoſtes facile repellebat . inde fabule datus
eſt locus,vt Dij ſuperiores dicerentur,inferiores ve
ro terrigene.Et quia de humillimis ad ſumma re
ꝓtabant,pedes ſerpentinos hūiſſe dicti ſunt.Quod

deniq; metu Typhoei in Ægyptum mutatis for-
Senſus mis aufugerint Dij. Senſus phyſicus talis eſſe po-
phyſicus teſt. Nam pro Typhoeo qui terrę fuit filius, terra
ipſa intelligenda eſt. et potiſſime ea pars, quę a
Gallis ſub ſeptentrione Gallia quippe omnis. Cęſa
ris in commentarijs teſtimonio, ſub ſeptentrione
eſt) incolitur, a qua dij Sol ſcilicet per quem (vt
Macrobio placet in libro ſaturnaliorum) reli-
qua Deorum multitudo intelligenda eſt, tunc fu-
giunt quando ab ęquinoctio autumnali verſus
antarcticum polum Sol declinare incipit, qui
tunc elongatur a terra, a regione noſtra ſcilicet,
qui ſeptentrionales ſumus, et in auſtrum tendens
ſeu regiones auſtrales, videtur tendere in Ægyptū.
Deus autem formas mutaſſe ab Ouidio ſcriptum
eſt, vt rerum per ipſos Deos deſignatarum, vari-
as ſub animalium figura proprietates explicaret.
Iuppiter Iuppiter ergo in arietem mutatus, planetę ſui no
ī arietē minis naturam demonſtrat. Aries ſiquidem eſt
animal et manſuetum et benignum, nemini ſi
in quiete ſua permittatur infeſtum. Pretrea vtile
plurimum. Nam ad prolem procreandam maxi
mo pecudum gregi ſufficit, et non ſolum vir gre
gis eſt, ſed dux etiam, ſi enim abſit, paſtor ipſe ſe pa
ſtorem pecori prębium offert, illudq; itinere recto
reducit in caulas, quę ioui conueniunt. Eſt enim
planeta benignus et mitis, niſi coniunctione alte
rius deprauetur. Eſt etiā vtilis, quia maturos foe-
tus mulierum mouet ad exitum, et emittit in lu-
cem, omnesq; iuuat vt ipſum nomen ſonat, ſic ē
Sol in dux gregis, Rex ſcilicet et dominus Deorū vt delu-
coruū ſa credidit antiquitas. Solem in coruum ea cau-
ſa verſum finxere veteres. Nam coruus quandam
vim preſagiendi a gentilibus habere creditus eſt,
et quia ſol diuinationis (Virgilio teſte, Sol tibi ſi-
gna dabit ſolem quis dicere falſū audeat) dictus
eſt Deus, eidem coruum conſecrauere. qui (vt di
cit Fulgentius) ſolus inter aues habet. lxiiij. vocis
mutationes, quam ob cauſas auguribus antiquis
Bacchus erat in augurijs captandis auis gratiſſima. Bac-
ī caprā chus in capram mutatus, vinū immoderate ſum
ptum dat intelligi. Vinum ſiquidem homines po
tatos, et olidos vt capras, et petulcos ac laſciuos red
dit. Vini etiam vapores ad cerebrum aſcendentes ē
rationem obnubilant, vnde homines calore aucti
animoſiores efficiantur, et ad ſublimiora ac celſio
Luna ī ra quęq; hyrcino more contendant Luna in feles
felem mutata fingitur, vt eius motus velocitas deſigne
Iuno in tur. Iuno autem in candidam vaccam ideo muta
vaccam tam voluere, quia vacca fertile ſit animal. Terra
etiam, quam iunonis nomine nonnunq̄ intelli
gunt, fertilis ſit et candida, cum niuibus hyeme
tegitur. Quod venus piſcis effecta ſit, eius humidi
Venus ī tas, ſeu quod humiditate vigeat Venus oſtenditur.
piſcem Mercurius autem Ibis factus dicitur. eo q᷑ Cyco-
Mercu. ī nia ſocialis auis ſit, ex quo Mercurij conuenien
ibin tia cum omnibus deſignatur, et vti ſerpentum
Sēſus al hoſtis Cyconia eſt, ſic aſtutiarum diſſipator Mer
legori- curius. Hac gigāthomachia ſenſu allegorico, mul
cus tiplex ſacrarum literarum deprehendi poteſt hi-
ſtoria. Perpulchre ſiquidem ſuperbos illos ſpiritus
gigantes in Iouem inſurgentes ſignificant. Fuere
enim homines Titani et terrę filij. Angeli et ab eo
qui Sol dicitur, et qui terris imperat, cęteris crea
turis, vt gigantes cęteris hominibus excellentiores
altitudinis naturę ſunt creati. Duce Typhoeo in
Iouem impetum gigantes facere. Angeli ſuper-
bia Lucifero incitati, eius peruerſę volūtati aſſen
tiendo adherentes, ęternam felicitatem ſine meri
tis conſequi voluerunt. Aſcendam in celum et ſi-
milis ero altiſſimo. Gigantes a Ioue fulmine de-
iecti ad inferos detruſi ſunt. Tiphoeo duci ętnam
iniectam voluit Ouidius, Lucifero in vincula a
ſummo omnium rerum opifice coniecto, non
ſolum ętna ſed orbis vniuerſus ſuperpoſitus eſt,
cum inferi in centro terrę (prophetę teſtimonio.
Eripuit animam meam de inferno) inferiori aſ-
ſerantur. Nihil eſt enim centro inferius. Et Do-
minus inter declamandum dixit, q᷑ filius hoīs fu-
turus eēt tribus diebus et tribus noctibus in corde
terrę. Centrum autem ita eſt in medio terrę, vt cor
in medio corporis. licet enim omnia grauia ad
centrum grauitatis naturali inclinatione tendāt,
et terrę ſoliditas concauitatem naturaliter non
patiatur. nihilominus diuina potentia eſt ibi
concauitas, cum theologorum et poetarum ſen-
tentia ignis corporeus apud inferos exiſtat, quo
ſuperbi angeli omnes poſt tremandi iudicij diem
(nonnulli ſiquidem in hoc aere caliginoſo ad iu-
dicium vſque, vt in carcerem ſunt relegati) et in-
felices damnati homines cum corpore et anima
cruciabuntur. In infima igitur et abiectiſſima
naturę loca. ſupbi ſpiritus deiecti, conuenientiſſi-
mam ſuę ſuperbię pęnam acceperunt, vt qui ſu-
pra cęteros ſeſe extollere tentabant, infra cęteros ia- Luce. x.
cerent. Fulminatos autem Dęmones ſub gigan
tum nomine ingenioſiſſime ſcripſit Ouidius, cum
ſacra etiam euangelij doctrina de Luciferi caſu
loquens intulerit. Videbam Sathanam ſicut ful-
gur de cęlo cadentem. Gigantibus etiam Iouem
cęlo pellere volentibus. primi humani generis pa-
rentes, quibus Moſes callidum et mendacem in
ſerpente latitantem Luciferum ſua peculiari ver-
ſutia vt eos ab innocentia deijceret, dixiſſe ſcri-
pſit. Eritis ſicut dij ſcientes bonum et malum. Ela
tus autem Adam (vt Auguſtino placet) ſuaſio-
ni ſerpentis obediens pręceptum contempſit, eius-
que menti inſuit amor quidam proprię poteſta-
tis et quędam de ſe ſuperba pręſumptio. non in-
congrue igitur in Deum quemadmodum gigan
tes in Iouem inſurrexiſſe dicuntur. cum gigan-
tes cum Dijs pugnare (Cicerone teſte) aliud non Gen. iij.
ſit quam naturę repugnare. Quid autem obſe-
cro magis naturę repugnat, quam creatori a
quo natura dependent non obedire, quam na
turali rationis lumine ſpreto affectui ſenſibili
morem gerere? Quę omnia primi parentes
non ſolum Moſi, ſed Ouidij ſententia perpe-
traſſe feruntur. Moſes. Eritis ſicut Dij ſcien-
tes bonum et malum. Quod Ouidium non la-
tuit. Affectaſſe ferunt regnum cęleſte gi-
gantes. Ex giganteo denique parente ſupę

bo ſcilicet et peccatore, peccato orta eſt poſteri-tas. Ex terra gigantum ſanguine madefacta, progeniem parentibus non diſſimilem ortam fuiſſe voluit Ouidius. Obruta mole ſua cum corpora dira iacerent Perfuſam multo natorum ſanguine terram Immaduiſſe ferunt, calidumq; ani maſſe cruorem etc. Primus parens peccator factus et totam poſteritatem peccato obnoxiam reddidit et Cayn fratricidam genuit. Cuius ſucceſſio cunctis ſceleribus, ac ſi ex ſanguine, peccato ſcilicet ortum trahens non degeneraſſet a radice (vt ingenioſiſſimus poeta noſter deſcribit Ouidius) fuit dedita. Sed et illa propago contemptrix ſuperum, ſæuæq; auidiſſima cædis Et violenta fuit, ſcires e ſanguine natam. Gigantes etiam robuſtiſſimum illum venatorem, non ferarum, ſed hominum impreſſores et extinctorem, cui (Moſi ſententia) Nembroth nomen erat, et eam impiam gentem, quę turrim cuius ędificatio in celum altitudinem molis extolleret in Deum erigendam excogitauit ſignificant Temeritatem huius gigantis Nembroth ex Cham deſcendentis, ac ſociorum, Ioſephus vir doctiſſimus in primo libro antiquitatum his verbis reprehendit. Fecit homines eſſe alatos ad iniuriam Dei

Ioſephus et contemptum Nembroth filium Cham filij Noe. qui cum eſſet audacior et manu fortiſſimus ſuadebat eis, vt non Deo aſcriberent, quia hominibus per illum felicitas eueniret, ſed quod eis propria virtute preberetur, et cognatos generis ſui ad cauſam tyrannidis adduxit, ſolus ipſe præſumens homines a Dei timore reuocare, et ſpem ſuam in propria virtute reponere, vlciſciq; ſe dementes in Deū

Anguſt. putabant interminantem ferre diluuium terrę. Ob quam cauſam turrim altiorem ędificandam ſuadebat, vbi aquę non poſſent aſcendere. Multitudo autem prona erat, vt Nembroth preceptionibus obedirent, graue putantes ſeruitium obſequi Deo, et turrim ędificabant, in nullo ſua ſtudia deferentes. Sumebat ergo altitudo facultatem, et plus quam ſperare quis poſſet, multis manibus fabricata creſcebat. Latitudo tamen ita erat fortiſſima, vt prope eam reſpicientibus, longitudo videretur imminui. Ædificabant autem ex latere cocto colligato ex bitumine, ne forte penetraretur ac ſolueretur aquis. Sic illos inſanientes Deus intendens, exterminare omnes non decreuit, quomodo nec

Ge.xi. alijs dudum perditis formidabant, ſed diſcordiam illis immiſit diuerſarum linguarum, cum prius omnes homines vnius vocis exiſterent, vt per multas abſonasq; voces intellectu carere potuiſſent. Locus autem in quo turrim ędificabant, nunc Babylon prius Sennaar vocatur, dicta propter confuſionem, quam circa locutionem ſuam tunc habuerunt. Hebrei nanq; Abel confuſionem appellabāt. Sic illa conſpiratio diſſoluta eſt, cum quisq; ab eo quem non intelligebat aſcenderet, nec ſe niſi ei cū quo loqui poterat aggregaret. Et per linguas diuiſę ſunt gentes, diſperſęq; per terras, quę tandem in vnitatem fidei, ab apoſtolis varijs linguis loquentibus congregatę ſunt. Hanc autem Nembroth gigantomachiam et turris erectionem pulchre de

ſcribit Ouidius, montes ſiquidem montibus gigantes impoſuiſſe voluit. Nembroth et ſocij lateres lateribus addebant, vel etiam tunc montes montibus impoſuiſſe dicti ſunt, cum ſuperbum ſuperbo, elatum elato (Moſe ſcribente. Venite faciamus nobis ciuitatem et turrem cuius culmen pertingat ad cęlum) ad turris conſtructionem aggregauerint. Gigantes fulmine tactos teſtatus eſt Ouidius. Ira Dei quę fulmine magis timenda eſt, Nembroth eiusq; ſocios fulminauit, cum eorum linguas in ſuę temeritatis pœnam confudit. In diuerſas orbis partes Iouem montes deieciſſe veteres tradiderunt. Summus omnium opifex Deus occulto quodam iudicio, hanc elatam gentem, rectiſſime per montes in altum ſe tollentes diſiugatam diſperſit. Et gigantum ſanguine ortam progeniem Deorum contemptricem dixit Ouidius. Ex Nembroth ac eius ſocijs in varias orbis partes ſeparatis nati ſunt idolorum cultores, qui maxime Deum contemnere dicti ſunt, cum honorem Deo debitum impenderent creaturę. Sen- Sēſu tro ſu tropologico gigantes (quos Macrobij teſtimo- pologi nio, quid aliud credendum eſt fuiſſe ꝗ hominum cus impiam gentem Deos negantem, et ideo exiſtimatam Deum pellere de celeſti ſede voluiſſe) vnumquęq; vtriusq; reipublicę chriſtianę ſuperbum, et ambitioni deditum principem non incongrue repreſentant. Principum ſiquidem, nonnulli dominandi cupiditate irretiti, montes montibus tunc imponere dicuntur, cum proprijs non contenti, et finitimis et remotis nonnunquam bella inferunt, et principatum principatui coniungentes ſubditorum bona diripiunt, ſibi quoq; omnia licere arbitrantur, qui Deum ignorare facile coniiciuntur, cum alteram vitam a mundana eſſe non credant, et Deum ſuę impietatis punitorem non expectent. Nam ſi crederent, tantorum ſcelerum turpitudine aīam nō fœdarent. Quis n. ſua eloquentia explicaret, quantū chriani ſanguinis, ea regnādi libidine fuſū ſit, quot virgines Deo ſacratę ſue re ludibrio, quot veteres ciuitates diruptę. Quid bella cōmodi pariāt, ſacrorū locorū oſtēdunt ruinę. Nō iā certi p delenda religione chriana bella mouēt. Principū chrianorū diſcordię (proh Deū atq; hoīm fidē) quantū chri reipublicę exterminio fuerint nrā iſtiuſ tēpeſtate experimur. O crudeles tyrannos. O gentē cęcā. O truculentā ambitionē. Quid n. eſt adeo inhumanū, adeo ſceleratū, adeo execrādū, ꝗ in eos ferarū more ſęuire, pro qbus Chriſtus hō factus ſanguinē non dubitauit effundere? O effrenatā hoīum ſupbiam. O gigantęos mores. O cęcū hūdi amorē, ꝗ nec viduis parcere, nec pupillos fouere, nec viros ſacratos venerari, hoīes ceteris pręeſſe ſpretis iuſtitię legibus volētes, ducit. Hęc ipera ꝗ ſupbia ſocietates ſanctiſſimas dirimit. Bella inter hoīes excitat, arces munitiſſimas euertit, vrbes ꝗ plurimas et domos diruit, hęc cuiusq; ſtatus gētē peruertit, varijs curis vexat pectora, nec rebus mediocribus hoīes ſinit eē cōtētos. Hęc prima inter gentes dnīa, hęc imperia excogitauit, reſpublicas peruertit, nectū alms dominandi vlla terris mundanarū co

Que pater vt summa vidit Saturnius arce,
Ingemit, & facto nondum vulgata recenti
Fęda Licaonię referens conuiuia mensę,
Ingentes animos, dignas Ioue concipit iras,

pia satiatus quiescit. Nam quemadmodum gigãtes montibus imponebant, sic hi repugnandi gloria illecti dominium dominio, principatus principatui aggregant, quos tandem vt diuinę legis contemptores. Deus optimus maximus a terreni status eminentia, ad inferos, vt de gigantibus fabulant poetę, detrusit. Ecclesiasticę denique reipublicę sacrorum virorum nõnulli gigãteos mores imitati, montes montibus imponunt, cum dignitatem dignitati, beneficium beneficio, episcopatum episcopatui, abbatui prioratui aggregant, vt longo clientum, ac famulorum agmina stipati incedant, vt eis sunt pciosa sint conuiuia, epulę magnificẽtissimę, varia vndique quęsiturum ferculorum genera, pocula exquisita, vasorum aureorum et argenteorum copia, vestium crebra mutatio. palatio ingentia, peregrinis marmoribus, parijs columnis, elaborans testudinibus, lapidibus et politis, et variarum imaginum cęlatura insculptas extructa. Vt hi superbi gigantes naturę fragili repugnantes, aliam hac
Horati. excepta vitam non credere conuincantur. Mutãt siquidem quadrata rotundis, vt maiorum monumenta delentes suam et non prędecessorum posteris memoriam relinquant. Nihil autem de ani-
Iuuena. marum cura eorum fidei commissa sollicit, solũ redditus quęrunt, iam non de subditorum moribus, patroni suarum ecclesiarum nomine, apud eos est, sed de cẽsibus quęstio. Vt illud Satyrici poetę eis optime conueniat. Protinus ad censum, de moribus vltima fiet Quęstio. Ad ea siquidem hac infœlici temporum conditione deuentum est dementiam, vt eos mũdus celebriori fama extollat, ampliori laudum cumulo prosequatur, quos pluribus dignitatibus (et si cum animę periculo) abũdare viderit. Qui cum seipsos regere nequeant, quo pacto cęteros dirigant experimur. O perdita tpa. O corruptos mores. O inanes hominum cogitationes. O rem sceleratissimam. eos qui cęteris data sunt in ductores. in magistros in speculum, adeo omnium scelerum labe deturpati, vt iam his quibus deberent esse in exemplum, facti sunt et in ruinam et in scandalum. Quis nunc de te obsecro o homuncio, ex cęno et luto composite, apud tibi subditos sermo habetur? Te omnia aiunt possidere. Te in hoc exilio hortos deliciarum (vt alterum paradisum) plantare. Ædes superbissimas, deductis terra pelagoque marmoribus erigere. Tecta magnifica inaurare. Ædium culmina mobilibus ad ventorum arbitrium vexillis decorare, Picturis et venatorijs et lenonum, meretricũque lasciuijs prurientibus parietes vestire, ecõtra Dei ędes negligere, Nec de ea, nec de eorum salute solicitum esse, eas potius in Scyllam et Charibdin qua ad portum deducere. De corporeis voluptatibus et luxu, nõ de animarum salute curam gerere. In domibus ornatissimis moram trahere, Christi vero ecclesiam suis ducere. Hęc de te vulgus predicat. An euangelium Christi et apostolorum doctrina te illa facere, de quibus populus (et longe ante eos Deus) querit, docuerunt? An talia sanctorum patrum fuerunt ecclesiasticis viuendi instituta? An talem viuendi normã prębuerunt? O te miserum, o infelicem dic queso vbi gentium legeris aliquẽ, cuius vitã ita viuens sequeris. sanctorum cathalogo ascriptum? Quem obsecro vniuersalis ecclesia populus venerandum approbabit incõpassibilibus dignitatibus insignitũ, cui tumulus (quo tm extollens) fuerit episcopi et abbatis? In Eusebio Cęsariensi plerunque me legisse memini, episcopi, et martyris, episcopi et confessoris, abbatis et cõfessoris, virum autem episcopi et abbatis non se inuicem cõpatientibus ecclesiasticis dignitatibus, nec doctorum pater Hieronymus, nec venerabilis Beda, licet pleraque sacrorum virorum gesta sanctissima conscripserint, inter sanctos retulerunt. Eã ob rem maiores nostri ad cęlestes thesauros anhelantes, mundi huius diuitias magno animo contempserunt, non assentationibus, non ambitione, nõ arte, non largitionibus non simulatione magistratus in ecclesia Dei et prelaturas aucupantur, sed vocati a Deo tanquã Aaron ad aliorum curam, non tanquã ad auri rapinam, sed ad opus sibi a diuina prouidentia delegatum, ad labores, ad ministerium, ad sollicitudines ad martyrium denique ascendebãt, vt gregem dominicum summa vigilantia custodirent, et repromissam iustitię coronam acciperent. Horum igitur vestigia o prelati, o ecclesiastici, qui sequimini giganteos mores iam relinquite, ne tandẽ fulmine tacti scelerum virorum meritas luatis pęnas.

Fabulę sextę libri primi.

Argumentum.

Que pater etc. De gigantum sanguine nati, quã sacrilega mente versati sint, Lycaonis testatur exẽ- Lactantius.
plum, qui tyrannus Archadię cum aduenas hospites trucidaret, etiam Iouem in se accendit iratũ. Nas Iuppiter humani sceleris impatiens in Deos querimonia delata, hominis specie simulata ad Lycaonis regiam venit, cui Lycaon tanquã mortali pręparans mortem, prius humana membra deuorãda, velut hospitali humanitate apposuit. Quę postquam Iuppiter sensit, non eum penitus interemit. ne supplicij amitteret sensum, sed in lupi seui eum formam conuertit, qui et mors in rabiem, et nomen Lycaonis in appellationem seruaret. Nõ contentus fuit Iuppiter cęteros homines vnius Lycaonis terrere supplicio, nisi in genus omne seuiret. Inde denique tãtã iniquitatisque copiã redũdare, vt opertis diluuio mõtibus cuncti hoĩes interirẽt.

QVÆ PAter vt summa, Iuppiter cum eorum hominum crudelitatem, qui e sanguine gigantum Raph.
nati erant foret contemplatus, ac in primis terrã Lycaonis arcadię regis feritatem secum ipse cogitauisset, non minus indoluit, quã est in vniuersum

genus

genus humanum indignatus Quare Dijs omnibus congregatis,et consilium suum de perdendo genere humano,et quę ab Lycaone mala passus sit,exposita,ac quemadmodum Lycaonem ipsum Archadię regem crudelissimum, rapacissimumq; in lupum commutauit. Vt vidit,postq̄ vidit et contemplatus est. Summa arce,a summo cęli vertice. Facto recenti,causa est cur nondum vulgata essent teterrima Lycaonis conuiuia:propter scelus nāq; Pauloante commissum nondum erāt cognita Lycaonis conuiuia Ioui apposita.

Lycaon in lupũ

Referens,animo reuoluens. Fęda conuiuia tetra et crudelia.Nam Lycaon Pelasgi filius hospitio susceptos,non solum interficiebat,sed etiam cōuiuis comedendos apponebat.Quod quidem cum Iuppiter cognouisset,vbiq; eius domus ingressus factas insidias comperisset,et domum incendit,ē Lycaonem in lupum animal rapacissimum conuertit.Quod quidem idcirco fictum est.q̄ Lycaon (vt Pausanias ait) in aram Lycęi Iouis infantem imposuit,atq; immolauit,et sanguinem libauit. atq; euestigio in lupum mutatus fuisse memoratur.Fuit et alius Lycaon Priami filius,Pyndari pater,qui ab Achille fuit iterfectus.Sane Lycaon απο του λυκου, q̄ lupum significabat, denominatus vr̄. Ingentes animos,maximas indignationes.

FA VI.

Quę pater vt summa vidit Saturnius arce. Descripturus diluuium Ouidius Lycaonis fabulam (quam nos vt Geneseos sequamur historiam Cayn fratricidas intelligimus) in Deorum concilio a Ioue recitatam pręmissit. Hic autes Cretensis Iuppiter eius nominis tertius in quem gesta cęteris eiusdem nominis reuocata sunt.Saturni regis ex ope vxore filius.Anno vigesimosecundo principatus Mosi,patre e regno expulso in Creta insula (a qua cognomen accepit) regnare cępit.Hic cum Iunone sorore eodem partu editus fuit,qui mox a matre in Idam montem Cretensem (vt autem Seruio placet in dictęā montem) alendus transmissus est. Ibidemq; curetibus religiosis commendatus. Varię tamen de ipsius enutritione feruntur sententię,sed omnes in hanc conuenire videntur,q̄ melle tantum fuerit nutritus.Alijs vero placet eum nymphis alendum datum,inter quas Melissei Cretensium regis duę fuere filię,Amalthea,et Melissa,quę caprino lacte atq; melle Iouem nutrierunt.Qui cum adoleuisset (ob captos parentes) cum Titanis bellum habuit et parentes liberauit.Haud multo post etiam patrem regno expulit, eo q̄ comperisset ipsum suę vitę insidiari.Et hinc bellum cum gigantibus confictum fuisse,quos superatos montibus supposuit. Deniq; orbe subacto,imperium cum fratribus partiri voluit.Dato Plutoni fratri infernorum dominio,et Neptuno maris,sibi olympo reseruato,quę dominia ad diuersas orbis partes, in q̄bus regnauerunt,referuntur,Olympus siquidem (quo etiā nomine cęlum appellamus) mons est et ita de reliquis. Cum igitur Iuppiter rex potentissimus factus fuisset,vt erat vir admodum glorię cupidus, q̄ plurimum ambire cępit,et non minus astutia q̄ viribus et laudes humanas,et diuinos honores sibi acquirere procurauit.Vnde et templa plurimis in locis sibiipsi construxit,ac suo nomini dicauit.Et eam ob rem in quācunq; regionem accessisset,et reges principesq; populorum hospitio ē amicitia sibi copulabat,et cum ab eisdē digrederetur,inter cętera imperabat sibi templū ędificari. Atq; ita hac astutia factum est,vt Iuppiter hic sibi diuinum honorem in gręcia acquisierit cum quadam religione connexum.Plurimi et enim reges eidem obsequi volentes, ob nominis sui gratiam etiam annuos ritus et festa celebrabant. Et hoc modo Iuppiter hic per orbem terrę sui cultus religionem disseminauit,et exemplum cęteris ad hoc imitandum dedit,et quantumcunq; circa honores ambitiosus esset,libidinibusq; intemperanter deseruiret, multa tamen humanę vitę vtilia adinuenit,ac mala plurima sustulit,et inter cętera ab hominum moribus consuetudinem humanas carnes comedendi,quibus illo tempore vescebantur,amouit.Eum quippe aiunt corporis robora et animi virtutibus valuisse ac summopere studuisse.vt et impij punirent,et probi summis afficerentur beneficijs.Et quamq̄ propter eius singularem corporis et membrorum elegantiam rex cęlestis ab omnibus diceret,nihilominus adeo puellarum exarsit amore,et pręsertim Europę,vt post eam mugire taurorum more coactus fuerit, atq; ita habent quem pręclara gesta super astra extulerant,foemina brutis comparasse visa est. Deniq; cum terrarum orbem quinquies circuisset,et omnibus amicis atque cognatis suis imperia diuisisset,leges moresq; hominum composuisset, at alia multa benefecisset,quibus quidem immortalem gloriam,memoriamq; sempiternam adeptus est, ętatemq; turpissime actam in creta vitam cum morte commutauit,et inter Deos (vt delusa credidit antiquitas) relatus est,cuius funus Curetes curarunt.Cretenses itaq; suum Iouem postmodū asserentes,sepulcrum eidem magnificum extruxerunt,quod apud se diu ostenderunt.Mirari aūt satis nequeo illius rudis antiquitatis insaniam,vt quem ex homine natum,passibilem atq; mortalem experimento dedicissent,non solum Deum, sed et omnium Deorum patrem atq; pgenitores crederent. An ne obsecro ante Iouem aliquis fuit, qui pręclarum mundi huius machinā conderet? Absit vt ante Iouem nihil fuisse arbitremur,cum et aduersariorum validissimo testimonio Iuppiter initium habuerit (Saturni siquidem et Opis eius testantur filium) Deus autem optimus maximus si perfectus est,quia autem perfectus est,eum esse ęternus et vnum necesse est,vt ē a nullo depēdeat, et in eo sint omnia Iuppiter autem quem patres dominumq; Deorum et celi regem veteres voluere in throno eburneo sedere,ac dextra manu sceptrum ex ebore confectum tenere,et altera manu fulmina in gigantes sub pedibus compressos mittere fingitur.Huic aquilam puerum pulcherrimum vncis pedibus rapientem tribuunt, cuius et quercum arborem fuisse contendunt poetę.

Sensus allegoricus

oCnciliũq; vocat.tenuit mora nulla vocatos.

Apocal. xix. Summum omnium rerum opificem Deum hic Iuppiter pulchre ſignificat. Veteres Iouem patrem dominumq; Deorum dixere. Deus optimus maximus eſt, quem aquilę volantis reuelatione regem regum, et dñm dominantium vocatum didicimus. Iuppiter in throno eburneo ſedere, ac gigantes fulminare deſcri-
Apocal. xxi. bitur. Deus et ĩ throno ſedet (dixit qui ſedebat in throno) et ſuperbos quosq; ac peccatores obſtinatos, diffinitoria dãnationis ſententia (vt fulmine) niſi penituerint ad amnes ſtygios et colchitidas vndas detrudet. Ioui puerum dilectum rapientem aquilam, ſibi quoq; fulmina miniſtrantem veteres tribuere.
Ioãnes. Deus homo factus, dilectiſſimum illum ẽ candore virgineo pulcherrimum adoleſcentem, quem de nuptijs nubere volentem vocauit Chriſtus Ioannem Zebedei filium, quem Ezechiel admiratus ait.
Hiero in prolo. Ezechielis xvij. Aquila grandis, magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis et varietate, venit ad lybanum et tulit medullam cedri, eo proſecutus eſt amore, vt myſteriorum ſingularium, quę in terris dum conuerſaretur operatus eſt, conſcium fecerit, archanorum participem habuerit, vnum elegerit, quo ſecreta cęleſtia cęteris abundantius mortalibus reuelauerit. Qui ſcite Ioui Deo omnipotenti ſcilicet fulmina in gigantes miniſtraſſe dicitur, cum quot euangelij verba ſcripſit, tot in hereticos, qui gigantes ob animi elationem (cum ſapere velint plusq̃ oporteat ſapere) dici poſſunt, fulmina transmiſerit. In cuius aquilę volantis laudes cum Diuione ſuperiore anno declamationi operam darem epigrammma quod te o generoſiſſime dñe preterire nolim me recolo cecinisse.

In laudem diui Ioannis Apoſtoli et Euangeliſtę Lauinij epigrãma.

Priſcorum ſileat miranda volumina vatum.
Roma, nec iliados grecia iactet opus.
Hactenus immerita celebratos laude poetas
carmine, qui Chriſtum non cecinere ſuo.
Linquite, vileſcant fidei non conſona ſanctę
Informi noſtro tempore ſcripta ſitu.
Maxima diuini repetantur dicta Ioannis,
Altiſonum plenus numine ſcripſit opus.
Aquila dr ales Iouis. Cęlica regna petens ſummi Iouis ales, ad orbem
Phębeum, viſu non renuente volat.
Antiquo reſerat cęleſtia numina mundo,
Cognita ſunt ſcriptis quęq; futura ſuis,
Virgo, propheta canens diuina, docensq; ferendo,
parthenicę cuſtos matris et ipſe ſuę.
Immortale poli cuius iam regnat in arce
corpus habes, meritis pręmia trina ſuis.

Aquila etiam doctorem quemlibet catholicę veritatis defenſorem, ac errores in fidei orthodoxę documenta inſurgentes, ſua et doctrina et facundia extirpantem intelligere poſſumus, quorum facile princeps litterarum peritia, linguarum variarum cognitione prędaroq; dicendi genere, ac ſuauiſſimo eloquio fuit eruditiſſimus, eloquentiſſimusq; ille ſenex Hyeronymus, quem et epigrammate (ſi non ornandum) ſaltem memorandũ curaui.

Epigrãma in laudem Diui Hieronymi.

O fidei columen Hieronyme nonna corruſcans
Virtutum docti gloria prima chori
Scibile te nullum latuit. tu virgo fatensq;
Doctor, adeſt meritis laurea bina tuis.

Aquila etiam Iouis alite, quemlibet animam fidelem cęles geminis alis recta ſcilicet voluntate et dei gratia, quę ad meritum cõcurrere neceſſe aſcendentem ſignificat. Nec hoc prophetam latuit. Accipient pẽnas, vt aquilę volabũt et non deficient. Ioui deniq; poetę quercum arborem attributam volunt, q: eius fructu primę ętatis homines paſcerentur, et ideo viſum eſt eam arborem vite illius dici, ad quẽ ſpectat educere homines, quos ipſe producit, ſeu quoꝝ gerit imperium, q̃ ſummũ oĩum opifici rectiſſime ↄueniunt.

CONCILIumq; vocat. Cõſilium et multitudo dicitur ad ↄſulendum ↄgregata, et ratio faciende RAPH.
alicuius rei aut non faciendę, vt ſeruitium et ſer- Cõſiliũ
uos et ſeruitutẽ ipſam ſignificat. Cõciliũ vero mul Cõciliũ
titudinem tm̃ ſigt ad conſultandũ ↄgregatam.

LAVI. Conciliumq; vocat, tenuit mora nulla vocatos. Ouidius multa Ioui in his carminibus ingenioſiſſime tribuit. quę Deo optimo maximo concedimus. Deus enim huic ordinem creaturis indidit, vt infima entia, medijs media ſupremis perficiantur. vt Dionyſius Areopagita libro de cęleſti hyerarchia ſcripſit. Diony. Angelis ſiquidem, quibus reuelationes in illa ęterni conſilij aula fiunt, a Deo tunc vocari dicuntur, cum et eis miniſteria peragenda committuntur, et in eis diuina myſteria reuelantur. Reuelationes ſi quidem ſupremis a Deo immediate fiunt, a ſupremis per medios, ad infimos angelorum ordines perueniunt. Licet & ipſe ſummus opifex omnia per ſeipſum poſſit, nihilominus multa angelis peragenda cõmittit, vt linguarum confuſionem, ſodomitarum euerſionem, et diluuij (de quo agimus) executionem. Igitur cum diluuio humanum genus perdendum deſcribere vellet, Ouidius intulit, Conciliumq; vocat. tenuit mora nulla vocatos. In gratia ſiquides et confirmati ſunt angeli et deiformes, diuinęq; voluntati ita coniuncti, vt aliud q̃ deus vult volũtate deliberata velle non poſſint, recte igitur ſubiunxit Ouidius. Tenuit, mora nulla vocatos. Eſt via ſublimis. Viam ad ęternam beatitudinem rectiſſimam theologi innocentiam ex prophetę teſtimonio poſuere. Regius ſiquidem pſaltes Dauid viam ad cęlos inquirens interrogat. Quis aſcẽdet Pſalmi
in montem domini. aut quis ſtabit in loco ſan xxiij.
cto eius. Quęſito ſatisfaciens veriſſime ſubiunxit. Matth
Innocens manibus et mundo corde. Hanc ad cęle viij.
ſtis aulę pręmia innocentię viam Ouidius tetigit. Eſt via ſublimis cęlo manifeſta ſereno Lactea nomen habet, candore notabilis ipſo. Quid ſibi vult hic ethnicus in tanta verboꝝ expreſſiõe Ouidius: ſi.n. verboꝝ vim animaduertimus, multa noſtrę fidei conſentanea reperire poterimus.

Eſt via ſublimis cęlo manifeſta ſereno.
Lactęa nomen habet, candore notabilis ipſo.
Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta tonantis,
Regalemq; domum. dextra, leuaq; Deorum
Atria nobilium valuis celebrantur apertis.
Plebs habitat diuerſa locis, a fronte potentes
Cęlicolę, clariq; ſuos poſuere penates.



Hic locus eſt, quem, ſi verbis audacia detur.
Haud timeam magni dixiſſe palatia cęli.
Ergo vbi marmoreo ſuperi ſedere receſſu.
Celſior ipſe loco ſceptroq; innixus eburno
Terrificam capitis concuſſit terq; quaterq;
Cęſariē, cum qua terram, mare, ſydera mouit,
Talibus inde modis ora indignātia ſoluit.
Non ego pro mundi regno magis anxius illa
Tempeſtate fui, qua centū quisq; parabat
Inijcere anguipedum captiuo brachia cęlo.
Nā q̄q̄ ferus hoſtis erat, tamē illud ab vno
Corpore, & ex vna pendebat origine bellum.
Nunc mihi, qua totum Nereus circūſonat orbē
Perdendū eſt mortale genus. per flumina iuro
Infera, ſub terras ſtygio labentia luco
Cuncta prius tentanda, ſed īmedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars syncera trahatur.
Sūt mihi Semidei, ſunt ruſtica numina Fauni

CAP. II. EST via ſublimis, Lacteum circulum deſcribit, per quem ad regiā Iouis iter Dijs eſſe ait. Enim vero circulū gręci galaxiam vocant ἀπὸ τοῦ γάλακτος, hoc eſt a lacte, vnde et latini lacteum appellarunt, nam candidus eē vr. De quo ſi quis plura videre cupit, legat Macro. in ſomniū Scipiōis. Cęlo manifeſta ſereno, ſcilicet. Nā (vt inqt Macro.) lacteus circulus vnus ex ōibus oculis noſtris ꝯſpicitur, alij nāq; ſola percipiuntur cogitatione. Cādore notabilis ipſo, notatu et viſu facilis ob ſuum candorem.

Marginal notes: Lacteus circulus — Lacteus circulus deſcriptio — Dij nobiles

Magni Tonantis periphraſis ē Iouis. Deorum nobilium hoc eſt clarorum qui maiores gentiū Dij appellant (vt inquit Macrobi.) Sunt aūt duodecim numero. Et nomina quidē mulierum ſex. Iuno. Veſta. Minerua. Ceres Diana. Venus. Virorum autem nomine totidem. Iuppiter. Mars. Mercurius. Neptunus. Vulcanus. Apollo. Atria, aulę. Celebrantur, frequētantur. Valuis apertis. Ianuis patentibus. Valuę autem dictę ſunt, q̄ dū aperiuntur in ſe reuoluuntur. Fores vero ꝓprie dicuntur, quę foras aperiuntur.

Marginal notes: Valuę — Fores

Plebs habitat diuerſa locis, plebes vocat multitudinē Deorū minorū. A fronte, ī fronte lactei circuli potentiores inqt Dij habitant, ibiq; ędes ſuas collocauere. Videt autem Ouidius alludere ad palatium Romanum in quo īperatores cum principibus habitabant.

Marginal note: Iouis oratio

Si verbis audacia detur, hoc eſt ſi id aſſerere auderem. Palatia magni cęli, hoc ē regiā cęli. Palatiū nāq; vnus ē ex collibus romanis, in q̄ magnificę imperatorū ędes ꝯſpiciebant. unde factū ē. vt ampliſſimas q̄ſq; ędes vulgus palatia vocet. Marmoreo receſſu, loco interiore ędium parte marmoribus incruſtata. Celſior ipſe loco, ſublimior cęteris, vt reges ſedere ꝯſueuerunt. Sceptroq; innixus eburno, ſceptro ex ebore ꝑfecto inhęrens. Ex quo colligimus reges quoq; apud antiquos non ſedentes, vt fere nunc fit, ab ineptis et artis oratorię imperitis, ſed ſtātes principibus ac populis orōnes habuiſſe. Sceptrum autem baculus eſt, quo priſci reges vtebantur: qualibus nunc pontifices noſtri inniti ſolent. Sceptrū vero in primis Ioui attribuit, vt q̄ rex ſit hominum atq; Deorū. Sceptrum autem dictū eſt ἀπὸ τοῦ σκήπτεσθαι, hoc eſt ab innitendo, q̄ illi ſtatis reges innitantur, litterę interpoſitione. Terrificā Cęſariem, terrorem incutientem. Concuſſit terq; quaterq;, ſępius cōmouit atq; agitauit. Hoc aūt habitu ſignificat Iouem fuiſſe iratū. Crebra.n. ꝯcuſſio capitis īdignationē ſignificat. Cū q̄, magnā Iouis oſtēdit potentiā q̄ vna cū capitis motu vniuerſum mundū cōmouit. Talibus modis, hoc mō iratus atq; indignatus Iuppiter eſt locutus. Nō ego pro mundi regno, ac ſi dicat Iuppiter oſtendit genus humanum dignus eſſe q̄d perdatur, cū Dij quoq; ipſi minime ab illius inſidijs ſint tuti. Nam Lycaon ipſum Iouē Deorum hominumq; parentem interficere conatus eſt. Attentos autem ſimul et beniuolos Deos reddit, et rei magnitudinem oſtendens et animum ſuum pro ſalute eorū anxiū atq; ſolicitum eſſe demōſtratis. Nō ego ꝑ mundi regno, de mūdi regno Iuppiter cū gigātibus grauiſſimū bellū geſſit, eosq; tandem in

Marginal note: Sceptrum

Angui Phlegreis cãpis ſuperauit,et ad inferos detruſit, vt
pedes pardoante diximus. Quiſq; anguipedũ,quiſq;
gigantum.Nã anguipedes dicti ſunt gigantes q
anguinos pedes hre viderentur, vt in quinto Fa-
ſtoꝝ Ouidi.ipſe narrat. Quod ſignificat (vt ſcribit
Macro.) nihil eos rectũ, nihil ſupernũ cogitaſſe,
totius vitę eoꝝ greſſu atq; ꝓceſſu in inferna mer
gente. Centũ brachia,centũ manus, Vnde et gi-
Centi gantes Centimani a centũmanibus vocantur. Al-
mani ludere aũt poeta vr ad Briareũ gigantem et Cottũ
et Gigen illius fratres, quos Heſiodus in Theogo-
nia ſingulos centum manus habuiſſe ait. Cęlo
captiuo,q captiuũ reddere cupiebant. Nam qq,
rõnem aſſignat Iuppiter cur magis nunc ſit ſolli
citus,q cum gigantes cęlo manus inijcere conati
ſunt.Nam quãuis inquit gigantes viri eſſent for-
tiſſimi,mihi tñ bellũ minime cum toto hominũ
genere ſuſcipiendum fuit,ſed cum vna ſolum gi-
Corpus gantum progenie. Ab vno corpore,ab vna ho-
minum congregatione.Nam corpus interdũ pro
multitudinis congregatione ponitur. Et ex vna
Gigantũ origine,exponit id quod ab vno corpore dixit. Ab
origo vna.n.gigantum ꝓgenie Ioui bellũ fuit indictũ.
De gigantum aũt origine varię ſunt priſcoꝝ opi-
niones. Alij nãq; illos Titani, et Terrę filios fuiſſe
ſcribunt. Alij ex ſanguine Titanoꝝ a Ioue interfe
ctorum e terra natos eſſe aiunt. Ioſephus vero in
antiquitatibus Iudaicis ꝓtẽdit eos ex coitu Demo
nũ cũ mulieribus fuiſſe procreatos,cui qdẽ opinio
ni et Lactãtius ẽ ſacra hiſtoria aſtipulari vr. Nũc
mihi qua totũ,nunc ingt nõ vnũ holum corpus,
ſed totũ genus humanũ ꝓrius mihi eſt perdendũ.
Nereus Qua,quatenus et quouſq;, Nereus,Deus eſt ma
rinus,ſed pro Oceano ponit,q vniuerſas circuit
terrã. Circũ ſonat,circũſtrepit fluctibus. Per
flumina iuro iñfera,p Stygem paludẽ iurat morta
le genus totum eſſe perdendũ. Stygis aũt numen
Dij fallere metuebãt,vt ait Virgilius.Dij cuius iura
re timent,et fallere numen. Stygio luco, nemori
Stygi paludi iminenti. Cuncta prius temptanda,
oĩa inquit prius ſunt experiẽda q genus humanũ
perdat.Sed malı tamen ſunt perdendi,ne boni pe
riclitentur. Sed immedicabile vulnus, hac ſimilitu-
dine colligit vniuerſum genus humanũ eẽ perden
dũ,cum totũ ſit corruptum. Vt.n.corporis partes
corruptę ſolẽt ꝓcidi, ne reliquũ corpus putreſcat,
ſic genus humanum eſt perdendũ,ne Satyri, Nym
phę,ac Fauni bonum ſceleribus inquinentur atq;
infeſtentur. Immedicabile,inſanabile. pars ſyn
Syncera cera,integra ac ſana et incorrupta. Trahatur,in
putredinẽ et corruptionẽ ducatur. Argumentat ĩt
Semidei Iuppiter ab vtili et honeſto. Sunt mihi ſemidei,
q nã ſit ea pars syncera,cui timet Iuppiter ab hũa
Satyri no gñe,exponit. Semidei heroes alio noĩe vocan
Silhani tur.maiores.n.hoibus,ac Dijs minores fuiſſe vñr.
Fauni,Satyri,Syluani Dij habiti ſunt ruſticani.

LXVI. EST via ſublimis. Altiſſima nãq; et difficilis eſt
virtutis (qua iter eſt ad cęlum) via infallibilis
veritatis teſtimonio. Arcta eſt via quę ducit ad vi-
tam et pauci ingrediunt per eam nihilominus et
ſi difficilis cęlo ꝑi manifeſta ſereno. Quid enim
homini ſecundum recte rõnis dictamen viuenti,
virtute ad quam nã inclinati ſumus manifeſtius
eſſe poteſt? Cęlo igitur ſereno, intellectu prudentia
regulato,non dictaminis erronei obnubilatione
ob tenebrato,virtus eſt manifeſtiſſima. Nam que-
admodum in luce omnia facillime cognoſcunt,
in tenebris autem nec videmus, nec quo ambula-
mus,cognoſcimus. Ita virtutes quę arma lucis a Ad Ro
Paulo vocantur, intellectum eleuant in ſplendorẽ ma.xiij.
lucis ęternę,ſunt enim virtutes lux quędam ſpiri-
tualis,et formaliter et effectiue ipſius animę,cum
virtuoſo omnia in luce clareſcant,Ouidij teſtimo-
nio. Lactea nomen habet,candore notabilis ipſo.
Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta tonantis, et re Apocal.
cte Nihil ſiquidem coinquinatum intrabit in re- xxi.
gnum cęloꝝ. Ambulant enim albis ſtolis amicti
Ioanne ſcribente. Ambulabũt mecum in albis qr
digni ſunt. Plebs habitat diuerſa locis. In ęterna fe
licitate,licet idem ſit beatificę viſionis obiectum,ni
hilominus ſecundum abundantiorem charitatis
perfectionem,quę non erit ęqualis in oibus, et lu
men glorię,vnus altero clarius Deum videbit. Et
etiã in cęleſti patria accidentale quoddã premium
aureolę noie deſignatũ,nõ cuilibet meritorio ope
ri,ſed excellenti duntaxat et priuilegiato debitũ.
Ouidius,etſi in tantas ingenij eleuationẽ ſe raptũ
non cognouerit,hoc tñ ſuis verbis ſpiritusſanctus
nobis aperuit. Plebs habitat diuerſa locis. Et conſo
nũ vr,quod Chriſtus (euangeliſta referente) cum Apocal.
de beatitudine loqueretur,dixiſſe fertur. In domo tertio.
patris mei manſiones multę ſunt. Certior ipſe lo-
co. Sũma et incõprehenſibilis illa Dei oĩpotẽtis ma
ieſtas,cuius nutui oĩa obediunt (Ouidij) teſtimo-
nio,Terram mare ſydera mouit) in ſummo en-
tium culmine poſita per eſſentiam beata · ſola eſt
enim ſua felicitas,ſua beatitudo, cęteris participa Ioãnes
tione beatis,quod innuere videtur Ouidius, cum xiiij.
Iouem ſummum locum in cęleſti palatio tenere
deſcribit. Celſior ipſe loco. Non ego pro mundi re
gno. Deus varias ad beatitudinem creaturas, Ange
lũ ſcilicet et hominem ordinarat. Pręuaricator An
gelus cecidit. Homo etiam ſua culpa corruit. Mali
gnus autem angelus veniam non meruit. Homo
vero et ſi pęnituerit, nihilominus eius poſteritas
ſua iniquitate Deum ad iracũdiã adeo ꝓuocauit,
vt Moſes eũ dixiſſe referat. me pęnitet feciſſe hoiem
quẽ creaui. itaq; hũanũ genus aqs diluuij paucis
exceptis deleuit. Oui. et Dei iracũdiã retulit. Dignas
Iouẽ concepit iras,et qd Moſes de Deo ſcripſerat.
Delebo hoiem quem creaui a facie terrę,nõ tacuit
Nunc mihi qua totum Nereus circũſonat orbem Gen.vi.
Perdendum eſt mortale genus,immedicabile vul-
nus,Enſe recidendum eſt. In extremi iudicij vni
uerſalis die ſeparabit Deus malos de medio iuſto- Gen.vi.
rũ. Sunt mihi ſemidei,Deus vt ſuã ſapientiã nõ
ſolum variaꝝ creaturarum productione,ſed eodẽ
hominum genere demonſtraret,varijs hoibus di-
uerſa gratiaꝝ dona vnus atq; idem dominus di-
ues in omnibus diſtribuit. Nam quoſdam dedit
apoſtolos quoſdam autem prophetas. alios vero
euangeliſtas,alios autem paſtores et doctores ad

Et nymphę, Satyrīq̃, et monticolę Siluani,
Quos qm̃ cęli nondum dignamur honore,
Quas dedimus, certe terras habitare ſinamus,
An ſatis o ſuperi tutos fore creditis illos,
Cũ mihi, qui fulmen, qui vos habeoq;, regoq;,
Struxerit inſidias notus feritate Lycaon?
Confremuere omnes, ſtudijsq; ardẽtibus auſum
Talia depoſcunt. Sic, cum manus impia ſęuit
Sanguine Cęſareo Romanũ extinguere nomẽ
Attonitum tanto ſubitę terrore ruinę
Humanum genus eſt, totusq; ꝑhorruit orbis.
Nec tibi grata minus pietas Auguſte tuoꝝ,
Quam fuit illa Ioui, qui poſtq̃ voce, manuq;
Murmura compreſſit, tenuere ſilentia cuncti.
Subſtitit vt clamor preſſus grauitate regentis,
Iuppiter hoc iterum ſermone ſilentia rupit,
Ille quidã poenas (curã hãc dimittite) ſoluit.
Quod tñ admiſſum, quę ſit vindicta docebo.
Contigerat noſtras infamia temporis aures,

conſummationem ſanctorum in opus miniſterij, in ędificatione corporis Chri. donec occurramus oẽs in vnitatem fidei, et agnitionis filij Dei. Ouidius ſub nominum velamento hanc Dei pręclaram familiam ingenioſiſſime comprehendit, cum Iouem dixiſſe retulit. Sunt mihi ſemidei ſunt ruſtica numina Fauni. Semidei ſiquidem Patriarchę. Prophetę. Apoſtoli, et Martyres ob virtutis heroicę excellentiam dicti ſunt. Ampliſſimam etenim virtutum perfectionem amplexi. Maiores reliquis hominibus (cum eorum cõuerſationem viuendi modũ ſuperarent) Deo tamen minores fuiſſe videntur, et ſi ei ſimillimi exiſterent. Vita non quidem eorum potius cęleſtis q̃ mundana, ꝓpter virtutum ornamenta dici poterat. Virtus ſiquidem eſt quę bonum facit habentem, et opus eius reddit bonum. Hęc eſt q̃ facit hominem laude dignum. Virtuti enim (Philoſophi teſtimonio) debet laus. Hęc ẽ q̃ (vt Ariſtoteli in ethicis placet) facit hominẽ Deum. Hoĩes dicuntur Dij propter virtutis excellentiam. Nec hoc prophetam pręteriit cum dixit. Ego dixi Dij eſtis. Virtus deniq; homines filios Dei (vt aquilę volanti ſuę Euangeliſtę hiſtorię capite primo placuit) efficit. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Non incongrue igitur Deum dixiſſe cecinit Ouidius. Sunt mihi ſemidei, ſunt ruſtica numina Fauni. Ruſticos etiam numina Faunos, monticolasq; Siluanos, Ioui aſcripſit Ouidius. Nos Deos bonorum omnium largitori, eos ſanctiſſimos ruricolas, in cęnobijs longe ab hominum mundanorum conuerſatione erectis, bene beateq; viuentes. Et anachoritas ſiluiferę heremi, rupiumq; deſertarum incolas, tribuimus. De quibus Paulus ſcripſit. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In ſolitudinibus errantes, in montibus et ſpeluncis. et in cauernis terrę. et hi omnes teſtimonio fidei probati inuenti ſunt. De eis etiam pulchre Hieronymus ad Paulinum preſbyterum ita ſcribit Habet vnumquodq; propoſitum principes ſuos. Romani duces imitantur Camillos. Fabricios. Regulos. Scipiones. Philoſophi proponunt ſibi Pythagoram. Socratem. Platonem Ariſtotelem. Poetę ęmulantur Homerum.

Ariſtoteles.

Virtus

Virgilium. Menandrum. Terentium Hiſtorici Thucydidem. Salluſtium. Herodotum. Liuium. Oratores Lyſiam. Gracchos. Demoſthenẽ. Tullium. et vt ad noſtra veniamus. Epi et Pręsbyteri habeant ad exemplum apoſtolicos viros, quorum honorem poſſidentes habere nitantur et meritum. Nos autem habeamus ꝓpoſiti noſtri principes, Paulum et Antonium. Iulianum. Hylarionẽ. Macharium. Et vt ad ſcripturarum auctoritatem redeam. Noſter princeps eſt Helias. noſter Helyſeus. noſtri duces filij ꝓphetarum, qui habitant in agris et ſolitudine, et faciebant ſibi tabernacula prope fluenta Iordanis, quos Ouidius ad Dei familiam pertinere voluit. Sunt ruſtica numina Fauni.

ET Nymphę, nympharum, varia ſunt nomina. Alię namq; dicuntur Nereydes, quę mare incolũt. Alię Naiades, quę fontes. Alię Napeę, quę ſaltus et ſiluas. Alię Oreades, quę montes. Alię Dryades. Alię Hamadryades, quę in ſiluis habitare, vnaq; cum arboribus naſci, moriq; dicuntur, αμα nanq; ſimul et δρυος εχω arbores et quercum ſignificat. Quos quoniam cęlum occurrit tacite obiectioni. Poſſet enim quis dicere. ſi times a genere humano ſemideis et nymphis et dijs ruſticis, transferas ipſos in cęlum ac genus humanum inter ſe debacchari permittas. ſic enim ſua ſtultitia ſatis ſuperq; punietur. At inquit Iuppiter nondum illos cenſeo dignos qui in cęlum recipiantur. Dignamur. dignos cenſemus. Sic Virgi. Haud equidem tali me dignor honore.

RAPH.

Nympharum nota.

An ſatis o ſuperi, hoc argumento a maiori ſumpto colligit genus humanum omnino eſſe perdendum. Nam ſi mihi inquit cui imperium eſt Deorum et hominum inſidias ſtruere Lycaon feritate ſua notiſſimus eſt auſus, quo modo Dij minores ab humano genere poterunt eſſe tuti?

Habeoq; regoq;. hoc eſt contineo et guberno. Grecum autem verbum expreſſit. Nam δρης et habeo et contineo ſignificat.

Notus, nobilis et famoſus ſua feritate. Lycaon autem Pelaſgi filius Lycoſuram vrbem in Lyceo monte ędificauit, Iouemq; Lycęum appellauit. et Lycęa certamen in Iouis Lycei honorem inſtituit, vt Pauſanias ſcribit, ac infantem in Io

Lycaon

his,ara primus omnium immolauit. vnde locus fabule datus videt. Confremuere omnes, ſimul omnes fremuere ẽ murmurauere facinoris imanitate cõmoti. Studijs ardentibus, inflammatis voluntatibus. Depoſcunt,ad penam ſubaudiendum eſt. Sic cum manus impia ſeuit,in Auguſtogiam hec ab Ouidio referunt. Vt inquit totum genus humanum Iulij Ceſaris indigna cede commotum eſt, q̃ in ſenatu ab ingratis impijsq; ciuibus fuit affectus. Sic Dij auditis Ioui ſtructis inſidijs iſlammati ſunt. Tametſi de coniurationibus et inſidijs contra Auguſtum Ceſarem ſtructis hec mihi dicta potius eſſe videntur. Sic enim et Ioui et Deorum indignationi pulcherrime commodatur hec ſimilitudo. Nam vt Iuppiter a Lycaone, quis inſidiante,non fuit interfectus,ita ne Auguſtus quidem a coniuratorum quo q̃ fuit oppreſſus. Cum alij at multi varijs temporibus,vt ſcribit Suetonius,in Auguſtum coniurarunt. tum Telephus mulieris ſeruus nomen clator. Is.n.quaſi debita ſibi fato dñatione et ipſum et ſenatum aggredi deſtinauerat. Quondam etiam iuxta cubiculum eius lixa quidam ex illyrico exercitu ianitoribus deceptis noctu deprehenſus eſt,cultro venatorio cinctus,inopis ne mentis an ſimulata dementia incertum. Nihil.n.exprimi qõne potuit. De inſidijs at Augu. ſtructis potius eſſe intelligendum q̃ de Iulij Ceſaris cede facile ex ipſius Ouidij verbis pcipi poteſt,cu inquit. Nec tibi grata minus pietas Auguſte tuorum. Quam fuit illa Ioui. Hoc vero ab iſtis ſcalfurnijs ſi quo Igenio indicione forent,notandum erat. Mihi certe prior expoſitio,vt de Iulij Ces. cede intelligamus, non probatur.

Manus Manus impia,impiorum coniuratorum multido. Nam ſexaginta et amplius. C. Caſſio. M.q; et decio bruto principibus,vt refert Sueto. in Iulium Ceſarem cõiurarunt,eũq; in ſenatu tribus et viginti vulneribus trucidarunt. Seuit extinguere,ſeuit vt extingueret,poetica enim locutio eſt. Sanguine Ceſareo,Iulij Ceſaris cede, ſiue potius Auguſtus qui Iulij Ceſaris filius fuit adoptiuus. Attonitum,ſtupefactum. Romanum no.quod Iulius Ce. Auguſtusq; filius eius geſtis ſuis clariſſimum reddiderat. Nec ti.gra.mi.pe.non minus inquit pietas populi Roma.qui tuos inſidiatores vultus eſt,tibi grata fuit,q̃ Ioui Deorum indignatio, quam conceperunt,cum audiſſet inſidias Ioui ipſi a Lycaone fuiſſe ſtructas. Qui poſtq̃ voce manuq; geſtum exprimit eorum qui ſilentium indicunt. Compreſſit,compeſcuit. Subſtitit vt clamor, poſtq̃ ceſſauit clamor Iouis auctoritate cohibitus. Silentia rupit,locutus eſt. Sic Virg. Quid me alta

Silentiũ rumpere ſilentia cogis rumpere? Ille quidem,Lycaon ingt ille feritatis cõſpicuus penas dedit.

Soluere penas Nas ſoluere penas eſt pati penas et ſuſtinere. Curam hanc dimittite,ipſum depoſcendi ap penam. Eſt autem parentheſis. Quod tamen admiſſum, quis inquit dederit penas Lycaon, volo vos tamen docere et peccatum quod amiſit,et penam q̃ fuit affectus.

Contigerat noſtras. Narrat Iuppiter quemadmodum ingſiturus hominum ſcelera e celo deſcendit in terras,ſuſceptaq; humana figura orbem terrarum pagrarit,ac tandem ad Lycaonem Arcadie regem hoſpites crudeliſſime interficientẽ puenerit, quem in lupũ idcirco ſe ait commutaſſe,qd ſe q̃q; interficere conatus eſt. Infamia tpis,ignominia ſeculi,quo teterrima q̃q; ſcelera cõmittebant.

Et nymphe Satyriq; etc. Deſcripta Iouis optimi maximi pro parte familia,Ouid.reliquam de ſcripturus intulit. Et nymphe Satyriq; Rabanus ſatyros homuntiones vncis naribus eſſe et cornua in frontibus habere,pedesq; capranum ſimiles tradidit. Ex his diuus Hiero.vnum meminit a beato Antonio per ſolitudines heremi thebaidos ſanctiſſimum virum Paulum heremiticam agẽtem vitam exquirente viſum,atq; ab eodem interrogatum,reſpondiſſe,ſe mortalem et ex oculis heremi vnum,ex his,quos ceca ſuperſtitione deluſa gentilitas Faunos,ſatyroſq; appellauit. Alij ſilueſtres homines putant. Nonnulli Demones incubos in hac homũtionũ ſpecie,aut latitantes, aut ſub eadem in humani generis perniciem apparẽtes (vt in errorem homines inducant) arbitrantur. Satyros ſiquidem antiqui nemorum vocauere Deos,ẽ vt auctor eſt Rabanus,voce non ſigno futura oſtẽdebant. Ab his apud Romanos ſatyricum carmẽ nomen accepit. Eſt at Satyra carmen maledicum et ad carpenda hominum vitia cõpoſitum, Olim vero carmen qd vario poemate pſtabat Satyra vocabatur. Satyri igit,quos Ioui tribuit Ouidius diuine legis doctores.acerrimis obiurgationibus in pceptorũ Dei ptemptores,ac in nefandiſſima ſcelera,tum recte viuendi exemplo,tum diuini verbi gladio irruentes denotant. Qui varijs ſacrarum litterarum auctoritatibus ſuas ad virtutem exhortationes vallatas, ac firmatas (vt decet Satyram diuerſo poemate) oñdunt. Nymphas at ſacras virgines,q̃rum principalem Dei genitrix merito ſibi vendicat, eſſe non ambigimus.qbus et Nereides et napeas (licet alia ſint et nympharum noia) piungemus, ne reliq̃ ſexus muliebris turbam ſilentio pteriſſe videamur. Nereides mare incolentes. Mulieres viris iunctas cõiugio (ob matrimonij maris noie deſignatas anguſtias) denotãt. Naiades (quas fontium veteres dixere)puellas decore inſignes virgineo,que gẽ fontem ſuum perpetuo extinguendum carnis triũpho p fontem denotato atgrunt. cũ in fonte aq̃ clara et non turbida ſcaturiat,et virginitas lutee carnis labe (ſi pfecta ſit non polluat) ſignificant.

Napeis deniq; q̃ ſaltus et ſiluas incolũt, viduas homini conſortio priuatas,olq; maritorum ſolatio deſtitutas,ſoli at Deo (vt eas decet) amore inherẽtes,intelligere poſſumus,q̃s Oui. Ioui eẽ cure ſubiũxit. Sunt mihi ſemidei,ſunt ruſtica numina Fauni. Et nymphe. Deo at oīpotenti eẽ gratiſſimas qs dubitet? cũ ſcriptũ ſit. Qui diligit cordis mũditiam diliget a domino. Quos qm celi nondum dignamur honore. Patriarche. Prophete.ac iuſti priſcorũ patrum et legis nãlis et ſcripte etatis. Et ſi Dei beniuolentiã et amicitiã bene beateq; viuẽdo ſibi cõciliaſſet (in gra ſiqdes decedebat) Nihilominus añ diuini verbi incarnationẽ,et (que fuit redẽptionis

LAVI. Rabanus Satyri Hiero. De ſatyris opiniones ſatyricus carmen Napee

Quã cupiens falſam, ſummo delabor olympo,
Et Deus humana luſtro ſub imagine terras
Longa mora eſt, quantum noxę ſit vbiq; reptũ
Enumerare. minor fuit ipſa infamia vero.
Męnala tranſieram latebris horrenda ferrarũ,
Et cum Cyllene gelidi pineta lycęi,
Arcados hinc ſedes, et inhoſpita tecta tyranni
Ingredior, traherent cũ ſera crepuſcula noctẽ.
Signa dedi veniſſe Deum, vulgusq; precari

generis humani pretiũ) eius paſſionẽ, cęlũ ſatisfa
ctionis pondere grauatus nequibat aſcendere, ſed
interea tartareoꝵ ergaſtuloꝵ ſuprema (cui nomẽ
Lymbus eſt) danſi a cęlo exules primi parẽtis la-
Paulus pſu detinebaſ. Id Ouidius innuit. Quos qm cęli nõ-
dum dignamur honore, ac ſi omniũ opifex Deus
diceret. Primi paren
tis caſu. humanum
genus Lymbo detẽn
tũ, felicitatis ęternę
premia ꝯſequi non
poteſt, niſi ęterni ver
bi filij mei vnigeni-
ti paſſiõe, cuius nõ-
dum tempus adue-
nit (Paulo ſigdes te-
ſte. cũ venit plenitu-
do tẽporis miſit De-
us filiũ ſuũ) interea
S. Lymbũ carcerem ter
renum habitant. vñ ſubiunxit Ouidius. Quas de
dimus, certe terras habitare ſinamus.
RAPH. QVAM cupiens falſam, Deus enim vult omnes
Luſtrare homines bonos eſſe. Luſtro, peragro, circũeo. Ali
as luſtrare eſt purgare et illuſtrare. Longa mo-
ra eſt Enumerare, longa mora eſſet inquit ſi enu
Noxa merare vellem quantum vbiq; ſceleris inuenerim
Noxę, Culpę, ſceleris. Noxa enim et culpa ẽ ſce
lus et maleficium ſignificat. Vnde noxius declina
ri videtur. Sane noxa interdum etiam pęnam ſi-
Noxę de- gnificat. Vnde apud iuriſconſultos. Noxę dedere.
dere. hoc eſt pęna tradere ob damnum illatum. Vnde
Noxales et noxales actiones ab iiſdem appellantur, quę ex
actione noxa atq; maleficio ſeruorum aduerſus dominos
Męna- inſtituuntur. Minor vero eo quod verum erat.
lus. Maiora nãq; ſcelera, et plura ab Ioue deprehenſa
Iuppiter fuere q̃ ferebantur. Męnala tranſieram Deſcri-
in homi bit iter quo ad Lycaonem peruenit. Męnalus au-
nem. tem et vrbs et mons eſt arcadię celeberrimus a Mę
Cyllene nalo Arcadis filio denominatus. Latebris, lati-
Cyllenius bulis. Et cum Cyllene. Cyllene mons Arcadię Mer
Pineta. curio dicatus. Vnde et Cyllenius appellaſ. Pineta,
Lycęus loca pinis conſita, vt oliueta. Lycęi, mõs eſt Ar-
cadię Lycęus Pani ſacer. Et inhoſpita, inhoſpita-
Tyran- lia. Arcados tyranni, lycaonis Arcadię regis.
nus. Cum autem Lycaon multo ante Troica tempora
fuerit, mirandum eſt cur poeta ſub perſona pręſ-
ſertim Iouis ipſum Tyrannum vocat, cum hoc
nomen ne Homeri quidem aut Heſiodi tempori-
bus (vt ſcri. Ariſtophanes grãmaticus) in vſu fue-
rit. Nuſq̃ enim in ipſoꝵ priorũue ſcriptorum operibus
inuenit tyrannus. Reges nãq; appellabanſ oẽs, qui
tpe Archilochi iamboꝵ ſcriptoris (vt Hippias ſo-
phiſta teſtaſ) Tyranni cęperunt appellari. Home-
rus qdẽ Echetũ crudeliſſimum hoium interfectorẽ
nũ upat regẽ. Tyrãnus vero dictus eſt, vel a Tyr-
rhenis (vt qdã putãt) qui olim pdones crudeliſſimi
fuere. Vel απο του τυραννους λαους, hoc eſt a do-
Æſimne- minandis ppłis qbus inſidias ac dolos ſtruunt. Ari-
tes. ſtoteles vero in cumęorum rep. honeſto vocabulo
Æſymnetas prius fuiſſe vocatos, q̃ poſtea tyrãni ap-
pellari cęperunt. Nã Æſymnetes dr̃ honeſtus lauda
tor. Sed Oui. ex ꝯſuetudine ſuoꝵ tempoꝵ locutus ẽ.
Sane Tyrannus apud priſcos et pro bono prin-
cipe accipiebatur. Virgil. Pars mihi pacis erit dex-
tram tetigiſſe tyranni. Vſus deinde obtinuit. vt p
Arcas eo demũ poneretur qui dominatu crudeliter abute
arcadia retur. Arcas ſane et
proprium filij Cali-
ſtus nomen eſt ẽ gẽ
tile, Vnde Arcadius
et Arcadicus deriuaſ.
Arcadia vero ab Ar-
cade Caliſtus filio de
nominata eſſe vr̃. Nam
antea tũ Parrhaſia,
Lycaonia, tũ Gigan-
tis, tũ Azania, tũ Pa-
nia (vt inquit Stepha
nus, qui de vrbibus
Crepuſcu et vicis diligẽtiſſime
lum ſcripſit) vocabatur. Traherent cum ſera crepuſcu
Creperus la noctem, hoc eſt cum aduesperaſceret. Trahe-
Decrepiti rent, adducerent. Sera crepuſcula, crepuſculum
dicitur dubia lux. Nam creperus dubium ſignifi-
cat. Vnde et decrepiti ſenes dicuntur, quoꝵ vita in
dubio eſt conſtituta. Signa dedi, hoc eſt ſignifi-
caui me eſſe Deum. Precari, colere ac venerari.
LAVI. SVmmo delabor olympo, Et Deus humana lu-
ſtro ſub imagine terras. Si iuxta Philonis ſentẽ
tiam, quę terrena ſunt cum difficultate cognoſci
mus, quo ingenio. qua mente, qua dicendi co-
pia, quo rationis acumine apprehendere, quibusue
verbis cõſequi diuinę incarnationis eiusq; et ęternę
ex tempore natiuitatis, ab Oui. his verſibus conclu
ſum. Summo delabor olympo. Et Deus humana
luſtro ſub imagine terras, poterimus myſterium.
omnem ſiquidem metam, omnemq; terminus
humanę rationis excedit diuini operis magnitu
do. Æterni ſiquidem verbi natiuitas, non ſolum
ſm diuinitatem de patre, ſed etiam ſecundum car
nem de matre, facultatem humani tranſcendit
eloqui. Nulla nempe humani ingenij acrimonia
capit. Patrem ſibi coęqualem ac coęternum ean-
dem numero naturam cõmunicando filium ge-
nuiſſe. Quinam obſecro philoſophantium perſua-
deri poteſt, ſalua virginitatis integritate virginem
parere potuiſſet. Quis adeo lynceis oculis naturę
ſecreta penetrauit? vt duas diſparatas ſubſtãtias re
manẽtibus vtriusq; pprietatibus in vnã ꝯueniſſe
pſonã accipiat? niſi. n. hęc fides credat, ſermo nõ ex
plicat. Nec effectus diuini opis rõcinatio humana
diſcutat. Rõnibus ſiqdẽ nãlibus inueſtigãdis non
inſultãdũ eſt. ex diui Pauli ſnia ſic monentis. Vide
te ne quis vos decipiat per philoſophiã, et inanem
fallaciã, ſm traditionem hominum, ſecundum ele
menta mundi. et nõ ſm Chriſtum. Omiſſis itaq;
terrenis huius philoſophię auctoribus. Incarnatio
nis verbi myſteriũ (quod tetigit Ouid.) (ex apoſto
lico pręcepto in captiuitatẽ redigentes omnem in
tellectũ in obſequiũ Chriſti) prout ſacrę ſcripturę,
quibus falſum ſubeſſe nõ põt (cũ infalibiles inutan

tur veritati) nos edocet, aggrediamur. Coęternum igitur patri verbum, vt humanum genus in tartarea vincula, ob primi parentis flebilē casum detrusum redimeret Deus, Dei filius de ſempiterno et ingenito patre, vnigenitus ſempiternus, per modum intellectus ꝓcedēs manensq; in natura Dei. et incōmutabiliter habēs, nō aliud eſſe q̄ pater ſerui naturam ſine sue detrimēto maieſtatis accepit. In vtraq; ſiquidem nā. idem eſt Dei filius nr̄a ſuſcipiēs et ꝓpria nō amittēs in hoīe hoīem renouās. in ſe immutabilis perſeuerās. Vtriq; ſiquidem nāę ſuas ꝓprietates retinent. tanta eſt vnitatis facta cōio. vt quicqd ibi eſt Dei, nō ſit ab humanitate diſiunctum, quicqd aūt eſt hoīs, nō ſit a Deitate diuiſum. Deitas quippe quę illi cum patre cōis eſt, nullum detrimentum omnipotētię ſubijt, nec Dei formam ſeruiforma violauit, q: ſumma et ſempiterna eſſentia, quę ſe ad humani generis indinauit ſalutē, nos quidem in ſuam gloriā tranſtulit, ſed quod erat eſſe non deſtitit. Vnde cū vnigenitus Dei minorē ſe patre ꝯfitetē, cui ſe dicit ęqualē, veritatē in ſe nāę (vtriusq; demrāt, vt humanā ꝓbet īparilitas, et diuinā declaret ęqualitas. Maieſtati igit filij Dei corporea natiuitas nihil abſtulit, nihil ꝯtulit. q: ſubſtātia incōmutabilis, nec minui potuit, nec augeri. Quod. n. ex euāgelica hiſtoria Ioannis legimus. Verbū caro factū eſt. Non hoc qdē ſignt. q ī carnē ſit Dei nā mutata, ſed q a verbo in

Ioānis pri. ca. vnitatem perſonę ſit caro ſuſcepta, in cuius vtiq; noīe totus homo accipitur, cum quo intra virginis viſcera, ſancto ſpiritu foecundata, et nunq̄ virginitate caritura, tam inſeparabiliter Dei filius eſt vnitus, vt qui erat intēporaliter de eſſentia patris genitus, ipſe ſit tpaliter de vtero virginis natus, Impletū ē in fine ſeculoꝝ, qd fuerat aū tpa ab ęterno ꝓſtitutū Patriarchaꝝ etenim ꝓmiſſiones, ꝓphetaꝝ oracula, ſanctoꝝ patrū, Sibyllaꝝ quoq; ac Poetaꝝ vaticinia, q̄ chriſtū venturū cecinerāt, ſunt adipleta. Anno ſiqdē imperij Cęſaris Aug. xlij. Orbe vniuerſo lōge lateq; pacato. Olympiadis vero cētēſimę nonageſimetertię āno tertio, cū a ꝑmęua mundi origine, qnq; miliū ducētoꝝ fere ānoꝝ curricula effluxiſſent. Noxq; mediū ī ſuo curſu iter teneret ī Bethleē indę, quo ꝓles Danidis Ioſeph, cū Maria ſibi deſpōſata vxore ꝑgnāte. cēſum nomēq; terreno principi daturus venerat. īuiolato hymine. Deū et hominē mr̄ et virgo enixa eſt. Nō qdē in ędibus peregrinis marmoribus erectis. Nō aurea velabāt aulea domos. Nō aureis laquearibus lichni pēdebant Nō lauro virginea colūnę veſtiebant. Nō cytharas nō gēialia nanbilia, nō tibias nō organa, illic reſonare audias. In ortu regis regū, non cultū regiū regras. Niſi quiſpiā dixerit. Illud pręſepe ſoliū. Niſi diuerſoriū aliqs aulā regiam vocauerit. Si rex, vbi miniſtroꝝ frequētia? vbi longus militum ordo? vbi pricipū aſſiſtētiū corona? An ne maria et Ioſephe vbi muſici modulatę ſuauitatis concentus verſantes? An aſinum rudentem, bouemq; mugientem, cythar ędos, et tibicines dixerimus? Elinguis ſio cum profundam verbi incarnati humilitatem ītueor. O immenſa diuinę charitatis amplitudo O profunda bonitas optimi maximiq; Dei. Sic. n. dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. peccauimus omnes. occidimusq; in captiuitatē infernę voraginis, ipſe vero pientiſſimus Deus. vt nos tartareis ergaſtulis liberaret, mortis vinculis abſolueret, nos perditos redimeret, nos per abrupta queq; vitiorum collabentes, et per vitiorum deſerta errantes, ad virtutes et ouile dominicum reuocaret, miſit non angelum, non archangelum, non patriarchā, nō ꝓphetā, nō deniq; q̄piā creaturā, ſed verbū qd ęternaliter ſemel locutus eſt, vt caro factū, carnales hoīes, ab ęternę mortis vinculis eriperet. O ineffabile ſacramētum. O inauditū ſpectaculū. O ſtupēdum et admirabile ꝓdigiū. O nullis antea ſeculis viſa miſeratio. Nā etſi in orbis ꝓductione, incōprehēſibilis Dei potētia īnotuerit in rerum ordinatiſſima gubernatione, inenarrabilis ſapientia ſe mortalibus reuelauerit, ī eius tpali natiuitate ieffabilis benigni tas, hūanitasq; (vt vult apl̄s) apparuit. O q̄ foelix et beata dici pōt h̄ ętas nr̄a. Plautus

O fortunata tpa Ouer aureū ſeculū, in quo verbi īcarnati experimur dulcedinē. O cūctis gētibus deſyderatū ſaluatorē. q ſeipſum veniſſe ſub humana carne miraculis teſtatus eſt. Quod Ouidius nō ſuo īgenij acumine, ſed ſpiritu ſancto eūs (vt Cayphā) monēte cecinit. Et Deus humana luſtro ſub imagine terras, et poſt pauca ſubiunxit. Signa dedi veniſſe Deum. quid elegantius, quid verius, quid deniq; fidei noſtrę magis conſentaneum dici poterat vel deniq; ſalubrius? ſed qd in his moror.

De incarnationis natiuitatisq; dominicę myſterijs magiſtri Petri Lauinij philoſophi, poetę, ac theologi epigramma.

Aetherea tandem Chriſtus demittitur arce,
 Virgineo verbum fit quoq; ventre caro.
Claudere quem nequeunt cęli, nequit orbis, in aluo
 Exigua clauſit virgo tenella Deum.
Annuit vt ſuperis, mox iunxit hypoſtaſis arcto
 Natiuitas vtero cęlitus vna duas.
Filia, virgo patrem genuit, factum manente
 Aedidit auctorem virginitate ſuum.
O miranda Dei miſeratio, carcere vinctos
 Solueret vt tetro, natus in orbe gemit.
Paupere quiq; caſa tegitur, cui lactea pręb et
 Pectora pauperior virgo creata regit.
Horrida ſęuit hyems, alternis anhelitus oris
 Brutorum pueri paruula membra fouet.
Carne ſub humana ſunt faſſa latere tonantem
 Bruta: pio (vt non vocibus) officio.
Cynthia non roſeis abigebat crinibus vmbras,
 Nox obſcura. Dei lumine clara fuit.
Concentus cecinit cęleſtis turba canoros,
 Laus ſuperis, homines foedera pacis habent,
Vocibus ętherreis accitus poplite flexo
 Paſtor adorauit numina tecta Dei.
Ore puer tenero vagitus nunc dat, et aſtrum
 Illius eos ducit ab orbe magos.
Hic puer eſt Cęſar, cui templa relinquit et aras,
 Vt monuit Tybur docta Sibylla colens
Fonte prius gelido lymphei fluxere liquores
 Nunc olei, flores balſama vitis olet

Numina falſa ruunt Memphi, colliſa Quirini
  Effigies, pacis corruit ędis opus.
Se redigi triplices Phębi mirantur, in vnum
  Factorem clamant cuncta creata ſuum.
Quanta ſeneſcenti renouat miracula mundo
  Conditor, hęc memori mente tenere decet.

Lycaon auaritię deditus ex rapto tanquam lupus viuebat. Auari nanque lupis, qui nunquam ſatiantur pecudum cęde, quamſimillimi eſſe videntur. Homines autem in lupos conuerti, ruſuſq; reſtitui ſibi falſum eſſe contendit Plinius. Vnde tamen iſta vulgo infixa ſit fama, in tantum vt in maledictis verſipelles habeantur, oſtendit cum inquit. Euantes inter auctores gręcię non ſpretus tradit Arcadas ſcribere ex gente Antei cuiuſdam ſorte familiæ electum ad ſtagnum quoddam regionis eius duci, veſtituq; in quercu ſuſpenſo tranare, atq; abire in deſerta, transfigurariq; in lupum, et cum ceteris eiuſdem generis congregari per annos nouem. Quo tempore ſi homine ſe abſtinuerit, reuerti ad idem ſtagnum, et cum tranauerit, effigiem recipere, ac priſtinum habitum, addito nouem annorum ſenio. Addit quoq; Fabius eandem recipere veſtem. Hęc vero Plinius fabuloſa eſſe putat. Et veteris, adhuc inquit ſigna priſtinę formę retinet. Nam eandem et caniciem et vultus violentiam habet. Oculi preterea ipſi vt prius lucent, ac demum eandem feritatem quam etiam prius exercet. — *Verſipellis*

Cęperat, irridet primo pia vota Lycaon.
Mox ait, experiar Deus hic diſcrimine aperto,
An ſit mortalis, nec erit dubitabile verum.
Nocte grauē ſomno, nec opina perdere morte
Me parat, hęc illi placet experientia veri.
Nec contentus eo eſt, miſſi de gente moloſſa
Obſidis vnius iugulum mucrone reſoluit.
Atq; ita ſemineces partim feruentibus artus
Mollit aquis partim ſubiecto torruit igni.
Quos ſimul impoſuit menſis, ego vindice flāma
In dominum dignos euerti tecta penates.
Territus ipſe fugit, nactuſq; ſilentia ruris
Exululat, fruſtraq; loqui conatur ab ipſo
Colligit os rabiem, ſoliteq; cupidine cędis
Vtiť in pecudes, et nūc quoq; ſanguine gaudet
In villos abeunt veſtes in crura lacerti.
Fit lupus, et veteris ſeruat veſtigia formę.
Canicies eadem eſt, eadem violentia vultus.
Iidem oculi lucent, eadem feritatis imago eſt.

RAPH. PIA vota, pioq; preces. Mox ait expiar, primo inqt Lycaon pioq; vota, qui me venerabantur, irridere cępit. deinde periculū facere de mea diuinitate cogitauit. Diſcrimine aperto, manifeſto periculo, hoc eſt experientia. Nec erit dubitabile verum, nemo inquit poterit dubitare an Deus ſit, an mortalis. Si enim Deus erit, interfici non poterit. Sin homo fuerit facile perimetur. Nec opina, inopinata. — *Opinus* — Nec contentus eo, nec ſatis inquit ei viſum eſt me velle pdere. niſi ēt mihi I cœnā carnes hūanas partim elixitas, partis toſtas appoſuiſſet. De gente moloſſa, Moloſſi populi ſunt Epyri, a quibus bello victis Lycaon obſides acceperat, quorum vnum iugulauit, vt ipſum ioui apponeret epulandum. — *Moloſſi* — Reſoluit, aperuit. Semineces artus, ſemimortua membra et adhuc palpitantia. Mollit aquis coquit et mollia reddit. Quos ſimul impoſuit menſis. poſtquam ait humanę illę carnes mihi appoſite fuerunt, ego ſtatim ędes Lycaonis incendio corripui dignas quę in tam crudelem dominum euerterentur. Cęterum ipſe territus in ſiluas aufugit, et in lupum feritati ſuę maxime conueniens animal fuit commutatus. Vindice flamma, vltrice. Tecta, domum, a parte enim totum intelligimus. Dignos penates, qui incenderentur, cum tam ſceleratum dominum pati poſſent. Territus, incendio ędium perterritus. Exululat, valde vlulat. Iam enim in lupum fuerat conuerſus. Nam vlulare, quod factitium eſt verbum luporum eſt proprium. Ab ipſo colligit os rabiem, quia inquit loqui non poterat in rabiem actus eſt, quam ab hominibus in pecudes tranſtulit. — *Exululare.* — Et nunc quoq; quemadmodum cum erat homo. In villos abeunt veſtes, in pilos inquit veſtes mutatę fuerunt. Brachia autem in crura. Sicquę Lycaon in lupum fuit conuerſus. Quod quidem idcirco fingitur, quia

LAVI. *Lycaonis fabula* — IRridet primo pia vota Lycaon. Lycaonem Arcadię regem. Titanis et terrę fuiſſe filium dicunt poetę, ſeu ob regium ſplendorem, ſeu ob inſigne aliquod facinus, ſeu (quod magis credendum eſt) quia ſceleratiſſimus homo extitit et Deorum ſpretor, atq; vilipenſor, ſicut plurimum Titanes fuiſſe legimus. cuius talis ab Ouidio refertur fabula. Cum aſcendiſſet in cęlum clamor, quoniam omnia male agerentur in terris, voluit iuppiter experiri preſentia, et forma hominis ſumpta, deuenit in regiam Licaonis, ęgitq; vt aduerterent populi, quia Deus eſſet in terris, qui cum ſacris operam darent a Lycaone ſunt omnes irriſi. Qui tamen vt experiretur nunquid vt dicebatur hoſpes ſuus iuppiter eſſet, conſpiraſſetq; in nocturnam eius necem. nec peregiſſe potuiſſet, ad aliud facinus repente intendit animum, et occiſo ex obſidibus moloſſorum vno, vndis partim, partimque prunis excoqui iuſſit, et illum comedendum Ioni appoſuit. Qui cum cognouiſſet ſcelus, ſpreuiſſetq; cibum, ignem in

regiam Lycaonis infecit, et abijt. Lycaon autem
territus abijt in ſiluas, et in lupum verſus. mores
rapinę priſtinum ſeruare cępit in greges ſęuiens
Senſus hiſtoricus ſanguinis auiditate. Hiſtorię veritas fuit. Olim
cum inter Epyros (ex quibus aliqui poſtea a Mo
loſſo Pyrrhi filio Moloſſi dicti ſunt) et pelaſgos
Moloſſi (qui poſtea Archades) eſſet controuerſia, de qua
cum in concordiam itum eſſet, petijt Lycaon
qui tunc pręerat Pelaſgis, vt ſibi in robur initę
concordię daretur ſaltem obſes vnus ab Epyris,
eo q ab eis fuiſſet primitus exorta diſcordia. Cui a
Moloſſis vſq; ad certum tempus iuuenis vnus ex
nobilioribus conceſſus eſt. Qui cum non remit-
teretur in termino a Lycaone, per legatos gen-
tis ſuę requiſitus eſt. Lycaon autem, ſeu quia ſu-
perbe requiſitus videretur ſeu ob aliam cauſam
turbatus, eo q peſſimus eſſet homo, et elati animi
reſpondit legatis, ſe in ſequenti die obſidem reddi-
turum, iuſſitq; in mane ſequenti ſecum iu con-
uiuio eſſent, et clam obſide occiſo, atq; decocto, le-
gatis alijſq; conuiuantibus iuſſit apponi. Erat for
te inter eos epulans iuuenis Lyſania, is qui poſtea
Iuppiter dictus eſt, homo ea tempeſtate apud Ar-
chades exiſtimationis permaximę, qui cum mem
bra humana nouiſſet, eiectis menſis turbatus
atrocitate facinoris proſilijt in publicum, et in
Lycaonem ſibi fauentibus popularibus omnibus,
eueſtigio conſpirauit, et congregatis viribus eum
traxit in pugnam, ſuperatumq; regno priuauit.
Lycaon autem deiectus, exul, et inops cum paucis
fugit in ſiluas et cępit itinerantibus inſidiari et ra
pto viuere, quod fabulę locum dedit, q in lupum
verſus ſit. Nam ſi recte volumus inſpicere, nulli,
dubium eſſe debet, quin quam cito ad auarici-
am, et rapinam mentem apponimus, humanita
te exuta, lupum eueſtigio induamus, atq; tam
diu perſeueramus in lupum, quamdiu talis ap-
Senſus tropologicus petitus perſeuerat in nobis. humana tantum re-
ſeruata effigie. Fabuloſo Lycaonis velamento, va
Senſus allegoricus rię ſacrarum ſcripturarum allegorico ſenſu te-
guntur hiſtorię. Sceleratiſſimus ſiquidem Lyca-
on, qui ioui hominem occiſum epulandum ap-
poſuit. Nefandiſſimum illum fratricidam Cayn
denotat. Qui ſummi omnium rerum opificis an
te conſpectum (omnia ſiquidem et nuda ſunt et
aperta coram oculis eius) Abelem fratrem, velut
Deum ad execrandas Lycaonis inuitaret epulas,
interfecit. Fuit autem hic Cayn omnium cupidiſ-
ſimus in primis, ac inuidia plenus, necnon et alie
nę felicitatis impatientiſſimus, quamobrem fra-
trem ſuum vnicum Abelem peremit. Conuenerunt
quippe ſimul Deo ſacrificare. Cayn enim de agri-
cultura ſua ſacrificium offerebat. Abel vero lac et
gregum ſuorum primogenita ardentiſſime. De-
us autem (vt Ioſephus in primo antiquitatum
libro teſtatur) agnum eo in ſacrificio ſibi obla-
tum fuiſſe, plurimum delectatus eſt, et maxime
q ſpontaneis et naturaliter ortis fructibus honora
tus eſſet, quam in ſacrificijs fratris ſui Cayn, cuius
Ioſephus auaricia fructus quos offerebat, repperiſſet. Qua-
propter Cayn ipſe non minime indignatus, eo

q frater ſuus fuiſſet ei prępoſitus, eum turpiter
peremit, necatumq; protinus abſcondit, ex hoc
credens latere reatum, ſed Deus ipſe, qui etiam ab-
ſcondita cordis noſtri aperatiſſime nouit, ipſum
fratricidam repente ad ſe vocatum acriter incre-
pauit. dicens eum eſſe fratris ſui interempto-
rem nequiſſimum. quem eueſtigio maledixit. At
ipſe Cayn ex Dei ſententia effectus profugus, et
vagus in indiam a facie Dei commigrauit. eoq;
loci genere humano poſtmodum multiplicato.
pro mali ſui incremento ſuos ad latrocinia in-
uitauit et docuit. Nam opes multas quoad vixit
(vt ioſephus in primo antiquitatum auctor eſt)
ex latrocinijs et rapinis ſemper aggregare ſtudu-
it, Hominum ſimplicitatem ex inuentione ponde Ioſephus
rum et menſurarum (homines in caliditatem et
corruptionem compellens) permutauit. Cumq;
Cayn ſenio confectus fuiſſet, et inter fructeta
(tanquam alter Lycaon) aliquando feſſus ſede-
ret, a pronepote ſuo Lamech, qui et ipſe iam
ſenectutis vitio cęcus effectus fuerat, interfe-
ctus fuit. Nam Lamech ipſe dum venatio-
ni inſiſteret pueri ductoris ſuaſu, credens Ca-
yn eſſe feram eum ſagitta occidit. Lamech
vero cum ſe Cayn proauum interfeciſſe depre
hendiſſet. ira ſuccenſus, ipſum puerum poſtea
interfecit. Vnde ipſe apud Moſen ita ſuis vxori-
bus loquens introducitur. Audite vocem meam Gene.iiij.
vxores Lamech, auſcultate ſermonem meum,
quoniam occidi virum in vulnus meum, et
adoleſcentulum in liuorem meum, ſeptuplum
vltro dabitur de Cayn, De Lamech vero ſe-
ptuagies ſepties. Cayn igitur Lycaone non in-
congrue ſignificatum ſcripſit ſub velamento
Ouidius. Moſes Cayn maledictum a Deo vo-
luit. Maledictus eris ſuper terram, et paucis in-
terpoſitis ſubiunxit. Vagus et profugus eris ſu-
per terram. hoc Ouidius tetigit eo carmine. Ter-
ritus ille fugit, nactusque ſilentia ruris Exulu-
lat. Lycaonis etiam fictione populi iudaici in
chriſtum ſeuitiam accipere poſſumus. In vlti-
ma ſiquidem ętate inclinata iam die, et appro
pinquante mundi termino ex populo iudaico
ſecundum corpulentam ſubſtantiam, et ſi non
ſecundum rationem ſeminalem, deſcendens in
mundo homo factus apparuit. Ouidius iouem re
giam Lycaonis eadem tempeſtate ingreſſum vo-
luit. Inhoſpita tecta tyranni ingredior, traherent
cum ſera crepuſcula noctem. Chriſtus miracula
fecit, quibus ſuam deitatem efficaciſſime probauit
Nam plurima diuerſo miracula geſſit in orbe.
Signaq; veniſſe teſtificata Deum. Miracula ſiqui
dem (quę facultatem cuiuſq; naturę createę exce-
dunt) ſolo eius imperio, cui omnia obediunt
(quod nullus eo excepto facere potuit) operatus eſt
Vnde ad Lycaonis iudęos verba faciens et eo
rum duritiam increpans, ait. Si opera non feciſ-
ſent in eis quę nemo alius fecit peccatum non ha
berent. Ouidius eadem fere verba referens dixit.
Signa dedi veniſſe Deum. Prophetę ſiquidem te
ſtimonio. Deus in terris viſus eſt. et cum homi-

nibus conuerſatus eſt. Iudęi Chriſti diuinitatem sępiſſime experimento cognoſcere (Licet eius opera ipſum verum manifeſtiſſime probarent) Euangeliſta referente noluerunt. Dic nobis in qua poteſtate hęc facis, et illud. Alij ſignum de cęlo quęrebant Ouidius fabuloſo velamine populum iudaicum de Chriſto loquentem introducens ait. Mox ait experiar Deus hic diſcrimine aperto An ſit mortalis Ęternū verbum carne ſub humana latitans, et ſi iudęos preſens verbo et exemplo ad virtutum excellentiā et fidei veritatem euocare voluerit, nihilominus nec ſcribę, nec phariſei nec iudeorum maiores (paucis exceptis) eius verbis aſſenſum prębentes, vitam in melius commutarunt. De turba autem (vt Euangeliſta Ioannes auctor eſt) multi crediderunt in eum. Ouidij carmine eadem manifeſta ſunt. Vnuſquiſque precari cęperat, irridet primo pia vota Lycaon. Mox ait experiar. Quid huic (de quo nunc loquimur) fidei noſtrę myſterio magis conſentaneum referre poterat, Ouidius? Quem enim fidelium latet (quę ſcripturarum ſanctarum noticiam habeat) iudęorum maiores de Chriſto dixiſſe? Quomodo hic litteras ſcit cum non didicerit. Et alibi legimus. Nonne hic eſt filius fabri, et vnde huic hęc nomina? recte igitur Ouidius ſcripſit. Irridet primo pia vota Lycaon. Iudaicus ſcilicet populus et eorum preſertim maiores per Lycaonem regia poteſtate inſignitum, deſignati. Experiri etiam ſatagebant manifeſte Chriſti deitatem iudęi (cum eum montis vertice precipitem dare et lapidibus opprimere) voluerunt. Vnde ſubiunxit Ouidius. Mox ait experiar Deus hic diſcrimine apto An ſit mortalis. Iudęi Chriſtum in horto orantem noctis tempeſtate ab eis captum, et vinculis irretitum vt eum morti traderent, ad varios iudices deduxerunt. Ouidij verba hęc innuere videntur. Nocte grauem ſomno, nec opina perdere morte Me parat. Nocte grauem ſomno. Anima ſiquidem Chriſti inſtante paſſionis tempore Euangeliſtę teſtimonio. Triſtis erat vſque ad mortem, ſomno (ſacro teſtante eloquio) deſignatam. Aut etiam eos Apoſtolos intellige, de quibus ſcriptum eſt. Erant autem oculi eorum grauati. Iudęi Deum inter eos humana ſub carne conuerſante inuidia excęcati peremerunt. Vnde in hodiernum vſque diem effecti ſunt fugitiui, profugi, et per orbem vniuerſum more luporum vagabundi, Prophetę teſtimonio dicentis Diſperdā eos de gente in gentem Ouidius populi iudaici diſperſionem deſcribens cecinit. Territus ille fugit, nactuſque ſilentia ruris Exululat Lycaō, deniq; Herodem innocentes (vt Chriſtum, perimeret) interficientem ſignificare poteſt.

(Ioānes)

Occidit vna domus ſed nō domus vna perire
Digna fuit. qua terra patet, fera regnat erinnys
In facinus iuraſſe putes. dent ocyus omnes
Quas meruere pati (ſic ſtat ſententia) pęnas.
Dicta iouis pars voce ꝓbāt, ſtimuloſq; fremēti
Adijciunt, alij partes aſſenſibus implent,
Eſt tamen humani generis iactura dolori
Omnibus, & quę ſit terrę mortalibus orbę
Forma futura rogant. quis ſit laturus in aras
Thura, feriſne paret populandas tradere terras.
Talia quęrentes (ſibi enim fore cętera curę)
Rex ſuperum trepidare vetat, ſobolemq; priori
Diſſimilem populo promittit origine mira.

Fabulę ſeptimę libri primi argumentum.

Occidit vna ē cętera. Iuppiter propter audaciam Lycaonis. Cęterorumque mortalium, qui ſceleribus ſuis etiam Deorum potentiam tentabant itaq; orbem terrarum perfuſis imbribus inundauit. Et cum duo pietate cęteros mortales anteceſſiſſent, Deucalion Promethei filius ac Pyrrha eadem ſoror atque coniunx e Parnaſo monte proluuiem imbrium effugiſſent, ſorte monita Themidis, qui eo tempore Antiſtes terrę fuiſſe traditur, a Deis veniam acceperunt, per preces generandę prolis, ita vt lapides poſt tergum iacerent, ex quibus homines naſcebantur, et a Deucalione miſſi in viros vertebantur. A Pyrrha autem in fœminas. (Lactantius)

OCCIDIT Vna domus. Poſteaquam Iuppiter exemplo Lycaonis quam tetris ſceleribus infecti ſint homines, concludit totum genus humanum penitus eſſe perdendum. Sicque poeta fabulam cum fabula, ac mutationem cum mutatione connectit. Narraturus enim quemadmodum Lapides a Deucalione et Pyrrha poſt terga iacti in mares, partim in fœminas fuere conuerſi, ante deſcribit diluuium, quo genus humanum fuit extinctum. (RAPH.)

Sed non domus vna perire Digna fuit, omnes inquit hominum domus ſunt euertendę, et exterminandę non vna ſola. Vbique enim nefanda ſcelera perpetrantur.

Fera regnat Erinnys, Ferita, impietas, inhumanitas. Erinnys enim dicitur furia infernalis diſcordia, bello, contentioneq; gaudens. Sunt autem Erinnyes Deę vltrices illorum, qui ſunt impij erga parentes, dictę (vt Etymologici ſcribunt) παρα το εντη ερευνειν, quod in terra habitent hominum facta ſpeculantes (Erinnys)

In facinus iuraſſe putes, poſſes inquit putare omnes homines ſe mala omnia perpetraturos coniuraſſe. (Facinus)

Facinus, ſcelus, quamuis in bonam quoque accipiatur partem.

Dent ocyus omnes Quas meruere

pati pęnas,hoc eſt cito ac repente omnes puniantur. Dare et perſoluere pęnas dicuntur, qui puniuntur. Sic ſtat ſententia, talis eſt inquit ſententia mea,vt omnes perdantur. Stat,fixa eſt et immota.Eſt autem parentheſis. Dicta Iouis pars voce probat,omnes inquit Dij Iouis ſententiam partim verbis,partim nutu approbauerunt. Aſſenſibus implent, nutibus et manibus ſe Ioui aſſentire ſignificant. Iacturę dolori,perditio. Orbę terrę,priuatę. Rogant, interrogant Iouem. Quis ſit laturus in aras Thura,quis ſit Dijs ſacrificaturus. Populandas terras,vaſtandas,ac depredandas. Sibi eni fore cętera curę,ſubaudiendum eſt ait verbum,qđ eleganter in huiuſmodi pretermittitur locutione. Eſt autem parentheſis. Rex ſuperum trepidare vetat,Iuppiter. Origine mira,quia lapides, vt paulopoſt narrabit,in homines fuere conuerſi,quod quidem maxime mirandum eſt.

Dare pęnas. Stare. Ppłari.

LAVI.

Occidit vna domus,ſed non domus vna perire Digna fuit. Diluuium (quo paucis exceptis omnia ſuper terram viuētia aquarum inundatione delata ſunt) deſcripturus Ouidius tam ſeueri in peccatores iudicij cauſas premittens cecinit. Qua terra patet,fera regnat Erinnys. In facinus iuraſſe putes. Non ſolum enim Moſi,ſed et Ouidij ſententia,in peccatorum punitiones diluuium factum eſſe conſtat. Deus ſiquidē optimus maximus vniuerſali exterminio nunquam genus humanum punire voluiſſet,niſi peccatorum non ferenda turpitudo,niſi hominum peccantium effrenata multitudo,niſi delictorum quę homines ad malignandum inuitat impunitas,niſi ad ſcelera vſq; quaq; perpetranda,mortalium hominum inclinata eſſet,et dedita intentio Niſi deniq; diuinam vltionem in ſe prouocare hominum peccatis deditiſſimorum obſtinatio.

Cauſa diluuij

Gen.vi.c.

Quę ſanctiſſimus legiſlator ille moſes,luce clarius (cum diluuium diuino furore in libidinoſi incendij extinctionem, a ſummo omnium rerum opifice immiſſum deſcribere) innuit. Videns autem Deus φ multa malitia hominum eſſet in terra,et cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum,omni tempore pęnituit eum φ hominem feciſſet in terra. Ouidius paucis admodum verbis id explicauit. Qua terra patet fera regnat Erinnys. In facinus iuraſſe putes. Quid Ouidius Moſi et veriſſimę et catholicę ſententię magis conſentaneum ſcribere potuiſſet? Tanta ſiquidem ea tempeſtate erat mortalium libido,vt ad iracundiam,et ad delendum genus humanum prouocaretur Deus. Cum enim videret orbem terrarum malitia et ſceleribus oppletum ſtatuit hominum genus diluuio perdere,ad multitudinem nihilominus hominum reparandam. Noe patriarcham ſanctiſſimum vnum delegit,qui corruptis omnibus ſingulare iuſtitię ſupererat exemplum. Hic cum quingentorum eſſet annorum archam ex precepto diuino fabricauit, quam ipſe cum coniuge, tribusq; filijs,ac totidem nuribus ingreſſus (cum aqua montes operuiſſet altiſſimos) ex tanta cla-

Noe

de ſuperſtes fuit. Factum eſt etiam diluuium (vt auctor eſt Lactantius) ad perdendam tollendamq; ex orbe terrarum maliciam. Nefanda ſiquidem malignitas vniuerſum genus hominum tunc & Moſi,et Ouidij ſententia occupauerat. Moſes ſiquidem ſcripſit Deū Noe ita allocutum fuiſſe. Finis vniuerſę carnis (hominum ſcilicet ſecundum carnis petulantiam viuentium) venit coram me. Ouidius eo tempore malitiam hominum fuiſſe permaximam non tacuit. In facinus iuraſſe putes. Filij ſiquidem Seth cum filiabus Cayn laſciuię dedituſſimis, matrimonia, quod eis prohibitum fuerat, inierunt,quę in eum libidinoſi pruritus furorem exarſerunt,vt viris ſupergreſſę prodigioſę Veneris incendio naturam mentirentur. Viri deniq; ad eam inſaniam deuenerunt,vt in alterutrum turpitudinem operantes,naturalem vſum foeminę reliquerint. Nefandiſſima igitur carnis peccata in dies nouorum ſcelerum excogitata malitia augebantur,totius humani generis foedata multitudine,ſanctiſſimo duntaxat patriarcha Noe cum vxore et filijs eorumq; coniugibus excepto in horrendas quaſq; cęcę libidinis ſpurcitia collabente. Vt pientiſſimus Deus tandem ad iracundiam,exercendo carnis foetore prouocatus,in flammatiſſimum libidinis ardorem diluuio extinxerit. Priuſq̄ tamen id ageret innatę clementię ſummus opifex non oblitus,longo annorum centum ſpacio comminatorie intimandum diluuium,vt homines formidine pęnę peccata deſerentes pęniterent, curauit,lento itaq; gradu ad horrendum criminum punitionem procedens. Noe qui in eius oculis (Moſe referente) gratiā inuenerat vitę ſanctimonia,et doctrinę ac verborum elegantia admirandum,ad reuocandos a carnis laſciuia, et ad virtutis excellentiam deducendos peccatores declamatorem elegit. Qui cum declamationis officium diligentiſſime exequeretur, comminareturq; Deum humanum genus diluuio, niſi pęniteret velle delere. Et irriſus eſt,& a ſceleratiſſimis peccatoribus eius verba deliramenta viſa ſunt,ei quoq; ſe mortem illaturos comminati ſunt. Quapropter decreuit Deus tantam carnis ſpurcitiam inundationum voragine perdere. Summi igitur omnium rerum opificis iuſſu Noe cum vxore ſua, tribusq; filijs Sem,Chā et Iaphet,ac eorum vxoribus,cunctis omnium animalium,quę mouebantur ſuper terram maſculo et femella ſpecie archam Dei precepto fabricatas ingreſſus eſt. De qua et Heroſus caldaicę deflorator hiſtorię,et Ioſephus in antiquitatibus meminerunt. Itaq; ſecundum domini preceptum Noe in archam cum animalium et volucrū indiuiduis ad procreandam diuerſarum ſpecierum ꝓlem neceſſarijs,q̄ et diuina voluntate et angelorum miniſterio ad archā adducta ſunt ingreſſus eſt. O horrendū poſt ingreſſum Noe in archā mundi huius ſpectaculum. O ineuitabilem omnipotentis Dei furorem. O tremendam ſummi omnium opificis in peccatores iracundiam. O Dei ineuitabiles ſententiam. O formidandam iudiciorum diuinorum ſeueritatē. Factus eſt repēte ſolito nebulioſior aer, venti

Moſes

Heroſus Ioſephus

Iamq; erat in totas ſparſurus fulmina terras,
Sed timuit,ne forte ſacer tot ab ignibus ęther
Cōciperet flammas,totuſq; ardeſceret axis,
Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur affore tempus,
Quo mare,quo tellus,correptaq; regia cęli
Ardeat,et mūdi moles operoſa laboret.
Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopū.

ſtridere cęperunt,et ignibus crebris Æther micans
homines terrebat.Exaltatio in nube clauſa,et ad
eius latera impulſa,in violenta nubis fractione,
ſono vehementi mortales perterrefaciens eos,qui
pauloante declamanti,et eam venturam calami-
tatem comminanti Noe iuſtiſſimo inſultauerāt,
adeo attonitos redde
bat,vt quid acturi
eſſent,ignorarent.
Hymbribus ſiquidem
largiſſimis proflu-
entibus,mortis in-
euitabilia ſibi immi
nere pericula videbant
vidiſſes terram aqs
oppleri,ſua fluuios
littora perdere.Vidiſ
ſes homines eo tem
pore trementes palleſcere.Vidiſſes manducantes
cibum dentibus contritum ruminare,nec poſſe ci
bum pre animi anguſtia deglutire.Vidiſſes eos q
pauloante etchoreas ducebant,et ludentibus pedi
bus ad organorum ſonitum et mouebantur,ē ſal
titabant,ingenti pauore adeo perterritos,vt exan-
gues et ſemineces apparerent.O quātis luctus om-
nium mox inſonuit.O quot querelis aera replebāt
quot lamenta,dum breui ſpacio excreſcentes aquę
rapere cęperunt corpora mergendorum.Videbat
pater ſubmergi filium,videbat frater fratrem,et ip
ſe necandus clamabat ad ſydera.Heu heu ecce peri
mus in aquis.Filius patrem aut matrem forte p̄
cabatur.O genitor.O mater,miſero mihi fer opes?
Adiuua me natum tuum pereuntem? At pater re
ſpondere poterat.O me miſerum.O me infelicem
et ego tecum pereo. Vix (vt arbitrari poſſumus)
dies pertrāſiit,quin hominum et animalium ma
ior pars aquis diluuij perierit.Si qui autē in mō
tibus erant ſuffocati tandem ſunt et ipſi,pluit ſi-
quidem quadraginta diebus et quadraginta no-
ctibus,et aquę excreſcentes omnia montium cacu
mina ſuperarunt.Expergiſcimini ergo o peccato-
res polluti.O carnales,o laſciui.o ſacrilegi.o inceſtu
oſi.o libidinibus ſpurciſſimis foedati.et deū diſcite
uenereri,et timere.Libidinum prurigines deponi-
te,abijcite voluptates.Ad mentem hoc tremendū
diluuij iudiciū reuocate,quo conſumpta eſt om
nis caro,quę mouebatur ſuper terram,non tantū
hominum,ſed etiam (exceptis illis animalibus et
volucribus quę introierunt in archam) omniū
volucrum animantium,beſtiarum,omniumque
reptilium,quę reptant ſuper terram,vniuerſi ho-
mines perierunt,et cuncta animantia in quibus
ſpiraculum vitę erat,Moſi teſtimonio,extincta
ſunt.Piſces autem diluuio non perierunt ad homi
num nefandiſſima ſcelera,quę et in aere et in ter
ra (non autem in aquis) perpetrata fuerant de-
teſtanda Hoc tremendum in mundum laſciuien
tem Dei iudicium ingenioſiſſime deſcribit Ouidi
us,vt rem ipſam ante oculos admiranda verbo-
rum ſerie ponat,Iouem etiam potius aqua quam
igne ſceleratiſſimos peccatores,ipſumq; genus hu
manum laſciuijs deditum,delere voluiſſe,licet Io-
uem non lateret,igne tandem omnia corripi de
bere.Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur affore tempus
Quo mare,quo tellus correptaq; regia cęli Arde-
at.Vnde hic gentilis,adueniente vniuerſalis iudi-
cij tempore mundi conflagrationem (ignis ſiqui-
dem prophetę regij
teſtimonio ante ip-
ſum precedet) intelli-
gere potuit? Ioſephus
in antiquitatibus re
tulit Adam de duo- Pſal.
bus iudicijs prophe-
taſſe.Peccatores quo-
q; in priore aqua,in Ioſeph.
poſteriore igne pu-
niendos,et eam ob rē
tradit Ioſephus Tu-
bal autem muſices inuentam ne periret in dua-
bus columnis in qualibet totam ſcripſiſſe.Vna co
lumnarum erat marmorea,ne dirueretur dilu-
uio.Altera latericia ne ſolueretur incendio.Adam
igitur diluuium predixit,ſed quid ad Ouidium?
An Geneſeos hiſtoriam vidit? At Platonem,qui
Ægyptum petierat,et Mercurij trimegiſti volumi Plato
na (non autem legem nondum in grecam lin-
guam ſeptuaginta interpretum labore verſam,cū
hoc teſte Auguſtino temporum diſſonantia non
patiatur) in quibus multa fidei noſtrę conſenta
nea habebantur,legerat de diluuio et extremo iu-
dicio diſſerentem,perlegerit non temere diffinio, ſibyllę
arbitror tamen Ouidium Sibyllarum vaticinia,
quę multa fidei noſtrę ſacramenta predixerant,
non latuiſſe.Quis etiam prohibet Romanos prin
cipes vniuerſo orbi imperantes,legem Iudęorum
vt victorię trophęa Romam detuliſſe,et eam Oui
dium perlegiſſe potuiſſe?cum iam dudum Ptolo-
mei Philadelphi ſuaſu gręca facta fuiſſet. Quonā
pacto ſi rei ueritas habeat.me ignorare īgenue fa
teor,Vnum nihilominus exploratum habeo,Oui
dium vtrunque iudicium tetigiſſe,Diluuium ſi-
quidem quod pulcherrime deſcribit,innuit.Pęna
placet diuerſa genus mortale ſub vndis Perdere;ex
tremum etiam iudicium eum non pretermiſſe pro
bauit.Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur affore tem-
pus.Quo mare,quo tellus,correptaq; regia cęli Ar
deat.Quare autem ſummus omnium opifex De-
us,potius aquarum diluuio laſciuientem mun-
dum quam igne punierit.Reſpondere poſſumus.
Deum immiſiſſe diluuium,vt petulcę carnis libi
dinoſum incendium aquarum frigiditate extin
guens peccatores deleret.Mundum vero iudica-
turus ignem in peccatorum punitionem inflam
mabit,vt auaritię deditiſſimos ea tempeſtate ho-
mines,et charitatis igne vacuos refrigeſceret,ſi-
quidem charitas multorum igne conflagratio-
nis puniat,vt quos auaritia frigidos effecerat,ignis
in penam ſuccendat.

IAMq; erat,ſtatim inquit Iuppiter fulminibus RAPH.
genus humanum perdidiſſet,niſi veritus eſſet ne
celū quoq; terraꝝ incendio conflagraret,cum pre-

Pęna placet diuerſa, genus mortale ſub vndis
Perdere, et ex omni nimbos demittere cęlo.
Protinus Aeolijs Aquilonem claudit in antris
Et quęcunq; fugant inductas flamina nubes.
Emittitq; Notum. madidis Notus euolat alis
Terribilem picea tectus caligine vultum.
Barba grauis nimbis canis fluit vnda capillis.
Fronte ſedent nebulę. rorant pennęq;, ſinusq;,
Vtq; manu late pendentia nubila preſſit,
Fit fragor, et denſi funduntur ab ęthere nimbi.
Nuntia Iunonis varios induta colores
Concipit Iris aquas, alimentaq; nubibus affert.
Sternuntur ſegetes, et deplorata colonis
Vota iacent, longiq; perit labor irritus anni.
Nec cęlo contenta ſuo eſt Iouis ira, ſed illum
Cęruleus frater iuuat auxiliaribus vndis,
Conuocat hic amnes, qui poſtq; tecta tyranni
Intrauere ſui, non eſt hortamine longo
Nunc ait vtendum, vires effundite veſtras.
Sic opus eſt, aperite domos, ac mole remota
Fluminibus veſtris totas immittite habenas.
Iuſſerat. Hi redeunt, ac fontibus ora relaxant,
Et defrenato voluuntur in ęquora curſu.
Ipſe tridente ſuo terram percuſſit, at illa
Intremuit, motuq; vias patefecit aquarum,

ſertim in fatis meminerit eſſe, vt aliquando totus mundus igne abſumatur. Quare non fulminibus ſed aquarum inundatione genus humanum perdere decreuit. Iāq;, ſtatimq;. Sacer ęther, ſacrum cęlum. Tot ab ignibus, quot opus eſſet ad totam terram comburendam. Conciperet, contraheret. Totus axis, totum cęlum. Sinegdoche eſt, axis enim quę pars eſt cęli, pro toto ponitur cęlo. Nam axis proprie illud eſt plauſtri lignum circa quod rotę vertuntur, ad cuius ſimilitudinem axis in mundi ſphera vocatur, circa cuius cacumina ſphęra ipſa rotatur quibus contigui ſunt duo poli, qui et vertices dicuntur, quibus veluti cardinibus (vt ſcribit. Apuleius) maxime ſphera nititur, arcticus et antarcticus, ſiue borealis et auſtralis.

Axis **Diluuij deſcri-** **yborpui**

Eſſe quoq; in fatis, in diſpoſitione fatorum. Alia ratio eſt qua deterritus eſt ab incendio Iuppiter, ne id eueniret, quod in fatis eſſe ſciebat, ne videlicet totus mundus conflagraret.

Fatum Eſt autem fatum (vt Stoici aiunt) connexa rerum ſeries, per quam mundus adminiſtratur. Affore, aduenturum eſſe.

Operoſus Et mundi moles, machima mundi.

Operoſa, multi operis. Laboret, in labore et periculo propter incendium futurus ſit. Hoc autem maxime cum dogmate Chriſtiano conuenit.

Nos enim credimus mundum in nouiſſimo die conflagraturum. Tela reponuntur, fulmina a Cyclopibus confecta. Cyclopes enim Ioui fulmina confeciſſe dicuntur. Fuerunt

Cyclopes autem populi Sicilię, vnum in media fronte oculum habentes. Pęna diuerſa, contraria. Diluuiū enim incendio contrarium eſt. Nimbos, pluuias. Demittere, deorſum mittere. Protinus Æolijs, ſtatim inquit Iuppiter clauſis in ſpelunca ijs ventis, qui inducunt ſerenitatem Auſtrum pluuia gaudentem emiſit. In Æolijs antris, in

Diuerſus **Demit** **tere**

Æolij speluncis. Notius eſt autem Æolum Iouis ex Acesta filium regem eſſe ventorum, quam vt hoc loco ſit exponendum. Quod quidem idcirco fictum eſt, φ (vt Plinius ait) Æolus ventorum rationem inuenit. Cum enim ſeptem inſularum iuxta fretum Siculum, quę ab illo Æolię fuerunt cognominatę, princeps eſſet, ac ex nebulis et fumo Hierę inſulę ardentis ventos prędiceret futuros, creditus eſt illis in ſua habere poteſtate.

Æolus **Æolię inſulę** **Flamē**

Flaminata flando venti flamina dicuntur. Madidis Notus euolat alis, eleganter Auſtri venti deſcribit effigiem, ſic enim apud priſcos pingebatur. Alę autem ventis aſſignantur propter velocitatem. Tectus vultum, hoc eſt tectum vultum habens. Eſt autem poetica synegdoche.

Pice a caligine, nigris nubibus. Nam Auſter nubiloſus eſt ventus.

Auſter **Rorant**

Barba grauis plena. Nimbis: pluuijs. Vnda aqua. Rorant, ſtillant in roris ſimilitudinem.

Vtque manu late, poſtquam inquit Notus manibus nebulas compreſſit, maxime pluuię eſſe cęperunt. Fit fragor, ſtrepitus proprię rerum fractarum.

Fragor **Iris**

Denſi nimbi, crebrę pluuię. Concipit Iris aquas, Iris nuntia Iunonis a poetis fertur. Interdum autem etiam Iouis. Eſt etiam verſicolor ille arcus, qui fit in aere (vt ſcribunt phyſici) ex reflexione radiorum Solis Lunęue in nubibus pluuię tempore. Dicta eſt autem Iris παρα το ειρω, quod eſt dico, φ futura prenunciet. Fluuius eſt etiam Iris, necnon herba quam Plinius optimam in Illyrico naſci ſcribit. Sternuntur ſegetes. Frumenta in agris exiſtentia in terram ab aquis deijciuntur. Seges autem dicitur frumentū nondū demeſſum. Sternere vero interdū in terras deijcere, interdum ſignificat cooperire, vt cum dicimus ſternere menſam. Vota deplorata, Spes valde ploratas. Vota autem vocat frumenta

Seges **Votum**

Expatiata ruunt per apertos flumina campos,
Cumq; ſatis arbuſta ſimul, pecudeſq;, viroſq;,
Tectaq;, cumq; ſuis rapiunt penetralia ſacris.
Si qua domus manſit, potuitq; reſiſtere tanto
Indeiecta malo, culmen tamen altior huius
Vnda tegit, preſſeq; latent ſub gurgite turres.



Iamq; mare & tellus nullũ deſcrimen habebãt.
Omnia pontus erat, deerant quoq; littora põto.
Occupat hĩc collem, cymba ſedet alter adunca,

multis votis et precibus expetita. Colonis. Agricolis. Irritus, vanus ac ſine vllo fructu. Ceruleus frater. Periphraſis Neptuni. Auxiliaribus vndis, auxilium afferentibus ad perdendum genus humanum. Auxiliares autem milites proprie dicuntur, qui a ſocijs in auxilium mittuntur. Conuocat & amnes. Deos fluuiorum. Amnis enim fluuius dicitur ab ambiendo, vt Varro ait, q̃d omnia flumina circumeunt. Vñ & ẽt cornuta pingunt. Tyranni ſui, Regis ſui. Tyrãnus nanq; apd antiquos in bonam quoq; accipiebaĩ partem, vt paulo ãte ſcripſimus. Hortamine, hortatu, exhortatione. Aperite domos. Fontes, qui fluuiorum domus eſſe videntur. Mole, obſtaculo. Fluminibus, fluxibus. Totas habenas, tranſlatio ab equis ſumpta, qui habenis inhibentur.

Defrenato, effrenato, ac ſine vllo retinaculo. Ipſe, Neptunus. Tridente ſuo, vt Ioui fulmen ſic Neptuno tridens attribuit, quo dum percutit terram, ſemper fit terremotus.

EXPAtiata, late ſparſa. Penetralia cum ſuis ſacris, hoc eſt penetralia cum Dijs penatibus. Nam penetralia (vt Sex. Pompeius ſcribit) ſunt penatium Deorum ſacraria.

Rapiunt, vi abſtrahunt. Si qua domus manſit, ordo eſt. Si qua domus remanſit indeiecta. Indeiecta, non deiecta in terram. Culmẽ, tñ culmen eſt tecti ſummitas a culmo dictũ quod culmo antiquitus domus tegerentur.

Preſſe, ſubmerſe. Sub gurgite, ſub mari, eſt autem tapinoſis. Nam gurgitem, qui proprie locus eſt in flumine profundior pro mari poſuit poeta. Sic Virgil. Apparent rari nantes in gurgite vaſto. Inde fit verbum ingurgito, quod et deuoro et repleo ſignificat. Vnde Macro. in Saturnalibus ſcribit Fabium ciuem Romanum virum triumphalem a deuorato patrimonio gurgitum fuiſſe cognominatum. Nullum diſcrimen, nullam diſcretionem ac differentiam. Alias diſcrimen periculum ſignificat. Omnia pontus erat, omnia mare occupauerat. Pontus autem proprie id mare eſt quod Euxinum appellatur. Sed pro quocunq; mari frequenter ponitur. Pontus vero dictus eſt ἀπὸ τοῦ πόνου, q: in mari maxime laboratur. Pontus etiam prouincia eſt Aſię, Bithynię finitima. Euxinoq; adiacẽs, vnde ponticus deriuatur. Occupat hic collem, alius inquit ex hominibus in montem cõfugiebat, alius in cymbam. Proprie autem occupari dicuntur loca possessoribus vacua. Cymba adunca, perite. Nam cymbę et proram et puppim aduncas habent. Et ducit remos, remigat.

Villę, Villa proprie dicitur domus in agro. Summa in vlmo, ſic Horatius idem diluuium deſcribens. Piſcium et ſumma genus hęſit in vlmo.

Sic ſors tulit, ſic caſu euenit. eſt autem parentheſis.

Anchora, anchora quidem a latinis aſpiratur, quamuis apd gręcos aſpiratione careat, eſt autem anchora inſtrumentum ferreum, quod ad continendas naues in mare iaci conſueuit. Vnde anchorarij funes dicuntur, quibus anchorę ligantur. Vineta, loca dicuntur vitibus conſita. Et modo, paulo ãte. Graciles capellę, macrę et agiles caprę.

Gramen herbam. Species pro genere poſuit. Deformes phocę, turpes et vaſtę. Phocę a latinis vituli marini appellantur.

Nereides. Nymphę ſunt marinę a Nereo patre apellatę. Delphines. Delphin et delphinus a genitiuo gręco delphinos fit nominatiuus latinus. Incurſant, frequenter incurrunt.

Agitata, impulſa. Robora, ligna ac truncos. Pulſant, percutiunt.

Nat, natat. Eſt autem per quam laſciua et lepidiſſima ſcriptio. Quam quidem Seneca reprehendit, q: in re triſti ludere poeta videtur.

Vnda vehit tigres, Tigris fera eſt truculenta mirandę velocitatis in Armenia. Indiaq; naſcens. Tigris etiã eſt fluuius Armenię, a velocitate qua decurrit ſic appellatus. Nam Tigris lingua perſica ſagittam ſignificat. Vbi ſiſtere poſſit, in quibus terris ſe firmare poſſit. Siſtere autem eſt

Margin notes: Auxiliaris — Amnis — Tyrannus — Tridens — Occupa re. — Villa. — Anchora. — Anchorarij funes. — Vineta — Phocę — Nereides — Tigris — Siſtere — PARAPH. — Penetralia — Culmẽ — Gurges — Ingurgito — Diſcrimen — Põtus

ſtare facere. Idem verſo cum ſto verbo preteritum habet et ſupinum. Volucris vaga, hirundinis eſt periphraſis. nam hirundines vagos maxime volatus habẽt. Ne vires fulminis apro proſunt, tanto impetu apri venatores aggrediuntur, vt vires fulmini ſimiles habere dicantur. Ablato cervo, abrepto ab vndis. Laſſatis alis, defagatis ac feſſis.

Parnaſ. Helicon. Cytherõ

Servius, niſi eſt depravatus, Heliconem et Cytheronem putet, quos Beotię montes eſſe conſtat longe ſatis a parnaſo diſtantes. Parnaſus autẽ totus ẽ Apollini et muſis et Baccho eſt conſecratus. Hic vbi Deucalion, Deucalion Promethei filius vir integer ac pius vna cum Pyrrha vxore diluvio invaleſcente ad cacumen parnaſi ꝯfugit, vbi poſt finitum diluviũ Themidem ꝯſuluerunt, quõ genus humanũ reparare poſſent quibus Themis reſpõdit. id poſſe reparari, ſi antiquę matris oſſa poſt terga ieciſſent, q̃ deucalion lapides eſſe ꝯiectavit. Nã lapides oſſa terrę votũ eſſe, q̃ antiquiſſima oium ẽ mater. Qui igit̃ lapides a Deucaliõe fuerũt poſt terga iacti ĩ mares. Qui a pyrrha in foeminas fuere ꝯverſi. Hoc aũt idcirco fictũ eſt, ꝙ (vt ſcri. Euſe. in Chronicis) regnãte athenis Cęcrope maxima aquarũ illuvies maiorem pꝛtem ppłoꝝ Theſſalię abſumpſit, paucis fuga in mõtes liberatis, maxime in monte parnaſo, ĩ cuius circuitu Deucalion tunc regno potiebat̃, qui tũc ad ſe ratibus ꝯfugientes vt narrat Iuſtinus, ſuſcepit, ac per ſumma parnaſi iuga fovit, ac idcirco genus humanũ ab illo fuiſſe reparatum aiunt. Hic vbi, eleganter hic et vbi ita iungun tur, vt id quod, cum vbi et quod grãmaticę locutioni ſatis eẽ videãtur, vt cum dicimus. Tibi mores geſſi, id qͦ fratri ſuo pollicitus.

Et ducet remos illic, vbi nuper ararat.
Ille ſuper ſegetes, aut merſę culmina villę
Navigat, hic ſumma piſcẽ deprendit in vlmo.
Figitur in viridi (ſic ſors tulit) anchora prato
Aut ſubiecta tegunt curvę vineta carinę,
Et modo q̃ graciles gramen carpſere capellę,
Nunc ibi de formes ponunt ſua corpora phocę.
Mirantur ſub aqua lucos, vrbesq̃, domosq̃,
Nereides, ſilvasq̃ tenent delphines, ⁊ altis
Incurſant ramis, agitataq; robora pulſant.
Nat lupus inter oves, fulvos vehit vnda leones,
Vnda vehit tigres, nec vires fulminis apro,
Crura nec ablato proſunt velocia cervo.
Quęſitisq; diu terris vbi ſiſtere poſſit,
In mare laſſatis volucris vaga decidit alis.
Obruerat tumulos immenſa licentia ponti,
Pulſabantq; novi montana cacumina fluctus.
Maxima pars vnda rapit̃. qbus vnda pepercit,
Illos longa domant inopi ieiunia victu.



Separat Aonios actęis phocis ab arvis

Obruere

Obruerat tumulo, cooperuerat mõtes. Obruere nanq; eſt aqua terraue operire. Tumuli vero

Tumuli

montes dicuntur a tumore. Pulſabant, percutiebant. Novi fluctus, magnę vndę et inuſitatę. Montana cacumina, Montium ſummitates. Maxima pars hominũ ſubaudiatur. Quibus vnda pepercit, hoc eſt qui ſubmerſi nõ fuerũt fame periẽ.

RAPH. Topographia Attica

SEPArat Aonios, Topographia ẽ loci deſcriptio. Montem enim Parnaſum deſcribit, in cuius cacumen ſua altitudine ab vndis tutum Deucalion ẽ Pyrrha ſe receperũt. Phocis, regio eſt inter Beotiam et Atticas, a phoco denominata. in q̃ mons Parnaſus duobus collibus eminens cõſpicitur. Ab actęis arvis, ab Attica regione. Nam Attica apte vel ab actęo rege, vel a littoꝛ quod acten dicit̃ fuit appellata. Eſt enim maritima regio, ac fere littus eſſe videtur. Terra ferax, fertilis. Mons nomine parnaſus, parnaſus mons eſt phocidis, a parnaſo antiquiſſimo vate cognominatus, vnde parnaſius. parnaſiacus. parnaſias. parnaſis et parnaſeus derivantur. prius autẽ Larnaſos fuit appellatus, ꝙ illuc Deucalionis archa, q̃

Phocis

grece λαρναξ dicitur fuerit appulſa. Petit aſtra, tendit in altum ſydera verſus. Duobus verticibus, duobus cacuminibus, quorum alterum Tithoreum, alteꝝ Hymnapeum appellat Herodotus, q̃uis

Hic vbi. Id qͦ

nã qͦ ſuis pollicitus ſatis eſt. Nã cętera, parẽtheſis ẽ. Reliq̃ ingt loca mare occupaverat. Cũ ꝯſorte tori. i. eſt vxore. Nã vxor lecti mariti ꝯſors eſt. Corycidas nymphas. Corycũ antꝝ eſt parnaſi nymphis ſacꝝ. Vñ Corycides nimphę dñr. Eſt aũt forma pꝛonymica ꝑ poſſeſſiva. Eſt etiã Corycus Cilicię ẽ vrbs et mons ẽ antꝝ, vbi optimũ naſcit̃ Crocũ. Eſt pꝛeterea Corycus (vt Stephanus ſcri.) mons Ionię altiſſimus

Coryci. Corycides nimphę. Corycus

Terra ferax, dum terra fuit, ſed tempore in illo
Pars maris et latus ſubitarum cãpus aquarũ.
Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus
Nomine parnaſus, ſuperatq; cacumine nubes.
Hic vbi Deucalion (nã cętera texerat ęquor)
Cum conſorte tori parua rate vectus adheſit.
Corycidas nymphas, et numina mõtis adorat,
Fatidicamq; Themin, q̃ tunc oracla tenebat.

altiſſimus et portus et inſula, eſt et ꝓmontorium Cretę et portus Æthiopię Corycia appellatus. Et Themis numina montis. Apollini, Baccho, et muſis Parnaſus dicitur eſſe conſecratus. Fatidicamq; Themin, Themin archana fatorum prędicentem. Themis autem filia cęli & terrę fuiſſe ſcribit, quam Iuppiter nuptias ſuas fugientem in Macedonia aſſecutus compreſſit Mineruãq; ſuſtulit. Dea vero fuit, quę (vt inquit Sex. Pompe.) pręcipiebat hoibus, vt a Dijs peterent id quod fas eſſet, vnde et nomẽ accepit. Nã θεμισ apud grecos fas ac iuſtũ ſignat. Nã Themis θεσμοθετο-μον, hoc est a lege dicta eſt. Habet aũt apud grecos triplicẽ genitiuũ Themidos. Themitos et Themiſtos.

XVI. Deucalionis fabu. Deucaliõ Pyrrha Oſſa terrę

Hic vbi Deucalion (nam cętera texerat ęquor) Deucalion promethei filius fuit, cui adulto Epimetheus patruus pyrrham filiam iunxit coniugio, cũq; ipſi duo tantummodo (q optime reſtitiſſent) vecti ſcilicet parua rate in Parnaſi montis phocidis cacumina (nã cętera diluuij tempore texerat ęquor) Themidis oraculo ducti, lapides poſt tergum iecerunt. Inq; breui ſpacio ſuperorum numine ſaxa, Miſſa viri manibus faciem traxere virorum. Et de foemineo reparata eſt foemina iactu.

Sẽſus hiſtoricus Veritas tamen alia eſt. Nam vt iuſtinus libro ſecundo ſcribit. Amphictionis athenarum regis temporibus. aquarum illuuies maiorem grecię partem aſſumpſit, ſuperfuere quos refugia montium ceperunt, aut qui ad regem Theſſalię Deucalionem ratibus euecti ſunt, a quo propterea humanum genus conditum dicitur. Sunt qui dicant ob Diluuium Deucalionis tempore factum territos homines, et ad ſuprema vſq; montium effugiſſe, atq; cauernas et antra vna cum mulieribus ſuis expectaturos finem intraſſe, et ad hos Deucalionem et Pyrrham ceſſantibus aquis in męſto atq; ſupplici habitu acceſſiſſe, & Deucalionem hominibus, et Pyrrham mulieribus non abſq; labore maximo ſuaſiſſe, aquas ceſſaſſe, nec amplius fore timendum. et ita eos e verticibus montium, atq; ſaxeis antris (vti lapides facimus) educentes in habitationes et tecta reduxerunt.

Sẽſus allegoricus Hic Deucalion optime patriarcham Noe, in diluuij inundatione archę beneficio, cum vxore filijsq; ſuis ac eorum coniugibus ſaluatum ſignificat. Moſes Noe ſanctimoniam virtuteſq; cõmendans dixit. Noe vir iuſtus atq; perfectus fuit in generationibus ſuis cum Deo ambulauit. Diuino etiam teſtimonio (Moſe referente) laudatus fuit. Te enim vidi iuſtum coram me. Oui. Deucalionis (quem Noe intelligimus) virtutum excellentiam vitęq; rectitudinem recenſuit, Non illo melior quiſquam nec amantior ęqui Vir fuit. Moſes ſolum ſuperſtitem fuiſſe Noe et eos qui cum eo erant in archa (cęteris deletis) voluit. Remanſit autem ſolus Noe. et qui cum eo erant in archa. Oui. eadem de Deucalione retulit. Iuppiter vt liquidis ſtagnare paludibus orbem. Et ſupereſſe virum de tot modo millibus vnum, Et ſupereſſe videt. Moſes Deum Noe ſanctiſſimi adhuc in archam morum trahentis recordatũ ſcripſit. Recordatus eſt autem Deus Noe, cunctorumq; animantium et omnium iumentorum, quę erant cum eo in archa, et adduxit ſpiritum ſuper terram, & imminutę ſunt aq̃ et clauſi ſunt fontes abyſſi et catharactę celi, et prohibitę ſunt pluuię de cęlo. Gẽ.viij. Quę omnia Ouidium minime latuerunt Iuppiter vt liquidis ſtagnare paludibus orbem, et poſt pauca ſubiunxit. Nubila diſiecit, nimbiſq; aquilone remotis. Et cęlo terras oſtendit, et ęthera terris. De aquarum autem imminutione cecinit. Iam mare littus habet, plenos capit alueus amnes Flumina ſubſidunt etc. Moſes dicit. Apparuerunt cacumina mõtium. Ouid. idem ſcripſit. Colleſq; exire videntur, Surgit humus, creſcunt loca decreſcentibus vndis. Moſes arefactam terram et mundum ſibi redditum teſtatus eſt. Aperiens Noe tectum archę inſpexit, viditq; ꝙ exſiccata eſſet ſuperficies terrę. Ouidius nec id tacuit. poſtq; diem longam nudata cacumina ſiluę Oſtendunt, limumq; tenent in fronde relictum. Redditus orbis erat. Moſes Noe Gẽ.viij. egreſſum de archa. Deo holocauſta altari extructo obtuliſſe dixit Ædificauit autem Noe altare domino, et tollens de cunctis pecoribus et volucribus mundis obtulit holocauſta ſuper altare. Ouidius Deucalion pyrrhę vxori dixiſſe fertur. Nunc genus in nobis reſtat mortale duobus. Sic viſum eſt ſuperis, hominum, ꝙ exempla manemus. Dixerat, & flebant, placuit celeſte precari Numen, et auxilium per ſacras querere ſortes, et cętera in eandem ſententiam, adorationis modum ritu gentili pulchre deſcribentia carmina. Ouidius deniq; ex lapidibus poſt tergum a Deucalione ꝓiectis, duriſſimos homines ortos voluit. Ex Noe Chã filius poſt tergum patris maledictione proiectus ortus eſt, et ab eodem ſuiſq; fratribus duriſſime ceruicis homines, obſtinatiſſimiq; animi exorti ſunt vt documenta darent, qua eſſent origine nati.

Sẽſus tropologicus multiplex Senſu tropologico Deucalion quemlibet declamatorem, ſaxeos et cordis obſtinatiſſimi homines peccatores ſua et vitę ſanctimonia et eloquentia ad pęnitentiam inducentem ſignificat. Homines etiam ex lapidibus ortos pauperes & ignobiles, qui de ruſtica, agreſtiq; gente et plebeia, ad honores et dignitates euocantur, et de ignobilibus nobiles non virtute, ſed pecunia a principibus nobiles redduntur, intelligere poſſumus.

Quos Deucalion (Deus ſcilicet) poſt tergum proijcit, cum de eorum ſalute ſit timendum. Nam vt plurimum ad queq; facinora et preſertim ad ſuperbiam et auaritiam (quosq; deſpicientes) proni ſunt Deucalione etiam prudentem, religioſumq; virum ſignificare poteſt. nam talem volentem diluuium vitiorum euadere, neceſſe eſt montem contemplationis et doctrinę conſcendere. vt diuinę maieſtatis immenſitate cognita. Deum timeat, et ſua deprehenſa fragilitate humilietur, nec ſuperbiat. Hic Themidis templum vt quę contemplando didicerit populis proponat, debet ingredi, et lapides (carnales ſcilicet motus) deponere, qui in homines, in motus ſcilicet rationales, et rectę rationis dictamine regulatos ſunt conuertendi.

q prope terram ſit. [illegible] Nam ex Deuc … quod eſt prope, et γη terra compoſitum eſſe videtur. Longe ſiquidem a terra receſſit.

Innato murice, ingenitis muricibus: ſingularis enim pro plurali frequenter ponitur et econtra. Eſt autem murex concha, ex cuius ſanguine purpureus conficitur color.

Non illo melior quiſquam, nec amantior ęqui
Vir fuit, aut illa reuerentior vlla Deorum.
Iuppiter vt liquidis ſtagnare paludibus orbē,
Et ſupereſſe virum de tot modo millibus vnū,
Et ſupereſſe videt de tot modo millibus vnam
Innocuos ambos, cultores numinis ambos
Nubila disiecit, nimbisq; Aquilone remotis,
Et cęlo terras oſtendit, et ęthera terris,
Nec maris ira manet, poſitoq; tricuſpide telo
Mulcet aquas rector pelagi, ſupraq; profundū
Extantem, atq; humeros innato murice tectū
Cęruleum Tritona vocat, conchaq; ſonanti
Inſpirare iubet, fluctusq; & flumina ſigno
Iam reuocare dato. caua buccina ſumitur illi
Tortilis in latum, quę turbine creſcit ab imo
Buccina, quę in medio concepit vbi aera pōto,
Littora voce replet ſub vtroq; iacentia phębo.
Tum quoq; vt ora Dei madida rorantia barba
Contigit, et cecinit iuſſos inflata receſſus,
Omnibus audita eſt telluris, & ęquoris vndis.
Et quibus eſt vndis audita coercuit omnes,
Iā mare littus habet, plenos capit alueus ānes.
Flumina ſubſidunt; colleſq; exire videntur.
Surgit humus. creſcūt loca decreſcētibus vndis.
Poſtq; diem longam nudata cacumina ſiluę

RAPH. NON illo melior quiſquam, hęc eo pertinent vt oſtendat poeta Deucalionem et pyrrham ob pietatem in Deos, merito fuiſſe incolumes conſeruatos.

Iuppiter vt liquidis ſtagnare, poſtea q inquit Iuppiter vidit totum orbem terrarum ſic aquis eſſe obrutum, vt ſtagnū eſſe videretur, ac ex hominibus ſolos deucalionem et Pyrrham ſupereſſe, reducta ſerenitate diluuium ita decreſcere cępit, vt terrę cęperint apparere.

Stagna. Stagnare, Stagnum et lacum eſſe effectum. Stagnare enim proprie dicuntur terrę aquis non defluentibus coopertę. Stagna ſiquidem paludes lacuneq; ac lamę vocantur. Supereſſe ſuperuiuere.

Innocuos, inſontes, inocentes. Nubila disiecit, nubes diſſipauit. Nimbis aquilone remotis, ab Aquilone depulſis. Eſt enim Aquilo ventus nubila expellens, ac ſerenitatem inducens. Et cęlo

Aquilo terras oſtendit, eleganter. nam ita aquis tegebantur, vt aeri occultę eſſent terrę. Cęlo, aeri. Ira maris, tempeſtas. Manet, permanet perſtat, perſeuerat.

Tridens Tricuſpide telo, periphraſis eſt tridentis, tres enim cuſpides habet. vnde et tridens dictus eſt. Mulcet aquas, mitigat mare tumidum atq; iratum. Rector pelagi. Neptunus maris

Pelagus deus. Pelagus autem eſt mare profundum dictum

Murex Tectum humeros, ſynegdoche poetica. Tectos enim et coopertos humeros habentem intelligimus.

Cęruleus Cęruleum Tritona, cęruleum mare proprie dicitur, et quicquid colorem habet maris. Triton autem fertur eſſe tubicen neptuni

Triton cui mandat vt rece ptui canat fluuiosq; in ſuos fontes reuocet.

Conchaq; ſonanti, ſonanti dixit ad differentiam concharum non ſonātium quamuis quidam ſonaci putent eſſe legendum, quod in exemplaribus non habetur. Triton autem pro tuba concha longiore vtitur. Re vera autem, inueniuntur Tritones conchis canentes, vt Plinius refert.

Signo dato facto ſigno. vt redeant.

Caua buccina, deſcribit concham qua pro tuba vti ſolet Triton.

Tortilis in latum retorta in latitudinem.

Quę turbine creſcit ab imo, quę ab ore anguſto incipit et in amplum deſinit ad turbinis ſimilitudinem.

Buccina quę in medio, elegans anadiploſis qua buccinę laus exprimitur. Cum enim inflatur, omnia littora reſonant.

Concepit vbi aera, poſtquam inflari cępit.

Sub vtroq; phębo, ſole et oriente et occidente. Eſt autem hyperbole poetica. ab oriente enim ad occidentem tubę illius ſonitum audiri affirmat quod omnem excedit veritatem.

Hiperbole Tum quoque vt ora dei hoc eſt poſtquam ori Tritonis fuit admota.

Rorantia ſtillantia.

IVSSOS receſſus, regreſſus fluuiorum a Neptuno imperatos.

Coercere — Coercuit, inhibuit, et continuit. Iam mare littus habet, quo paulo ante carebat. Subſidūt, diminuuntur et minus profunda fiunt. Poſtq̃ dieni longam, poſt longum tempus. Nudata cacumina, folijs priuata atq; ſpoliata. Redditus orbis erat, hoc eſt ſibiipſi orbis reſtitutus eſſe videbat. Deſolatas terras, hoc ē deſtitutas ab hoībus, et ab animantibus. Lachrymis obortis, repente natis. O ſoror cōiunx, o foemina ſola ſuperſtes, pathetica eſt oratio, et affectus plena, qua Deucalion maximopere ſibi Pyrrham deuincit. Et patruelis origo. Deucaliō ē Pyrrha patrueles fuerunt, nam Iapetus duos ſuſtuliſſe filios dr. Prometheū Deucalionē, ē epimetheū q̄ Pyrrhā genuit. Deīde torus lectus ē nuptiae. Erepta, liberata ab h̄ diluuio. Miſeranda, miſericordia digna. Primus artibus, nam Prometheus, vt ſuperius iam diximus, terram in imaginem hominis figurauit, eiq; animam ex igne eductam immiſit.

Infundere, immittere. Genus mortale, genus humanum. Sic viſum eſt ſuperis, parenthesis eſt, qua vti ſolemus cum cauſas alicuius rei aſſignare neſcimus. Hominumq; exempla manemus, exempla pro exemplaribus poſuit. Exemplū — Exemplum eſt enim quod aut ſequamur aut vitemus. Exemplar — Exemplar autem eſt ex quo aliud ſimile faciamus.

Per ſacras ſortes, per ſacra oſcula et Deorum reſponſa.

Cephias, Cephiſus — Cephiſidas vndas. Cephiſus fluuius eſt ad parnaſi radices, vnde patronymicum finxit poeta. Eſt etiam Cephiſis palus in quam Cephiſus ipſe ingreditur. Et nondum liquidas, nondum puras ac limpidas, ſed limo turbidas. Sed oraculi — Sed iam vada nota ſecantes, ſed iam alueos ſuos tenentes, neque enim ripis egrediebantur. Secare namq; interdum incidere, interdum tenere ſignificat. Vnde ſectas philoſophorum dictas eſſe Seruius ait, quod propoſitum teneant. Secare — Virgilius. Ille viam ſecat ad naues. Themidis — Inde vbi libatos irrorauere liquores, antiqui templa ingreſſuri. Deosque precaturi, id quod nos quoq; facimus, prius ſe aqua aſpergebant et lauabant, quam conſuetudinem. Deucalion et pyrrha Dijs ſupplicaturi ſeruarunt.

Ostendunt, limumq; tenent in fronde relictū.
Redditus orbis erat, quem poſtq̃ vidit apertū,
Et deſolatas agere alta ſilentia terras,
Deucaliō lachrymis ita Pyrrhā affat̃ obortis,
O ſoror, o coniunx, o foemina ſola ſuperſtes,
Quā commune mihi genus et patruelis origo,
Deinde torus iunxit, nunc ipſa pericula iungūt
Terrarum, quaſcunq; vident occaſus, ⁊ ortus,
Nos duo turba ſumus. poſſedit cętera pontus.
Hęc quoq; adhuc vitę non eſt fiducia noſtrę
Certa ſatis, terrent etiam nunc nubila mentē.
Quis tibi, ſi ſine me fatis erepta fuiſſes,
Nunc animus miſeranda foret? quo ſola timorem
Ferre modo poſſes? quo conſolante dolores?
Nanq; ego (crede mihi) ſi te quoq; pōtus hr̃et,
Te ſequerer coniunx, ⁊ me quoq; pōtus haberet.
O vtinam poſſem populos reparare paternis
Artibus, atq; animas formatę fundere terrę,
Nunc genus in nobis reſtat mortale duobus.
Sic viſum eſt ſupis, hoīumq; exēpla manemus
Dixerat, ⁊ flebant. placuit cęleſte precari
Numen, ⁊ auxilium per ſacras quęrere ſortes.
Nulla mora eſt, adeūt pariter cephiſidas vndas,
Et nondum liquidas, ſed iam vada nota ſecātes
Inde vbi libatos irrorauere liquores
Veſtibus, ⁊ capiti; flectunt veſtigia ſacrę
Ad delubra Deę, quorum faſtigia turpi
Squallebant muſco, ſtabantq; ſine ignibus arę.
Vt templi tetigere gradus, procumbit vterq;
Pronus humi, gelidoq; pauēs dedit oſcula ſaxo.
Atq; ita, ſi precibus, dixerunt, numina iuſtis
Victa remolleſcunt, ſi flectitur ira Deorum,
Dic Themi, qua generis damnū reparabile nr̃i
Arte ſit, ⁊ merſis fer opem mitiſſima rebus.
Mota Dea eſt, ſortemq; dedit, diſcedite templo,
Et velate caput, cinctaſq; reſoluite veſtes,
Oſſaq; poſt tergum magnę iactate parentis,

Irrorauere, inſperſere. Libatos liquores, hauſtas aquas. Delubra — Ad delubra, ad templa. Nam delubrum modo ſimulachrum Dei, modo templum ſignificat. Delubrum quidem (vt ait Feſtus) proprie eſt lignum delibratum, quo antiqui pro ſimulachro vtebantur. Sacrę Deę. Faſtigiū — Themidis. Quorum faſtigia, ſummitates, nam faſtigium eſt altitudo ac ſummitas cuiuſcunque operis.

Muſcus — Turpi muſco, muſcus herbula eſt minutiſſima in locis humidis naſcēs.

Squallebant, ſqualida et deturpata erant. Stabantq; ſine ignibus arę, altaria ſine ſacrificijs erant.

Vt templi tetigere gradus, modum adorandi pulchre deſcribit. Procumbit, producit. Pronus, ſupplex. Remolleſcere — Remolleſcunt, mollia et mitia fiunt. Precibus iuſtis, precibus iuſtorū hominum. Themis — Dic Themi. Themis cęli et terrę filia fuiſſe ab Heſiodo fin-

gitur,quę ante Apollinem (vt ſtrabo ait) in parnaſo oracula reddebat. Hanc fuiſſe Deam, quę iuberet homines id petere quod fas eſſet, ac potius eandem eſſe quod fas Pompeius ſcribit. Themis & mater fuit Euandri,quę Carmentis quoq; vocata eſt,vt legitur aput Plutarchum. Eſt autem Vocatiuus grecus Themi.

Titania pyrrha ſapeti Titanis neptis. Diffidunt,non credunt. Sed quit temptare nocebit, aiunt ſubauditur. Velantq; caput,tegunt,cooperiunt. Sua poſt veſtigia,poſt ſua terga. Veſtigia autem pedum ſigna dicuntur,ſed frequenter pro ipſius pedibus ponuntur. Mittunt,iaciunt. Veſtigia

Merſis rebus,deletis et oppreſſis acobrutis.. Sortemq; dedit,oraculu3 ē reſponſum quod ſubijcitur. Et velare caput,operite ac tegite. Cinctasq; reſoluite veſtes, hoc eſt diſcingite veſtes veſtras,q̄ ſūt cinctę.

RAPH. OBSTVpuere diu, p longum tempus ſtupentes fuere admirata quid nam ſibi vellet tale reſponſum. Rupit ſilentia voce locuta eſt, Panido ore, pro ipſa panida. Eſt eni3 hypallage. Panetq; quia timet. Cauſa eſt nāq; quia pyrrha inerito vult videri veniam rogare. Maternas vmbras,matris animam. Repetunt,mente reuoluūt. Cęcis latebris, obſcuris velaminibus. Voluntant,cogitant. Inde Promethides. Deucaliō Promethei filius.
Prometheus., Prometheus autem dictus eſt quod preuideat conſilia, quaſi προμηθεύς mutatione δ in θ. μηδεα nanq; conſilia dicūtur. Vnde etiam pro prudente accipitur
Epimetheus. Epimetheus pro imprudente,qui poſtea quas aliquid mali paſſus eſt ɔſiluim capit. Epimethida,Pyrrham. Epymethei
Sollertia filiam. Mulcet,mitigat ac ſolatur. Sollertia,ingenium,prudentia. Proprie autem acumen ingenij ac velocitas ſollertia dicitur. Nullum nefas,
Suadere nullam impietatem. Suadent,mandant,iubent tametſi ſuadere ꝓprie hortari ſignificat. Magna parens terra eſt,recte oraculum interpretatus eſt deucalion. Nam terra merito magna parens dicitur,cum animata omnia atq; inanimata ex ea
Oſſa terrę. naſcantur. Coniugis augurio,mariti vaticinio.

Obſtupuere diu,rupitq; ſilentia voce
Pyrrha prior,iuſſisq; Deę parere recuſat
Detq; ſibi veniam panido rogat ore panetq;
Lędere iactatis maternas oſſibus vmbras.
Interea repetunt cęcis obſcura latebris
Verba datę ſortis ſecum,inter ſeq; voluntant,
Inde promethides placidis Epimethida dictis
Mulcet,& aut fallax ait,eſt ſollertia nobis,
Aut pia ſunt,nullumq; nefas oracula ſuadent,
Magna parēs terra eſt,lapides in corpore terrę,
Oſſa reor dici,iacere hos poſt terga iubemur
Coniugis augurio q̄q̄ Titania mora eſt,
Spes tn̄ in dubio eſt,& adhuc cęleſtibus ambo
Diffidunt monitis.ſed quid tentare nocebit?
Diſcedunt,velantq; caput,tunicasq; recingunt,
Et iuſſos lapides ſua poſt veſtigia mittunt.
Saxa (qs hoc credat,niſi ſit pro teſte vetuſtas?)
Ponere duriciem cępere,ſuumq; rigorem,
Molliriq; mora,mollitaq; ducere formam,
Mox vbi creuerunt,naturaq; mitior illis
Contigit,vt quędam,ſic non manifeſta videri
Forma poteſt hois,ſed vti de marmore cępta,
Non exacta ſatis,rudibusq; ſimillima ſignis.
Quę tamen ex illis aliquo pars humida ſucco,
Et terrena fuit,verſa eſt in corporis vſum,
Quod ſolidū eſt,flectiq; nequit,mutat̄ in oſſa.
Quę modo vena fuit,ſub eodē nomine māſit,
Inq; breui ſpatio ſuperorum numine ſaxa
Miſſa viri manibus faciem traxere virorum,
Et de foemineo reparata eſt foemina iactu,
Inde genus durum ſumus,experiensq; laborū,
Et documenta damus,qua ſimus origine nati,

Quis hoc credat, Parenthesis cum interrogatione admirationis plena, qua id quod incredibile eſt veriſimile fieri videtur. Cum enim id priſci teſtentur, nobis quoq; eſt credendum. Vetuſtas,antiquitas. quę maxime eſt auctoritatis. Hoc autem idcirco fingitur.q Deucaliō rex Theſſalię poſt diluuiū,quo tota Grecia fuit inundata, rudes homines ac feros moribus ac legibus iſtruxit, quibus duritiem omnem ac feritates depoſuere. Molliriq;,mollia fieri. Ducere formam, accipere formam et figuram humanam. Mitior, mollior. Vt q̄dam, quandam quidem inquit formam habere videbantur ſaxa illa,ſed non humanā aperte preſeferebant figuram. Talem autem habebant qualem ſtatuę marmoreę inchoatę. Sed vti,ſed tanquam. Nō exacta, exculta, perfecta. Mollii
Rudibus ſignis, impolitis inelaboratisq; ſtatuis. Signa enim etiam ſtatuas ſignificant. Signum
Quę tamen ex illis, terrenę inquit partes lapidū molles et humidę in corpus fuere conuerſę. Solidę vero et durę in oſſa. Venę autem in venas,nam et lapides venas ſuas hn̄t. Corporis,carnis. Corpus enim proprie viuentium dicit̄. caro mortuorum. Superorum numine,deoꝝ. voluntate. Traxere,concepere. Faciem traxere viroꝝ,figuram marium accepere. Experiensq; laborum,patiens laborum ac pęnarum. Sic Virg. deucalion vacuum lapides iactauit in orbem. Vnde homines nati durum genus ctc̄. Et documenta Corpus. Caro.

Documē mēta damus, experimenta. Alias documen-
tum ta ſunt exempla (vt inquit Varro) quę docendi
cauſa dñr. Qua ſimus origine nati, quam ori-
ginem ſimus ſortiti. cum.n. tā patientes laboꝝ ſi-
mus facile oñdimus nos de lapidibus eē generatos

orlam e tenebris aquam vocent. Sane nilus varijs nominibus fuit appellatus. Nam primum a cur
ſu velocitate, profunditateq; aquaꝝ Aquila fuit
vocatus. Deinde ab Aegypto rege Aegyptus, tandem pithij
Nilo rege Nilus. Tametſi quidam aſſerunt Nilū ludi
quaſi neclum dictum eſſe παρα το νεος quod eſt

Fabulę octauę primi libri argumentum.

LACTA. CÆTERA diuerſis tellus animalia formis, etc. poſt cathaclismon factum edidit terra Pythonem ſerpentē ſpecie ignota mortalibus. Hūc Apollo ſagittis interemit, et ne eius aboleret nomen inſtituit ludos, et certamina, quę iam in his ludis oñdit. Vnde & Apollo pythius ē appellatus, ludiq; pythij ſunt nominati.



RAPHA. CÆTERA diuerſis reliqua inquit aīalia ex terra humida et Sole calefacta orta ſunt, id qđ fieri poſſe facile Aegiptus ē documento. Nam poſt Nili inundationem glebę in varias animalium figuras cōmutantur. Hęc autē idcirco a poeta interſeruntur, vt cōmodius Daphnes in laurus methamorphoſin cū ſuperiore connectat. Vdę paludes
Animan humidę. Aeſtu, fer-
tiū origo uore. Viuaci ſolo, terra vitam ſubminiſtranti. Ceu matris in aluo, tanq̄ in vtero matris. Cępere, concepere, contraxere. Faciem aliquā formam, et figuras
Septemfluus Nilus
Nilus exemplo declarat reliqua aīalia ex terra ſponte fuiſſe orta. Nilus autē fluuius ſin-

Cętera diuerſis tellus animalia formis
Sponte ſua peperit, poſtq̄ vetus humor ab igne
Percaluit Solis, cęnumq; vdęq, paludes
Intumuere ęſtu, foecundaq, ſemina rerum
Viuaci nutrita ſolo, ceu matris in aluo
Creuerunt, faciemq, aliquam cępere morando.
Sic vbi deſeruit madidos ſeptemfluus agros
Nilus, & antiquo ſua flumina reddidit alueo,
Aetereo recens exarſit ſydere limus,
Plurima cultores verſis animalia glebis
Inueniūt, & in his q̄dam modo cępta ꝑ ipſum
Naſcendi ſpatium, quędam imperfecta ſuiſq,
Trunca vident humeris, ⁊ eodem corpore ſępe
Altera pars viuit, rudis eſt pars altera tellus.
Quippe vbi tēperiē ſumpſere humorq, calorq,
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.
Cūq; ſit ignis aq̄ pugnax. vapor humidus oēs
Res creat, et diſcors concordia foetibus apta eſt
Ergo vbi diluuio tellus lutulenta recenti
Solibus ętereis, altoq, recanduit ęſtu,
Edidit innumeras ſpecies, partimq, figuras
Reddidit antiquas, ꝑtim noua monſtra creauit

iuuenis et nouus, q2 ſingulis quibuſq; annis renouari videtur cum totum Aegyptū inundat. Alueo, ſynereſis eſt duarum vocalium in vnam.

Aethereo ſydere, igneo Sole. Modo cępta, tantummodo inchoata, ſed in veteſtis exemplaribus legitur modo nata, & recte quidem vt intelligamus nuper et paulo ante nata. Ibi autem eſt deſtinguendum. vt inde ſequēs incipiat ſenſus

Per ipſum naſcendi ſpacium, quędam imperfecta, hoc ē ꝑ breue naſcendi tempus imperfecta videntur quędam. Eſt autem. Dyalitō. Quippe vbi temperiem, ex humore et calore ſecundus phyſicos ait omnia generari.

Cumq; ſit ignis aquę pugnax, quamuis lquit ignis aquę ſit contrarius, calor tamen cum humore commixtus omnia generat. Et diſcors concordia, acute dictum quamuis fatue videatur. Nas calor et humor ſeparati pugnant et diſcordes ſunt. Iuncti atq; mixti cōcordes ad agendum atq; generandum videntur

Nili bo- gulis quibuſq; annis Aegyptum inundans, foecū-
ſtia dam non ſolum frumentoꝝ, ſed variorū quoq;
alalium eam reddit. Septemfluus idcirco dicitur
q̄ ſeptem hoſtijs in mare erumpit, quoꝝ nomi-
na hęc a Diodoro memorantur. Pelluſiacū quod
Nili no- ad orientem vergit. Paniticū. Mendeſium. Phani
mina ticum. Sebeniticum. Bolbiticum. Canopicum. Nili
Python autem ortus adeo eſt incertus, vt ipſum aſtopon.i.

Fętibus, partubus. Recādere
Lutulenta lutuoſa. Recanduit, calefacta
fuit. Reddidit, repreſentauit ac reſtituit.
Illa quidem nollet, genuiſſe ſubaudiendum.
Sed te quoq; maxime, Python Tum genuit, Py
thonem maximum ſerpentē ex terra ortum eſſe,
ab Appollineq; fuiſſe interfectum narratur, a quo Pythius
et Pythius Appollo fuit cognominatus, et Pythij Pithij
ludi ad perpetuam rei memoriam fuere inſtituti ludi

Illa qdem nollet,ſed te quoq; maxime Python
Tum genuit,populiſq; nouis incognite ſerpēs
Terror eras, tantum ſpatij de monte tenebas.
Hunc Deus arcitenens,& nunq̄ talibus armis
Ante,niſi in damis capreiſq; fugacibus vſus,
Mille grauem telis exhauſta pene pharetra
Perdidit effuſo per vulnera nigra veneno.
Neue operis famam poſſet delere vetuſtas
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitę ſerpentis nomine dictos
Hic iuuenū qcunq; manu,pedibuſue rotaue
Vicerat.eſculeę capiebat frondis honorem.
Nondum Laurus erat,longoq; decentia crine
Tempora cingebat de qualibet arbore Phębus.

In quibus qui viciſſet eſculea corpora (antequam laurus eſſet) coronabatur. Eſt autem apoſtrophe
Python ad ſerpentem. Python autem non ſolum in maſculino,ſed etiam foeminino genere vſurpatur.Hic vero ſerpens Latonam inſtinctu iunonis ſtimulaſſē ac ſere per totum orbem terrarum perſecutus fuiſſe antq̄ Apollinem et Dianam pareret, in dyalogo Iridis et Neptuni a Luciano memoratur.
Pytho Pytho vero eſt vrbs Phocidis, quę alio nomine Delphi vocatur. μαρχ τɔ πυθε σται, hoc eſt a corrumpendo, quod illic Python ſerpens fuerit corruptus et in ſaniem reſolutus. Python quoq; eſt(vt Solinus ſcri.)in Aſia campus patentiſſimus,quo ꝑmo quoq; aduentus ſui tempore ciconię aduolant.Porro Pythopolis
pythopolis duarum eſt vrbium nomen, quarum altera Miſię,altera Carię eſt. Tantum ſpatij de mōte tenebas, acclamatio eſt, qua magnitudo ſerpentis declaratur. Tenebas,occupabas. Hunc deus arcitenens, Apollo qui cum
caprea arcu et pharetra pingebatur. Capreiſq; fugacibus
Pharetra viſus,Capreę caprę ſunt ſilueſtres velociſſimę. Exhauſta pharetra,euacuata. Pharetra aūt ſagittarum eſt repoſitoriū,dicta μαρχ το φερειν τα τιτρωσκοντα, hoc eſt a ferendis ijs q̄ vulnerant. Per vulnera nigra veneno,Hyppallage eſt, Nigrum.n.venenum ꝑ vulnera effuſum intelligimus. Hic iuuenū qcunq; manu pedibuſue,qſqs inqt Pythia viciſſet aut pugnis,aut curſu,aut curru.Vt a pte totū intelligamus
Eſculeę frondis honorē,coronā ex frondibus eſcu
Eſculus li ꝯfectā.Nā eſculus arbor eſt glandifera dicta, q̄ priſci ex illius fructu eſcā ſumerent. Nondū laurus erat ꝯtinue mutationē ſequentē cū ſuperioribus ꝯnectit. Aſſignās.n.cām cur pythiorum victores Eſculeā coronā acciperent,laurum (qua poſtea q viciſſent fuere coronati) nondū fuiſſe ait,ſicq; deſcribit quēadmodū daphne Penei fluuij filia ab apolline fuit amata,qua cū nec pce,nec ꝑtio potiri poſſet,ad vim ſeſe ꝯuertit.Ipſa vero fuga ſibi ꝯſulens cū in eo eſſet,vt caperetur,patrem rogauit, vt ſibi auxiliū ferret.Ille vero pcibus filię motus eā in arborē ſui nois ꝯmutauit. Daphne.n.laurus interpretatur,dicta quaſi δαοφωνη, qȝ cum vritur q̄ſi vocem
Daphne in laurum emittat.Strepit.n.cum ardet,ut et Theocritus teſtatur. Eſt et daphne,ut Stra. ait Antiochię vicinum et amęnitate inclytū nemus octoginta ſtadiorum ambitu,quo in loco Antiochēſiū ꝯuentus agitabatur Appellatū eſt aūt a daphne Ladonis filia, ut Arrianus ſcri.Diony.vero ſacrum tēplo locū eius vocauit.
Decentia tpā,pulchrum caput,ut a pte totū ꝑ synecdochē itelligamus. Lōgo crine,longis capillis.Ita nanq; Apollo pingebatur. Phębus,phębus aūt epitheton eſt Apollini.ſolīq; proprium ſigt. n. purum. Phębus

Ergo ubi diluuio tellus lutulēta recenti. Apolline Iouis et Latonę filiū veteres diuinitatis et ſapientię deum dixere,et medicinę artis repertorē. Hūc volūt Cyclopes interemiſſe, et eas ob rē aliquādiu ꝑuatū diuinitate armēta Admeti regis theſſalię pauiſſe, pythonē et ſerpentē,tria capita, Leoninum,lupinū et caninū hntem occidiſſe voluere. Inſup cū illi Mercurius cytharā dono dediſſet,cū heliconiſis muſis ꝑeſſe,ut eo. s.tāgēte,muſę canerent,eū īberbē,nūc iuuenem, nūc ſenē,tripode aurea caprę tectū hntes, ac una manu arcū et ſagittas, altera cytharā tenēte finxere,laurum et arborē muſis choreas ducētibus umbrā faciētē,et coruū ei ſacrauere,huius deſcriptionis poeticę ſi ſenſū excerpe voluerimus nōnūq̄ hoiem ut fuit,aliqn̄ Solē itelligamus neceſſe ē. L A V I. Apollo
Fuit ergo hic apollo Iouis ſcđi ex Latona filius,quē volūt apđ archades regnaſſe et is q̄ nouas leges adinueniſſe,et ob ſeueritatē nimiā legū,a ſubditis regno pulſū fuiſſe,et ad Admetū regē Theſſalię ꝯfugiſſe,atq; ex ꝯceſſiōe Admeti,qbuſdā ſecus Amphryſum flumē ppħs ipetraſſe q̄ locū fabulę dederūt, q ab occiſos Cyclopas diuinitate ꝑuatus Admeti pauerit armēta.Hic ꝑmus fuit q vires herbarum nouerit,et ad morbos hoīum curādos earum virtutes adaptauerit,et ob eā rē nō ſolū medicus hitus eſt ſȝ Deus,cū ęgrotātiū plurimi ex ſuis remedijs ſanitatē ꝯſequerentur.Et qm̄ pulſuū hium ꝯcordiā reperiſſet illi a Mercurio nūerorum atq; mēſurarum ꝑncipe citharā ꝯceſſā dicūt,volētes itelligere ut ꝑ diuerſas voces ex fidibus tactis ſurgētes(ſi a ꝑito cythariedo ſȝ artis rglas tāgantur)una efficitur ſuauiſſima vocū cōcordia,ſi ex diuerſis pulſuū motibus,ſi rite ordinati ſūt,depręhēdit i corpe eucratico humorum ꝯcordia Qn̄ et viſis ęgritudinū ſignis multis mortē multis ſanitatē ꝑdiceret,illi diuinatiōis deitas ē attributa Illi īſup eadē rōne laurus et coruus dicati ſunt.Cū ſi lauri frōdes dormiētis capiti alligētur ſomnia eorum viſuū vera ꝑdicēt.Sic et coruus hre ſexagita q̄tuor vocū mutatiōes dr,ex qbus optimi augures futura ſe depręhēdere aſſerebāt q Apollini ad diuinationes deſignādā tribuitur.Spię et Deus eſt hitus pp ꝯſilia ſalubria q̄ circa morbos dabat poſcētibus Muſis aūt apollinē ꝑeſſe.Str.li.x.enucleat.Nā apollinē muſarum ducē appellat q muſas vgines ſecum duxiſſe tradit apprime eruditus,qbus tū pp cātus ſuauitatē,q bonis artibus eruditę erāt,oblectabatur,ut ſcr.Dio.li.y.

Senſus literalis

Qui primus herbarum vires cognouerit

Senſus phyſicus

Primus amor Phębi Daphne Peneia, quē nō
Sors ignara dedit, ſed ſęua cupidinis ira.
Delius hunc nuper victo ſerpente ſuperbus
Viderat adducto flectentem cornua nervo,
Quid tibi laſciue puer cum fortibus armis?
Dixerat, iſta decent humeros geſtamina noſtros
Qui dare certa ferę, dare vulnera poſſumus hoſti
Qui modo peſtifero tot iugera ventre p̄mentē
Strauimus innumeris tumidū Pythona ſagittis
Tu face neſcio quos eſto contentus amores
Irritare tua, nec laudes aſſere noſtras.
Filius huic Veneris, figat tuus omnia Phębe,
Te meus arcus ait, quantoq; animalia cedunt
Cuncta Deo, tanto minor eſt tua gloria noſtra.

Inter eas āt nouē fuiſſe virgines, cū canere ſolitas, tum in aliis eruditas, quas deinde gręci appellauerunt muſas. Has apollinem docuiſſe dicūt, ex quare muſicus eſt nominatus, Solem etiam apollo denotat, quem imberbem dixerunt, quia ſemper iuuenis quaſi omni die nouus exoriatur. Nihilominus variarum ętatum nunq̄ induit hominem. Oriens ſiquidem (quod iuuenū eſt) rubet. Medium autem vt cęli axem conſcendit, calorem intenſum generat, ē ſplendorem perſpicuum exibet, eſt etiam tunc in luminis vigore quemadmodū homines perfectę ętatis tempore in fortitudine. Veſpere autē ſenis perſonam ſuſcipere videtur q̄ pallidus ob inter viſum noſtrū et ipſum interpoſitos vapores apparere vt plurimus ſolet et ad occaſum (vt ſenes ad mortē) tendit. Arcum et ſagittas tenere dicitur, cauſat ſiquidem ab eius in nube rorida, ſuo aſpectui aduerſa radiorū ſplendoribus in modum arcus Iridem, Lyra canere, et muſis preeſſe etiam voluere. Siquidem cum cęleſtis armonię principem, et inter nouem ſperarum circuitiones varias tanq̄ inter nouem muſas noticia et demonſtrati eorundem modulos exigente dixere. Tripodem in modum coronę, vt ſolis calorem ſplendorem, ac vigorem deſignare capiti inſignitum ſcripſere. Hunc Pythonis ſerpentis interemptorem volunt. Quia python fidem auferens interpretatur, quę ablato fidei tūc de medio tollitur cum veritatis claritas reſtratur, quod per Solis lumen efficitur. Sapientię demq; Sol dictus eſt Deus, quia lumine ſuo vitanda demonſtrat ac etiam ſapientis eſt imitanda. Senſu allegorico. Apollo Chriſtum Solem iuſtitię ſignificat. Apollo iuuenis deſcribitur. Chriſtum iuuenem et ob diuitatis ęternitatem, et in perfectiſſima diſpoſitione permanentiam, ob quoq; puritatis et ſanctitatis decorē dicere poſſumus. Apollo habet tripodem. Chriſtus animam, corpus, et deitatem. Apollini cytharam veteres p̄buere, Chriſto crucis venerabile lignū, in q̄ eius corpus ſanctiſſimis (ut neruis in cythara) clauis extenſum fuit tribuimus, quo et a miſeriis peccati releuamur, ac tribulationibus agitati (vt cythara) triſtes hylares efficimur. Nihil ſiquidem adeo acerbum eſt, adeo moleſtum, adeo intollerabile, quod ęquo animo non tolleretur, ſi ad memoriam Chriſti paſſio reuocetur. Arcu ē ſagittis Apollinem armatum volunt. Chriſtus iuſtitię ſeueritatem in reprobis ē obſtinatis ſagitta damnationis transfixis oſtēdit. Apollo pythonem ſerpētem ſagitta interfecit. Chriſtus ſerpentem illū antiquum Luciferq; crucis ſagitta deuicit, qui tortuoſus ſerpens tria capita ſuperbiam leoninum, auaritiam lupinum, inuidiam caninum deſignantia, habebat, quibus Adam aggreſſus ipſum ab innocentię ſtatu deiecerat. Tria etiam capita Luciferi malos angelos, q ex triplici hierarchia ſecum corruerunt, intelligere poſſumus. Apollini nouē muſę aſſiſtunt. Chriſto nouem ordines angelorum. Apollo ſapientię dictus eſt deus Chriſtus eſt ęterna, ē vera patris ſapiētia, de qua ſcriptum eſt Ego ſapientia ex ore altiſſimi prodii primogenita ante oēm creaturam.

Senſus allegori. (margin)

Fabulę nonę primi libri argumentum.

PRimus amor ē c. Daphne Penei fluminus filia, cum omnium virginū, q̄ in Theſſalia eſſent ſpecioſiſſima haberet, adeo qdem vt eos ſua pulchritudine caperet. Apollo cū eam aſpexiſſet forma eius expalluit. Quā cū neq; pollicitis, neq; p̄cibus adire potuiſſet, vim vt inferret, ſtatuit, ē illa curſu aſpectum eius effugere cupiēs, patrem inuocauit, vt virginitati ſuę q̄ ſibi pmiſerat, ferret auxiliū. q̄ ille auditis p̄cibus filię Deoq; vt vim effugeret, in laurum conuertit. **LACTA.**

PEneia, penei fluuii filia, poſſeſſiua. n. frequēter p patronymicis, ē ꝯ p poſſeſſiuis patronymica ponunt. Aplitho vero Daphnē Ladonis filiam fuiſſe ait. Sors ignara, Fortuna Ipita, q̄ nullū rerū hꝫ delectū. Sꝫ ſęua cupidinis ira, ſꝫ magna dei amoris Idignatio, cupido naq; maſculi gnis Deū ſigt Amoris Fomi. vero cupiditatē. duos vero cupidines eē Pla. I Sympo. ſcri. alteꝝ celeſte ē diuinū, alteꝝ vulgaré atq; plebeiū. Id qδ Oui. in faſt. ſecutus ē vt, cū ingt. Alma faue dixi geminoꝝ mr amoꝝ. Gręci cupidinē Eurota vocāt. Vn̄ heroes denoiatos eſſe Pla. ait I. gratẏ. Deus āt q amori ꝯtrius ē, amoreq; diſſoluit, Anteros vocāt, q (vt Cic. I. iii. de na. Deo. ſcri.) ex Venere natus eſt ē Marte. De cupidinus āt parentibus varię ſunt antiquoꝝ opiniones. Alii naq; ipſum Iouis ē Veneris filiū eſſe aiunt. Sapho autē cęli ē terrę. Simonides Martis ē Veneris. Ibycus ē Heſiodus ex chao cupidinem natus eſſe ſcribunt. Orpheus ex Saturno ait eſſe natum. Delius hunc nup, quomodo in amorem Daphnes Apollo inciderit, poeta deſcribit ita pſpicue, vt nulla fere opus ſit expoſitione. Delius. Apollo a Delo inſula cognominatus, in qua vna cum Diana natus eſſe phibet. Adducto neruo, geſtum exprimit ſagittarioꝝ. Tot iugeꝝ, iugeꝝ tm̄ terrę dicitur, quantū par boū in die vno exarare pōt. Straui-

RAPHA. (margin) **Cupidinis parentes** (margin) **Delius** (margin)

Sternere mus, proſtrauimus, interfecimus. sterni.n. ſtantia dñr cum in terram deijciuntur. Tumidum, inflatum, ſuperbia elatum. Neſcio quos amores, cũ quodam contemptu hęc dñr, ac ſi diceret leues, molles, atq; viris negligendos. Irritare, prouocare, ſtimulare. p ſimplex r aũt ſcribit. Nam irritare per duplex r ſigt vanum et irritum facere.

Irritare

bor eſt, ex qua optimę conficiuntur faces. Verecundo rubore, pudico et a verecundia proueniente. Blandis lacertis, pro ipſa blanda. ſic Virg. Sceleratam intorſerit haſtam, pro ipſe ſceleratus. Eſt enim hyppallage, qua frequenter poetę vtuntur.

Dedit hoc pater ante Dianę, exemplo perſuadere nititur patri daphne vt ſe virginem viuere permittat. Nam & Iuppiter conceſſit Dianę filię, vt perpetua frueretur virginitate. Pater, Iuppiter.

RAPH.

Dixit et eliſo percuſſis aere pennis
Impiger vmbroſa parnaſi conſtitit arce,
Deq; ſagittifera prompſit duo tela pharetra
Diuerſoꝝ operꝝ, fugat hoc, facit illud amorem,
Quod facit, auratũ eſt, & cuſpide fulget acuta,
Qđ fugat, obtuſum ẽ, et hẽt ſub arũdine plũbũ
Hoc deus in nympha Peneide fixit, at illo
Lęſit Apollineas traiecta per oſſa medullas.
Protinus alter amat, fugit altera nom̃ amãtis,
Siluarum latebris, captiuarumq; ferarum
Exuuijs gaudens, innuptęq; ęmula Phębęs,
Vitta coercebat poſitos ſine lege capillos.
Multi illam petiere, illa auerſata petentes
Impatiens, expersq; viri nemora auia luſtrat,
Nec qđ hymen, qđ amor, q̃ ſint cõnubia coeat
Sępe pater dixit, generum mihi filia debes,
Sępe pater dixit, debes mihi nata nepotes.
Illa velut crimen tędas exoſa iugales,
Pulchra verecundo ſuffundens ora rubore,
Inq; patris blandis hęrens ceruice lacertis,
Da mihi perpetua genitor chariſſime dixit
Virginitatę frui, dedit hoc pater ante Dianę,
Ille qđem obſequitur, ſed te decor iſte, quod optas
Eſſe vetat, votoq; tuo tua forma repugnat.
Phębus amat, viſęq; cupit connubia daphnes.
Quodq; cupit ſperat, ſuaq; illũ oracula fallũt.
Vtq; leues ſtipulę demptis adolentur ariſtis,
Vt facibus ſepes ardent, quas forte viator

Tua ſagitta, tibi cõueniente. Fas aũt cupidini attribuit, qua iuuenum aĩ amore inflammãtur. Nec aſſere, arroga, vendica. Filius om. Ve. cupido. Figat tuus ls coniunctio ſubintelligenda vr. Licet inquit tuus arcus oĩa aĩalia figat, meum tamen tu effugere nõ poteris. Si.q; gloria tua tãto minor eſt q̃ noſtra, quanto aĩalia, quę tu feris Deo ſunt inferiora.

Eliſo aere, impulſo. Percuſſis pennis alis. Nam alatus cupido pingit. Arce, cacumine, vertice.

Prompſit, deprompſit excepit. Diuerſorum operum, contrariorum effectuũ.

Fugare

Fugat, fugere facit et depellit. Obtuſum ſine cuſpide. Hoc demõſo, ad propinquius.n. hoc pronomen refertur, illud ad longinquius. Traiecta per oſſa, transfixa p oſſa tranſeunte ſagitta. Exuuijs. pellibus

Hoc Illud

Ille quidem obſequitur, peneus pater morem gerit tibi inquit Ouidius. Eſt aũt apoſtrophe et conuerſio ſermonis ad puellam. Decor iſte, pulchritudo iſta tua excellens. Tuo voto, tuę cupiditati.

Fallunt, decipiũt. Id enim ſperabat, qđ minime eſt aſſecutus. Vtq; leues ſtipulę, duplici ſimilitudine et ſtipularũ et ſepium ardentium oſtendit poeta, quãs vehementi amore Daphnem proſequeretur Apollo. Adolentur, ardent, comburuntur. Demptis ariſtis, ablatis ſpicis. Partem enim pro toto poſuit. Ariſtę nanq; ptes ſunt ſpicę acutiſſimę, ſic dictę, q̃ primum areſcant.

Adolent

Ariſtę

Vt facibus ſepes ardent, ſepes ex arbuſtis conſtant, quibus ab ingreſſu agrorum viatores arcentur,

Exuuię

Cupidinis ſagittę

Exuuię dñr ſpolia non ſolum quę hoſtibus detrahuntur ſed etiam quę alijs a ſubibus. Exuuię autem ferarum pelles dñr. Captiuarꝝ, captarꝝ. Innuptęq; ęmula Phębes, imitatrix dianę, quę ppetua gaudet virginitate. Vitta coerce, quõ Daphne Dianę eſſet imitatrix exponit, nam, neq; ornatu capitis gaudebat, et viros omnes aſpernabatur. Vitta tegmen eſt capitis muliebre. Sine lege, ſine ordine. Auerſata, aſpernata. Luſtrat, peragrat, circuit. Nec quid Hymen, Hymen proprie eſt cartilago quędam in vulua virginis, quę in primo coitu frangi dicitur. Pro deo quoq; nuptiarum, q et hymenęus, ac pro nuptijs ipſis ponitur. Tędas iugales, nuptias, a parte.n. totum intelligimus. Nouis.n. nuptijs quinq; faces accenſę pręferebantur, vt ſcribit Plutar. in problematis. Tęda autem ar-

Hymen

Quas forte viator, viator a via, ſiue potius a vio, quod niſi in compoſitione in vſu eſt, vt obuio, deuio deriuatur, atque is proprie dicitur qui iter aliquod ſuſcipit peragendum. Tametſi apud Romanos ij viatores dicebantur, qui magiſtratus ex agris in vrbes euocabant, vt Plinius ſcribit.

Viator

Vel nimis admouit vel nimis prope ſepes poſuit. Sub luce, circa lucem diei aduenientem. Solent enim viatores noctu faces ſecum ferre, quas adueniente luce iuxta ſepes relinquunt.

In flammas abijt, accenſus et inflammatus eſt amore Daphnes. Sterilem amorem, vanum, ex quo nullam voluptatem eſt habiturus.

Ecquid ſi comantur ait Ecquid dictio eſt interrogantis

rogantis

Domare rogantis, per c ſcribitur. comantur, ornentur, ac ſi diceret. ſi ornarentur capilli, multo decentiores **Oſculum** eſſent. Micantes, fulgentes. Videt oſcula, parua ora, non baſia. Eſt. n. ab ore diminutiuum. Os aũt paruum maxime virginem commendat. Que non eſt vidiſſe ſatis, illam. n. & oſculari cupiebat.

armorum. Grex vero fit ex capris, porcis, ouibus ac **Grex** et ſimilibus etiam ex bobus, vt grex ſit generalius nomen, Armentum ſpecialius. Cicero in philippicis. Cecidit greges armentorum. Mihi Delphica tellus, artificioſe, et potentiam et genus et pręclara inuenta commemorat Apollo, vt ad ſe amandũ Daphnem alliciat. Horus nanq; ſingulis muliebres animi maxime capiuntur.

Laudant, digitoſq; morem exprimit elegantium amatorum, qui oĩa amicarum ſuarum membra laudare ſolent. Et nudos lacertos mulierũ Romanarum habitum deſcribit, qui nunc quoq; multis eſt in vſu. Si qua latent meliora putat, non de pudẽdis (vt inquit Fabius) eſt intelligendum, ſed de ijs omnibus corporis ptibus quę veſte occultantur. Neq; reſiſtet, neq; conſiſtit **Reſiſtere** neq; remoraẽ curſus. Alias reſiſtere repugnare eſt et aduerſari. Reuocãtis, Apollinis. Nympha precor, hac orõne Apollo conaẽ Daphnem pſuadere ne ſe fugiat ſed in ſuos ueniat amplexus. Nympha mane, elegans repetitio amatorię oratio ni maxime conueniens. Sic agna lupum, his ſimilitudinibus oſtendit Apollo ſe vt hoſtem a Daphne vitari, cũ ipſam amore captus ſequatur. Eſt autem hippozeugma. Fugit. n. verbum eſt ſubaudiendum. Lupum vero vt hoſtes oues nã, et cerui leones ac deniq; oĩa aĩalia bruta ſuos quoq; fugiunt hoſtes. Penna trepidante, cum **Aquila** quodam timore properantibus alis. Aqla vero ab aquilo, hoc eſt fuſco et ſubnigro colore eſt dicta, quis qdem ab acute videndo illam denolatam velint, vt ſcribit Pompeius. Me miſerum ne prona cadas, ex arte ſe ſollicitum eſſe fingit de ſalute puellę **Sentes** qua potiri cupiebat. Notent ſentes, pugnant ac lacerent ſpinę, Sentes. n. numero plurali ſpinę dicuntur. Moderatius curre, modeſtius, lentius.

Fugamq; inhibe contine fugam, noli fugere. Horridus obſeruo, incultus cuſtodio. Armen**Armentis**ta gregeſq;, Armentum id genus pecoris appellatur, vt ait Sex. Pompe.) quid eſt idoneum ad opus

Vel nimis admonuit, vel iam ſub luce reliquit,
Sic Deus in flammas abijt, ſic pectore toto
Vritur, et ſterilem ſperando nutrit amorem.
Spectat inornatos collo pendere capillos,
Et quid ſi comantur, ait? videt igne micantes
Syderibus ſimiles oculos, videt oſcula, quę nõ
Eſt vidiſſe ſatis, laudat, digitoſq; manuſq;,
Brachiaq;, & nudos media plus parte lacertos.
Si qua latent meliora putat. fugit ocyor aura
Illa leui, neq; ad hęc reuocantis verba reſiſtit,
Nympha precor Peneia mane. nõ inſequor hoſtis.
Nympha mane. ſic agna lupũ, ſic cerua leonẽ,
Sic aqlam penna fugiunt trepidante columbę,
Hoſtes quęq; ſuos, amor eſt mihi cauſa ſequẽdi.
Me miſerum ne prona cadas, indignaue lędi
Crura notent ſentes, et ſim tibi cauſa doloris
Aſpera qua pperas loca ſunt, moderatius, oro,
Curre, fugãq; inhibe, moderantius inſequar ipſe.
Cui placeas, inquire tamen. non incola montis
Non ego ſum paſtor, nõ hic armenta, gregeſq;
Horridus obſeruo nescis temeraria nescis
Quẽ fugias, ideoq; fugis. mihi Delphica tellus
Et Claros, & Tenedos, Patarę aq; regia ſeruit.
Iuppiter eſt genitor per me quod eritq; fuitq;,
Eſtq; pater, per me concordant carmina neruis
Certa quidem noſtra eſt, noſtra tñ vna ſagitta
Certior, in vacuo quę vulnera pectore fecit.
Inuentum medicina meũ eſt, opiferq; p orbẽ
Dicor, & herbarum ſubiecta potentia nobis.

Delphi Delphica tellus, Delphi vrbs eſt phocidis ad parnaſum, vbi templum Apollinis et opibus & certis oraculis clariſſimum fuit, vnde oracula Delphica ſunt dicta. Delphi autem fuere cognominati, q Apollo Delphini ſimilis illuc nauigauit. Delphis autem eſt aditum ex quinq; lapidibus extructũ opus Agamedis et Trophonij. Et claros, **Claros** vrbs eſt Lycię Colophoni propinqua, Apollini dicata. Vnde et Clarius cognominatur. Illic nanq; eſt Apollinis oraculum a Manto Tireſię filia conſtitutum vel a Claro quodam Heroe, a quo etiam fuit appellata, vt Theopompus ait. Nearchus autem ſcribit clarõ ſorte Apollini contigiſſe, atq; a ſorte. hoc eſt απο του κληρου denolatam fuiſſe, alij vero aiũt Claron fuiſſe appellatam, q illic Neptunus et Mars fuerunt ſortiti. Alij a lachrymis Mantus quam penitebat patrias reliquiſſe dictum eſſe Claron putant per mutationem λ. in ρ. Nam κλαυλος lachrymam ſignificat. Fons certe apud Claron ex Mantus lachrymis fertur ſcaturiſſe.

Et Tenedos, Tenedos inſula eſt ad Helleſpontum **RAPH. Tenedos** vna ex ſporadibus. quę prius Leucophrys fuit appellata. A Tene autem Tenedos eſt dicta, quaſi τενουεδος hoc eſt Tene ſolum. vnde Tenedius deriuatur. Eſt etiam Tenedos vrbs Lycię vel (vt alij aſſerunt) Pamphilię quam ſub tutela ſua eſſe Apollo ait. Patarę regia, patara vrbs eſt Lycię **Patara** a pataro apollinis et Lycię filio appellata, in qua Apollo maxime colebatur. Vnde et Patareus fuit

Hei mihi, ꝙ nullis amor eſt medicabilis herbis
Nec proſunt domino, quę proſunt oibus artes.
Plura locuturum timido peneia curſu
Fugit, cumq; ipſo verba imperfecta reliquit.
Tunc quoq; viſa decens, nudabat corpora vẽti,
Obuiaq; aduerſas vibrabant flumina veſtes,
Et lenis impulſos retro dabat aura capillos.
Aucta fuga forma eſt. ſed enĩ nõ ſuſtinet vltra
Perdere blanditias iuuenis Deus, vtq; monebat
Ipſe amor, admiſſo ſequitur veſtigia paſſu.
Vt canis in vacuo leporem cum gallicus aruo
Vidit, & hic prędam pedibus petit, ille ſalutem,
Alter inhęſuro ſimilis, iamiamq; tenere
Sperat, & extenſo ſtringit veſtigia roſtro,
Alter in ambiguo eſt, an ſit compreſſus, & ipſis
Morſibus eripitur, tangentiaq; ora relinquit,
Sic Deus, & virgo eſt, hic ſpe celer, illa timore,
Qui tamen inſequitur pennis adiutus amoris
Ocyor eſt, requiemq; negat, tergoq; fugacis
Imminet, et crinem ſparſum ceruicibus afflat.
Viribus abſumptis expalluit illa, citęq;
Victa labore fugę, ſpectans Peneidas vndas.
Fer pater inqt opem, ſi flumina numẽ hẽtis.
Qua nimium placui, tellus ait hisce, vel iſtã.
Quę facit vt lędar, mutando perde figuram.
Vix prece finita torpor grauis occupat artus,
Mollia cinguntur tenui pręcordia libro,
In frondes crines, in ramos brachia creſcunt.
Pes modo tam velox pigris radicibus hęret.
Ora cacumen hñt, remanet nitor vnus in illa
Hãc quoq; Phębꝰ amat, poſitaq; i ſtipite dextra
Sentit adhuc trepidare nouo ſub cortice pectus

cognominatus. Alexander autẽ ſcribit, vt Stephanus refert, Salaciam puellam ex Ophionide ſacra Apollini afferentem in Pataris, in via depoſito vaſe quieuiſſe. Illa vero erant pemmata, lyrę arcus et ſagittę, quibus infantes ludunt. Vento autem flante Pataram hoc eſt ciſtam, in mare fuiſſe delatam. puellam autem flentem domum rediſſe, ac Pataram ad Licoirum cheroneſum aduectam fuiſſe. Quendã autem ex profugis a Salacia in Pataram incidiſſe, et quę ĩ illa erant pemmata cõbuſſiſſe, ac cheroneſum Apollini conſecraſſe, totamq; illam regionem a Patara vaſe, Patara denominaſſe. Patara autem grece interpretatur ciſta. Vnde patarens et patareius dedinatur. Iuppiter eſt genitor, Apollo nanq; Iouis ex Latona filius fuiſſe perhibetur.

Per me quod eritq; Apollo ſe Deum eſſe vaticinationis ſignificat. Per me concordant carmina neruis, hoc eſt muſices et harmonię ego ſum inuentor. Carmina, cantilenę.

Neruis, chordis.

Certa quidem noſtra eſt, ſe peritum quidem eſſe ſagittarium profitetur. Sed cupidinem a quo eſt percuſſus, peritiores eſſe ait. In vacuo pectore. libero amoris affectu. Opiferq; opem ferens et auxilium. Opifex vero

Opifer
Opifex

opus faciens. Nam Apollo a grecis tum σωτήριος, tum ἀλεξίκακος vocatur. ꝙ et morbis medicina et in malis opem ferat. Vnde a latinis opifer fuit cognominatus. Hei mihi, dolet Apollo ꝙ nullam inueniat medicinam, quę amorem leuet. Hei autem dolentis eſt interiectio, quę cum datiuo copulatur. Timido curſu, Hypallage eſt, ipſa enim timida intelligitur. Tunc quoq; viſa decens, cum inquit curreret Daphne viſa eſt decora & pulchra. corpora, corporis membra et carnes. Corpus enim viuentium, caro dicitur mortuorum. Vibrabant. ventillabant, agitabant. Retro dabat, retro vertebat. Iuuenis Deus, cauſa, eſt cur non ſuſtineret vltra blandiri. Iccirco. n. diutius ſuſtinere non poterat, quia iuuenis erat. Perdere blanditias, p̃ro ꝑdere blanda verba. Admiſſo paſſu, velocibus paſſibus. Vt canis in vacuo, pulchra ſimilitudine declarat et Daphnes fugientis et apollinis inſequentis velocitatem. Canis gallicus, qui nunc leporarius vulgo appellatur.

Hei
Corpus
Caro
Perdere

In vacuo aruo, in aruo demiſſo. Pedibus, pedum velocitate. Stringit veſtigia, radit pedes leporis. ſic Virg. Stringẽtem ripas et amęna loca ſecantem. Extẽſo roſtro, porrecto ore. Fugacis, fugientis puellę. Crinem ſparſum ceruicibus, capillos per collum ſparſos. Afflat, flatu et ſpiritu attingit.

Stringere

Citę fugę, velocis curſus. Si flumina numen habetis, diuinitatem ac ſuccurrẽdi facultatem. Qua nimium placui, tellus hiſce, tellurem rogat vt ſe vel abſorbeat, vel in alias dens mutet figurã. Qua in ꝗ. Hiſce aperire. vt me accipias. Alias hiſcere ſigt loq. Perde, deſtrue. Torpor grauis, magnus ſtupor.

Hiſcere
Precordia.

Mollia precordia, precordia, vt ait Pli. membranę ſunt exta ſeparantes ab interiore viſcerum parte, ſic dicta ꝙ cordi pretendantur. Tenui libro, tenui cortice et ſubtili. Modo, pauloante. Pigris radicibus lentis immobilibus, ſigt autem pedes in radices fuiſſe ꝯuerſos. Ora cacumen hñt, hoc eſt os et facies Daphnes in cacumen et ſummitatem lauri fuere conuerſa. Nitor vnus, ſolus ſplendor, ſola pulchritudo. Hanc quoq; phębus amat, arbores ſubaudiamus. Nam laurus Apollini dicata eſſe perhibet. Phębus aũt epitheton eſt Apollinis, puriq; ſigt. Sol. n. ab oĩ fece eſt alienus. In ſtipite, in trunco.

Liber
Daphne in laurũ.
Laurus
Phebus

Trepidare, palpitare. Cui deus, ordo eſt. Cui deus dixit. Semꝑ hẽbunt. Te coma, elegãter ea enim

RAPH.

inerat quę lauro ornantur. Nã et comę ẽ cithare ẽ pharetrę lauro cingebantur. Cithara autem dicta eſt παρα το κινειν hoc eſt a mouendo, q̃ ſe audientes in amorem moueat. Tu ducibus lętis, imperatores triumphantes lauream geſtabãt coronam. Lęta vox, militum, qui canentes Io triumphe imperatorem ſequebantur triumphantem. Longas pompas, captiuorum ac rerum omnium pretioſarũ in bello captarum, ſimulachrorum prę terea vrbium expugnatarum. Hęc enĩ omnia in triũpho geſtabantur. Viſent videbunt. Capitolia, ſcite. Nam triumphantes in capitolium vſq; aſcendebant capitolino Ioui ſacrificaturi. Nã laurus (vt ſcribit Plinius) triumphis proprie dicatur, vel gratiſſima domibus, ianitrix Cęſarum pontificumq;, quę ſola ẽ domos exornat, ẽ ante limina excubat. Eadem pacifera eſt, vt quam prętendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium. Romanis pręcipue lętitię victoriarumq; nuntia. Additur litteris ẽ militum lanceis piliſq;. Faſces imperatorum decorat, ex iis in gremio Iouis optimi maximi deponitur, quotiens lętitiam victoria nouas attulit. Quę nõ quia perpetuo viret nec q pacifera eſt preferenda vtiq; myrto ẽ oleę eſt: ſed quia ſpectatiſſima in monte Parnaſſo, ideoq; etiam grata. Apollini aſſuetis ea dona mittere iam ẽ regibus, teſte L. Bru. Fortaſſis etiam in argumentum, quoniam ibi libertatem publicam is meruiſſet laurifeream tellurem illam oſculatus ex reſponſo. Et quia manu ſatarum receptarumque in domos fulmine ſola non icitur. Ob has cauſas equidem crediderim honorem eis habitum in triumphis, potius q̃ quia ſuffimentum ſit cędis ẽ purgatio, vt tradit Maſſurius. Vnius autem arborum latina lingua nomẽ imponitur viris. Ante fores ſtabis, ante ianuas pendebis. Nam in veſtibulo ędium Imperatoris coronę ex lauro et quercu ita ſuſpendebantur, vt querna in medio foret veſtibulo ſuſpenſa, ideoq; ſubiungit. Mediamq; tuebere quercum, ideſt Quernam coronam, quę ob ſeruatos ciues, ẽ ciuica dicebatur ẽ Cęſari in veſtibulo dicabatur. Quercus autem eſt arbor glandifera dicta, q id genus arboris graue ſit ac durum, tum etiam in ingentem euadat amplitudinem, vt tradit Sex. Pompeius. Querqueram enim grauem et magnam quidam dici putant. Querquera item frigida inter-

Ciuica corona Quercus

Querq̃ra

Complexuſq; ſuis ramos vt membra lacertis,
Oſcula dat ligno, refugit tamen oſcula lignũ.
Cui Deus, at quĩ coniunx mea non potes eſſe,
Arbor eris certe dixit mea. ſemper habebunt
Te coma, te cuharę, te noſtrę Laurę pharetrę.
Te ducibus lętis aderis, cum lęta triumphum
Vox canet, ẽ longas viſent Capitolia pompas.
Poſtibus auguſtis eadem fidiſſima cuſtos
Ante fores ſtabis, mediamq; tuebere quercum.
Vtq; meum intonſis caput eſt iuuenile capillis.
Tu quoq; ppetuos ſemper gere frondis honores
Finierat Pęan, factis modo laurea ramis
Annuit, vtq; caput viſa eſt agitaſſe cacumen.
Eſt nemus ęmonię, prerupta qđ vndiq; claudit
Silua, vocant Tempe, per quę Peneus ab imo
Effuſus Pindo ſpumoſis voluitur vndis,

prelatur ẽ cum tremore febris. Vtq; meũ intonſis, Apollo et comatus et imberbis pingitur, quo ſignatur Sol et radios habere, et nunq̃ ſeneſcere. Perpetuos honores frõdis. Periphraſis eſt foliorũ. Laurus. n. nunquam folia abijcit. Finierat Pęan. Apollo Pęan dicitur απο του παιειν, hoc eſt a feriendo. Nã indignantes ſagittis ferit. In. Parce pcor Pęan et tu depone ſagittas. Nil pueri facit, ipſam cõfigite matrem Amphiõ clamat. Pęan quoq; hymnus dr in Apollinẽ compoſitus Virg. Lętum pęana canẽtes. Laurea, laurus, laurea quoq; dr corona ex lauro confecta. Cacumen, ſũmitatem: caput. n. viſa ẽ cõmouere, qđ erat cacumẽ Fabulę decimę primi lib. argumentũ. EST nemus etc. Io Inachi amnis filias cum eq̃les ſua ſpecie pcederet ab Ioue adamata eſt, q̃ admotis pcibus deſyderiũ expleuit, et ne puella Iunonis irã icideret, a cõpreſſore I vaccã eſt trãſſigurata, cuius fallaciã Iuno cũ intellexiſſet, petit eã a Ioue, velut munus ſibi dari vaccã, q̃ ſpecioſiſſima erat cęteris armẽtis, q̃ i Peloponeſo erãt. Iuppiter vero ne ſi negaſſet pderet puellã, tribuit ꝯfeſtim. Iuno aũt ne amplius eius pellex cũ Ioue cõcumberet. Argus Areſtoris filiũ centũ oculos hñtem ei ppoſuit. Quẽ Mercurius iuſſu pr̃is interemit, et a caſu eius Argiphonos eſt cognominatus. Iuno Argũ quẽ ob cuſtodiã ille occiderat in volucrẽ pauonẽ traſformauit, et receptũ in ſuã tutelã pẽnis inſignibus (q̃bus amiſſa lumina indicaret) ornauit.

EST nemus Aemonię, Tẽpe amęniſſimã Aemonię vallẽ deſcri. poeta quo cõmodius Iouis Inachi ãnis filię metamorphoſin i iuuẽcã cũ ſupiore pnectat. Nã iuxta Tẽpe ẽ ſpelũca Penei fluuij Daphnes pr̃is, ad quẽ ꝯſolandũ oẽs vicini amnes ꝯuenerũt, pter Inachũ, q amiſſã filiã lugebat, Io nãq; Inachi ãnis filia ab Ioue primũ cõpreſſa, deide Iunone ſuꝑueniẽte i iuuencã fuit ꝯuerſa. Verũ Iuno i qđ erat ſuſpicata, Iouẽ rogauit, vt ſibi tã pulchrã donaret iuuẽcã. Ei vo tandẽ dono acceptę. Argũ centũ oculis pditũ cuſtodẽ appoſuit. Sʒ Iuppiter amicę miãmotus Mercurio mãdauit. vt Argũ interficeret, quẽ Iuno cũ vidiſſet occiſũ i pauonẽ ꝯuertit, centũq; ipſius oculos caudę appoſuit. Eſt nemus Aemo. Topographia ẽ. Tẽpe nãq; deſcri. vallẽ Theſſa. amęniſſimã. Aemo. Theſſa. Aemo. cũ Theſſa. dr ab Aemone Chlori Pelaſgi filio. Theſſali ãt pr̃e. Vocant Tẽpe. Tẽpe (vt dixi) nemus ẽ Theſſa. qnq; milibus paſ-

Apollo comatus

Pean

Laurea

LACTA.

RAPHA

Tempe Peneus

Æmonia

ſus l lõgitudinẽ tẽdens adeo amenũ, vt amœniſſima quęq; loca tempe vocentur, vt Seruius ſcribit.
Prærupta ſilua alta. Per quę Peneus, per media Tempe labitur Peneus fluuius, qui claritate cunctos Theſſalię fluuios antecedens, iuxta Gomphos naſcit in radicibus Pindi montis, interq; Oſſas et Olympũ nemoroſa cõualle defluit gningẽtis ſta. dimidio eius ſpatio nauigabilis. In eo curſu vocant tempe, vt Pli. tradit qnq; millius longitudine et ferme ſex latitudine vltra viſum hoĩs attollẽtibus ſe dextra leuaq; leniter cõuexis iugis, intus ſua luce viridante. Allabitur Peneus calculo amęnus viridi circa ripas gramine. Canorus amnium concentu.

RAPH. DEIECTUQ; graui. vehementi curſu. Sũmiſq; aſpergine ſiluis Influit, hoc ẽ influere vr p altas ſiluas aſpergine humidaꝝ nebulaꝝ quę ex illis vndis excitãtur.
Et ſonitu plusq̃ vicina fatigat, non ſolum inquit vicini, ſed longe quoq; ſtantes ſtrepitum illius ſentiunt. Hęc ſunt penetralia, loca domus ſecretiora, in q̃bus Dijs penatibus ſacrificabatur, penetralia dicebantur.

Penetralia

Antrum
Antro, ſpelunca Dictum eſt autem antrum παρα το αντω quod eſt ſupplico, quia in antris primi homines Dijs ſupplicabant, putantes in illis ſacra eſſe. De cautibus, de lapidibus. Cautes autem et cotes dñr.

Cautes
Dabat, reddebat, Ius enim proprie reddi dicitur.
Gratentur, gratulentur Peneo, q Daphne filia in laurum fuit conuerſa, an conſolentur q filiam amiſit. Popularia flumina vicina ac ex eodem populo, Alibi Popularis gratus populo dr. Populifer Sperchius, populos arbores ferens. Sperchius autem fluuius eſt Theſſalię, q ex Pelio monte ortus in Maliacum labitur ſinum. Sic dictus q ſit velociſſimi curſus. Nam παρα το σπερχει deducitur, q feſtinare ſignificat. Enipeus, Enipeus fluuius eſt Theſſalię ex Othrymonte in Apidanũ defluens απο της ενιπης et a minis denominatus. Nam p loca agreſtia ẽ inculta labitur, quę ſemp mala minari videntur. Eridanuſq; ſenex, ſic q̃dem legitur, ſed corrupte (vt mihi quidẽ vr) Cum enim propoſuerit fluuios populares Theſſalicosq; conueniſſe ad Peneum, cuius filia Daphne in laurum fuerat conuerſa, non video qua ratione Eridanum Galię Ciſalpinę fluuium, qui alio nomine dr Padus, admiſceat. Tametſi Eridanus (vt Pauſa. ait) Atticę quoq; ſit fluuius, q in Iliſſũ emittit, apud quem Orithya rapta fuiſſe fert, ſed cum is quoq; Peneo nõ ſit popularis, poetę propoſito minus conuenire videtur. Quare Apidanus legatur, ne ineptus eſſe Ouidius coarguatur. Eſt enim Apidanus Theſſalię fluuius, quem idcirco poeta ſenem appellat, quod tarde admodum fluit, donec Enipeum admittat.

Popularis — Sperchius — Enipeus — Eridanus

Deiectuq; graui tenues agitantia fumos
Nubila conducit, ſummiſq; aſpergine ſiluis
Influit, & ſonitu plus q̃ vicina fatigat.
Hęc domus, hęc ſedes, hęc ſũt penetralia magni
Amnis, in his reſidens facto de cautibus antro,
Vndis iura dabat, nymphiſq; colentibus vndas.
Conueniũt illuc popularia flumina primum
Neſcia gratentur, conſolentur ne parentem.
Populifer Sperchius, & irrequietus Enipeus,
Apidanuſq; ſenex, leniſq; Amphryſus, & Aeas
Moxq; amnes alij, qui, qua tulit impetus illos,
In mare deducunt feſſas erroribus vndas.
Inachus vnus abeſt, imoq; reconditus antro
Fletibus auget aquas, natamq; miſerrimus Io
Luget vt amiſſam, neſcit vita ne fruatur,
An ſit apud manes, ſed quam nõ inuenit vſq;
Eſſe putat nuſq̃, atq; animo peiora veretur.
Viderat a patrio redeuntem Iuppiter illam
Flumine & o virgo Ioue digna, tuoq; beatum
Neſcio quẽ factura toro, pete dixerat vmbras,
Aut hoꝝ nemoꝝ, aut hoꝝ, ꝛ mõſtrauerat ãbas
Dum calet, & medio Sol eſt altiſſimus orbe,
Quod ſi ſola times latebras intrare ferarum,
Pręſida tuta Deo nemorum ſecreta ſubibis,
Nec de plebe Deo, ſed qui cęleſtia magna
Sceptra manu teneo, ſed q vaga fulmina mitto
Ne fuge me (fugiebat enim) iam paſcua lernę,

Apidanus
Leniſque Amphryſus, hic quoque fluuius eſt Theſſalię leniter fluens, iuxta quem Admeti regis armẽta pauit Apollo. Vnde Lucanus libro ſexto. Et flumine puro Irrigat Amphryſus famulantis paſcua Phœbi.

Amphryſus
Et Aeas, fluuius eſt Epyri iuxta muros Dyrachij labẽs.

Aeas
Inachus vnus abeſt, Inachus fluuius eſt Achaie, ab Inacho rege dictus. Eius filiam Io cum deprehendiſſet Iuppiter ſpatiantem compreſſit, ac ne id a Iunone agnoſceretur, ipſam mutauit in iuuencam. Mœrens itaque Inachus propter amiſſam filiam ſe domi cotinebat. Natamque miſerrimus Io Luget vt amiſſam, Io accuſatiuus eſt grecus. Nam Io Ius grece declinatur, vt Calypſo Calypſus, quamuis Ionis, ẽ Calypſonis quidam latine malint declinare Quam quidem declinationem Fabius non admittit. An ſit apud manes, an ſit mortua. Illi enim apud Manes eſſe dicuntur, qui obiere Manes autem animę ſunt mortuorum, quibus honoris gratia Deorum vocabulum additum eſt. Dij nanq; manes dicuntur, vt ſcribit Apuleius de Dęmonio Socratis. Martianus vero Capella in nuptijs philologię tradit manes, tam bonos eſſe quam truces, in quos cum poteſtatem habeat Pluto, merito Summanus vacatur, quaſi Manium ſummus

Inachus — Manes

lem ſummus.. Manes autem dicti ſunt vel a Mano, quod bonum apud priſcos ſignificabat. Vnde immanis malus. crudeliſq; dicitur, vel a manando (vt ait Pompeius) q̃ eos per omnia manare putabant. Sed quam non inuenit vſquam, hoc eſt quam nullo in loco inuenire poteſt, eam in rerum nã non eſſe putat. Vſquam autem et nuſquam aduerbia tãs in loco q̃ ad locum ſignificant. Vſquam autem in aliq loco ita ſigt, vt fere ſemper cum negatione ponatur in oratione. Atq; animo peiora veretur, mortuam.n. eam eẽ putabat. Viderat a patrio, hic incipit deſcribere quemadmodum Iuppiter in eius amorem incidit. A patrio flumine, ab Inacho Achaię fluuio. Tuo toro, tuo lecto, ac tuis nuptijs. Torus autem et pro lecto et pro ſede ponitur, a tortis herbis dictus. Vnde citra aſpirationem ſcribi debet, quamuis fere in exemplaribus cum aſpiratione ſcriptum legatur. Torus etiam eminentiorem ſignificat pulpam. Vnde Toroſa iuuentus a Perſio vocatur. Virg. iij. Georg. Luxuriatq; toris animoſum pectus. Ambas vmbras, et dextras et ſiniſtras. Hoc autem ex poetę perſona dicitur. Exponit.n. poeta quas vmbras dixerit Iuppiter Inachi filię petitas. Dũ calet, donec calor eſt. Hortatus autem puellas Iuppiter, vt meridiei ęſtum fugiat. Latibus ſiluarũ, ſiluas in quibus occultantur feręe. Sed qui cęleſtia magna, ſed qui cęli imperium habeo ſignificat autem ſe eſſe Iouem maximum Deorum, quo facilius illi perſuadeat, vt ſibi morem gerere velit.

Vſquam
Nuſquam
Torus

Vaga fulmina, hoc eſt non in rectum, ſed in obliquum euntia. Fulmina enim in obliquum feruntur. Iam paſcua Lernę, Lerna palus eſt Arginorum, in qua habitauit Hydra ſerpens ab Hercule interfecta.

Lerna

LYcea arua, Lycea quidem fere in exemplaribus legitur, pręterq̃ in vetuſtis quibuſdam. In illis nanq; Lyncea recte ſcriptum eſt. Nam Lynceus Ęgypti filius ac (vt in temporibus Euſebius narrat) Hypermeſtrę maritus, interfecto Danao patruo et ſocero Argis regnauit. Vnde Lyncea arua denominata pro arginis ſunt accipienda, hic autem legendum eſſe et Geographię ratio et hyſtorię fides (vt taceam quod in lynceo prima ſyllaba corripitur) aptiſſime declarant. Tametſi hactenus Lycęa lectum ſit a Lycęo Arcadie monte Pani dicato. Huic autem lectioni Pauſanias quoq; in Argolidis deſcriptione aſtipulatur, qui ait eã regionẽ, vñ Lynceus ſignificauit Hypermeſtrę, ſe in locũ tutũ veniſſe ꝑmũ Lynceam, deinde Lyrceã a Lyrco notho Abãtis filio, q illã habitauit fuiſſe denoĩatam. Occuluit, occultauit. Tenuit fugã, cohibuit fugã, illãq; fugientẽ retinuit. Rapuitq; pudorẽ. Hoc ẽ illam ſtuprauit, erubeſcendiq; cãm eripuit. In tenebris nãq; minus vnũ quẽq; pudet veneri indulgere. Deſpexit, deorſum aſpexit. Alibi deſpicere oũ tẽnere eſt. Nebulas volucres, quę vt aues volare vñr. Sub nitido die, ſereno. Non fluminis illas eſſe. Phyſici aiunt nebulas aut a fluuijs, aut a vaporibus terrę generari. Vt q̃, vtpote quę. Furta, ſtupra.

RAPH.
Lyncea arua
Deſpicere

Conſitaq; arboribus Lycęa reliquerat arua,
Cum Deus inducta latas caligine terras
Occuluit, tenuitq; fugam, rapuitq; pudorem.
Interea medios Iuno deſpexit in agros,
Et noctis faciem nebulas feciſſe volucres
Sub nitido mirata die, non fluminis illas
Eſſe, nec humenti ſenſit tellure remitti,
Atq; ſuus coniunx vbi ſit, circumſpicit, vt quę
Deprenſi totiens bene noſſet furta mariti.
Quem poſtq̃ cęlo non repperit, aut ego fallor,
Aut ego lędor ait delapſaq; ab ęthere ſummo
Conſtitit in terris, nebulaſq; recedere iuſſit.
Coniugis aduentum pręſenſerat, inq; nitentem
Inachidos vultus mutauerat ille iuuencam.
Bos quoq; formoſa eſt, ſpeciem Saturnia vaccę
Quãq̃ inuita ꝓbat, necnon & cuius, ⁊ vnde,
Quoue ſit armento, veri quaſi neſcia quęrit.
Iuppiter e terra genitam mentitur vt auctor
Deſinat inquiri, petit hanc Saturnia munus.
Quid faciat crudele ſuos abdicere amores,
Nõ dare ſuſpectum. pudor eſt qui ſuadet illud,
Hinc diſſuadet amor. victus pudor eſſet amore
Sed leue ſi munus ſocię generiſq;, toriq;
Vacca negaretur, poterat non vacca videri.
Pellice donata non protinus exuit omnem
Diua metum, timuitq; Iouẽ, et fuit anxia furti,
Donec Areſtoridę ſeruandam tradidit Argo.
Cẽtũ luminibus cinctũ caput Argus habebat,

Bos quoq; formoſa eſt, Io inquit, vt virgo erat formoſa, ſic in iuuencã quoq; verſa pulchra videbatur. Speciem.i. pulchritudinem. Probat laudat. Cuius, ſit verbum ſubaudiatur. Et vnde venerit. Quoue ſit armento, armentum id genus pecoris dicitur (vt tradit Sextus Pompeius) quod eſt idoneum ad opus armorum. Quanq̃ Varro ab arando deriuare videatur quaſi aramentum tertia litera detracta. Vt auctor deſinat inquiri, vt dominus vaccę a Iunone non inueſtigetur. Abducere, abdicare, alienare et ab ſe amouere. Non dare ſuſpectum, non tradere inquit petitam vaccam Iunoni ſuſpecta res eſſet cogeretq; Iunonem aliquid mali ſuſpicari. Qui ſuadeat illud, dare. Hinc, ab illa Iunoni tradenda. Socię generiſq; toriq;. Nam Iuno et ſoror eſſe et vxor Io

Formoſa Io in iuuenca
Armentum.

ius fingitur, quod pro aere ponitur, qui leuitate etheri, qui idem eſt cum Ioue, ſuis eſſe, ſubijciq; vi. Nam ether aere ſuperior eſt. Pellice, concubina. Nam pellex di quę cum eo viro cui vxor eſt, ſe miſcet. Greci illam παλλακὴν vocant. Et fuit anxia furti, hoc eſt fuit ſollicita ne ſibi furto auferret. Areſtoridę Argo, Argus Areſtoris filius: Argus nauis fabricator centum habuiſſe oculos fingit, quorum ſemper octo et nonaginta vigilabant. bini vero ſolum dormiebant. Capiebant quietem, dormiebant.

nia. Littera pro verbis, loco verborum. Inquit littera, quam pedibus in puluere vacca effecit, indicauit patri filiam. Bouis .n. pes I et O litteras exprimere vt quas cum vidiſſet, Inachus, eam eſſe filiam cognouit. Duxit effecit. Duci autem proprie dr̃ littere cum fiunt. Vnde etiam litterarum ductus a Fabio appellant. Indicium triſte significationem meſtam ab effectu, qd merore afficit patrem. Grauius na'q. pater dolebat filiam in iuuencam fuiſſe tranſmutatam, q̃ ſi mortua eſſet. Peregit, effecit. Me miſerum, o ſubintelligatur, quod frequenter in exclamationibus ommittitur lectoribus. Pendens in cornibus et ceruice, hoc eſt cornua et ceruicẽ amplectens. Iuuencę autem magnitudo ſignificatur, a cuius cornibus et ceruice Inachus illa amplectens pendere videbatur. Ingeminat, exclamationem illam o me miſerum duplicat. Tu ne es quęſita per omnes. Ordo eſt. Tu ne es nata, et filia mihi per omnes terras quęſita?

Inde ſuis vicibus capiebant bina quietem,
Cętera ſeruabant, atq; in ſtatione manebant,
Conſtiterat quocunq; loco: ſpectabat ad Io,
Ante oculos Io, quamuis auerſus habebat.
Luce ſinit paſci; cum Sol tellure ſub alta eſt,
Claudit, & indigno circundat vincula collo.
Frondibus arboreis, et amara paſcitur herba.
Proq; toro terrę non ſemper gramen habenti
Incubat infelix, limoſaq; flumina potat.
Illa etiam ſupplex Argo cum brachia vellet
Tendere, nõ habuit quę brachia tenderet Argo.
Et conata queri mugitus edidit ore,
Pertimuitq; ſonos, propriaq; exterrita voce eſt,
Venit & ad patrias, vbi ludere ſępe ſolebat.
Inachidas ripas, nouaq; vt conſpexit in vnda
Cornua pertimuit, ſeſeq; exterrita fugit.
Naiades ignorant, ignorat & Inachus ipſe,
Quę ſit, at illa pr̃em ſequitur, ſequiturq; ſorores
Et patitur tangi, ſeq; admirantibus offert.
Decerptas ſenior porrexerat Inachus herbas,
Illa manus lambit, patriſq; dat oſcula palmis.
Nec retinet lachrymas, & ſi mõ verba ſupſint,
Oret opem, nomenq; ſuum, caſuſq; loquatur
Littera pro verbis, quam pes in puluere duxit,
Corporis indicium mutati triſte peregit.
Me miſerũ, exclamat pr̃ Inachus, inq; gemẽtis
Cornibus, et niueę pendens ceruice iuuencę
Me miſerũ, ingeminat, tu ne es. quęſita per oẽs

Seruabant, cuſtodiebant. Atq; in ſtatione manebant, hoc eſt vigilabant. Tranſlatio eſt a militibus ſũpta, qui in ſtatione tunc manere dr̃, cum diligenter excubias agunt. Spectabat ad Io, accuſatiuus eſt grecus. Non enim permittit ſe declinare Io Ionis, vt Dido Didonis. Quãuis auerſus, q̃uis in aliam partem vultũ auerſum haberet. Luce ſinit paſci, tempore inquit diei eas paſcere permittit Argus. Nocte vero ad preſepe eam ligans in ſtabulis claudit. Indigno collo. ceruici vincula non merenti, ꝓp molliciẽ atq; pulchritudinem. Amara herba. ipſi filię Inachi amara, non vaccis qbus eſt ſuauis. Incubat terrę, cubat in terra et iacet. Gramen, herbam et ſtramen. Limoſa, lutoſa ac cęno infecta. Tendere, porrigere. Brachia, manus iunctas, vt illum ad miſericordiam cõmoueret. Et conata queri, cõqueri, lamentari. Mugitus edidit ore, mugiri verbum eſt facticium a ſono vocis boum deductum. Mugi-

Mugire re nanq; ꝓprie boues dicuntur. Edidit, emiſit.

RAPH. IN Achidas ripas, Inachias patronymicum pro poſſeſſiuo poſitũ. Noua cornua, ſibi nouiter nata, Fugit, fugere conata eſt. Neq; .n. ſe ipſam fugere poterat. Naiades ignorant, non agnoſcunt ſo-

Naiades rorem. Naiades aũt proprie ſunt fontium, et fluuiorum nymphę, dictę παρὰ τὸ νάειν et fluo, q: ceruea fluenta verſant. Admirantibus patri et nymphis Lambit, lingit. Oret, orare vellet. Caſus, infortu-

Ar̃gu

Tu non inuenta reperta es, ſignat differentiam inter inuenire et reperire poeta. Inuenimus enim Inuenit quęrentes, reperimus Reperuit caſu. Luctus erat leuior, ſi non reperta eſſes. Grauius enim fert pater, quot in vaccam filia ſit conuerſa, quam ſi mortua eſſet.

Nec mutua noſtris dicta refers, hoc eſt nec viciſſim mihi reſpondes.

Quod vnum, quod ſolum facere potes.

Thalamus Thalamos, tedaſq;, hoc eſt nuptias. Nam et thalamus ſponſi ſponſęq; proprie ſignificat, cum cęreum et quinque faces nouę nuptę pręferebantur. De grege nunc tibi vir, maritus inquit de armento tibi eſt habendus, vnde filios vitulos tollas. Iuuencarum nanque mariti iuuenci ſunt. Nec finire licet, nec poſſum inquit morte tantis doloribus imponere finem, cum Deus ſim immortalis. Sed nocet eſſe deum, deo quoque eleganter dicitur. Dij autem ita ſunt immortales, vt ne ſibi quidem mortem cõſcię

ſcire poſſint. Preclusaq; ianua leti,mortis. Quoniam inquit ſum deus tantos dolores morte finire non poſſum.verum ſemper me in luctu eſſe oportet.Dij enim eterni ſunt atq; immortales Extendit,producit.prolongat. Stellatus Argus quod eius oculi ad ſimilitudinem ſtellaꝝ micarent.

ber. Structis auenis,tibia,quam ex auenis conſtruxerat, eſt autem auena genus frumenti notum quam vt ſit exponendum, ex cuius calamis tibię etiamnum a ruſticis conficiuntur. Voce,ſono. Nonę ar.Tibię noniter a Mercurio inuentę Cuſtos Iu. Argus a Iunone cuſtos Io in vaccas conuerſę appoſitus. Auena

Abſtrahit violenter abducit. Ipſe procul, ipſe inquit Argus in. propinquum montem aſcendens vnde ſedens in omnes partes ſpectabat Procul,prope. Occupat,celeriter aſcendit Cacumen,verticem et ſummitatem.

Fabulę.x.primi libri argumentum.

LACT. NEC ſuperum ect. Iuppiter mittit Mercurius in habitu paſtoris ad Argū ſupradictus interficiendū.

RAPH. PHoronidos,phoronei neptis. Phoroneus namq; Inachi patri fuit. Narrat āt quemadmodū Argus a Mercurio fuit interfectus, eiuſque oculi cauda pauonis fuerunt a Iunone appoſiti. Natumq; vocat,Mercuriumq; Nam Mercurius Iouis fuit filius ex Maia vna ex pleiadibus q̄ ſeptē Athlātis filię fuer,nō ex electra,ſz ex Pleiōe nympha ſuſceptę,vn̄ et Pleiades ſunt nūcupatę, in ſydera tranſlatę, ac in humero tauri collocatę. Phoroneus Mercurius

Nata mihi terras? tu non inuenta,reperta es.
Luctus erat lenior,retices,nec mutua noſtris
Dicta refers,alto tantum ſuſpiria ducis
Pectore,q̄dq; vnū potes,ad mea verba remugis
At tibi ego ignarus thalamos.tędaſq; parabam.
Speſq; fuit generi mihi prima,ſecunda nepotū
De grege nūc tibi vir, & de grege natus habēdus.
Nec finire licet tantos mihi morte dolores,
Sed nocet eſſe Deum,prēcluſaq; ianua lęti
Aeternum noſtros luctus extendit in ęuum.
Talia dicenti ſtellatus ſummouet Argus.
Ereptamq; patri diuerſa in paſcua natam
Abſtrahit,ipſe procul montis ſublime cacumen
Occupat,vnde ſedens partes ſpeculatur in oēs.
Nec ſuperū rector mala tanta phoronidos vltra
Ferre poteſt,natumq; vocat,quem lucida partu
Pleias enixa eſt,letoq; det,imperat. Argum.
Parua mora eſt,alas pedibus, virgamq; potentē
Somniferā ſumpſiſſe manu,tegimenq; capillis
Hęc vbi diſpoſuit patria Ioue natus ab arce,
Deſilit in terras,illic tegimenq; remouit,
Et poſuit pēnas,tantummodo virga retenta eſt,
Hac agit, vt paſtor per deuia rura capellas
Dum vehit adductas, & ſtructis cantat auenis,
Voce nouę captus cuſtos Iunonius artis,
Quiſquis es , hoc poteris mecum conſidere ſaxo
Argus ait,neq; enim pecori fecundior vllo
Herba loco eſt aptāq; vides paſtoribus vmbrā,

Hoc ſaxo,hoc mōte.Vtrunq; enim frequenter pro altero ponitur a poetis. Fęcundior,vberior. Paſtoribus, otio et quiete paſtoꝝ. Atlātiades, Mercurius nepos Atlantis ex Maia. Iunctis arundinibus,ſcno tibię. Vincire , ſuperare, in ſomnum inducere. Temptat,conatē Seruantia lumina, oculos obſeruantes, atq; cuſtodiētes vaccam. Ille tamen inquit ſuaues ſomnos a Mercurio immiſſos repellere conatur. Namq; repta fiſtula nuper erat,Parentheſis eſt,cauſas continens inqſitionis argi.Tam concine autem fabulam fabulę connectit poeta, vt cū multas ſimul deſcribat transfigurationes,minime tn̄ a propoſito diſcedat Exponit,enim quemadmodum Syrinx nympha ladonis fluuij filia ardenter a Pane deo amata,ne virginitatem amit- Saxum Mons Syrinx in arundinem

catę.Vergilię a latinis vocanē,q̄ veris tempore oriant. Lucida pleias, Maia pleiadum ſplendidiſſima. Leto det,interficiat. Parua mora eſt ſumpſiſſe,figura eſt poetica. Alas pedibus,hoc eſt ialaria alata,quę idcirco Mercurio attribuuntur,q̄ planetaꝝ oīum ſit velociſſimus. Virgam ſomniferam,Caduceum dicit,de quo et Virg. Tum virgā capit,hac animas ille euocat orco pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit. Dat ſomnos adimitq; et lumina morte reſignat. Tegimenq; capillis, petaſus et pileū.Ioue natus.Mer. Iouis filius ex Maia.Obiter āt Mercurij q̄ methamorphoſin i paſtorē poeta deſcribit,. Et poſuit pēnas hoc eſt depoſuit talaria alata. Per deuia rura,per inuias ſiluas. Mercurius in paſtorem.

RAPH. Dum vehit adductas,dū inqt ducit capellas congregatas. Tametſi vehi proprie dicantur,quę genū

teret,in arūdinē apud Ladonē fluuiū fuit cōmutata,ex q̄ pan ad mitigādos amoris ardores ſibi fiſtulam compoſuit.Vnde Virgi. Pan primus calamos cera coniungere plures Inſtituit.

Fabulę.xij.primi libri argumentum.

LACT. TVM deus ect.Syrix nymphaꝝ Nayadū, q̄ circa mōtes Arcadię vagabat, ſpecioſſima pdit fuiſſe,q̄ cū pā Mercu.filius adamaſſet,et eā pſequeret,cū ad amnē Lado. Archa.cōpuliſſet,ne vi caſtitatē deponere cogeret,ſoroꝝ auxilio i arundinē ꝯuerſa eſt, ex q̄ fiſtula ē cōpoſita,q̄ noīe eius ſyrix nūcupat,cuius cātu Ar. i ſonos cōpulſus ē q̄ facilius ,cū Mer. I.

RAPH. TVM deus i. tūc Mer. narrare (terficere poſſet. cępit. Archadię gelidis i mōtibus,Archa. regio eſt Achaię ꝓtermina,ab Arcade Iouis et Cali.filio denolata.Varijs.n. noībus ātea fuit appel. Nā et pe- Arcadia

laſgia & parrhaſia fuit vocata. Sunt qui illam et Gigantida et Aſania et panii appellarint. Inter Ha.No.nymphas arcadicas.Nonacris nanq; vrbs fuit Arcadię dicta a Nonacri Lycaonis vxore, vt pauſanias ait.Vnde Nonacrinę nymphę ſunt appellatę.Hamadryades ãt nymphę dñr,quę vna cũ arboribus et oriunt̃ et occidunt,vñ ẽt hamadrydes ſũt dictę ἅμα enim ſimul. δρυς δρυος arbor apud veteres gręcos dicebat̃,q̃uis nunc p quercu ponatur.

Naias vna fuit. Naiades fluminum ac fontiũ ſũt nymphę, ἀπὸ τοῦ νάειν, h eſt ea fluendo dictę.Nymphaꝝ enim alię ſunt fluminũ,q̃ naiades(vt dixi)vocãtur. Alię Nemorũ ſilnarũq;,quę Dryades.Napeę.Hamadriades.Alię montium quę Oreades ἀπὸ τοῦ ὄρους. Nymphę Syrin.vo.ab illius noĩe tibia a gręcis syrinx appellat̃. Tam ẽt ſi Herodianus nomẽ eſſe factitiũ ait a ſono ipſius factũ. Nõ ſe.& sa.sępius inqt et satyros et reliquos ſilnaꝝ Deos eluſit. Dianã.n.imitabat̃.virginitatemq; ſeruare decreuerat.Satyri autẽ Dij eẽ ſilueſtres crediti ſunt,qd hmõi animalia in deſertis ſolum pſertum Æthiopię inueniuntur.

Nympha q̃ nota.

Sedit Atlantiades,& euntem multa loquendo
Detinuit ſermone diem,iunctiſq; canendo
Vincere arundinibus ſeruantia lumina tẽptat.
Ille tamen pugnat molles euincere ſomnos,
Et q̃uis ſopor eſt oculorum parte receptus,
Parte tamen vigilat,quęrit quoq;(naq; reperta
Fiſtula nuper erat) qua ſit ratione reperta,
Tum Deus Arcadię gelidis in montibus inqt
Inter Hamadryadas celeberrima .Nonacrinas
Naias vna fuit,nymphę Syringa vocabant,
Non ſemel & ſatyros eluſerat illa ſequentes,
Et quoscunq; Deos,vmbroſaq; ſilua,feraxq;
Rus habet,Ortygiam ſtudiis,ipſamq; colebat
Virginitate Deam,ritu quoq; cincta Dianę
Falleret,& poſſet credi Latonia,ſi non
Corneus huic arcus,ſi non foret aureus illi,
Sic quoq; fallebat,redeuntem colle Lycęo
Pan videt hanc,pinuq; caput pręcinctus acuta
Talia verba refert,tibi nubere nympha volẽtis
Votis cede Dei.reſtabat plura referre,
Et precibus ſpretis fugiſſe per auia nympham,
Donec harenoſi placidũ Ladonis ad amnem
Venerat,hic illã curſum impedientibus vndis,
Vt ſe mutarent,liquidas oraſſe ſorores,
Panaq;,cum prenſam ſibi iam ſyringa putaret
Corpe pro nymphę calamos tenuiſſe paluſtres
Dumq; ibi ſuſpirat,motos in arundine ventos
Effeciſſe ſonum tenuem, ſimilemq; querenti,

Sic quoq; fallebat,quamuis inquit Syrinx corneum habebat arcum,Diana tamen eſſe videbatur,adeo illi ſimilis erat. Pan videt hanc,pan Deus eſt paſtorum et nemorum. Pinu acuta, corona ex pinu confecta. Pinus enim Pani Deo dicata fertur,vnde etiam ea coronatur. Votis cede,cupiditati obſequere. Tibi nubere volentis,ſe vxorem ducere cupientis. Eſt enĩ ἀνυπαλλαγὴ poetis conceſſa.Vir. Hũc ego ſi potui tm̃ ſperare dolorẽ. Nas viris proprie nubere mulieres dñr. Facile tñ adducor, vt putẽ illum totum ſenſum ſubditiciũ eſſe cũ & in q̃buſdam vetuſtis exemplaribus nõ inueniatur, et in alijs varie legatur.Nã in quibuſdã verba, in alijs plura ſunt deſcripta.Sic igit̃ mihi placet eſſe legendum, vt totus ille ſenſus expungat̃,ac verba nõ pſa ſcribant̃. ſ.nõ Talia verba refert reſtabat vba referre.Vt intelligamus vba panos ad Syringa a Mer.nõ fuiſſe relata q cũ vidiſſet Argum ſõno oppſſum,ſtatis vocem cohibuit, ipſumq; interfecit.

pan

Et pcibus, deſcribit ea q̃ Mer.narranda de Syringe reſtabant. Per auia,per loca inuia. Ladonis ad amnem . Ladon

Et quoſcunq; Deos Silnanos Faunos ac panes ait.Hos naq; ſiluarum at nemorum Deos antiqtas putabat. Ortygiam Deam,hoc eſt Dianã Ortygia nanq; inſula eſt,quę alio nomine Delos frequentius vocatur,ſic dicta (vt ait Solinus) q in ea primum ſunt viſę coturnices, quas gręci ortygias vocant.Phanodicus vero in Deliacis et Nicãder in Attolicis narrat quemadmodum ex Ortygia,quę eſt in Ætolia et Delos Ortygia fuit appellata,et vrbs apud Epheſum,et inſula Sicilię adiacens.Omnes nanq; hę vocantur Ortygię ab Ætolę Ortygia. Vnde in varia loca colonię deductę fuerunt nequaq̃ autem delos ex eo Ortygia dicta eſt,q Aſteria Latonę ſoror in ortygiam, hoc eſt coturnicem fuit tranſmutata. Ritu Dianę, more Dianę. Latonia,Diana Latonę filia.

Ortigia

fluuius eſt Arcadię lenĩſſimus.

Ladon

LIQuidas ſorores.Naiadas. Calamos paluſtres cannas in paludibus naſcentes. Dũq; ibi ſuſpirat,ibi in calamo ſuſpirat Sirinx. Hoc mihi cõſilium,volo inquit Pan hoc conſilium mihi tecum eſſe cõmune.Vt enim tu in arundine quereris,ita ego hac eadem arundine meos ſolabor ardores.

RAPH.

Diſparibus,inęqualibus. Cõpagine, coniunctione.Compago autem et cõpages in eadem dici tur ſignificatione. Nomen puellę,Gręci naq; fiſtulam Syringa vocant. Cyllenius,Mercurius a Cyllene arcadię monte,in quo natus fuiſſe memoratur. Succubuiſſe,victos fuiſſe. Languida lumina,oculos ſomno occupatos. Medicata virga.caducei eſt periphraſis. Falcato enſe,in falcis modũ recurno gladio,a gręcis harpe vocatur.

Cõpago
Cõpa[illegible]
Cyllen[illegible]

Nutantem, caput concutientem, vt dormitan‑tes faciũt. Qua collo eſt ꝯfine caput q̃ caput ꝯiũ‑gitur cum collo. In tot lumina, in centum ocu‑lis. Lumen nanq; et oculum et lucem ſignificat. Eſt autem αρχαισμος. Nunc enim in tot lumini‑bus vicinus. Occupat, opprimit. Vna nox, vna obſcuritas et mors, vna enis om‑nes extincti ſunt.

Lumen Argi ocu‑li in cau‑dā pauo‑nis.

Excipit, ex capite Argi capit. Excipere autem modo ſuſci‑pere cadentia ſignifi‑cat, et verba dictata cum ſcribũtur, mo‑do excludere et ab alijs ſeparare. Vnde exceptiones apud iu‑riſconſultos et ora‑tores dicuntur exclu‑ſiones, quibus id ex‑cludit quod in intē‑tionem ab actore eſt deductũ. Interdum excipere eſt inſidijs aliquem capere. Vir. Excipit incautum. Vnde excipulę dei‑nātur, quibus piſces capiuntur. Satur‑nia, Iuno Saturni fi‑lia. eſt enim antono‑maſia. Appellatio nanq; pro nomine poſita eſt. Collocat, apponit. Suę vo.

Excipe

Excipulę

pen. Periphraſis eſt pauonis. Nam pauo‑nes ſub tutela Iuno‑nis eſſe dicuntur.

Pauo.

Stellantibus, Mo‑re ſtellarum fulgen‑tibus.

Fabulę xiij. primi libri argumentũ.

SACTA.

PROTINUS exar‑ſit ⁊c. Io ſupradicta‑cus furijs exagitata orbem terrarum ꝑ‑curriſſet, nouiſſime in Ægyptũ delata, ac placata Iunone in priſtinam figu‑ram reuerſa eſt, Iſi‑dis Deę nomen accepit, vigilanſq; eſt appellata.

RAPH.

PROtinus exarſit, inflãmata eſt ira. nã in Io vac‑cã indignata eſt Iuno, cuius cauſam Argus fue‑rat interfectus. Quare illi furorē immiſit quo ꝑ to‑tũ terrarũ orbē acta eſt. cũ aũt ad Nilum ꝑueniſſet miſeratione Iouis priſtinã recuperauit figuram. Deaq; effecta Iſis fuit appellata. Nec tēpora di‑

Arte noua, vociſq; Deum dulcedine captum,
Hoc mihi conſilium tecum dixiſſe manebit.
Atq; ita diſparibus calamis compagine cerę
Inter ſe iunctis nomen tenuiſſe puellę.
Talia dicturus vidit cyllenius omnes
Succubuiſſe oculos, adopertaq; lumina ſomno,
Supprimit extemplo vocem, firmatq; ſoporē
Languida permulcens medicata lumina virga.
Nec mora, falcato nutantem vulnerat enſe.
Qua collo eſt confine caput, ſaxoq; cruentum
Deiicit, ⁊ maculat prçruptam ſanguine rupem
Arge iaces, quodq; in tot lumina lumē habebas
Extinctũ eſt, centũq; oculos nox occupat vna.
Excipit hos, volucriſq; ſuę ſaturnia pennis
Collocat, ⁊ gemmis caudam ſtellantibus īplet.
Protinus exarſit, nec tempora diſtulit irę.
Horriferamq; oculis, animoq; obiecit erinnyn,
Pellicis argolicę, ſtimuloſq; in pectore cęcos
Condidit, ⁊ profugam per totum terruit orbē.
Vltimus immenſo reſtabas Nile labori,
Quē ſimulac tetigit, poſitiſq; in margine ripę
Procubuit genibus, reſupinoq; ardua collo,
Quos potuit ſolos tendens ad ſydera vultus,
Et gemitu, ⁊ lachrymis, et luctiſono mugitu
Cum ioue viſa queri eſt, finemq; orare malorũ:
Coniugis ille ſuę complexus colla lacertis,
Finiat vt pęnas tandem, rogat, inque futurum
Pone metus, inquit, nunquã tibi cauſa doloris
Hęc erit, ⁊ ſtygias iubet hoc audire paludes,
Vt lenita Dea eſt, vultus capit illa priores,
Fitq; quod ante fuit, fugiunt de corpore ſetę.
Cornua decreſcunt, fit luminis arctior orbis,
Contrahitur rictus, redeunt humeriq; manuſq;,
Vngulaq; in quinos dilapſa abſumitur vngues.
De boue nil ſupereſt, formę niſi candor in illa,

ſtulit irę, hoc eſt nec vindictã in aliud diſtulit tēp. Horriferã Erinnyn, horrendã furiã. Erinnyes. n. furię dicũ infernales. Pellicis argolicę, Iouis Ina‑chi argiuorũ fluuij filię. Ab argis nanq; clariſſima vrbe peloponneſi, cuius Rex fuit Inachus, argoli‑cus declinatur. Stimulos cę. furores occultos.

Arge

Cōdidit, abſcōdidit. Profugã, porro fu‑gati. Reſtabas Ni. apoſtrophe ad Nilũ, q fluuius eſt ęgypti, a Nilo Rege noia‑tus, vt Diodorus ait. Nã antea triton vo‑cabat, vt ſcri. Hermip‑pus. Quē ſimulac tetigit, ad quē poſtq̃ ꝑuenit. Tendēs ad ſydera vultus, tēdēs qdem in nonis ꝑpe‑ram legit exēplari‑bus, ſed ī vetuſtis re‑cte ſcriptũ eſt tollēs. Luctiſono mugi‑tu, luctũ ſonãte ē re‑ferēte. Et ſtygias iu‑bet hoc audire palu‑des, hoc eſt ꝑ paludē ſtygē iurauit, cuius nomē Dij fallere nõ audebãt, vt Vir ſcri. Vt lenita Dea eſt, poſtq̃ iuno fuit miti‑gata. Fitq; qđ ãn fuit, hoc ē humanę reſtituit figurę. Fu‑giũt, celeriter cadũt. Setę. pili duriores. Decreſcũt, diminu‑unt. Fit luminis ar‑ctior orbis, hoc eſt ocu‑lorũ orbes ſtrictiores fiũt. Contrahit. n. rictus, os diminuitur. Redeũt humeriq; manuſq;, hoc eſt armi in humeros, pedeſq; anteriores ī manus ꝯuerſi fuerunt. Qui nãq; ī alijs alalibus armi, in boue hume‑ri vocant, vt Plinius ait. Vngula dila‑pſa, diuiſa. In q‑

Setę

Io in priſtinas ſi‑guram

Arma Humeri

nos vngues Inter vnguē et vngulã dĩa ſignat. Vn‑gula nãq; eſt aut ſolida vt equorũ. aut biſida, vt boũ. Vngues vo ſunt multi ſidi, vt bouis et leonis. Neq;. n. vngues bouis ſunt tm̃ (vt imperiti putãt) ſed aliorum quoq; animalium.

Vngu‑is Vngula

DE Boue nil ſupeſt, de figura bouis nil reſtat. Nymphę, Io nympha Inachi filia. Eſt. n. nolatum

RAPH.

Officioq; pedum nymphe contenta duorum
Erigatur, metuitq; loqui, ne more iuuencę
Mugiat, & timide verba intermiſſa retemptat.
Nunc Dea linigera colitur celeberrima turba.
Hinc Epaphus magni genitus de ſemine tādē
Creditur eſſe Iouis, perq; vrbes iuncta parenti
Templa tenet, fuit huic aīs ęqualis, et annis
Sole ſatus Phaethō, qui quōdā magna loqntē,
Nec ſibi cedentem, phęboq; parente ſuperbum
Non tulit Inachides, matriq; ait omnia demēs
Credis, & es tumidus genitoris imagine falſi.
Erubuit phaethon, iramq; pudore repreſſit,
Et tulit ad Clymenen epaphi cōuicia matrem.
Quoq; magis doleas genitrix ait, en ego liber
Ille ferox, tacui, pudet hęc opprobria nobis
Et dici potuiſſe, & non potuiſſe refelli.
At tu, ſi modo ſum cęleſti ſtirpe creatus,
Ede notam tanti generis, meq; aſſere cęlo,
Dixit & implicuit materno brachia collo.
Perq; ſuum, Meropisq; caput, tędasq; ſororum
Traderet, orauit veri ſibi ſigna parentis.
Ambiguū ē Clymene ꝑcibus phaethōtis, an ira
Mota magis dicti ſibi criminis, vtraq; cęlo
Brachia porrexit, ſpectansq; ad lumina Solis
Per iubar hoc inquit radijs inſigne coruſcis

tius nymphe, eoq; ſine diphtongo eſt ſcribendū. Et timide verba intermiſſa retemptat, hoc eſt cū timore iterum loqui conaſ. Verba intermiſſa, verba diu omiſſa. Nam intermittere eſt ad tēpus
Intermittere
omittere atq; deponere. Retemptat, iterū tēptat, experiturq; an loqui poſſit. Nunc dea, nunc inquit Io pro Dea Iſide colitur ab Ægyptijs lineas veſtes geſtantibus. Iſidis naq;
Iſidis ſacerdotes
ſacerdotes lineis veſtibus vtebanſ. Iſidem vero Ægyptij (vt tradit Diodorus) Lunā eſſe putāt, vt Oriſidē Solē, interptariq; anti q̄ ſūpto noie ab ęterno ē antiq̄ illius ortu. Addūt illi cornua pp aſpectū, ſic eīs videtur, quo tempore primis diebus apparet, tū q: bos illi ab Ægyptijs ſacrificaſ. Quidam aīūt Iſidem Iouis Ægyptij regis filiā fuiſſe, eandemq; cum Cerere eſſe, quę ab Oſiride frē vxor accepta, multa contulerit ad vſum vitę humanę. Prima.n. triticum et hordeum quę prius icognita hominibus caſu inter cęteras herbas oriebanſ, inueniſſe fertur. Leges quoq; iſidem ſtatuiſſe ferunt qbus iuſtitia ęq; oībus ſeruareſ vi atq; iniuria timore penę ſublatis. Hac de cauſa priſci greci Iſidem legiferam appellarunt, tanq̄ primam legum inuentricē. Oſiride autem marito interfecto iuraſſe dr̄ Iſis ſe nulli alij nuptaꝝ, ac iuſto deinceps imperio regnaſſe, bńficijsq; in populos oīs alios reges ſuperaſſe, ac poſt obitū. Deoꝝ honores ꝯſecutā, et in Vulcani tēplo apud Memphim ſepultā fuiſſe. Aſſerunt āt Ægyptij, id qđ ferre poetę oēs teſtantur. Iſidem plurima inueniſſe ad morbos medicamenta, medicięq; artis multū ꝯtuliſſe, ac in deoꝝ quoq; numerum relatam gaudere hoīum cultu, inq; eoꝝ valitudine ꝑcipue verſari, quęttā in ſomnis palam ijs opitulari, quos cenſuerit dignos. Et qui illius monitis obtemperāt, ꝑter opīonem curari, et quoꝝ medici ſalutē deſperarint. Viſu quoq; aut alia quapiā corpis pte debiles illius Deę numen implorātes in priſtinā reſtitui valitudinem. Signa vo hoꝝ eſſe dicunt, nō grecas fabellas, ſed opera. Per totum nanq; terraꝝ orbem Iſidem coli propter manifeſtas illius morborum curationes. Hęc et multo plura de Iſide Diodo. Cęterum Ouid. grecoꝝ figmenta ſectaſ. Hinc Epaphus, Epaphi ac phaetontis iurgia idcirco deſcribit poeta, vt cōmodius et libꝝ ſm cum primo, ꝯ mutationem ſoroꝝ phaetontis ipſius in pplos cū ſuperiore tranſformatione connectat. Epaphus.n.
Phaethōtis epaphiq; certamen.
Iouis ē Ius filius in altercatiōe phaethōtem non eē Apollinis filium dixit, quã ꝯtumelia phaethon indignatus Clymenen matrem rogauit, vt ſibi veꝝ oſtenderet genitorem. Illa Apollinem eē aſſeuerauit, vtq; ſe ad Apollinis regias conferret. ac ab ipſo ſciſcitareſ, hortata eſt. Eo cū veniſſet phaethon, accepit ſe Apollinis filiū eſſe, a quo hortatus, vt qcquid vellet peteret, ſe enī nihil negatuꝝ, impetrauit a patre, vt Solis currum vnum diem regeret. Cum vero nō terras mō, ſed cęlum quoq; imperitus equos Solis gubernandi cōburere, Iouis fulmine in padum fluuium ꝑcipitatus ē. Huius vo ſorores cum finē lachrymis non īponerent, deoꝝ miſeratione in pplos arbores, earūq; lachrymę in electꝝ ꝯuerſę feruntur. Hinc epaphus, ex hoc ingt Epaphus Iouis filius eē credit, qđ Io mr̄ eius ab Ægyptijs tāq̄ Dea colebaſ. Phaethō, Apollinis
Phaethō
ē Clymenes nymphę fuiſſe filius dr̄. Vn̄ ē ſplēdēs interpretaſ φαετων. Eſt et Solis epitethō apđ Homeꝝ in .v. Iliados ηελιος φαετων. Eſt āt nomē triſyllabū, nō biſyllabū (vt qdam putāt) ꝑcipientes cum ę diphthongo eē ſcribendū. Nō tulit Inachides, Epaphus Inachi nepos. Et tulit ad Clymenen matrē, Clymene nympha fuiſſe ferſ Oceani et Tethyos
Clymene
filia ex qua apollo ſuſtulit phaetontē. En ego liber ille ferox. indignaſ phaethon, q cū alias et liber et ferox in rn̄dendo eſſe ꝯſueuerit, nihil tunc Epaphi ꝯuitijs reſpōderit. Et particula eſt indignantium ꝓpria. Refelli, ꝯfutari. Ede notā, vnde ſignum. Meq; aſſere cęlo, hoc eſt me tua deſcriptione cęlo aſcribe, me defende ac ꝓſta Deū eē. Et implicuit, iniecit. Meropisq; caput, p vitam Me-
Merops.
ropis viri, nā clymene poſt phaetontem ex apolline ſuſceptum Meropi nupſit, Meropes ſane hoies
Merope

Nate tibi iuro,quod nos auditq̧,videtq̧.
Hoc te,quem ſpectas,hoc te,qui temperat orbē
Sole ſatum,ſi ficta loquor, neget ipſe videndū
Se mihi ſitq̧ oculis lux iſta nouiſſima noſtris.
Nec longus patrios labor eſt tibi noſſe penates,
Vnde oritur terrę domus ē cōtermina noſtrę,
Si mō fert animus,gradere,et ſcitabere ab ipſo
Emicat extemplo lętus poſt talia matris
Dicta ſuę phaethon,et concipit ęthera mente.
Aethiopasq̧ ſuos,poſitosq; ſub ignibus Indos,
Sydereis tranſit,patriosq̧ adit impiger ortus,

ab Homero dicuntur à vocū diuerſitate, μεριζω naq; diuido. οφοπος dī, ſine quo diſtinctā habeant vocem a vocibus brutoꝝ aīalium,Meropes etiā ſunt aues apibus infeſtę,vnde et Apiaſtrę vocantur,q apes comedant.Vir.in Geor. Meropes, alięq; volucres. Tedasq; ſoroꝝ,nuptias ſuaꝝ ſoroꝝ,quas matri curę eſſe ſciebat. Dicta criminis, obiecti criminis. Per iubar hoc, per hunc Solis ſplendorem. Nā iu-
Iubar. Sol. bar ꝓprie ſignificat luciferum ſtellam, iubas lucis effundat Virg.It partis iubare exorto delecta iuuentus. A lucifero āt ois ſplendor iubar appellatur.Sol āt dictus eſt (vt Ciceroni placet) q vnus ſit et non plures, quodq;
Inſigne tantam claritatem ſolus obtineat. Inſigne or-
Inſignia natum,claꝝ.Vn̄ inſignia dn̄r ſigna et ornamen-
Radius ta virtute adepta. Radijs coruſcis, fulgentibus, micantibus.Radius āt non ſolum fulgor micans dr̄,ſed virga q̧q;,qua Geometrę lineas deſignāt. Virg.Deſcripſit radio totū qui gētibus orbē. Eſt et inſtrumentum textoꝝ.Virg.Excuſſi manibus radij. eſt et raſtrum,quo menſurę ęquant,qd etiam hoſtorium dr̄.Plau.Dij deęq; oēs tantā vobis lęticiā,tot gaudia ſine radio cumuletis. Eſt etiam radius oliuę genus oblongę,de qua Virg. Nec pingues vnam in faciem naſcunt oliuę,Orcades ē radij et amara pauſia baccha. Rotę quoq; radios habere dicuntur.

RAPH. QVOD nos auditq; videtq;,hoc ex sn̄ia Homeri dictū eſſe vr̄.Nā vt ſcri.Pli.Sol fert medius planetaꝝ ampliſſima magnitudine,ac poteſtate,nec tpū mō terrarūq;,ſed ſyderꝝ et ip oꝝ cęliq; rector. Hunc mundi eē totius animum ac planius mentem.Hunc principale naturę regimē, ac numen credere decet opera eius ęſtimantes.Hic lucē rebus miniſtrat,aufertq; tenebras.Hic reliqua ſydera occultat.hic vices tempoꝝ,annumq; ſemp renaſcentē ex vſu naturę temperat.Hic cęli triſticiam diſcutit,atq; etiā nubila humani ſerenat.Hic ſuū lumē ceteris quoq; ſyderibus foenerat. ꝑclarus.eximius. oīa intuens,oīa etiam exaudiens,vt principi litera-
Tēperare ꝝ Homero placuiſſe in vno eo video. Temperat,regit ac gubernat,nam Solis calore omnia temperantur. Si ficta loquor,hoc eſt ſi mentior
Falſum et falſa dico.Omne.n.fictū falſum eſt. Fictū eſt.n. qd non eſt factum,ſed fieri potuit,falſum āt va-
Fictum num et fictum differunt,vt ſcri.Donatus. Nā falſum eſt fictum mendacium ſimile veritati.Vanū
Vanum nec poſſibile,nec veriſimile.Fictū totum ſine vero, ſed veriſimile.Falſum loqui mēdacis eſt. Fictū callidi.Vanum ſtulti.Falſum lcq culpę eſt.Fictū virtutis.Vanū vecordię.Falſis decipimur.Fictis delectamur.Vana contemnimus. Neget ipſe videndum Se mihi,aſpiciendum. Optat at clymene vt moriat̄,ſi mentiat̄ phaethonti. Sitq; lux iſta nouiſſima,hoc lumen Solis vltimū ſit mihi. Nec lōgus patrios,nec longo ingt tibi labore opus eſt, vt cognoſcas et videas patris tui domum, Noſſe cognoſcendi. Eſt.n. ꝯſtructio gręca, nā gręci infinitas ꝓ gerundijs vtunt̄. Patrios penates, patris tui ędes. Conterminа,cōfinis. Noſtrę terrę.Æthiopię.Æthiopia nanq; Indię, vn̄ ſol oriri vr̄,finitima ē. Si mō fert aius, hoc ē ſi mō ad hoc te iclinat aius,vt eas ad patris ędes videndas. Et ſcitabere,inueſtigabis. Scitari nanq; eſt rogare vt ſciamus. Emicat,exijt. Et ꝯcipit ęthera mēte, hoc ē oīa magna ſibi ꝓmittit.Nā etherē q̄q; ſe ꝑtranſire poſſe ſperabat. Æthiopasq; ſuos, e qbus phaethon erat vnus.Æthiopes āt ab Æthiope Vulcani filio,q Æthiopiā a noīe ſuo appellauit,vt li.vi.narrat Pli. fuere cognominati,q̄uis alij qd vſtā hēant faciem putent,dictos παρα το ἴθω, qd ē vro et ωφωπος facies. Sub ignibus ſydereis, ſub feruoribus Solis. Indi vero ppli ſūt oriē.ab Indo fluuio cognolati.

Scitari. Aethiopes. Indi.

P.Ouidij Naſonis liber primus explicit.

Magiſter Petrus Lauinius lectori Salutem.

LAVI. HActenus(ad diluuiū vſq;) in Oui.Metamorphoſin et declamando et ea q̄ declamatores decent,hoc q̄dragenarij ieiunij tpe apud Viennas exercendo, enarratiunculas nr̄as ꝯtinuare potui. Nunc inſtantibus paſchalibus ſolennius,tantis vndiq; agitatus ſum occupationibus, vt vix mihi ſuꝑſit reſpirādi tp̄s Feſtinantibus āt ad libri ꝯplemētum impreſſoribus,cū eoꝝ intentionē cognouiſſem.ſiqdem potius ſuę q̄ reip.vtilitati ꝯſulere volētes.nonnullos codices meos quos eis legēdos,ea lege vt ad me redirent priuſq̄ imprimerent, publicarunt,eos igit̄ emendandi fuit mihi denegata facultas.Inter.n. declamādū q̄ tumultuarie nocturnis vigilijs excerpſerā,iprimere curarūt. Si tn̄ vnq̄ ad manus nr̄as Metamorphoſis Ouidij redierit, de integro opus renouantes ad finem vſque Deo volente deducemus. Vale.

Fabulę primę ſecundi libri argumentum.

L Actan. Regia Solis erat etc. Clymene oceani et Tethyos filia,cum phaethontē ex Sole ꝯceptus genuiſſet, et in adultā ꝑduxiſſet ętatē, monuit patrem vt cognoſceret.Qui inſiliciter ꝓgreſſus ad orientē Solē ꝑuenit,agnitusq; eſt ab eo connubij indicio, accēſusq; agitādi currus amore,quē quattuor eq.Pyrous,Eous, Æthon, ac Phlegon per orbem aſſueue-

ac iubet trahere, vbi vero petitum currum accepit, et a miniſtris horis iunctum conſcendit. Monitis itaq; inſtructus patris per iter ignotum cum eqs obuia nequiſſet, equi ignoto agitatore, contermina mundi pronam partem petierunt. Quamobrem cum cuncta mortalium ardore ſubito proflagrantia incenderentur, a Ioueq; opem implorantes peterent, ne orbis terrarum conflagraret, phaethon fulmine ictus, et in terras precipitatus eſt, atq; ita liberati equi vinculis agnito itinere ad ſuam ſtationem reuerſi ſunt.

RAPHAELIS Regij in ſecundũ Metamorphoſeos Ouidij librum enarrationes.



P. Ouidij Naſo. Methamorpho. Liber ſecundus.

Regia Solis erat ſublimibus alta columnis,
Clara micante auro, flammasq; imitante Pyropo,
Cuius ebur nitidũ faſtigia ſumma tegebat,
Argenti bifores radiebant lumine valuę,
Materiam ſuperabat opus nam Mulciber illic
Aequora cęlarat medias cingentia terras,
Terramq; orbem, cęlumq; quod imminet orbi
Cęruleos habet vnda Deos, Tritona canorum

RAPH. REGIA ſolis erat. Secundũ librum auſpicat Ouidius a deſcriptione ędium Solis, ad quas peruenerat phaethon a Clymene mr̃e exhortatus, vt ipſum rogaret apollinem an ſibi pater eſſet. Concinne igitur huius libri initium cum prioris fine connectit. Videtur autem Oui. regiam ſolis deſcribere ad imitationem palatij Romani vel capitolij. Nã magnificentiſſimus quodq; in hac deſcriptione ędificium mente co-

Regia ncepit. Regia domus regiꝰque baſilica accepta eſt dici Clara. lucida, illuſtris. Mica-

Pyropus nte, ſplendente. Pyropo, pyropus vr̃ is eſſe lapillus, quẽ nos carbunculus appellamus. Pyropus nanq; dr̃ ꝙ ignis hẽat aſpectũ πυρ nãq; ignẽ, ὤπα aſpectũ grę:i dñt. Cuius ebur nitidũ. ſplẽdidũ. Tecta ãt regię Solis eburnea fuiſſe ait, et fores argenteas.

Regię Solis deſcriptio Bifores valuę, duplices. Valuę ãt dictę ſunt qḋ in ſe voluant. Materiã ſupabat opus, ꝑcioſiſſimę materię, ꝑcioſior ars fuit adhibita. In valuis nanq; ar-

Valuę genteis q̃tuor elementa cũ aialibus ſuis a Vulcano fuerãt ſculpta. Vr̃ ãt Oui. Homerũ imitari in achilles clypei a Vulcano fabricati deſcriptione.

Mulciber Mulciber, Vulcanus a molliendo ferro dictus eſt Mulciber. Nã mulcere eſt mollire vt põpe. ſcribit.

Celare Celarat, ſculpſerat. Aequora cingentia terras, periphraſis ẽ Oceani. Cęlũq; aerẽ q terrarũ orbẽ ꝯplectitur.

Triton Tritona canorũ, Tritõ (vt iã diximus) tubicẽ eſt Neptuni, et Salacię nymphę filius eſſe fertur, ſic dictus, ꝙ primus in Tritonide Libyę palude viſus eẽ dicat. Triton ẽt fluuius eſt Libyę maximus vt ſcribit Hero. Tritonidẽ paludẽ efficiens. Protheaq; ambiguũ, ꝓtheus Deus eſt marinus, paſtor pecorũ Neptuni, q idcirco ambiguus dr̃, ꝙ in varias figuras ſe ꝯmutare fingatur, vt difficile videat qd ſit agnoſcere. Mõ nãq; ſit vrſus, mõ Leo, mõ aqua mõ ignis. Vñ Hora. Quo teneã vultus mutantes ꝓthea nodo.

Balenę Inmania terga balenarũ, maxima Balenę ãt bellnę ſunt marinę maximę, q̃ et cetę dñr et piſtrices vt Sextus ait

Ægeon Suis lacertis, brachijs. Nã Aegeõ centũ brachia fingit habuiſſe. Ægeõa, Ægeon gigas fuit, vt ſcri. Heſio. Cęli et Terrę filius. Eumelus aũt in Titanomachia ait Ægeonẽ Terrę et põti filiũ fuiſſe, i mariq; hitaſſe, ac inde Titanibus opes tuliſſe. Quã opinionẽ hoc loco Oui. ſeq vr̃. Alij putãt ęgeonẽ belluã eſſe marinã. Tanęm ãt inqt illum fuiſſe gigantẽ, fugiſſeq; ex Euboea, ac in phrygiam ꝑueniſſe, ibiq; mortuũ eſſe. Conon vero i Herculea ſcri. Ægeonem a Neptuno fuiſſe deuictum, in mariq; ſubmerſum. Briareus autẽ et Aegeon et Gigen idem eſſe fertur. Homerus ſane eundem eſſe Briareum et Aegęona in primo Iliados ait, ſed Briareum a Dijs, Aegęona ab hominibus dici, centimanumq; eſſe ſcribit. Ab Ægęone uero mare Aegęum

Doris quidam aiunt fuiſſe cognominatum. Dorida q; et na. Doris nympha fuit Oceani et Tethyos filia, ac nerei vxor, ex qua maxima nympharum multitudo eſt nata. Doris interdum pro ipſo ponitur mari Virgilius Doris amara ſuam non intermiſceat undam. Pars in mole, in magno aliquo ſcopulo. Terra uiros, ita inquit terra erat ſculpta, ut et urbes et flumina et ſiluę et nymphę et ferę ei ineſſe uiderentur.

Signaque ſex, zodiacus quoque circulus ita erat ſculptus, ut ſex ſigna in dextris, totidemque in ſiniſtris conſpicerentur. Quo ſimul acclivo Vecit, ad quam regiam inquit cum p arduus

limitem

limitem phaethon aſcendiſſet, ꝗprimũ ſe ꝯtulit ad prẽm. ſimul, poſtq̃. Dubitati pentis, de q dubitabat. Protinus ad prios, ꝗprimũ. in ꝯſpectu patris fuit. Accliuo limite, arduo. Regiã.n. Solis in editiore loco eẽ veriſile vr̃. Neq;.n. ꝓpiora ferebat lumina, rõ ẽ cãs ꝯtinẽs cur ꝓpius nõ accederet. Neq;.n. ingꝫ ferr̃, poterat ſplẽdorẽ Solis ꝓpingorẽ

quatuor anni partes ita deſcribit, vt ſingulis ſuam attribuat proprietatem. Vere nanq; oriuntur anni flores. ex quibus coronę conficiuntur. ęſtas nuda pingitur propter ęſtum, quo frumenta maturęſcunt. Autumno vindemia aſſignatur. Hyemis frigoribus glacieq; inſiſtatur. Quatuor anni partes

RAPHA. Purpurea velatus, et hitũ apollinis et ſoliũ deſcribit ita ꝑſpicue, vt nulla expoſitio ſit adhibẽda, cum ſplẽdore Solis oĩa lucida ſint, et apta, neq; vllo alio lumine ĩdigere videanẽ. In ſolio, ſoliũ dr̃ q̃ſi ſolidum q ex vno ligno ꝯficeret. Eſt ãt ſoliũ ꝓprie regũ ſedes. Claris ſmaragdis, ſmaragdus gẽma ẽ viridis clare ſplẽdens. A dextra, leuaq; dies, comites, aſſeſſoresq; Solis deſcribit, q ipm nunq̃ relinquũt, Sol n. et diei et mẽſis et anni et oĩum tpum eſt auctor. Seculaq; ſeculũ ſpaciũ dr̃ annoꝝ cẽtũ. et poſitę ſpatijs ęqualibus horę hora iterdũ q̃rtã ptẽ ãni ſigt q̃ gdẽ mõ q̃tuor ſunt anni horę, quas ẽt poeta deſcribit. Interdũ diei ptẽ duodecimã. ſũt.n. duodecim diei horę ęq̃liter a ſe inuicẽ diſtãtes. Dicta ẽ ãt hora, vel παρα το ωρω, qđ eſt cuſtodio, q ꝓpriũ tp̃s diligenter cuſtodiat, vel παρα το οριςω q ſpatia tp̃is diffiniat, vel ab Horo (vt Macro.) q lingua Ægyptioꝝ Sol dr̃. Hora q̃q; apđ grecos pulchritudinẽ ſigt. Vñ ωραιος dr̃ pulcher, Horę ẽt ſunt deę cęli ianuã cuſtodientes. vt Home canit. Hora quoq; ẽdẽa Quirini ꝯiunx, quę (vt in. xiiij. poeta canit) vna cũ illo colitẽ Verq; nouũ ſtabat,

Solium

Smaragdus

Seculum

Hora

Protheaq; ambiguũ, balenarumq; prementem
Aegeona ſuis immania terga lacertis,
Doridaq;, & natas, quarum pars nare videtur.
Pars in mole ſedens virides ſiccare capillos,
Piſce vehi quędam, facies non omnibus vna,
Non diuerſa tamen, qualem decet eſſe ſororum.
Terra viros. vrbesq; gerit, ſiluasq;, ferasq;,
Fluminaq;, & nymphas, & cętera numia ruris,
Hęc ſuper impoſita eſt cęli fulgentis imago,
Signaq; ſex foribus dextris, totidemq; ſiniſtris.
Quo ſimul accliuo Clymeneia limite proles
Venit et intrauit dubitati tecta parentis,
Protinus ad patrios ſua fert veſtigia vultus,
Conſiſtitq; ꝓcul (neq; enim propiora ferebat
Lumina) purpurea velatus veſte ſedebat
In ſolio phębus claris relucente ſmaragdis.
A dextra, leuaq; dies, et menſis, et annus,
Seculaq;, et poſitę ſpatijs ęqualibus horę.
Verq; nouũ ſtabat cinctum florente corona.
Stabat nuda Aeſtas, et ſpicea ſerta gerebat,
Stabat & autumnus calcatis ſordibus vuis,
Et glacialis hyems canos hirſuta capillos,
Inde loco medius rerum nouitate pauentem
Sol oculis iuuenẽ, quibus aſpicit omnia, vidit,
Quęq; viæ tibi cauſa? quid hac ait arce petiſti
Progenies phaethon haud inficianda parenti?
Ille refert, o lux immenſi publica mundi
Phębe pater, ſi das vſum mihi nominis huius
Nec falſa Clymene culpam ſub imagine cęlat?
Pignora da genitor, per quę tua vera propago
Credar, et hunc animis errorem detrahe nr̃is.
Dixerat, at genitor circum caput oẽ micantes
Depoſuit radios, propiusq; accedere iuſſit.
Amplexuq; dato, nec tu meus eſſe negari
Dignus, & Clymene veros ait edidit ortus.
Quoq; minus dubites, qđ vis, pete munus, et
Me tribuẽte feres, ꝓmiſſi teſtis adeſto (illud
Dijs iuranda palus oculis incognita noſtris,
Vix bene deſierat, currus petit ille paternos,
Inq; diem alipedum ius, & moderamen equoꝝ
Pęnituit iuraſſe patrem, qui terq;, quaterq;
Concutiens illuſtre caput, temeraria dixit

Spicea ſerta, coronas ſpiceas. Sertum.n. corona dicitur a ſerendis floribus appellatum. Sertum

Haud inficianda, neganda. Nã inficiari et inficias ire negare eſt. Vnde coniecturalis ſtatus a quibuſdam inficialis dicitur, q in eo factum negatur. Inficiari

Ille refert, reſpondet. Vſum huius nominis, vt tua progenies dicar. Pignora da, ſigna et documenta preſta. Detrahe, deme, eripe. Hunc errorem. Hanc dubitationem. Edidit, dixit. aſſeruit. vulgauit. Veros ortus, veram originem, ex me nanq; vere es ortus.

Quoq; minus dubites, ac ut, minus inquit de hac re dubites, pete quicquid uis et habebis. Dijs iuranda palus, Styx palus eſt inferorum per quam Dij iurare timent, ut Vir. inquit απο του ςτυγους, hoc eſt a mœrore dicta. Fuiſſe autem filia Oceani et Tethyos ab Heſiodo ſcribitur quę a pallante Gigãte compreſſa Victoriam peperit, quę, qꝛ in bello Giganteo a Ioue ſtetit illi gratiã referens conceſſit, ne cui Deorum per matrem ipſius peierare liceret, ac ſiquis peieraſſet, per centum annos diuinitate priuaretur. Oculis incognita noſtris, ſcite hoc a naturali ſumpſit ratione. Nã ſtyx triſtitia ẽ, q̃ letę Styx

ſunntur, contraria eſt, Fieri autem non poteſt, vt q ſemper leti ſunt ac propterea imortales, triſtitiã ſentiant. Vix bene finierat, temerarium ac ferocem, nimiumq; in cupiditatibus ardentem innuit fuiſſe phaetontem. Inq; diem, p vnum diem.

Alipedes ius ẽ moderamen, ptãtem et regimen. Alipedum, alas in pedibus hñtium, hoc eſt velociſſimorũ. Terq; q̃terq; cõcutiens, ſepius. concuſſio aũt capitis hic penitentiam alibi ſignificat indignationem. Temeraria dixit, mea inquit promiſſa temeraria inconſultaq; ſunt facta pp tuam petitionẽ, nunq̃. n. tibi me oĩa ↄceſſurũ q̃ petiſſes pollicitũ eſſẽ ſi putaſſẽ te talia petiturũ. Tua voce, eſt ablatiuus caſus, hĩ ẽ pp tuã poſtulationẽ. Vtinã pmiſſa liceret vtinã inqt poſſẽ tibi pmiſſa negare. Viribus iſtis, exiguis ẽ mortalibus. Sors tua, ↄditio tua. Nõ ẽ mortale currus nãq; ſolis ẽ icorruptibilis. ab ĩpoſſibili aũt et difficili diſſuadet phebus. Plus ẽt q̃ qd ſuperis hoc eſt plus ẽt cupis q̃ diis ipſis adipiſci conc edat.

Affectas Affectas, cũ affectu quodam vehementi appetis. Placeat ſibi quiſq; licebit, q̃uis inquit vnuſquiſq; Deorũ multum ſibi arroget, me tñ excepto, nullus eorũ ĩ ſolis curru cõmode poterit ↄſiſtere, ne ipſe qdem iupiter, quo nihil maius, nihilq; potentius habetur. Ignifero in axe ĩ curru igneo et Solem ferẽte.

Axis Axis aũt lignum eſt illud circa qd rotę currus vertunĩ.

solem noctu gerere. Pauida formidine, ab effectu et pauidos timidoſq; reddat. Moderamine, regimine ac temperamento. Tunc etiam q̃ me hoc quoq; loco vulgi ſeqtur opinionem. Longe nãq; ab Oceano ſemp eſt ſol, nec vnq̃ mergiĩ, q̃uis vulgo videatur. Tethys autem Oceani eſt vxor, quę Tethys Solem occidentem excipere vr. Dicta eſt aũt Tethys quod ſit tithi et nutrix cum aliorum Deorũ. Eſt. n. domina humiditatis q̃ oĩa aluntur. Aſſidua vertigine, reuo- Vertigo lutione et conuerſione. Torquet, ↄuertit. Sydera nãq; fixa vna cũ cęlo vertunĩ. Planetę vero ↄ cęli motum nituntĩ. Vnde infert. Nitor in aduerſum, cęlum nãq; ab oriente in occidentem voluiĩ. ſecumq; trahit et Solem et reliquos planetas. Sol vero vna cum alijs planetis ſuo ac nãli, motu ↄ cęli conuerſionem nitiĩ. Hoc eſt cum quodã niſu et conatu moueĩ. Nec me qui cętera vincit Impetus, nec ipetus ĩ quit eo rapidiſſima cęli rotatio, q̃ oĩa ſecum alia trahit, me põt inhibere, quo minus meũ nãlem motus pficiam. Sed hoc minus verum eſſe vr. Nam alij planetę ↄ mundi rotationẽ nituntĩ, vt diximus. Cur ergo Apollo ſe ſolus aiĩ ab ipetu cęli non ſupari. An ẽ ad deterrẽdum a pposito ſuo phaetontẽ, et qr alij planetę cũ retrogradi ſunt nihil ↄ mundũ nituntĩ, q̃uis aũt luna nunq̃ retrocedere cogaĩ, interdũ tñ citius, interdũ tardius moueĩ. Sol vero ſemp ęq̃li motu ſerri vr, eoq; ſe ſolũ a cęli rotatione non ſupari gliatur.

Vox mea facta tua eſt, vtinam promiſſa liceret
Non dare, confiteor, ſolũ hoc tibi nate negarẽ.
Diſſuadere licet. non eſt tua tuta voluntas.
Magna petis phaëton, & quę non viribus iſtis
Munera conueniunt, nec tam puerilibus annis.
Sors tua mortalis, non eſt mortale quod optas,
Plus etiam ẽ q̃ quod ſuperis contingere fas eſt,
Neſcius affectas, placeat ſibi quiſq; licebit,
Non tamen ignifero quiſq̃ conſiſtere in axe
Me valet excepto, vaſti quoq; rector olympi.
Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra,
Nõ aget hos currus, & quid Ioue maius habeẽt
Ardua prima via eſt, & quã vix mane recentes
Enituntur equi, medio eſt altiſſima cęlo,
Vnde mare & terras ipſi mihi ſepe videre
Fit timor, & pauida trepidat formidine pectus.
Vltima prona via eſt, & eget moderamine certo
Tunc etiam quę me ſubiectis excipit vndis,
Ne ferar in preceps, Tethys ſolet ipſa vereri.
Adde quod aſſidua rapitur vertigine cęlum,
Syderaq; alta trahit, celeriq; volumine torquet,
Nitor in aduerſum, nec me qui cętera, vincit
Impetus, & rapido contrarius euehor orbi.
Finge datos currus, qd ages? poteris ne rotatis
Obuius ire polis, ne te citus auferat axis?
Forſitan & lucos illic, vrbeſq; Deorum
Concipias animo, delubraq; ditia donis
Eſſe per inſidias iter eſt. formaſq; ferarum.
Vtq; viam teneas, nulloq; errore traharis,
Per tamen aduerſi gradiens cornua tauri,
Aemonioſq; arcus, violentiq; ora leonis,
Sęuaq; circuitu curuantem brachia longo
Scorpion, atq; aliter curuantem brachia cancrũ.
Nec tibi quadrupedes animoſos ignibus illis,
Quos ĩ pectore hñt, quos ore, & naribus eflant,

RAPH. ET quid Ioue maius habeẽ? ac ſi dicat nihil.

Ardua prima via eſt, cauſas enumerat. quibus oſtdit difficillimam eſſe currus Solis gubernationem. Recens Recentes, inſtaurati, integri viribus, vt qui per noctem quieuerunt, ſecundum vulgi aũt loquitur opinionem, qui putat Solis equos ipſumq;

Rapido orbi, cęlo veloci. Signa nãq; zodiaci Sol ptræſit mũdo ↄrius. Poteris ne rotatis obuii ire po. hĩ ẽ poteris ne ſic reſiſtere rotationi ac celerrime ↄuerſioĩ, q̃ fit circa polos, ne ab ipſa ſecũ traharis, ſs vt ei ↄrius pgas? Sũt aũt duo poli ĩ cęlo,

In prōptu regere eſt, vix me patiunť, vbi acres
Incaluere animi, ceruixq́ repugnat habenis.
At tu funeſti ne ſim tibi muneris auctor,
Nate caue, dum resq́ ſinit, tua corrige vota,
Scilicet vt noſtro genitum te ſanguine credas,
Pignora certa petis, do pignora certa timendo
Et patrio pater eſſe metu probor, aſpice vultus
Ecce meos, vtinamq́ oculos in pectore poſſes
Inſerere, & patrias intus deprendere curas.
Deniq́ quicquid habet diues, circumſpice, mūdus,
Deq́ tot, ac tantis cęli, terręq́; mariſq́.
Poſce bonis aliquid, nullam patiere repulſam.
Deprecor hoc vnum, quod vero noīe pęna,
Nō honor ē, pęnā phaethō ꝓ munere poſcis.
Quid mea colla tenes blandis ignare lacertis?
Ne dubita, dabitur, ſtygias iurauimus vndas,
Quodcunq́; optaris, ſed tu ſapientius opta.
Finierat monitus, dictis tamen ille repugnat,
Propoſitumq́ ꝓmit, flagratq́ cupidine currus.
Ergo qua licuit genitor cunctatus ad altos
Deducit iuuenem, Vulcania munera currus;
Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummę
Curuatura rotę, radiorum argenteus ordo.
Per iuga chryſolithi, poſitęq́ ex ordine gemmę
Clara repercuſſo reddebant lumina phebo,
Dumq́ ea magnanimus phaethō miratur, opuſq́
Perſpicit, ecce vigil nitido patefecit ab ortu
Purpureas Aurora fores, et plena roſarum

circa quē mūdus vtit. Vñ et poli dicti ſunt παρα το πολειν et a vertēdo, q circū illos vertať cęlū. Ne te cuius auferat axis, ne vertice et polo rapidiſſimo impar ſic ab ipſo auferaris ſecum, vt ne tui quidem compos ſis futurus. Forſitan et lucos illic for taſſis inqt tibi perſuades illic eſſe, et vrbes et Deorū tēpla, ſed horū nihil eſt, iterq́; tibi eſt faciendum per inſidias, ac ferarum figuras. Vtq́ viam teneas, hoc eſt vt concedam te viam tenere ac ſcire, nullumq́; in errorem caſurū, te tñ per tauri cornua ire oportebit. Per cornua aduerſi tauri, oppoſita. nam verſus orientē ſpectat. (Taurus) Taurus autem inter aſtra ob conſtitutus, q Europam incolumem ex phœnicia tranſuexit in Cretam, vt Euripides ait. Aemoniosq́; arcus, ſagittaṗ. (chiron) Chiron. n. Saturni in equum mutati, ex Phylira filius Theſſalus Hippocentaurus qui Æſculapiū Achillemq́; educauit in ſydera fuit translatus, Quidam tamen (vt inquit Iginus) hac de cauſa Chironem eſſe negauerunt, q nemo Centaurus ſagittis ſit vſus. Eſt autem equis cruribus deformatus, caudāq́ Satiri habet, ſcribunt vero qdam hunc eſſe crotum nomine Euphemes muſarum nutricis filium, eumq́; in mōte Helicone habitaſſe vna cū muſis ſtudioq́ venationis fuiſſe delectatum. Muſaſq́ aūt ab Ioue petiſſe, vt in cęlum referret. Iouē ei crura eqna feciſſe, q equo multum vſus foret, ſagittas pro ingenio adiunxiſſe, caudam Satyri in corpore fixiſſe, q non minus hoc muſę, q̄ Liber pater Satyris ſit delectatus. Cęterum Oui. eorum ſequitur opinionem, q Chironem fuiſſe centaurum aiunt. Enumerat aūt ſigna Zodiaci terribiliora aſpectu phębus, quo facilius ab improba cupiditate regēdi currum Solis filium deterreat. Longo circuitu (Scorpius) multum. n. ſpatij Scorpius ſuis brachijs comprehendit. Nam (vt ſcribit iginus) Scorpius propter magnitudinē membrorū in duo ſigna diuidiť, quorū vnius effigiē noſtri libram dixerant. Scorpius autem idcirco in cęlum translatus eſſe fingiť, q Orion, cum venaretur, iactare auſus eſt ſe oīa quęcunq́; ex terra orirenť, interficere valere. Quare terram indignatam Scorpium maximū emiſiſſe, q illum interficere conaretur. Iouem autem vtriuſq́ animum admiratum Scorpium inter aſtra collocaſſe, vt ſpecies eius hoībus documento eſſet, ne qs eorū aliq̄ re ſibi cōfideret. Dianā aūt ꝓp ſtudiū Orionis, petiſſe a Ioue, vt idem ſibi bñficiū daret petenti, qđ terrę vltro tribuiſſet, orionemq́; in cęlū acciperet. Ita igiť fuit ꝯſtitutus, vt cū Scorpius oriť Orion occidat. Sane ſcorpius aīal eſt et terreſtre et marinum et cęleſte ſignis dictus παρα το σκορπίζειν τον ιον, a ſpargendo veneno. Atq́; aliter brachia, namq́; Scorpij a principio ſtatis recuruantur. Cancri vero iuxta ſummitatē flectuñť, eoq́; minus ſpatij ꝯplectunť. (Cancer) Cancer aūt Iunonis beneficio inter aſtra collocatus fertur, q cum Hercules ꝯ Hydram lerneā ꝯſtitiſſet ex palude pedes eius mordicus arripuit, quare Herculē ꝓmotum eius interfeciſſe; Iunonem vero inter ſydera collocaſſe. (RAPH.) In promptu eſt facile eſt. Vix me patiuntur, me qui ſum et Deus et peritus, et ipſis equis notus. (Funeſti) Funeſti pernitioſi, mortiferi. Dumque res ſinit, permittit, hoc eſt dum potes Tua vota tuos appetitus. Inſerere, immittere. Deprendere, comprehendere. (Depcari) Deprecor hoc vnum precibus hoc vnum ne faciam recuſo; Interdum deprecari eſt valde precari. Stygias iuraui. vn. cauſa eſt cur ſit daturus. Propoſitumq́; pre. retinet propoſitum. Flagratq́; cupidi. cur. ardet cupiditate regendi currus paterni Ergo qua licuit, quatenus et quomodo potuit. Aureus axis erat, currum Solis eleganter deſcribit poeta. (Currus Solis) Chryſolithin, lapides pretioſi aureum habentes colorem. (Chryſolithus) Vnde etiam nomen ſortiti ſunt χρυσος enim aurum, λιθος lapis dicitur. Patefecit aperuit. Aurora est ante Solis ortum aerē illu-

Atria diffugiunt ſtellę, quarum agmina cogit
Lucifer, & cęli ſtatione nouiſſimus exit.
Tum pr̃ vt terras, mundũq; rubeſcere vidit,
Cornuaq; extremę velut euaneſcere Lunę,
Iungere equos Titan velocibus imperat horis.
Iuſſa deę celeres peragunt, ignemq; vomentes
Ambroſię ſucco ſaturos pręſepibus altis
Quadrupedes ducunt, adduntq; ſonantia frena.
Tum pater ora ſui ſacro medicamine nati
Contigit, & rapidę fecit patientia flammę,
Impoſuitq; comę radios, pręſagaq; luctus
Pectore ſollicito repetens ſuſpiria, dixit,
Si potes his ſaltem monitis parere parentis,
Parce puer ſtimulis, & fortius vtere loris.
Spõte ſua pperant, labor eſt inhibere volantes.
Nec tibi directos placeat via quinq; per arcus.
Sectus in obliquum eſt lato curuamine limes,
Zonarumq; trium contentus fine polumq;
Effugit auſtralem, iunctãq; Aqlonibus Arctõ
Hac ſit iter. manifeſta rotę veſtigia cernes.
Vtq; ferant ęquos et cęlum, & terra calores,
Nec preme, nec ſummũ molire p ęthera currũ
Altius egreſſus cęleſtia ſigna cremabis,
Inferius terras, medio tutiſſimus ibis,
Neu te dexterior tortum declinet ad anguem;
Neue ſiniſterior preſſam rota ducat ad aram,
Inter vtrumq; tene Fortunę cętera mando,

ſtrare, ſicq; fores ędium ſuarum aperire videtur. Et ple. ro. Atria, ad id illudit. quod Home. auroram rhododactylon vocat, hoc eſt digitos roſis

Rosę

ornatos hñtem. Aurorę nanq; roſas antiquitas dicauit. Diffugiunt ſtel. hoc quoq; ex sñia vulgari dr̃. Neq; n. ſtellę diffugere pñt, cum ſint fixę, ſed adueniente Aurora fulgere deſinunt.

Lucifer

Cogit, congregat et ante ſe agit. Lucifer n. qui grece φωσφόρος dr̃, vltimus eſt q deſinat fulgere Sole oriente, primusq; incipit lucere illo occidẽte, tunc q̃ heſperus vocatur, Veneri aũt hęc ſtella dicata eſſe phibetur. Mundũq; rubeſcere, aduentu. n. Aurorę cęlum rubeſcere vr̃. Vnde et Aurora ab auro dicta

aurora

phibetur. Euaneſcere, diſſolui ac perire. Luna. n. adueniente Sole deſinit ſplẽdere.

Euaneſcere

Velocibus horis, agilibus ac cito pterevntibus. Horę autem idcirco Solis equorũ curam hře fingunt, q̃ ex curſu Solis oriuntur. Ambroſię

Ambroſia.

ſucco, ambroſia herba eſt ſuauiſſima, q̃ Dij veſcuntur, quaq; immortales efficiuntur Ambroſia. nãq; Immortalitas interpretatur. Contingit perunxit vt feruori reſiſtere poſſet. Sacro medicamine. diuino, hominibus ignoto et occulto. Radios, coronam radios emittentem, quam ipſe geſtare conſueuit. Preſaga, prenuncia.

Parce ſti. noli vti calcaribus et flagellis ad impellendos equos, verum ſtude ipſos fortius loris et frenis cohibere, atq; retinere volantes potius q̃ currentes. Nec n. di. qua iter Phaethonti ſit tenendum Phębus oſtendit. Non enim inquit tibi per quinq; circulos recte eſt eundum, ſed per Zodiacũ qui et obliquus et fines trium zonarum non egreditur, neutrum enim polorum attingit. Quinq;

circuli quinque

per ar. quinq; circulos qui et zonę dicuntur. Cęlum enim in quinq; circulos ęqualiter a ſe diſtantes diuiſum eſt, arcticum antarcticum, tropicum cancri, tropicum capricorni, ęquinoctialem, quorum

zodiacus

ęquinoctialis eſt medius. Zodiacus autẽ obliquus eſt circulus qui ęquinoctialem ſecat, ad tropicum q̃ cancri ac capricorni vſq; peruenit. Nec ad circulos arcticum antarcticumq; procedit. Sectus in obliquum, Periphraſis eſt zodiaci, qui eſt obliquus circulus (vt diximus) et omnium latiſſimus, vt q ad tropicum vſq; cancri et capricorni perueniat. Auſtralem polum, qui etiam antarcticus dicitur q̃ arctico opponitur. Iunctamq; Aquilonibus Arcton, hoc eſt polus arcticum, vnde fiant Aquilones venti. Arctos

Arctos

autem vrſa dicitur, quę in ea parte cęli exiſtens polo nomen dedit. Nam Iuppiter Caliſto Lycaonis filiam a Iunone in vrſa commutatam, vna cum Arcade filio in ſydera retulit ad polumq; collocauit, qui ab arcto arcticus fuit denominatus.

Vtq; ferant, admonet ita phębus phaethontem ne depreſſius, altiusue currus agat, ne aut terras, aut cęlum comburat, medium autem ipſi eſſe tenendum. Nec preme, deprime in partem inferiorem. Molire, impelle. Neu te dex. caue inquit ne aut nimium ad ſeptentrionem verſus vbi eſt anguis, rapiaris, aut ad meridiem, vbi eſt Deorum ara. Inter hęc autem tibi eſt iter tenendum.

Declinet inclinet, deuehat. At an. tor. ad ſerpentem qui ad polum arcticum tortuoſus iacet. Hic autem ſerpens dicitur aurea heſperidum mala cuſtodiſſe. Ab hercule interfectus a Iunone inter ſydera collocatus fuiſſe. Nonnulli tamen dicunt hunc draconem a gigantibus Minerue obiectum eſſe cum eos oppugnarent. Mineruam vero arreptum draconem contortum ad ſydera iecisſe, et ad ipſum cęli axem fixiſſe. Itaq; adhuc ipſum im; licato corpore videri, vt nuper ad ſydera perlatum. Ad aram, ad

Ara

polum antarcticum. Ara. n. in qua primum Dij exiſtimant ſacra et ꝯiurationes feciſſe ꝯ Titanas in cęlum dicitur tranſlata, ac iuxta polus antarcticum collocata. Confecta aũt a Cyclopibus fuiſſe fingit. Inde hões dicuntur inſtituiſſe, vt cum aliquam rem efficere cogitarent prius ſacrificare deberent. Inter vtrunq; te. inter vtrunq; ſpaciũ inge curſum contine atq; coerce. Heſperio lit. Atlanti

tico,quo cum nox peruenerit relinquat terras neceſſe eſt. Non eſt mora libera nobis,non eſt integrum nobis morari. Poſcimur, ad illuſtrandum mundum. Et ſolidis etiam nunc ſedibus aſtas,hoc eſt dum in terra adhuc moraris. Dūq; ma.op.dum inquit currus,quos in tuum malum optaſti ignarus nō aſcendiſti. Sine me, permitte me terras luce illuſtrare. Occupat,celeriter, agiliterq; aſcendit. Interea volu. currus ſolis a quatuor trahitur alatis equis,quibus nomina ab effectu fuere impoſita.

rum meorum quę fato euentura erant phaethonti nepoti. Copia,poteſtas. Immenſi cęli finiti,quis peripateticis finitum eſſe videatur. Corripuere vi.velociter currere cęperunt. Pennis,alis. Leuati,ſublati. Iisdem de partibus,de oriente. Vtq; labant cur.hac ſimilitudine a nauibus ſumpta oſtendit poeta currū Solis in cōpoſite, ac ſine vllo ordine tractū fuiſſe, cū vacuus eē eqs videret.

Quę iuuet,& melius,q̃ tu tibi conſulat,opto.
Dum loquor,heſperio poſitas in littore metas
Humida nox tetigit,nō eſt mora libera nobis.
Poſcimur,et fulget tenebris aurora fugatis.
Corripe lora manu,vel ſi mutabile pectus
Eſt tibi,conſilijs,non curribus vtere noſtris,
Dum potes,et ſolidis etiam nunc ſedibus aſtas,
Dūq; male optatos nondū premis inſcius axes.
Quę tutus ſpectes,ſine me dare lumina terris
Occupat ille leuem iuuenili corpore currum,
Statq; ſup,manibuſq; datas cōtingere habenas
Gaudet,& inuito grates agit ille parenti.
Interea volucres Pyroeis,Eous & Aethon
Solis equi,quartuſq; phlegon hinnitibus auras
Flammiferis īplent, pedibuſq; repagula pulſant,
Quę poſtq̃ Tethys fatorum ingnara nepotis,
Reppulit,& facta eſt immenſi copia cęli,
Corripuere viam,pedibuſq; per aera motis
Obſtantes ſcindunt nebulas,penniſq; leuati
Pretereunt ortos iiſdem de partibus Euros.
Sed leue pondus erat,nec qđ cognoſcere poſſēt
Solis equi,ſolitaq; iugum grauitate carebat.
Vtq; labant curuę iuſto ſine pondere naues,
Perq; mare inſtabiles nimia leuitate feruntur,
Sic onere inſueto vacuus dat in aere ſaltus,
Succutiturq; alte,ſimiliſq; eſt currus inani,
Quod ſimulac ſenſere,ruūt, tritūq; relinquunt
Quadriiuges ſpatiū,nec quo pͥus ordīe currūt.
Ipſe pauet,nec qua cōmiſſas flectat habenas,
Nec ſcit,qua ſit iter,nec ſi ſciat,imperet illis.
Tum primum radijs gelidi caluere triones,
Et vetito fruſtra temptarunt ęquore tingi.
Quęq; polo poſita eſt glaciali ꝓxima ſerpens
Frigore pigra prius,nec formidabilis vlli
Incaluit,ſumpſitq; nouas feruoribus iras.
Te quoq; turbatum memorant fugiſſe Boote,
Quāuis tardus eras,& te tua plauſtra tenebant
Vt vero terras deſpexit ab ęthere ſummo
Infęlix phaethon,penitus,penituſq; iacentes,
Palluit,& ſubito genua intremuere timore
Suntq; oculis tenebrę per tātū lumen obortę,

Solis eq

Pyrois

Pyrois enim (qui corrupte pyrous ſere legitur) dicitur quaſi igneus. Nam πῦρ eſt ignis. pyrois aūt legendus eſſe penultima breui, et antiq̃ exemplaria, et qui hoc opus e latino in grecum vertit,nobis ſunt documento. Declinatur enim pyrois pyroëtis,vt Simois ſimoentis. Valeri. Flaccus. Et formidātem patrios pyroenta dolores pyroeis aūt ēt Martis ſtella ab aſtrologis vocat. Eous ab Aurora dicitur ἠὼ.n.eſt aurora.

Eous

Aethon

Phlegon

Æthon vrens interpretatur,atq; phlegon,eo ꝙ ore et naribus ignem emittere fingantur. Æthon qdem etiam fortis ē bellicoſus dr̄, et color igneus, qui in equis maxime ꝓbat. Hinnitibus flam. ex ore.n. flammas efflare dicuntur.

Repagula

Repagula, obſtacula. Repagula nanq; ſunt (vt ſcri. Pomp.) quę patefaciendi gratia ita finguntur,vt ꝯtrario oppagantur.hęc et repages dr̄. Tethys, Oceani vxor et Clymenes mater,apud quam ſol pernoctare creditur. Fatorum

Succutiturq; al.ſurſum valde q̄tit

Succutitur

Innani,vacuo. Simulac,poſtq̄. Ruūt, cū impetu currunt. Quadriiuges,q̄tuor eq vni iugo alligati q̄druinges dicunt.

Quadriiuges

Tritus ſpa. tritam viam. Nec quo pri. currebant verbum ſubaudiat. Nec q̄ cō.ſcit vbū ſubintelligamus. Commiſſas hab.tradita ab apolline lora. Imperet imperare poſſet. Gelidi triones ſeptētriōes frigidi, vtpote ad q̄s ſol ꝓpius alias nūq̄ acceſſit. Tunc āt primum caleſcere cęperunt,q: Solis currus illuc vſq; ab eqs,quos cohibere phaethon non poterat.fuit pertractus. Triones aūt priſca lingua boues dicebanť. Sunt autē ſeptem ſtellę ad polū arcticū ita diſpoſitę vt plauſtrum efficere videantur.

Triones

Et ve.ęq. Septentriones enim nunq̄ occidūt, ideoq; ſe madefacere non poſſunt. Iuno .n. (vt ipſe Oui.narrat) hī a Thety Oceani vxore impetrauit ne duas vrſas, quę ſunt ad polum arcticum,in mare deſcēdere permitteret.

RAPH.

Quęq; polo,iuxta polum arcticum ſerpens eſt maxima, quę duas complectitur verſus, vnde Virgi. circum perq̄

duas in mores ſuminis arctos. Arctos Oceani metuentes ęquore tingi. Boote, Apoſtrophe ē conuerſio ſermonis ad Booten qui plauſtrum agere Bootes videtur. Boötes enim latine dicitur bubulcus. Idē eſt autem, qui arctophylax, ꝙ vrsę cuſtos adhibitus eſſe videtur. Et te tua plauſtra tenebant, retinebant, retardabant Plauſtrū remorabantur. Plauſtrum autem (quod ē ploſtrus dicitur) ſydus ē celeſte, quod idem cum maiore vrſa eē putatur. Septem nanq; ſunt ſtellę ita diſpoſitę, vt duę quę pariles et maximę vno in loco videntur pro bobus haberentur. Reliquę vero quinq; figuras plauſtri ſimularent. Vnde etiam a gręcis ἅμαξα dicitur. Terras penitus, penitusq; iacentes, hoc eſt valde depreſſas ac longe a ſe remotas. Per tantum lumen, in tanto lumine. Iam Meropis dici cupiens, ſi lius ſubintelligatur. Merops Merops enis Clymenes fuit maritus, ꝙ Meropes homines dicantur apud Homerum, ꝙ diuiſas habeant voces, quia in ſignificatione hic qu**ę** accipi poteſt ac ſi diceret cupiens iam hominis filius magis ꝙ Dei appellari. Merops autem παρὰ τὸ μείρειν τὴν ὄπα, ꝙ homo vocem habeat diuiſas, et articulatas, et quę in ſyllabas diſſolui poſſit. Vt acta, ꝙ preceps Phaeton traheretur pulchra ſimilitudine oſtendit.

vbiq;. Trepidus, perturbatus. Is enim trepidus di- trepidus
citur (vt Pomp. ait) cui perturbatio τρεῖν mentem vertit, Vaſtaq; ferarū, maximarū, vt leonis. Eſt locus, Scorpium deſcribit ad quem cum perueniſſet Phaethō, adeo territus eſt, vt frena e manibus ceciderunt, qđ quidem cum eq ſenſiſſent, per totum ſe re cęlū diſcurrerūt.

Et iam mallet equos nunꝙ̄ tetigiſſe paternos.
Iam cognoſſe genus piget, & valuiſſe rogando,
Iam Meropis dici cupiens, ita fertur, vt acta
Pręcipiti pinus Borea, cui cuncta remiſit
Frena ſuus rector, quam Dijs votiſq; reliquit.
Quid faciat? multum cęli poſt terga relictū,
Ante oculos plus eſt, animo metitur vtrunq;,
Et modo, quos illi fas tum contingere non eſt,
Proſpicit occaſus, īterdum reſpicit ortus,
quid agat ignarus ſtupet, & nec frena remittit
Nec retinere valet, nec nomina nouit ęquorū.
Sparſa quoq; in vario paſſim miracula cęlo,
Vaſtarumq; videt trepidus ſimulachra ferarū,
Eſt locus ī geminos vbi brachia cōcauat arcus
Scorpius, & cauda, flexis vtrinq; lacertis
Porrigit in ſpacium ſignorum membra duorū
Hunc puer vt nigri madidum ſudore veneni
Vulnera curuata minitantem cuſpide vidit,
Mentis inops, gelida formidine lora remiſit.
Quę poſtꝙ̄ ſummo tetigere iacentia tergo,
Expatiantur equi, nulloq; inhibente per auras
Ignotę regionis eunt, quaq; impetus egit,
Hac ſine lege ruunt, altoq; ſub ęthere fixis
Incurſant ſtellis, rapiuntq; per auia currum.
Et modo ſūma petunt, modo ꝑ decliuia, viasq;
Pręcipites ſpatio terrę propiore feruntur.
Inferiuſq; ſuis fraternos currere Luna
Admirantur equos, combuſtaq; nubila fumāt
Corripitur flāmis vt quęq; altiſſima tellus,
Fiſſaq; agit rimas, & ſuccis aret ademptis.
Pabula caneſcunt, cum frōdibus vritur arbor,
Materiamq; ſuo prębet ſeges arida damno.
Parua ꝗror, magnę pereūt cū mœnibus vrbes,
Cumq; ſuis totas populus incendia gentes
In cinerē vertunt ſilue cum montibus ardēt.
Ardet Athos, taurusq; cilix, & Tmolus, & Oete,

Concauat, flectit. In geminos arcus in duos ſimiles arcus. Duorū ſignorū alterū nāq;, brachijs alterius cauda facit. Nam Scorpij chelę libram conſtituere videntur, Scorpium vero ipſa cauda recurua deſignat. Hunc puer vt nigri, poſtꝙ inqt phae- Scorpius
thon puer vidit ſcorpium ſudantem, atq; cauda ictum minitantem, tanto timore affectus eſt, vt frena remiſerit. Curuata cuſpide, cauda reflexa. Gelida formidine, frigido timore ab effectu ꝙ homines frigidos reddat, vt pallida mors. Lora, habenas frenorū. Expatiā expatia
tur eq; late, ē ex ſpacia excurrūt. Sine lege, ſine ordine. Alto ſub ęthere, ſub alto cęlo. Incurſant, currēdo appropiquāt. In feriuſq; ſuis, merito Luna admirat Solis equos infra ſuos currere, cū Sol multo ꝙ luna ſit altior. Poetę āt quadrigas quidem Soli attribuunt. Lunę vero bigas. Lucifero et Aurorę ſingulos equos. Succis ademptis, humoribus exſiccatis. Caneſcunt, cana et arida fiunt. Ardet Athos, altiſſimos Athos
quoſq; montes enumerat, qui primo cōflagrare cęperunt. Athos mōs eſt Thracię altiſſimus, quē nunc montem ſanctū vocant, ab Atho gigante, cui iniectus fuiſſe dicitur, appellatus. Taurusque Cilix, Taurus cili- Taurus
cię, mons eſt, vt ipſe quoque poeta inquit. Et Tmolus, Tmolus qui et Tymolus a Stephano Tmolus

Pinus, nauis ex pino confecta. Eſt enim metonymia. Cuncta frena, omnia retinacula. Pręcipiti Borea, rapido & impetuoſo. Fas non eſt, non poteſt. Proſpi- Proſpicit
cit, porro ē longe aſpicit. Miracula, monſtra. Vario cęlo, varijs ſignis diſtinctio. Paſſim,

Et tum ſicca prius celeberrima fontibus Ida,
Virgineuſq; Helicõ, & nõdũ Oeagrius Aemus
Ardet in immenſum geminatis ignibus ętna,
Parnaſuſq; biceps, & Eryx, & Cynthus, & Otrys
Et tandẽ niuibus Rhodope caritura Mimaſq;
Didymaq;, & Mycale, natuſq; ad ſacra Citherõ
Nec pſunt Scythię ſua frigora, Caucaſus ardet
Oſſaq; cũ Pindo, maiorq; ambobus Olympus,
Aerięq; alpes, & nubifer Apenninus.
Tum vero Phaethon cunctis e partibus orbem
Aſpicit accenſum, nec tantos ſuſtinet ęſtus,
Feruenteſq; auras velut e fornace profunda
Ore trahit. curruſq; ſuos candeſcere ſentit,
Et neq; iam cineres, eiectatamq; fauillam
Ferre poteſt, calidoq; inuoluitur vndiq; fumo,
Quoq; eat, aut vbi ſit, picea caligine tectus
Neſcit, & arbitrio volucrum raptatur equorũ.
Sanguine tũ credunt in corpa ſumma vocato
Aethiopum populos nigrum traxiſſe colorem
Tum facta eſt Libye raptis humoribus ęſtu
Arida. tum nymphę paſſis, fonteſq;, lacuſq;
Defleuere comis, quęrit Bęotia Dircen,
Argos Amymonẽ, Ephyre Pyrenidas vndas
Nec ſortita loco diſtantes flumina ripas
Tuta manẽt, medijs Tanais fumauit in vndis
Peneuſq; ſenex, Theutrantheuſq; Caycus,
Et celer Iſmenos cum phocaico Erymantho,

ſcribitur, et fluuius et mons eſt Ciliciç. melle, vino, et croceo abundans, vnde Virg. lib. i. Geor. Nonne vides croceos vt Tmolus odores. Oete, mõs ẽ theſſalię Oete, Herculis morte rogo ẽ ſepulchro nobilis.

Ida mons phrygię celeberrimus, quem ad imitationem Homeri πολυπιδακα eam vocantis a fontium frequentia, fontibus celeberrimã vocat, qui tamen oẽs tunc erant exſiccati. Dicta eſt Ida vel ab Ida regionis regina vt ex ſnia Characis Stephanus ait, vel ab Ida Cretenſe, vt canit Vir. Vnde profectus Teucer Scamandri et Ideę nymphę filius regiones in Phrygia occupatam ab ſe Teucriam vocauit Duas aũt eſſe Idas alteram in Phrygia, alteram in Creta notiſſimum eſt. Virgineuſq; Helicon, Mõs eſt Bęotię Helicon, quem idcirco virgineum Oui. appellat, q̃ muſis eſt conſecratus. Et nondum Oeagrius Æmus, Aemus mons thracię altiſſimus, in quo Orpheus Oeagri fluuij filius dr̃ a menadibus fuiſſe diſcerptus, a quo & Oeagrius fuit appellatus Aetna, mons Siciliç Aetna, ſemper ardens. Vnde et nomẽ (vt quidam putant) απο του αιθειν, hoc eſt ab ardendo, mutatione θ in τ vt alij ſcribunt. Dicta eſt autem ętna Briarei Cyclopis filia, Sicaniq; ſorore, quę a Vulcano et Cerere arbitra de finibus electa ſecundum Cererem ſententiam tuliſſe fertur. Eſt et Siciliç vrbs ętna. quę etiam Adranium vocatur, quam fluuius eiuſdem nominis prçterlabitur, vt Mela ſcribit. Parnaſuſq; biceps, Mons phocidis in duos vertices diuiſus, vt in primo ipſe Ouidius ſcripſit.. Et Eryx, mons eſt Siciliç Veneri Erycinę ſacer. Et Cynthus, mons eſt Deli, vnde Cynthius apollo vocat̃. Et Othrys, mõs eſt Theſſalię. Mimaſq;, mons eſt minoris ſi Aę Mimas haud longe diſtans a Colophone, ppetuis niuibus obrutus, a Mimante gigante denominatus. Rhodope mons Thracię niuoſus, a Rhodope puella in quem commutata fuit dictus, vt ipſe ſcribit Ouid. vt alij a Rhodope Strymonis filię

ex qua Neptunus Atho gigantem ſuſcepiſſẽ fertur qui et ipſe monti nomen dedit. Eſt et Ionię vrbs Rhodope, vt Stephanus Byzantius de vrbibus et vicis ait. Dindyma. mons eſt Phrygię, matri Deorũ ſacer. Vnde ipſa mater Deorũ Dindymene fuit appellata. Et Mycale, mons eſt et vrbs Carię Mycale, vnde Mycaleſius gentile nomen deriuatur, vt Hero. et Dydimus ſcribunt. Natuſq; ad ſacra Citheron, mons eſt Bęotię Baccho dicatus, ad cuius orgia celebranda natus eſſe videt̃. Nec proſunt Scythię Scythia regio eſt ad ſeptentrionem frigidiſſima, a Scytha herculis filio cognominata. Caucaſus ar. mons ẽ Scythię Promethei relegatione notiſſimus. Oſſaq; cum Pindo et Olympus, montes Theſſalię altiſſimi. Maior ambobus, altior. Nebulas. n. et ventos excedere putat̃, vñ Lu. Nubes exceſſit Olympus Lege deum. Verticem illius accolę cęlum vocant. Vñ factũ ẽ, vt poetę Olympum pro cęlo ponãt Olympus autem multorum montium nomen eſt. Nam et Arcadię et Elidis et Ciliciç et Myſię, et Macedonię et Theſſalię mons eſt Olympus, in q̊ ludi Olympici Eleis ſimiles celebrari ſolebant. Aerięq; alpes, montes ſunt altiſſimi Italiã a Gallia, Germaniaq; defendentes, Appenninus, mons eſt longiſſimus Italiã diuidens. Currus ſuos, ſibi tantopẽ expetitos. Candeſcere, igneſcere et inflãmari. Nam candere proprie dr̃ ferrum ignitum. Inuoluit̃, implicat̃. Caligine picea, tam craſſa vt ſi picea eſſet. Sãguine tum credunt, in tranſcurſu transformationẽ ęthiopũ exponit poeta. Aethiopes namq; cum antea cãdidi eẽnt, tũc nigri fuerũt effecti, vñ ãt Oui. Iuuenere ęthiopas fuiſſe dictos, q̃ ſint facie obuſta. Nã αιθω vro οψις vel ωπος facies dr̃, q̃q̃ Pli. Aethiopas ab Æthiope Vulcani filio dictos narret. Tũ facta ẽ Libye. Regio ẽ Africę aridiſſima. ſic dcã, q̃ λειπει ολετος, hoc eſt q̃ deficit pluuia, vt Ser. ſcri. vt vero Diodorus a Libya nympha epaphi vxore. Raptis ereptis, exſiccans. Tum nymphę, quemadmodum

Oete
Ida
Helicon
Aemus
Aetna
Mimas
Parnaſus
Eryx
Cynthus
Othrys
Mimas
Rhodope
Didyma
Dindymene
Mycale
Cythęrõ.
Scythia
Caucaſus
Oſſa
Pindus
Olympus
Alpes
Apenninus
Candeſcere
Aetiopes
Lybie

Meon Cayſter a Meone fluuio Meonia fuit appellata. Medio Cay. Cayſter fluuius eſt aſię prędter aſiam paludem labens. vnde Virg. Georg. primo ſcribit. Iam varias pelagi volucres, et quę Aſia circum Dulcibus in pratis rimantur ſtagna. Cayſtri. Cayſter autem diƈtus putatur ἀπὸ τοῦ κααίεσθαι, hoc eſt amburi, quoniam propinquus ſit κατακεκαυμένῃ quę pars eſt Aſię pretorrida deuſtę ſimilis, nulla ꝑter vitem arbore, ſed vino ꝑſtantiſſimo, qđ ꝑli. Catacecaumenitem ex hac origine denominauit. Flumine vo. Cygni flumina incolentes.

Nilus Nilus, fluuius eſt Ægypti, cuius origo ignorat. Idcircoq; ē tūc caput occuluiſſe et nuncquoq; latere ait. Vacant, vacua ſunt aqua. Septem ſi flum. val. ſeptē inquit Nili hoſtia valles ſine aqua sūt effeƈte. Sors ea. Iſmi. eadem inquit ſorte Hebrus Strymon Hebrus ac Strymon Thracię fluuij ſiccātur. Heſpiosq; amnes occidentales. Nā Rhenus Rhoda nus. Padus. Thybris Rhenus fluuius eſt Galliam a germania diuidens, Rhodanus vero Gallię fluuius Padus Italię qui etiam Eridanus vocat. Virg. Fluuiorum rex Eridanus.

Thybrim, Thybris fluuius eſt Thuſcię ꝑ mediam Romam labens. Tybris autem diƈtus eſt a fluuio Sicilię, qui preterlabitur Syracuſas, qui a Theocrito Thybris vocatur. Tametſi quidam Hybrym illum appellent. Vnde profeƈti Siculi ripis Albulę occupatis in patrię memoriam pro Albula Thybrim nominarunt. Virg. vero a Thuſcorum rege Thybris fluuium fuiſſe denominatum canit. Aſperq; immani corpore Thybris, a quo poſt Itali fluuiorum cognomine Thybrim diximus, Amiſit verum vetus Albula nomen. Infernum re. Plutonem cū Proſerpina vxore. Exiſtere Exiſtunt modo, extant, apparēt, ac extra aquas ſtant. Cyclades Et ſpar. cycla. au. Cyclades inſulę ſunt Ægei in orbem diſpoſitę. vnde etiam Cyclades ſunt diƈtę, κυκλος nāq; circulus dicitur. Scopuli ergo qui tum e mari extabant. cycladum numerum augebāt. Nec ſe ſuꝑ ęthera curui, tūc inquit Delphines non audebant in aerem ſe iaƈtare propter nimium ardorem, quod natura facere conſueuerunt. Phocę Corpora Pho. Phocę vituli dicuntur marini, quod boum imitantur mugitū. Nereus Exanimata, perturbata, aut certe exanima et mortua. Ipſum quoq; Nerea, Nereus Deus marinus Dorida vxorem babens, ex qua magnam nympharum multitudinem ſuſtulit. Exerere aquis, emittere, extollere ex aqs. Ignes aeris, feruores aeris et ęſtus.

Sustulit omniferos collo tenus arida vultus
Oppoſuitq; manum frōti, magnoq; tremore
Omnia concutiens paulum ſubſedit, ⁊ infra
Quam ſolet eſſe, fuit, ſacraq; ita voce locuta eſt.
Si placet hoc, meruiq; qđ o tua fulmina ceſſant
Summe Deum? liceat perituræ viribus ignis,
Igne perire tuo, clademq; auƈtore leuare,
Vix equidem fauces hęc ipſa in verba reſoluo.
(Preſſerat ora vapor) toſtos en aſpice crines,
Inq; oculis fumum. volitant ſuper ora fauillę,
Hos ne mihi fruƈtus? hunc fertilitatis honorem
Officijque refers, ꝙ adunci vulnera aratri,
Raſtrorumq; fero, totoq; exerceor anno?
Quod pecori frondes, alimentaq; mitia fruges
Humano generi, nobis quoq; thura miniſtro,
Sed tamen exitium fac me meruiſſe, qđ vndę?
Quid meruit frater, cur illi tradita ſorte
Aequora decreſcūt, et ab ęthere longius abſunt?
Quid ſi nec fratris, nec te mea gratia tangit
At cęli miſerere tui, circumſpice, vtrinque
Fumat vterque polus, quos ſi violauerit ignis
Atria veſtra ruent. Atlas en ipſe laborat,
Vixque ſuis humeris candentem ſuſtinet axem
Si freta, ſi terrę pereunt, ſi regia cęli
In chaos antiquum cōfundimur. eripe flāmis,
Si quid adhuc, ſupereſt, et rerum cōſule ſummę
Dixerat hęc tellus, neque enī tolerare vaporem
Vlterius potuit, nec dicere plura, ſuumque

Almus Tellus Terra Telluris quęrelę Alma tamen tel. Alma ab alendo diƈ proprium; eſt terrę epitheton. Nam omnia alit ac nutrit animantia. Tellus Dea ipſius eſſe dicit terrę, nam terra ipſum eſt elementum. Vt erat, circundata ponto. Oceano. Pontus enim interdum ſpeciale nomen eſt et ſignificat Euxinum. Interdum generale, cum pro mari accipitur. cōtraƈtosq; vndiq; fontes, ex ol loco agregatos atq; coaƈtos, ob nimium enim ęſtum fontes omnes in ima terrę refugerant, ne penitus exiccarentur. Pontus

RAPHA. SVSTVLIT omniferos, elegās proſopopęia qua terrę inanimatę rei et perſonā et ſermonem attribuit poeta. Oiferos oīa ferētes et ꝓducētes. Collo tenus vſq; ad collū. Paulum ſubſedit, paulū terremotu depreſſa eē videtur, qđ fieri neqt, cum mundi ſit centrum, et vndiq; ęqualr cęlo diſtet. Si placet hoc meruiq;. Telluris conqueſtio eſt ad Iouem. ſic aperta et clara, vt nullā fere admittat expoſitionē. Tuo igne, tuo fulmine. Clademq; auƈtore leuare, leuē facere, ꝓ quo verbo imperiti alleuiare vtunt. Illę vero calamitates minus ęgre ac leuius ferunt, quaꝝ auƈtores magni ſunt atq; potentes. Vix eqdem, cū diffi cultate inqt hęc pauca eloq poſſum. Preſſerat ora vapor, parentheſis poetica, quam terrę qrelis inſerit. Raſtra Raſtrorūq; fero, raſtra inſtrā ſunt ruſtica, qbus agri colunt. Exerceor, defatigor. Vobis quoq; thura miniſtro, thure in ſacrificijs nō mō Thus nos ſed priſci quoq; vtebant. Thus ā ἀπὸ του θύειν

hoc eſt a ſacrificando derivatur. Eſt enim vocabulum grecum, non latinum (vt quidã ſcribũt) qui a tuendo putant deduci, cum a grecis θύω dicatur. Quid meruit frater. Neptunus cui ſorte in mundi diviſione Maria obtigerunt. Fumat vterq; polus, duobus polis, qui & vertices dicuntur, celum ſuſtinetur, qui ſi fuerint conbuſti, caſurus eſt celum.

tur equi, terretur. Illic temone revulſus. Axis, Axis lignum illud eſt, circa quod rotę currus vertuntur. Veſtigia, ſigna et partes. Laceri currus, lacerati atq; diſſipati. Flamma populante, igne comburente. Tunc enim ignis populari aliquid dicitur quando comburit. Volvit in ꝑceps, hoc eſt in caput cadit. — Axis

Atlas — Atlas en ipſe laborat, Atlas mons eſt Mauritanię qui celum ideo ſuſtinere fingitur, quod Atlas qui in illum montem fertur transmutatus, primus omnium aſtrologica ſcrutari cepit. Candentes axem, ardentem polum. Et rerum conſule ſummę, hoc eſt vide ne rerũ ſumma pereat, ac genera rerum perdantur.

Manes — Propioraq; manibus antra, hoc eſt ſpeluncas inferis ꝓpiores. Sunt enim manes animę mortuorum a mano, quod bonum antiqui dicebãt κατ᾽ ἀντίφρασιν appellati.

At pater omnipotens ſuperos teſtatus, Iuppiter inquit cum in teſtimonium et alios Deos et ipſum Apollinem adduxiſſet totum mundum incendio periturum niſi auxiliũ ferat, Phaethontem fulmine percuſſit, ac incendium fulmine compeſcuit. Et ipſum. Qui dederat currus, Apollinem.

Vnde, ex qua arce. Inducere nubes, immittere nebulas. Latis terris, late patentibus terris. Miſit in aurigam Phaethontem currus Solis aurigam et rectorem. Conſternuntur.

Quid dederat currus, niſi opem ferat, oĩa fato
Interitura gravi, ſummam petit arduus arcẽ,
Vnde ſolet nubes latis inducere terris,
Vñ movet tonitrus, vibrataq; fulmina iactat.
Sed neq; quas poſſet terris inducere nubes
Tunc habuit, nec quos celo demitteret imbres.
Intonat et dextra libratum fulmen ab aure
Miſit in aurigam, pariterq;, animaq; rotiſq;
Expulit, & ſęvis compeſcuit ignibus ignes.
Conſternuntur equi, & ſaltu in contraria facto
Colla iugo eripiunt, abruptaq; lora relinquunt.
Illic frena iacent, illic temone revulſus
Axis, in hac radii fractarum parte rotarum,
Sparſaq; ſunt late laceri veſtigia currus.
At Phaethon rutilos flãma populãte capillos,
Volvitur in preceps, longoq; per aera tractu
Fertur, vt interdum de celo ſtella ſereno,
Et ſi non cecidit, potuit cecidiſſe videri.
Quem procul a patria diverſo maximus orbe
Excipit Eridanus, fumantiaq; abluit ora.
Naiades Heſperię triſida fumantia flamma
Corpa dãt tumulo, ſignãt quoq; carmĩe ſaxum
Hic ſitus eſt phaeton currus auriga paterni,
Quẽ ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis
At pater obductos luctu miſerabilis ęgro
Condiderat vultus, & ſi modo credimus, vnũ
Iſſe diem ſine Sole ferunt. incendia lumen
Prębebant, aliquiſq; malo fuit vſus in illo.
At Clymene poſtq̃ dixit, quęcunq; fuerunt
In tantis dicenda malis, lugubris, & amens,
Et laniata ſinus totum percenſuit orbem.
Exanimes artus primo, mox oſſa requirens.
Reperit oſſa tamen peregrina condita terra,
Incubuitq; loco, nomenq; in marmore lectum
Perfudit lachrymis, & aperto pectore fovit.
Nec minus Heliades lugent, & inania morti
Munera dãt lachrymas, et cęsę pectora palmis
Non audituram miſeras phaetonta querelas
Rettulit os in ſe propioraq; manibus antra.
At pater omnipotens ſuperos teſtatus, & ipſum

Vt interdum de celo; pulchra ſimilitudine, caſum Phaethõtis demonſtrat, ſcite autem ſcribit. Nam quamvis ſtellę interdum cadere videantur, tamen nunquam cadunt.

QVEM Procul a patria, longe enim Italia, paduſq; ab Æthiopia diſtat. — RAPH.

Eridanus, Eridanus fluvius eſt Italię, qui alio nomine dicitur Padus. — Eridanus

Fabulę ſecundę ſecundi libri argumentum.

NAIAdes heſperię &c. Sorores Phaethontis Phaethuſa, Lampetie, Phebe caſum fratris deflent, Deoq; miſericordia in arbores populeas mutatę ſunt. — LACT.

NAIAdes Heſp. nymphę Italicę ac occidentales, Naiades autem dicunt παρὰ τὸ νάω, quod eſt fluo, ꝗ in fluentis habitant. Triſida flamma, fulmine, quod ita pingebatur, vt triſidum ẽ in tres partes fiſſus videretur. Vt enim tridẽs Neptuno, ſic triſidum fulmen attribuit Ioui. Signãt quoq; carmine ſaxũ, cippo et ſepulchri ſaxo epithaphiũ inſcribunt. Hic ſitus eſt poſitus et ſepultus. Eſt autẽ epithaphiũ in phaethontem. — RAPH. Naiades

Non tenuit, tenere non potuit.

Magnis tamen excidit auſis, hoc eſt magna tamen aggredi auſus eſt, quod quidem abunde pulchrum atque magnificum eſt, vt Plinius ait. At pater, Apollo.

Miſerabilis. miſerandus. Ægro luctu ab effectu luctus dicitur ęger, ꝙ ęgros et meſtos reddat.

Obductos, velatos coopertos.

Aliquis vſus, aliqua vtilitas.

Lugubris, pullis veſtibus, quę luctui conueniunt induta. Et amens, exanimata, perturbata.

Totum, percenſuit orbem, peragrauit totum terrarum orbem. Exanimes artus primo, cadauer filij ẽ membra mortua primus querens.

Mox deinde.

condita, ſepulta

Incubuitq; loco, ſepulchro ſe proſtrauit.

Aperto pectore, nudo. Nec minus Heliades. Solis filię Heliades dicunt *ἀπὸ τοῦ ἡλίου*, hoc eſt a Sole quę etiam a fratre Phaethontiades fuerunt appellatę. Earum noĩa ſunt Phaethuſa. Lampetia, Phębe, quę cum fratrem per quatuor menſes aſſidue fleuiſſent, tandem Iouis miſericordia in populos arbores vel (vt alij volunt, et in primis Apollonius) in Alnos. Lachrymę vero ipſarum in electra et ſuccina conuerſę fuerunt.

Heliades

plangendi Phaethontis ſororibus fuiſſe factam.

Et quis Phaethuſa ſororum, Phaethuſa filia fuit Solis ex Neęrea nympha. Eſt autem quadriſyllabum nomen, non triſyllabum vt quidam putant. Interpretatur Phaethuſa ſplendens.

Phaethuſa

Terrę procumbere, ſe in terram proſternere.

Nocte, dieq; vocant, aſternunturq; ſepulchro.
Luna quater iunctis implerat cornibus orbem,
Illi more ſuo (nam morem fecerat vſus)
Plangorem dederant, e quis phaethuſa ſororum
Maxima cum vellet terrę ꝓcumbere queſta eſt
Diriguiſſe pedes, ad quam conata venire
Candida Lampetie, ſubita radice retenta eſt.
Tertia cum crinem manibus laniare pararet,
Auellit frondes. hęc ſtipite crura teneri,
Illa dolet fieri longos ſua brachia ramos,
Dumq; ea mirant, complectit inguina cortex,
Perq; gradus vterũ, pectuſq; humeroſq; manuſq;
Ambit, & extabant tm̃ ora vocantia matrem.
Quid faciat mater? niſi quo trahit impetus illã
Huc eat, atq; illuc, & dum licet oſcula iungat?
Non ſatis eſt, truncis auellere corpora temptat,
Et teneros manibus ramos abrumpit, at inde
Sanguineę manant tanq̃ de vulnere guttę.
Parce ꝓcor mater, quęcunq; eſt ſaucia, clamat
Parce precor. nr̃m laceratur in arbore corpus,
Iamq; vale cortex in verba nouiſſima venit.
Inde fluũt lachrymę, ſtillataq; ſole rigeſcunt
De ramis electra nouis, quę lucidus amnis
Excipit, et nuribus mittit geſtanda latinis.
Affuit huic mõſtro proles Stheneleia Cygnus,
Qui tibi materno quamuis a ſanguine iunctus
Mente tamen Phaethon ꝓpior fuit. ille relicto,
(Nã ligurũ populos & magnas rexerat vrbes,)
Imperio ripas virides, amnemq; querelis
Eridanum implerat, ſiluamq; ſororibus auctã

Diriguiſſe pedes, rigidos et duros eſſe factos. Candida Lampetię, phaethuſę ſoror, quę fulgens transferri poteſt, *λαμπω* enim fulgeo dicitur.

Lãpetię

Subita radice, ſubito nata.

Laniare lacerare.

Inguina, pudenda.

Ambit circundat.

Extabant, extra corticem ſtabant.

Manant, defluunt.

Saucia, vulnerata.

Iamq; vale, verbum eſt vale quo recedentes ſalutamus.

Valere

Cortex in verba nouiſſima venit, hoc eſt cortex os obducens verba Heliadum vltima occupauit.

Fabulę tertię ſecundi libri argumentum.

Inde fluunt et cętera. Lachrymę earum, vt Heſiodus et Euripides indicant, in electrum conuerſę ſunt, ac fuiſſe dicunt.

LACT.

RAPH.

Et cęſę pectora palmis, cędentes ẽ percutientes pectora. Eſt enim synecdoche poetica.

Aſternunturq; ſepulchro, hoc eſt ſtratę ſuper ſepulchro iacent.

Luna quater iunctis, hoc eſt quatuor menſes tranſiti erant. Nam ſingulis quibuſque menſibus Luna ſemper repletur.

Nam morem fecerat vſus, Parentheſis eſt, qua ſignificatur ex aſſiduo vſu conſuetudinem

Heliades ẽ arbores

Inde fluunt, ab illis arboribus, Hoc quidem Ouidius, ſed vt Apollonius in argonauticon. iiij. narrat, Galli iactent non ex Heliadum, ſed ex Apollinis lachrymis electrum eſſe natum, quando propter Æſculapij necem dolore affectus ad Hyperboreos abijt patris increpationem non ferens, aut quando propter Cyclopes interfectos, admeto regi ſeruire coactus eſt. Rigeſcunt, rigida ac dura ſunt.

ELectra, quę latine ſuccina dĩr, quamuis nuſq̃ circa Padũ inueniant. Electrum eſt & genus metalli ex auro ac qnta argenti portione ꝯſtantis, vt

RAPH.
Electrũ

ſcribit Pli.in.xxxiij.natu.hiſto.lib.cuius natura eſt ad lucernam lumina clarius argento lucere. Nuribus latinis, Italis mulieribus.

Fabulę quartę ſecundi libri argumentum.

LACT. Affuit etc. Cygnus Sthenedi filius materno genere phaetonti proximus, cum Liguriam incoleret, et in ripa Eridani amnis quam quidam Padum vocant, cum vidiſſet corpus phaetontis a ſororibus eius ablui, pari calamitate eſt concuſſus, plus nam iuſto deflendo propinqui interitū, Deorum voluntate in volucrem cygnum abijt qui peroſus cęleſtem ignem, paludes ac flumina quibus inſeneſceret eſt ſecutus. Hęc phanocles in cudidibus auctor.

RAPH. Cygnus Affuit huic monſtro, cygnus Sthenel filius, rex Ligurię phaetonti, et ſanguine minimo, et ſumma beniuolentia deuinctus, cum relicta Liguria ad padi ripas veniſſet, multumq; amici caſum defleſſet, in auem ſui nominis fuit commutatus, quę ignes peroſas aquas ſibi elegit incolendas. Affuit, interfuit. Huic mōſtro, quo Heliades in populos arbores, ipſarum autem lachrymę in electra fuere conuerſę. Monſtrum Monſtrum dicitur a monſtrando vel, ſiue a monendo (vt Accio placet) quaſi moneſtrum quod nos futurorum moneat. ſed aliquando pro miraculo ponitur, vt hoc loco. Prole Stheneleia, progenies Stheneli. Nā Li. po. Liguria Italię regio eſt inter amnes Varum et Macram ſita, Thuſcię contermina, cuius caput Genua eſt, vnde Liguſtonica fuit cognominata. Liguria Liguria autem a Liguſtro phaethontis filio fertur cognominata. Illius incolę Ligures appellantur. Cum vox eſt te. tenuis ac gracilis facta. Caneq; capillos Diſſimulant plumę, capilli inquit cani in plumas itidem canas fuere conuerſi. Cygnus in olores Porrigitur, prolongatur. Iunctura, copulatio, nam cygnorum digiti et rubent, et quadam cartilagine iunguntur. Tenet os ſi. acu. ro. Os inquit in roſtrum obtuſum ac ſine vllo acumine fuit conuerſum. Nec ſe cęloq; Ioniq; Credit hoc eſt nec ſe aeri, ętherine committit. Hoc autem idcirco fingitur, quod cygni nunquam altius volant. Miſſi inquit iacti fulminis.

Cum vox eſt tenuata viro, caneq; capillos
Diſſimulant plumę, collumq; a pectore longe
Porrigitur, digitoſq; ligat iunctura rubentes.
Pēna latus velat, tenet os ſine acumine roſtrum.
Fit noua Cygnus auis, nec ſe cęloq; Ioniq;
Credit, vt iniuſte miſſi memor ignis ab illo,
Stagna petit, patuloſq; lacus, ignemq; peroſus,
Quę colat, elegit, contraria flumina flammis.
Squallidus interea genitor Phaethontis, et expers
Ipſe ſui decoris, qualis cum deficit orbi,
Eſſe ſolet, lucemq; odit, ſeque ipſe, diemq;.
Datq; animum in luctus, et luctibus adijcit iram,
Officiumq; negat mundo. ſatis inquit ab ęui
Sors mea principijs fuit irrequieta, pigetq;
Actorum ſine fine mihi, ſine honore laborum.
Quilibet alter agat portantes lumina currus.
Si nemo eſt, omneſq; dij non poſſe fatentur,
Ipſe agat, vt ſaltem dum noſtras tentat habēas
Orbatura patres aliquando fulmina ponat.
Tunc ſciet ignipedū vires expertus equorum
Nō meruiſſe necem, qui non bene rexerit illos
Talia dicentem circumſtant omnia Solem
Numina, neu velit tenebras inducere rebus.
Supplice voce rogāt. miſſos quoq; Iuppiter ignes
Excuſat precibuſque minas regaliter addit,
Colligit amentes, et adhuc terrore pauentes
Phębus equos, ſtimuloq; dolēs, et verbere ſęuit.

Ignemq; pe. odio ignem habens.

Fabulę quintę ſecundi libri argumentum.

Squallidus etc. Iuppiter cum reliquias torrentis ignis proſequeretur, vt laborantibus opē ferret mortalibus, cum circa mōtes Archadię, vbi genitus exiſtimatur, vagaretur, in Caliſtos Lycaonis filię icidit amorem. Cui cum poſtea de explemento deſyderij ſui admonuiſſet, fruſtrataſq; voces ſuas intellexiſſet, aſtu eas ſubijt, in Dianę nanq; ſexū ſe reiecit ac ſangatę ornatus pharetra, ſagittiſq; velut Diana occurrit, ac veſte pariter poſita virgo Iouem experta eſt. Neq; idō a Iunone imęrenti de bellū remiſſū eſt. Nā confeſtim pellicatu eius incenſa, ne amplius pulchritudine cōiugem caperet, in vrſam eā transfigurauit, quę a Ioue cum Arcade filio, quem erat enixa inter ſydera collocatur, a grecis autem helice a noſtris ſeptētrio nuncupatur, et a Tethy et Oceano ob Iunonis iras inter cęteram ſyderis lequore non tingitur vt auctor Heſio. indicat vel alij. Sed lucet in auſtris caliſto renouatq; ſuos ſine fluctibus ignes.

RAPH. Squallidus interea genitor, męrorem deſcribit phębi, quē ex phaethontis filij morte cōceperat, quo concinnius transfigurationem Caliſtus et Arcadis in vrſas exponat. Et expers ſui decoris ſine parte ſui ſplendoris et ornatus. Qualis cum deficit orbi, tunc. n. obſcurus eſſe videtur, cum illius lumē terris auferet. Datq; animum in luctus, luctibus indulget. Officiumq; negat mundo, ait ſe nolle mundo bnficiū pſtare ipſum illuſtrando. Satis inquit ab ęui, ita conqueritur phębus, vt Iouem in inuidiam odiumq; trahat. Ipſe agat, inuidioſe ac ſi diceret, qui tam potens, terribiliſq; eſt.

Tentat, tenet, retinet. Eſt enim a teneo deriuatum. eo quod per n ſcribitur. Nam tempto, quod experiri ſignificat a tenendo deduci videtur. Tentare Tēptare Orbatura, filijs priuatura. Orbare nanq; eſt aliqua re chara (vt ſunt filij atque oculi) priuare. Vnde orbi oculis, filijſue, aut parentibus priuati dicuntur. Orbare Orbi

Tunc ſciet igni pedum, ordo eſt et ſenſus. Tunc

Iuppiter

Sęuit enim,natumq; obiectat,ꝛ imputat illis,
At pater omnipotens ingentia męnia cęli
Circuit,ꝛ nequid labefactum viribus ignis
Corruat explorat,quę poſtꝗ firma,ſuiq;
Roboris eſſe videt.terras,hominumq; labores
Perſpicit.Arcadię tamen eſt impenſior illi
Cura ſuę,fonteſq;,ꝛ nondum audentia labi
Flumina reſtituit.dat terrę gramina,frondes
Arboribus.lęſaſq; iubet reuireſcere ſiluas.
Dum redit,itq; frequens,in virgine Nonacrina
Hęſit.ꝛ accepti caluere ſub oſſibus ignes,
Non erat huius opus lanam mollire trahendo,
Nec poſitus variare comas,ſed fibula veſtem,
Vitta coercebat neglectos alba capillos,
Et mō leue manu iaculū,mō ſumpſerat arcū.
Miles erat phębes,nec Męnalon attigit vlla
Gratior hac triuię,ſed nulla potentia longa eſt.
Vlterius ſpatium medio ſol altus habebat,
Cum ſubit illa nemus,qđ nulla ceciderat ętas,
Exuit hic humero pharetram,lentoſq; retendit
Arcus,inq; ſolo quod texerat herba,iacebat,
Et pictam poſita pharetram ceruice premebat,
Iuppiter vt vidit feſſam ꝛ cuſtode vacantem,
Hoc certe furtum coniunx mea neſciet, inquit,
Aut ſi reſcierit,ſunt ob ſunt iurgia tanti?
Protinus induitur faciem,cultumq; Dianę,
Atq; ait,o comitum virgo pars vna mearum
In quibus es venata iugis?de ceſpite virgo
Se leuat,ꝛ ſalue numen me iudice dixit,
Audiat ipſe licet,maius Ioue,ridet,ꝛ audit,
Et ſibi pręferri ſe gaudet,ꝛ oſcula iungit
Nec moderata ſatis,nec ſic a virgine danda.
Qua venata foret ſilua narrare parantem
Impedit amplexu,nec ſe ſine crimine prodit,
Illa quidē contra,quantum mō foemina poſſet
Aſpiceres vtinam ſaturnia,mitior eſſes.
Illa quidem pugnat,ſed quę ſuperare puella?

Tunc Iuppiter expertus vires ignipedum et velocius equorum ſciet eū,qui illos bene nō rexerit mortem non meruiſſe. Miſſos ignes,miſſa fulmina in phaethontē. Regaliter,impioſe ac eo iure qđ ſūt reges. Verbere,flagello et ſcutica.

RAPH. SÆVIT,furit,ac ſęuitiā in equos nihil mali merites exercet. At

Sęuire. pr omnipotens,hęc idcirco a poeta narrantur quo commodius Caliſtus et arcadis mutationes in sydera cum ſuperiore metamorphoſi connectat.

Explorare Explorat, diligenter inquirit. Vnde exploratores qui hoſtium conſilia ſcrutantur.

Impenſior, maior. Suę Arcadię a ſe amatę. Siue propter Maiam, quę in Cyllene ipſius Arcadię monte Mercurium peperit, ſiue ad illud poeta alludit,quod Arcades non minus ꝗ cretenſes apud ſe natum eſſe Iouem contendunt, vt et in Hymno Callimachus in Iouem, et Pauſanias in Arcadicis ſcribunt.Vnde et Luſius Arcadię fluuius dictus

Luſius eſt,ꝙ in eo Iuppiter infans lotus eſt.

In virgine Nonacrina,Virginem Nonacrinam appellat Caliſtonem Lycaonis filiam, quam cum vidiſſet Iuppiter,ita excellenti eius pulchritudine captus eſt,vt cum blanditiis ea potiri non poſſet,ſe finxerit eſſe Dianam, cuius Caliſto fidiſſima comes erat.Hac igitur arte compreſſa ab Ioue cum Arcadem peperiſſet, in vrſam ab Iunone, ne iterum Ioui placeret,conuerſa eſt, Eam vero cum filius Arcas iam adultus in venatione ferire vellet, miſeratione Iouis ambo in ſydera fuerunt tranſlati, ac iuxta polum, qui ab ipſis arcticus fuit cognominatus,collocati.Quod quidem cum Iuno animaduertiſſet.Tethym nutricem rogauit,ne nunquam permitteret eas in mare deſcendere.Ideoq; ſeptentriones nunquam occidere dicuntur.Sane Hyginus varias priſcorum de Caliſtus mutatione refert opiniones, quas ſi quis ad huius fabulę expoſitionem aliquid conferre ſpectabit,illinc ſumat licebit. In virgine Nonacrina.Nonacris et vrbs ꝛ mons eſt Arcadię, vnde Nonacrinus declinatur.

Nonacris.

Ignis Hęſit,fixus eſt. Accepti ignes, amores concepti.Ignis enim frequenter pro amore ponitur a poetis, vt namq; ligna comburuntur igne, ſic iuuenū corda amore dicuntur ardere.

Caluere, inflammati fuere. Lanam mollire,filare, ac ſubigere lanam.

Variare, variis coloribus ornare. Id quod laſciuę virgines maxime facere ſolent. Sed fibula,cingulum.A parte nāq; intelligimus totum. Vitta alba,tegmen eſt capitis vitta, qua mulieres continent capillos. Alba, nō variorum coloris qualibus laſciuę virgines delectantur.

Vitta

Neglectos capillos,impexos,inornatos. Coercebat, conſtringebat.

Miles erat phębes, Dianę, quę eadem cum Luna eſſe putatur. Nec Męnalon attigit vlla. Męnalus mons Arcadię celeberrimus et vrbs clariſſima a Męnalo Lycaonis filio condita.

Mēnalus

Triuię Dianę,ꝙ in triuiis coli conſueuerit.

Sed Nul.po.lon.eſt,ſententia generalis, quę in dies verior eſſe probatur. Vlterius ſpa.meridiem iam pertranſiſſe ſignificat.Sol enim vlt,

viuꝫ medium ſpatium cęli tunc tenere dicitur, cũ maior pars diei preteriuit. Quod nul.ce.ętas innuit nemus illud vmbroſiſſimus, opaciſſimũq; fuiſſe, vt cuius arbores nullo vnquam tempore fuerant cęſę. Nulla ęta.nullius ętatis homines. continens enim pro contento per metonymiam frequenter ponitur a poetis.

am.impleat amplectendo. Nec ſe ſine cri.prodit.hoc eſt nec ſe manifeſtat ſine vi puellę illata. Illa quidem contra, pugnat ſubaudiat.r, id eſt repugnat. Aſpiceres vtinam Satunia, hęc per parentheſim Iunoni a poetam dicuntur in caliſtus defenſionem.

Exuit, hic, depoſuit illic et in illo ne more pharetram. Eſt enim aduerbiũ pro aduerbio poſitum. Lentoſq; retenat. flexibiles arcus remiſit. Arcus enim niſi retendantur molles efficiuntur, vt ipſe in Epiſtolis inquit. Si nunquam ceſſes tendere molis erit. Re antes prępoſitio ſępenumero mutat verba cum quibus componitur in cõtrariam ſignificationem, vt tego retego. ſigno reſigno. tendo retendo. Feſſam, laſſas et defatigatam.

Re.

Hoc fur.hoc ſtuprum. Furta nanq; et ſtupra dicunt, q̃ furtim committantur. Sunt oh ſunt iurgia tanti; ac ſi diceret iurgia nequaq̃ tãti ſunt ęſtimanda vt me voluptate huius potiendę virginis priuent, Oh autem hoc loco contemnentis eſt interiectio. Protinus ind.faciẽ, Iouis trãsmutationes in Dianam obiter exponit poeta. Cultum habitum. ornatum.

Furtum

In quibus in. in quibus montibus. De ces.vir.ſe le. de terra ingt Caliſto ſurgit. Ceſpes autem terra eſt cũ ꝓpria herba auulſa.

Ceſpes

Nec ſic a vir.dẽ. laſciniora nanque erãt, q̃, vt virgini cõuenirent. impedit

Quiſme ionẽ poterat, ſuperq; petit ęthera victor
Iuppiter, huic odio nemus eſt, ⁊ conſcia ſylua.
Vnde pedem referens, pene eſt, oblito pharetrã
Tollere, cum telis, et quem ſuſpenderat arcum.
Ecce ſuo comitata choro Dictynna per altum
Męnalon ingrediens, & cęde ſuperba ferarũ
Aſpicit hanc, viſamq; vocat clamata refugit
Et timuit primo, ne Iuppiter eſſet in illa.
Sed poſtq̃ pariter nymphas incedere vidit,
Senſit abeſſe dolos, numerũq; acceſſit ad harũ
Heu q̃ difficile eſt crimen non prodere vultu
Vix oculos attollit humo, nec vt ante ſolebat,
Iuncta Deę lateri, nec toto eſt agmine prima;
Sed ſilet, & lęſi dat ſigna rubore pudoris.
Et, niſi quod virgo eſt, poterat ſentire Diana
Mille notis culpam, nymphę ſenſiſſe feruntur,
Orbe reſurgebant Lunaria cornua nono,
Cum Dea venatu fraternis languida flãmis
Nacta nẽus gelidũ, de quo cũ murmurẽ labẽs



Ibat, & attritas verſabat riuus harenas.
Vt loca laudauit, ſummas pede contigit vndas
His quoq; laudatis, procul eſt, ait, arbiter oĩs.
Nuda ſuperfuſis tingamus corpora lymphis?
Parrhaſis erubuit, cunctę velamina ponunt.
Vna moras quęrit. d_u_bitanti veſtis adẽpta eſt
Qua poſita nudo pa_tu_it cum corpore crimen
Attonitę manibuſq; _v_terum cęlare volenti

RAPH. Victor

VICTor, voti compos effectus. Et cõſcia ſilua, ſtupri ab Ioue illati. Vñ pedem referens. ex q̃ ſilua recedens. Ecce ſubitum aliqd, repentinũq; malum apud Ciceronem, Virgiliumq; ſigt, apud alios etiam bonum aliqñ deſignat. Dictynna, Diana dicit̃ ἀπὸ τῶν δικτύων, hoc eſt a retibus. Cuius nominis à Solino talis cauſa aſſignatur. Britomare nympha cum virginitatem ſuam Dianę vouiſſet, ſe I mare precipitauit, ne a Minoe Cretę rege violaretur! Cum vero ab hoc ſpa peſtis Cretam inuaſiſſet, reſpõſo accepto, virginis cadauer retibus enari extraxerunt, eamq; Dyctinnas appellauerunt, ac Dianę ędes extruxerunt, quę a nomine virginis Dictynna fuit appellata.

Ecce

Dictynna

Heu q̃ difficile eſt. ſententia loco accõmodata. Prodere, detegere, manifeſtare. Prodi autem ꝓprie arcana dicũtur. Vix oculos eleganter mores pudicę virginis violatę effingit poeta. Mille notis, ſignis. Numerus enim finitus pro infinito fere a poetis vſurpatur.

Prodere

Orbe nono, menſe nono. Luna enim ſingulis quibuſq; mẽſibus ſuũ reparat orbem. Cum Dea venatu, ſic quidem fere

Virgil.ſed in vetuſto exemplari venatrix rectius mi hi ſcriptum eſſe vr. vt ſit Dianę periphraſis. Fratri nis languida flammis, defeſſa feruoribus Solis ſui fratris. Nam Diana (vt diximus) eadem eſt cum Lu na, quę Soli perhibetur ſoror eſſe. Verſabat, volue bat. Attritas, ob continuum ſiuxus. Vt loca lau

pedibus manuum vice funguntur, eoſq; erigunt.

Ah quo. ſo. priſtinam mentem Caliſtoni reman ſiſſe multis colligit argumentis, neq; n. ſe Vrſam eſſe putabat. Miſeret autem calamitatis illius poe ta. Sola ſil. deſerta et ab holbus non habitata Oblita quid eſſet, oblita ſe eſſe vrſam. Horruit, cũ — Caliſto Vrſam

danit poſtq̃ loca lan danit diana, q̃ pul chra erant et amęna, aquas pedibus tetigit Tingamus, made faciamus. lauemus. Arbiter omnis, te ſtis nemo adeſt. Parrhaſis, caliſto a Parrhaſia vrbe Arca dię, quę a Parrhaſo vno ex Lycaonis fi lijs cognomina fuit Parrhaſis vocatur. Velamina ponunt veſtes deponunt. Vna moras quęrit, ſola caliſto veſtem deponere nõ curat. Adempta eſt ui de tracta ab alijs Dia nę comitibus. Virg: vteri tumorẽ. Graui da.n. erat ac partui propinq. Cynthia, Diana a Cynthio Deli monte. Secede re, abire, et recedere. Id ipſum Indoluit Iuno, hęc parenthe ſis iunonis indigna tioniſq; cãm oñdit, Nõ n. tam doluit Iuno q̃ a Ioue ſtuprata foret, q̃ q̃ puerum peperiſſet. De pellice Caliſtone, vt latine — Parraſis — Cynthia

I procul hinc dixit, nec ſacros pollue fontes
Cynthia, deq; ſuo iuſſit ſecedere cętu.
Senſerat hoc olim magne matrona Tonantis
Diſtuleratq; graues in idonea tpa pęnas,
Cauſa morę nulla eſt, ⁊ iã puer Arcas (id ipm
Indoluit iuno) fuerat de pellice natus.
Quo ſimul obuertit ſęuã cũ lumine mentem,
Scilicet hoc etiam reſtabat adultera dixit,
Vt foecunda fores fieretq; iniuria partu
Nota, Iouiſq; mei teſtatum dedecus eſſet,
Haud impune feres, adimam tibi nãq; figurã,
Qua tibi quaq; places nr̃o iportuna marito.
Dixit, & areptam prenſis a fronte capillis
Strauit humi pronã tendebat brachia ſupplex.
Brachia cęperunt nigris horreſcere villis,
Curuariq; manus, & aduncos creſcere i vngues
Officioq; pedũ fungi, laudataq; quondam
Ora Ioui lato fieri deformia rictu.
Neue preces aios, & verba precantia flectant,
Poſſe loqui eripitur. vox iracunda, minaxq;,
Plenaq; terroris rauco de gutture fertur.
Mens antiqua manet, facta quod mãſit in vrſa
Aſſiduoq; ſuos gemitu teſtata dolores,
Qualeſcũq; manus ad cęlũ, ad ſydera tollit,
Ingratũq; iouẽ nequeat cum dicere, ſentit.
Ah quotiens ſola non auſa quieſcere ſilua,
Ante domum, quondãq; ſuis errauit i agris.

quodam horrore tre muit. Quãuis pater eſſet in illis. Lycao nem.n.Caliſtonis pa trem in lupum ſuis ſe conuerſum in primo narrauit poeta. Ec ce Lycaonię proles, Arcas iouis filius ex Caliſtone, cum qnde cim annorũ eẽt ma tri in vrſam conuerſę interuenandũ obuia uit, quam quidem cũ ferire vellet matrem eſſe ignorans, Iouis miſeratione ad syde ra vna cum matre ſublatus Arctophy lax (vt ſcribit Hygi nus) fuit appellatus. Inde autem polus arcticus nomen ac cepit. Nam ἄρκτος vrſa interpretatur. Id vero cum Iuno animaduertiſſet, Tethys Oceani vxorem ro gauit, ne vnquam eas in mare deſcen dere permitteret, ac ea de cauſa ſepten triones nunquam occidere poſſunt. Ele ganter autem Oui dius filij mutatio nem cum matris — Arcticus polus

nomen grecum declinemus. Quo ſimul obuertit et oculos et animum in Arcadem e caliſtone natum, excandeſcere verbis cępit. Quo, in quem puerum. Simul. poſtq̃. Scilicet hoc &. affectui ſeruit et indi gnationi hoc aduerbium. s. Fere autem Iuno indi gnata loqui fingitur a poetis. Vt foecunda fores, conciperes. Fęcundę.n. dicuntur. quę concipiunt. Teſtatum, tanq̃ teſtimonio approbatum. Haud impune feres, non abibis impunita. Stra uit, proſtrauit, proiecit in terram. Horreſcere, horrida et aſpera fieri. Deformia, turpia. Lato rictu, amplo oris foramine et ſpatio. Poſſe loqui, facultas loquendi. Mens antiqua priſtinus animus. Manet, in vetuſtis exemplaribus non ma net, ſed tamen recte ſcriptum eſſe videtur. Qualeſcunque manus, nam niſi prioribus — Scilicet — RAPH.

transfiguratione conectit. Ab hoc aũt Arcade q̃ poſt Nyctimum fratrem regnauit, regio pro pelaſgia Arcadia, et Arcades pro pelaſgis appellati fuerunt, vt pauſanias ait. Ter quinq; ferens natalibus an nos, hoc eſt annos quindecim natus. Natale autem qui et natalis dicitur, dies eſt quo quiſq; naſcitur, Virg. Meus ẽ natalis Iola Ab Oui. ãt diſcrepat pau ſanias, q̃ Arcadẽ et nymphã vxorem duxiſſe noĩe Erato, et ex ea tres filios ſuſtuliſſe ſcri. Aza. Aphidã ta. et Elatũ, aũ q̃s Autolaus nothus ipſi natus ferẽ. Saltus ap. ſilua venatiõi accõmodatas. Saltus nãq; a ſaliẽdo deducit, q̃ fere ĩ illo ſaltus edãt. Vñ ſaltua rij ſaltuum et agrorũ cuſtodes vocantur. Nexilibuſq; pla .retibus connexis. Multis enim nodis retia nectunt plaga autem prima breui re te ſignificat. Longa vero vulnus deſignat. Erymanthidos, montis Erymanthi, qui eſt in Ar cadia. Ambit, circundat circuit. Et cog. ſi fuit ita — Arcadia — Natalis — Saltus — Plaga

inquit reſtitit caliſto, vt Arcadem filium cognoſcere videret. Neſcius, ignarus eſſe matrem. Que reſtetit vt ipſum expectaret. Propius ac. fu. noluit, recuſauit.

LACT. Fabulę ſextę ſecundi libri argumentum.

Vulnifico etc. Caliſto ſupradicta cum filio Arcade in syderibus a Ione tranſlati ſunt.

Ah quotiens ꝑ ſaxa canum latratibus acta eſt,
Venatrixq; metu venantum territa fugit.
Sępe feris latuit viſis, oblita quid eſſet,
Vrſaq; conſpectos in montibus horruit vrſos,
Pertimuitq; lupos, quamuis pater eſſet in illis.
Ecce Lycaonię proles ignara parentis
Arcas adeſt ter quinq; ferens natalibus annos.
Dumq; feras ſeqtur, dum ſaltus eligit aptos,
Nexilibusq; plagis ſiluas Erymanthidos ambit
Incidit in matrem, quę reſtitit arcade viſo,
Et cognoſcenti ſimilis fuit, ille refugit,
Immotosq; oculos in ſe ſine fine tenentem
Neſcius extimuit, propiusq; accedere fugit.
Vulnifico fuerat fixurus pectora telo,
Arguit omnipotens, pariterq; ipſosq; nefasq;
Suſtulit, & celeri raptos per inania vento
Impoſuit celo, vicinaq; sydera fecit.
Intumuit iuno, poſtq̃ inter sydera pellex
Fulſit, & ad canã deſcendit in ęquore Tethym.
Oceanũq; ſenem, quorum reuerentia mouit
Sępe Deos, cauſam vię ſcitantibus inquit.
Queritis ęthereis quare regina Deorum
Sedibus hic adſum. pro me tenet altera celum.
Mentiar, obſcurũ niſi nox cum fecerit orbem,
Nuper honoratas ſummo mea vulnera celo
Videritis ſtellas illic, vbi circulus axem

RAPH. Vulnifico telo, vulnus inferenti iaculo. Arguit oĩpotens, arguit quidem legitur ſed arcuit, hoc eſt vetuit et prohibuit, ſen ſui magis conueniēte vĩ, vetuit namq; Iuppiter ne Arcas telus dirigeret in matrem Pauſanias autem ſcri. Caliſto in vrſam mutatam in gratiam Iunonis a Diana ſagittis fuiſſe confixam ac Mercurium ab Ione miſſum, qui puerum quem Caliſto in vtero gerebat, ſeruaret. Ipſamq; caliſto factam eſſe ſtellam, quę maior vrſa et ἑλίκη vocatur. Ne faſq; hoc eſt Parricidium, quod arcas ignarus perpetraturus erat, abſtulit, plerunq; autem poetę duo diuerſa vno verbo ſignificant. Nam ſuſtulit ſignificat, et in altum tulit quã in ſignificatione ad ipſos refertur, et abſtulit et remouit, quę ſignificatio nefas reſpicit. Per inania, per aerem qui inane quoq; dicitur, q; vacuus eſſe videatur.

Tollere

Vicinaq; sydera fecit, maior namq; vrſa et arctophylax vicina ſunt, ac propinqua sydera, quę eadem eſſe cum plauſtro et ſeptentrionibus perhibentur. Nam arctophylax idem eſt cum Boote, qui et vrſam ſequi ac cuſtodire, et plauſtrum agere videtur. Intumuit indignata eſt.

Arctophylax

Tethys

Ad canam Tethym, Thetys celi et Veſtę filia fuiſſe dicitur, vxor Oceani, ac Iunonis nutrix, multorumque Deorum mater. Pro mari autem quemadmodum et Oceanus accipitur. Tethys vero Tethyos declinari notum eſt. Cum Tethis pro Achillis matre, aliter et ſcribatur et declinetur. Nã prima aſpiratur, et ſecunda i latinum habet, et Thetidis in genitiuo facit.

RAPH. Quorum reuerentia mouit, Oceanus et Thetys magno in honore ſunt apud omnes Deos, quia antiquiſſimi ſunt. Pro me, loco mei. Mentiar, mentiri dicar. Mea vulnera, meos dolores ẽ cruciatus. Illic vbi circulus axem, hoc eſt polum ſeptentrionalem, vbi eſt vltimus ac breuiſſimus circulus. Arcticus. n. et antarcticus circuli et vltimi ſunt, et aliorũ breuiſſimi. Eſt vero cur quis, ironia idignationis plena. Offenſamq; tremat timeat me lęſam. O ego quãtus egi ironicos hęc a Iunone dicũ, ac ſi diceret, paruum ac potius nihil egi. Eſſe hoſtem vetui, oſtendit Iuno ſe nocendo profuiſſe. Sontibus, nocentibus pellicibusq; meis. Vindicet antiquas faciem, modo Iuppiter quem Iuno irata non nominat, ſubaudiatur. Optat autem Iuno, vt Caliſto in humanam faciem potius vindicetur, et reuocetur, q̃ inter sydera conſtituatur. Vindicare autem aſſerere eſt et reuocare. In antiquas vero faciem in ſoluta diceremus omnino ne. Quod in ante phoronide fecit, ordo eſt. Quod ante in phoronide fecit. Phoronide, in Io phoronei nepte, quę cum in vaccam (vt vidimus) Iunonis metu fuiſſet conuerſa, humanę formę tandem a Ioue fuit reſtituta. Cur non expulſa ducit Iunone, pulchra ironia, qua id concedere videremur, quod maxime nolumus Sic Dido apud Virgilium libro. iiij. I ſequere Italiam ventis, pete regna per vndas. Ducit, vxorem ſubaudiamus. Tangit, commouet. Alumnę nam Iuno a Tethy fuit educata. Gurgite cęruleo, a mari nigro et profundo. Eſt enim tapinoſis et magnę rei humilis expoſitio, nam gurgitem qui fluuiorum eſt, pro Oceano poſuit poeta.

Vindicare

Prohibete, arcete. Septentriones, maiorem vrſam cum Arctophylace. Ne puro tingatur in ęquore pellex ne caliſto pellex et concubina Iouis in purum mare deſcendens illud inquinet et foedet. Dij maris annuerant, Oceanus et Tethys nutu promiſerant ſe prohibituros ne ſeptentriones in mare deſcẽdãt. Ingreditur, itur. Liquidum aera tenuẽ ac purũ. Pauonibus pictis, varijs coloribus diſtinctis. Currus ẽ Iunonis a pauonibus trahi putatur.

Fabulę

Fabulę ſeptimę ſecundi libri argumentū.

LACTA. TAM nuper pictis cęſo et. Coruus volucris in[i]tio naturę candidis pennis plumatus fuit, ſed ga Coronidā Coronei filiam indicauerat Apollini in adulterio morari, ita pp acerbiſſimum indicium flagrantis Dei ſagittis ↄfixa eſt. Ex eo ille niger ex candido factus. Ex hac et Apolline naſcit Æſculapius, quē pt exciſo vtero matris cum ea rogo eſſet impoſita, abſtulit is ad Chironem a patre in peliū delatus eſt montem, vt ab eo incrementus ſimulq; ſcientias acciperet medendi.

RAPH. TAM nuper pictis, hi ad connexionem mutationis ſequentis apte faciendam inſerunt. Ceſo Argo, interfecto argo cuius oculi cau dę pauonis a Iunone fuerunt appoſiti, vt in primo narrauit poeta. Quam tu nup eras, Coruus initio quidem fuit candidus, ſed cum eius indicio Apollo cognouiſſet Coronida amicam cū alio quodam iuuene rem habere, eamq; ſagittis interfeciſſet, pueruq; Æſculapiū exciſo vtero extraxiſſet, pęnitētia ductus coruum indicem ſi bi aliqd premij ſperant ex albo nigrum effecit. Corue loqx Apoſtrophe ad coruum, qua ſignificat poeta illū ſuę loqcitatis merito pęnas dediſſe. Argentea, alba, vt eſt argentū. Sine labe, ſine macula. Nec ſeruaturis, alludit ad id qđ Liuius in pma decade narrat. Cū enim Galli ſenones olim obſediſſent capitolium noctuq; aſcēdiſſent, clangore anſerum (cum canes minimam ſentirent) excitati cuſtodes eos deturbauerunt. Quare et anſeres in magno honore habiti, et canes fuere crucifixi. Nunc eſt contrarius albo niger, qui color albo eſt oppoſitus.

Coruus ex albo niger

Vlti mus extremū, ſpacioq; breuiſſimus ambit.
Eſt vero cur quis Iunonem lędere nolit?
Offenſamq; tremat, quę proſum ſola nocendo?
O ego quantū egi. q̄ vaſta potentia noſtra eſt.
Eſſe hominem vetui facta ē Dea. ſic ego pęnas
Sontibus impono, ſic eſt mea magna poteſtas.
Vindicet antiquam faciē, vultuſq; ferinos
Detrahat, argolica qđ in ante phoronide fecit,
Cur non expulſa ducit Iunone, meoque
Collocat in thalamo, ſocerūq; Lycaonia ſumat
At vos ſi lęſę tangit contemptus alumnę,
Gurgite cęruleo ſeptem prohibete triones,
Sydeaq; in cęlum ſtupri mercede recepta
Pellite, ne puro tingatur in ęquore pellex.
Dii maris annuerat. habili ſaturnia curru
Ingreditur liquidum pauonibus aera pictis,
Tam nuper pictis cęſo pauonibus argo,
Quam tu nuper eras, cum cādidus ante fuiſſes,
Corue loquax ſubito nigrantes verſus in alas.
Nam fuit hęc quondam niueis argētea pennis
Ales, vt ęquaret totus ſine labe columbas,
Nec ſeruaturis vigili capitolia voce
Cederet anſeribus, nec amanti flumina cygno.
Lingua fuit damno lingua faciente loquaci,
Qui color albus erat, nunc eſt contrarius albo.
Pulchrior in tota, q̄ Lariſsęa coronis
Nō fuit Aemonia. placuit tibi Delphice certe
Vel dum caſta fuit, vel inobſeruata: ſed ales
Senſit adulterium phębeius, vtq; latentem
Detegeret culpam non exorabilis index
Ad dominū tendebat iter, quē garrula motis
Conſequitur pennis, ſcitetur vt omnia cornix
Auditaq; vię cauſa, non vtile carpis
Inquit iter, ne ſperne meę pręſagia linguę.
Quid fuerim, quid ſimq;, vide, meritūq; require

Fabulę octauę ſecundi libri argumentum.

PVLchrior in tota q̄ Lariſſea coronis et. Coronis coronei filia refert coruo, ne inditium Apollini faceret, cū igitur Minerua Ericthonium Vulcani filium, quod ex complexu in terrā ceciderat, ſuſtuliſſet, et comitibus ſuis pādroſo, Herſe, Aglauro q; filijs ciſtula īcluſū cuſtodiendum tradidiſſet, monuiſſetq; ne qs eius id ↄſp iceret. Corōis ſupradicta nobiliſſima ṽginū cuſtodibus ciſtulā laxatā et īſpectā draconē repiſſet, diuulgauit. Quāobrem Dea a ſe alienauit, q̄ cu ſolitudine in littore oblectaretur, Neptunus ꝓcul ↄſpecta venere eius incaluit, cu vim afferret, ab eadem Dea pp virgīnitatē tenaciter cuſtoditā in aues cornicē ↄuerſa eſt. ita vt tēplo dei admōeret. LACTA.

QVAM Lariſſęa Coronis, due fuerūt Coronides, quaꝝ al tera ab apolline, altera a neptuno fuit adamata. Lariſſęa ex Lariſſa Theſſalię vrbe. In tota Æmonia, Theſſalia. Inobſeruata, icuſtodita. Ales phębeius, coruus ab Apolline Coronodi cuſtos ad habitus. Nō exorabilis idex, q nullis ꝓcibus potuit flecti, ne id qđ viderat indicaret. Tēdebat iter, ibat. Garrula cornix, narraturus poeta quēadmodū Coronis phocaica ī cornicē fuit mutata eleganter (vt ſolet) fabulā fabulę ↄnectit. cornicē āt ipſas inducit Coruū ad monentē vt taceat. ac qđ ſibi euenerit, qr linguā cohibere neſcinit, narrātes. Coronis. n. filia fuit Coronei phocidos regis, q̄ a Neptuno adamata, ne violaret ope palladis in cornicē fuit ↄuerſa, ac palladis ipſius comes effecta. Cętꝫ cū Palladi nūciaſſet. Cęcropis filias ciſtā, in q̄ Ericthoniū ex ſemine Vulcani natū ipſa Pallas clauſerat, ↄtra deę mandatū apuiſſe

RAPH. Coronides due

Coronis

a comitatu Minervę fuit repulſa. Sciturus, roget vt ſciat. Pręſagia, ꝑdictiones. Quid fueris, comes nanq; fui Minervę. Quid ſum, nunc a comitatu Minervę repulſa contemnor. Nam tpe quodam Vulcanus (vt narrat Lactā.) cū Diis arma feciſſet eiq; Iuppiter optionem dediſſet ꝑmij, qḋ vellet poſtulandi. Iuraſſetq; per ſtygem paludē, ſe nihil negaturū, Minervę nuptias poſtulavit. Quod quidem Iuppiter aſtrictus religione cū negare nō poſſet. Palladem admonuit, vt clauſo fabro repugnaret, ac pudicitiā defenderet. Vulcanus cum igitur Palladi tanq̄ vxori ſibi a Ioue tradite, qua blanditijs potiri non poterat, vim inferret, eaq; reluctaret, forte ſemen ipſius in terras cecidit, ex quo qdem et terra natus ē Erichthonius Vulcani ſine matre filius, pedes habens anguinos, quos vt tegeret prius currū excogitaſſe dr. Erichthonius aūt his terrę interpretaẽ ſpis nanque lis ſine ꝯtentio, χθὼν terra appellaẽ. Sine matre, nam ex ſolo Vulcani ſemine, qḋ in terrā cecidit natus ē. Actęo Attico. Nā Attica (vt ſcri. Pauſanias) ꝑus Actęa ab Actęo, q ꝑmus Athenis regnaſſe ferẽ. Deide Attica ab Attide Cranai regis filia fuit cognolata. Gemino, de Cęcrope. Cęcrops idcirco geminus ac biformis dr, q ex pte hō, ex pte ſerpens fuiſſe vulgatus ē. Quod qdem idcirco fictū fuiſſe Demoſtenes ait q et prudentia in ꝯſulijs ſumma eſſet, et in rebus agendis viribus et audacia vtereẽ. Vt aūt refert Iuſtinus, matrimoniū ac nuptias (hoc eſt maris et foeminę ꝯiunctionē primus īſtituit. Is aūt ex Sai vrbe Ęgypti Athenas ꝓfectus, Actęonis q primus in Attica regnavit filiā duxit vxorē, eiq; in regno ſucceſſit. Vñ Athenienſes Cęcropidę vocanẽ. Et tres filię fuerunt Pādroſos. Herſe. Aglauros qbus nola indidit ab ijs, qbus fruges maxime aluntẽ. Pandroſos. n. et Herſe a rore. Aglauros vero ἀπὸ τοῦ ἀγραυλεῖν, hoc eſt a ſtabulando in agris vr̄ appellata. Nec ignoro me, vt eſt in exemplaribus depravatum, Aglauron legiſſe et expoſuiſſe. Nuper vero aīadverti Agraulon ea de cā quam ſcripſi. fuiſſe nolatam. Quare Agraulos vbicunq; Aglauros hactenus lectum eſt, mihi vr̄ eſſe reponendum

Erichthonius

Actęa

Cęcrops

Pandroſos

Herſe

Aglauros

Inuenies nocuiſſe fidem. nā tempore quodam
Pallas Erichthonium ꝓlem ſine matre creatā
Clauſerat Actęo texta de vimine ciſta.
Virginibuſq; tribus gemino de Cęcrope natis
Seruandam dederat, ſed inconfeſſa quid eſſet,
Et legem dederat, ſua ne ſecreta viderent.
Abdita fronde leui denſa ſpeculabar ab vlmo;
Quid facerent, cōmiſſa duę ſine fraude tuētur
Pādroſos, atq; Herſe. timidas vocat vna ſorores
Aglauros, nodoſq; manu deducit, ⁊ intus
Infantemq; vident, apporrectumq; draconem.
Acta Deę refero, pro quo mihi gratia talis
Redditur, vt dicat tutela pulſa Minervę.
Et ponar poſt noctis auē. mea pęna volucres
Admonuiſſe poteſt, ne voce pericula quęrāt.
At puto non vltro, nec quicq̄ tale rogantem
Me petijt, licet hoc ex ipſa pallade quęras.
Quamuis irata eſt, non hoc irata negabit.
Nam me Phocaica clarus tellure Coroneus
(Nota loquor) genuit, fuerāq; ego regia virgo
Diuitibuſq; procis (ne me contemne) petebar.
Forma mihi nocuit. nam cum per littora lēti

ne a gręcis ſcriptoribus, vnde ſum admonitus diſſentire coarguamur, tametſi pauſanias in Atticę ſcriptione illam Aglauron mendoſe (vt puto) vocat. Sed inconfeſſe qḋ eēt, ſic qdem in impreſſis legiẽ exēplaribus ſed corrupte, cū vna carmini ſyllaba deſit. Quare hęc ꝑticula. n eſt aſcribēda, vt legaẽ Sz. n. īconfeſſa, vt eſt in libris antiqs ſcriptū. Incōfeſſa, non cōfeſſa, nō elocuta. Et legē dederat, mādauerat. Abdita, abſcōdita. Speculabar, obſervabā. Proprie āt dixit, nā ſpeculari ē ex edito et alto loco obſervare. Tuenẽ, defendūt, cuſtodiūt, ac ſervāt. Pādroſos atq; Herſe, a rore hęc noia ſumpta fuiſſe vr̄. Nam Pandroſos a πᾶν, qḋ totū ſigt, et ī δρόσος q eſt ros, cōponi vr̄. Herſe aūt ros interpretaẽ. Cęcropis aūt filię fuerunt, vt pauſanias quoq; narrat nō ſolū Oui. quarum fratrem fuiſſe Erichthoniū ait, q vivo adhuc patre vita exceſſit, Tametſi ipm ex mortali genitus negāt, cui Vulcanū terrāq; parētes aſſignāt Ab Oui. āt nō nihil diſſētit Pauſanias Narrat. n. Aglauri lucū eē Athenis, cui qdē et Herſe et Pādroſo ſororibus Minervā Erichthoniū ī ciſto depoſitū dediſſet, vetuiſſeq; ne depoſitū viderēt, Pādroſonq; ī off° fuiſſe, idcircoq; ei ꝯtiguū tēplo Minervę ędē fuiſſe Reliqs āo duas (qm̄ ciſtā reſignaſſēt) viſo Erichthonio furere cępiſſe. et ex arce q̄ maxie ꝑceps locus erat ſe deieciſſe. Vna Aglauros, ſola Aglauros. Diducit, diſſoluit ac ſeparat. Aporrectumq; draconem appoſitum draconem ſibi videre viſę ſunt, q Erichthonius ſerpentinos habebat pedes. Acta Deę refero, geſta a Cęcropis filiabus Minervę nuncio.

RAPH. ET ponar poſt noctis auē, noctuā q̄ ſolū noctu volat. Voca ligua, loquacitate. At puto nō vltro, occurrit tacitę obiectioni comix Poſſet. n. qs dicere idcirco fuiſſe repulſa, q Minervę nunq̄ fuiſti grata. Se igr̄ ita Minervę placuiſſe ait vt ſpōte fuerit ab ipſa comes petita. At puto nō vltro interrogatiue cū q̄ꝺā obiectiōe legaẽ, quā ita ſoluit, vt dicat id ex ipſa Minerua quęri poſſe. Nā me phocaica regio eſt Gręcię finitima Atticę, vnde phocaicus declinatur. Vt ſoleo nunc Comix ſicta, nam cornices lentis paſſibus gradiuntur. Spa

Noctua

Phocis

tiarer, ambularem. Nam ſpatiari eſt voluptatis cauſa ambulare. Denſum littus, durum et ſolidum. Nequicquam laſſor, fruſtra defatigor, neq; enim effugere poteram. Nec contigit vllum, tetigit, commouit. Mota eſt pro virgine virgo, Pallas perpetua gaudens virginitate. Tollebar, extollebar, leuabar.

Nyctimene in noctuam.

comes inculpata omni culpa ē crimine vacās. Quid tamen hoc pdeſt, hęc ad commodam ſequentis fabulę connexionem referunt. Quid inquit pdeſt inculpatam ac ſine vllo crimine Mineruę comitem fuiſſe, cum Nyctimene ob inceſtus cum patre admiſſum in aues noctuam conuerſa mihi pferatur. Nyctimene enim Nyctei regis Lesbi filia patris amorē capta. clā ſe ei pro vxore ſubiecit, propter quod in noctuam conuerſa, ſibi nefandi ſacrilegij conſcia reliquarū auiū ɔſpectū fugit. Fabulę nonę ſecūdi libri argumentū.

LACT. AN QUĘ per totā res eſt notiſſima Lesbon etc. Nyctimene Nyctei filia vgo Lesbia nimia libidine effrenata in patris cubile ſe implicuit, Iōq; aduerſantibus dijs ob admiſſum ceſſit in noctuam. Quod ſcelus ipſa nocturno tempore occultat, et in luce viſa ab oībus volucribus pellitur obnoxia.

RAPH. Lesbos. PER totas Lesbō, Lesbos inſula eſt Ęgei a ɔditore denominata, vñ Lesbius Lesbo vſq; declinantur. Temeraſſe, violaſſe. Patriū cubile pris lectū. A cūctis, auibus ſubaudiatur. oēs nanq; aues noctuā pſequunt. Reuocamina, reuocationes. Spernimus, contemnimus, non accipimus. Vanum, nihil nociturū. Dño, Apollini. Cum iuuene Aemonio, Theſſalio, Aemonia, nanq; Theſſalia dicta eſt ab Aemone Chlori filio, Theſſali āt patre a quo Theſſalia fuit appellata. Aemonia quoq; vrbs eſt Arcadię ab Aemone Lycaonis filio denominata, vt Pauſanias ſcribit. Vidiſſe narrat, ſe vt ſubiungeremus ſenſus exponit.

Aemōia

Paſſibus, vt ſoleo, ſumma ſpatiarer harena,
Vidit, & incaluit pelagi Deus, vtq; precando
Tempora cū blandis abſumpſit inania verbis,
Vim parat, & ſequitur, fugio, denſumq; relinquo
Littus, & in molli nequicq̄ laſſor harena.
Inde Deos, hominesq; voco, nec contigit vllum
Vox mea mortalē. mota eſt pro virgine virgo
Auxiliumq; tulit, tendebam brachia cęlo,
Brachia cęperunt leuibus nigreſcere pennis.
Reijcere ex humeris veſtem molibar, at illa
Pluma erat, inq; cutem radices finxerat imas.
Plangere nuda meis conabar pectora palmis,
Sed neque iā palmas, nec pectora nuda gerebā
Currebam, nec, vt ante pedes retinebat harena
Sed ſumma tollebat humo. mox acta per auras
Euehor, et data ſum comes inculpata Mineruę,
Quid tamen hoc prodeſt, ſi diro facta volucris
Crimine Nyctimene noſtro ſucceſſit honori?
An, quę per totam res eſt notiſſima Lesbon,
Non audita tibi eſt, patriam temeraſſe cubile
Nyctimenē? auis illa quidem, ſed conſcia culpę
Conſpectum, lucemq; fugit, tenebriſq; pudorē
Cęlat, & a cunctis expellitur ęthere toto,
Talia dicenti tibi, ait, reuocamina coruus
Sint pcor iſta malo, nos vanū ſpernimus omē.
Nec cęptum dimittit iter, dominoq; iacentem
Cū iuuene Aemonio vidiſſe Coronida narrat.
Laurea delapſa eſt audito crimine amantis,
Et pariter vultuſq; Deo, plectrumq;, colorq;
Excidit. vtq; animus tumida feruebat ab ira
Arma aſſueta capit, flexumq; a cornibus arcū
Tendit, & illa ſuo toties cum pectore iuncta
Indeuitato traiecit pectora telo.
Icta dedit gemitum, tractoq; a vulnere ferro
Candida puniceo perfudit membra cruore,
Et dixit, potui pęnas tibi Phębe dediſſe,
Sed peperiſſe prius. duo nūc moriemur in vna.
Hactenus, et pariter vitam cum ſanguine fudit,
Corpus inane animę frigus letale ſecutum eſt.
Pęnitet heu ſero pęnę crudelis amantem,

Laurea Laurea, corona ex lauro ɔfecta.

Audito crimine amantis, amicę a q̄ ſe amari putabat,

Vultus Vultuſq;, hylaritas ac lętitia vultus. Nā vultus p aī affectu mutat, vt mō lętitiā mō mœſtitiam pręſeferat.

Plectrus Plectrumq;, plectrum inſtrm eſt quo Cythara pcutiē ἀπὸ τοῦ πλήττειν, hoc eſt a pcutiendo declinatū. Colorq; nam ex rubicundo pallidus eſt effectus, id quod indignantibus euenire ſolet.

Tumida ab ira, ab effectu quod homines tumeſcere cogat. Arma aſſueta, arcus et ſagittas. Tendit, intendit. Indeuitato, quod nullo pacto potēſt euitari. Icta dedit gemitum pcuſſa Coronis ingemuit. Puniceo cruore, rubro ſanguine. Potui pęnas tibi phębe dediſſe, hoc ē potui abs te puniri. Duo nunc moriemur, et ego et infans in vtero conceptus.

RAPH. HActenus, locuta eſt Corōis ſuppleaē. Corpus inane aīę, vacuū aīa ē mortuū.

Sero. Sero, poſteaq̄ nullū remediū poterat adhiberi. Exarſerit, ira exciderit. Odit auē coruū. Crimē. Coronidis ɔcubitū cū Aemōio iuuene. Inaniter, vane fruſtra.

Neq. n. cęleſtia tingi. Ora licet lachrymis, Parentheſis qua ſignificatur, cur lachrymas quoq; Apollo non emiſerit. Neq. n. inquit Dij poſſunt flere. Aeſculapij origo

Haud aliter, hac ſimitudine oſtendit quam grauiter gemuerit Apollo. Libratus ab aure, percutientis Geſtum. n. exprimit lanij vitulos interficientis. Malleum enim auriculę dextrę admouentes ictum vitulo infligunt. Ingratos, puellę mortuę nihil placentes. Iniuſtaq; buſta pegit, iniquas perfecit exequias. Nã iniuſte illam peremiſſe ſibi apollo videbatur. Buſtum Buſtum autem proprie dicitur locus in quo cadauer eſt et combuſtus et ſepultum, quaſi bene vſtum. Buſta quoq; pro ſepulchris ponuntur. A buſto Buſtuarij buſtuarij gladiatores dicuntur, qui in honorem defuncti ante buſtus et ſepulchrum decertant.

Non tulit, non eſt paſſus. Sed natum, Aeſculapium. Gemini Chironis, Chiron Chiron filius fuit Saturni ex Phyllira Oceani filia, cui qua in equum conuerſus concubuit, Chironemq; centaurum ſuſtulit propter quod geminus dicitur. Nam ex parte anteriori homo, ex poſteriori equus videbat. Quãquã Suidas in Theſalicis narrat Chironem, vt alios Cẽtauros, Ixionis filium fuiſſe. Iuſtiſſimus autem Centaurorum fuit, vxoremq; habuit nomine Charitlo.

Non falsę linguę, veri indicij. Inter aues albas vetuit, hoc eſt coruum ex albo nigrum effecit.

Fabulę decimęſecundi libri argumẽtum.

LACT. Semifer interea etc.

Seq; ꝙ audierit, ꝙ ſic exarſerit, odit.
Odit auem, ꝑ quam crimen, cauſamq; dolendi
Scire coactus erat, necnon arcumq;, manumq;
Odit, cumq; manu temeraria tela, ſagittas.
Collapſamq; fouet, feraq; ope vincere fata
Nititur, & medicas exercet inaniter artes.
Quę poſtꝗ̃ fruſtra tentata, rogumq; parari
Vidit, & arſuros ſupremis ignibus artus,
Tum vero gemitus (neq; enim cęleſtia tingi
Ora licet lachrymis) alto de corde petitos
Edidit, haud aliter, ꝗ̃ cum ſpectante iuuenca
Lactentis vituli dextra libratus ab aure
Tempora diſcuſſit claro caua malleus ictu.
Vt tamen ingratos in pectora fudit odores
Et dedit amplexus, iniuſtaq; buſta peregit,
Non tulit in cineres labi ſua Phębus eoſdem
Semina, ſed natum flammis, vteroq; parentis
Eripuit, gemineq; tulit Chironis in antrum,
Sperantemq; ſibi non falsę pręmia linguę,
Inter aues albas vetuit conſiſtere coruum.



Semifer interea diuinę ſtirpis alumno
Lętus erat, mixtoq; oneri gaudebat honore.
Ecce venit rutilis humeros protecta capillis
Filia Centauri, quam quõdam nympha Caici
Fluminis in rapidi ripis enixa vocauit
Ocyroen. non hęc artes contenta paternas
Edidiciſſe fuit, fatorum arcana canebat.

Ocyroe Chironis et Charicię filia, contemptis patris artibus veſania futura pręcinuit. Infanti Aeſculapio predixit, quot medicina mortuos ad ſuperos educturus eſſet, ab auo fulminis ictum ex perturum, patrem quoq; Chirona ſagittis cruciãdum, cupiduniq; mortis ex Deo mortalium numerum inuenturum. Quę cum eſſet elocuta in equę ceſſit figuram ne aduerſantibus fatis plura ederet, quam pręditca Apollonis ſuinent.

SEMIFER Interea chirõ ſemiferus. RAPH.

Diuinę ſtirpis alumno, Aeſculapio Apollinis filio.

Ecce venit rutilis, Ocyroe Chironis ex nympha quadam Caici fluuij filia, cui fatorum arcana referanet, Iouis ira in equam fuit conuerſa. Ocyroe Coruus ex albo niger Humeros protecta, humeros habens protectos et coopertos, eſt enim puetica synecdoche.

Caici fluuius eſt Myſię Caicus per Phrygiam labens.

Ocyroen, velox fluxus Ocyroe dicitur, ωχυς nanque velox, ρου fluxus. Sic autem fuit appellata ꝙ in ripis Caici fluminis rapaciſſimi fuit nata. Caicus Fuit etiam Ocyroe nympha Oceani et Thetyos filia, vt ſcribit Heſiodus in Theogonia.

Canebat, pręedicebat. Vaticinos furores, vaticinandi ac futura prędicendi impetus.

Incaluitque deo, ſpiritu diuino.

Totique ſalutifer orbi, Aeſculapius nanque adeo pręſtans medicina fuit Aeſcula. vt etiam Hippolytum ab inferis reuocauit, propter quod ab Ioue fulmine fu

ſt extinctus,ac poſtea Deus effectus eſt.

RAPH. FLAMMA auita,fulmine aui Iouis. Corpus exangue ſine ſanguine,mortuum. Et bis tua fa.nouo.nam vitam bis renouabis. Tu

Exangue quoque chare pater,patri quoque Chironi Ocyroe

Chiron exitum predicit.Nam Chiron qui non modo centauros ſed ceteros quoque homines iuſtitia dicitur ſuperaſſe,cum Herculem hoſpitio ſuſcepiſſet, ſagittaſq; hydrę ſanguine tinctas manibus tractaret,vna earum e manibus lapſa pedem ipſius percuſſit, ipſumq; tantis doloribus affecit, vt nona die miſeratione Deorum in aſtra fuerit ſublatus vt Ouidius in Faſtis refert.Nona dies aderat,cum tu iuſtiſſime Chiron, Bis ſeptem ſtellis corpore cinctus eras,

Dirę ſerpentis hydrę, quę cum centum capita haberet . ab Hercule fuit interfecta , eius ſanguine

Ocyroe in equas Herculis ſagittę tinctę inſanabilia vulnera inferebant.

Teq; ex ęterno, ex immortali te mortalem Dij efficient.

Parcę Triplices Deę,Parcę quę tres dicuntur. eſſe,Clotho, Lacheſis et Atropos . in quarum filis vniuſcuiuſque vita eſſe dicitur,donec fila frangantur.

roe ſe totam in equam conuertit , cum pater Chiron vtranque gerat formam,et hominis et equi.

Et bra.mo. in her. innuit brachia in pedes anteriores fuiſſe commutata.

Coeunt, coniunguntur.

Perpetuo,continuo.

Ergo vbi vaticinos concepit mente furores,
Incaluitq; Deo,quem clauſum pectore hēbat,
Aſpicit infantem,totiq; ſalutifer orbi
Creſce puer dixit.tibi ſe mortalia ſepe
Corpa debebunt animas tibi reddere ademptas
Fas erit,idq; ſemel Dijs indignantibus auſus
Poſſe dare hoc iterum flamma ꝓhiberis auita.
Eq; Deo corpus fies exangue,Deusq;
Qui mō corpus eras,& bis tua fata nouabis,
Tu quoq; chare pater nō iam mortalis, & ęuis
Omnibus vt maneas naſcendi lege creatus,
Poſſe mori cupies tum,cum cruciabere dirę
Sanguine ſerpentis per ſaucia membra recepto.
Teq; ex ęterno patientem numina mortis
Efficient tripliceſq; Deę tua fila reſoluent.
Reſtabat fatis aliquid,ſuſpirat ab imis
Pectoribus lachrymęq; genis labuntur obortę,
Atq; ita,ꝓuertunt me,inqt,mea fata,vetorq;
Plura loqui,vociſq; meę precluditur vſus.
Non fuerant artes tanti,quę numinis iram
Contraxere mihi mallem neſciuiſſe futura,
Iam mihi ſubduci facies humana videtur,
Iam cibus herba placet,iam latis currere cāpis
Impetus eſt,in equam cognataq; pectora vertor
Tota tñ quare? pr̄ eſt mihi nempe biformis,
Talia dicenti pars eſt extrema querelę
Intellecta parum,confuſaq; verba fuerunt.
Mox nec verba qdē,nec equę ſonus ille videt,

Nomen quoq; monſtra dederunt, nam ἵππος, hoc eſt equa fuit appellata.

Fabulę vndecimę ſecundi libri argumentum

LACT. Flebat, opemq; tuam et cetera. Apollo Iouis et Lathonę filius cum pecus Admeti Pheritis filij paſceret, fiſtulę cantu ſolitudinem protegens boues eius in agro Pylię regionis progreſſę ſunt , quas Mercurius auertit, et in ſilua occuluit. Quod cum Battus Nelei filius equas paſcens vidiſſet,Mercurius vero ne indicium promeret ex armentis formoſiſſimam vaccam ei cōceſſit. At ille diſcedenti affirmauit, lapidem proximus ques vidiſſet celerius quā ſe quicquam indicaturum . Deus vero vt mortalis fidem experiretur , paulo poſt mutata figura adeundem reuerſus eſt , ſimulauitque ſe amiſſas boues quęrere,et premium promiſit,ſi demonſtraſſet , at ille cum ſub quo monte paſcerentur oſtendiſſet, Mercurius perfidia eius offenſus in lapidem eum mutauit,qui ab euentu index circa Pylum vocatur.

Reſtabat fa.ali.,hoc eſt de fatorum arcanis, quę referre inſtituerat Ocyroe, aliquid reſtabat dicendum.

Preuertunt me,occupant et impediunt. Nam in fatis erat vt verteretur in equam.

Non fuerant artes tanti, artes inquit vaticinandi et futura predicendi mihi tanti faciendę non fuerunt,vt ira Deorum humanam amitteret figuram.

Subduci,auferri.

Impetus eſt currere,cupiditas mihi eſt currendi.Eſt enim figura loquendi gręca.

Latis campis,per ſpatioſos campos.

Cognata pectora,propter patrem qui centaurus erat.

Tota tamen quare? miratur Ocy

RAPH. FLEBAT,opemque tuam mutationem Batti in lapidem indicem ſuperiori fabulę poeta annectit.Nam Apollo cum ob pulſatos,interfectoſq; Cyclopa. diuinitate priuatus Admeti regis Theſſalię armenta in paſtorali habitu paſceret, Mercurius boueſquę longius forte proceſſerant,furto abactas in ſilua occultauit Battoque cuidam equarum cuſtodi,a quo vno viſus fuerat,mandauit,ne cuiq̄ illud furtum indicaret. quod quidem vt libentius faceret,vaccam ei pulcherrimam dono dedit.Battus vero ei pollicitus eſt ſe nunquam alicui vaccas illas indicaturum.Mercu.vt hominis experiretur

fidem,ſuſcepta alia figura ad eum paulopoſt re-dijt,rogans an vaccas quaſdam illac tranſeuntes vidiſſet,pollicensq; ſi indicaret ſe vaccã cum tauro daturũ.Quod cũ accepiſſet Battus,ſub quo mõte boues paſcerent,indicauit,quã ob pfidiam eum Mer.in lapidẽ,qui index dr̃,cõmutauit. Phillyrius heros. Chiron Saturni et Phillyræ nymphæ filius, a q̃ Phillynes gens Scythica denoiati fuerunt. Reſcindere, mutare, rũpere. Reſcindi ṽo pprie teſtamenta dñr,cũ rũpũtur,atq; irrita ſiũt. Iuſſa,Iouis,q Ocyroẽ in equã 9uertit. Elim,vrbs ẽ pelopõneſi Elis,ab Eleo Tãtali filio appellata, vt qdã volũt,vt alij ab Eleo Neptuni filio.Sũt ẽt q ἀπὸ τοῦ ἡλίου dictã Eli volunt. Nã ſub tutela Solis fuit,Vñ et Augeas ipſius filius illic regnauit. Altera eſt Arcadiæ. Tertia Hiſpaniæ.Ab Elide ṽo Eleus poſſeſſiuũ deriuat.Vir.iij.Georg. Hic vel ad Elei metas et maxia cãpi Sudabit ſpacia. Meſſeniaq; arua, Meſſena et regio et vrbs fuit Peloponeſi Pylo ppinq̃,iuxta q̃ amphryſus labit. Eſt ẽt Meſſene vrbs Sicilię. Vñ meſſẽius driuat. ILLVD erat tp̃s, Apollinis metamorphoſin in paſtorem in tranſcurſu poeta deſcribit. Cũ te paſtoria pellis Texit,q̃ veſte paſtorali ea pellibus 9fecta indutus fuiſti. Diſpar Fiſtula,inęq̃lis,tibi ex ſeptem cannis inęq̃libus 9fecta. Alterius,ſiniſtrę. Nã dextrę.onus erat baculus. Mulcet,ſolat,delectat. Pylios in agros,Pylos vrbs eſt Meſſaniæ,q̃ et Coryphaſin ſuit appellata.Vnde Pylius,Pylęus,et Pylion deriuã-

tur. Atlantide Maia Natus Mercu. Maię filiũ. Abactas,abductas.Proprie ãt abigi dñr armenta.Vñ ẽ abigei dñr pecorũ fures. Nelei,Pater Neſtoris fuit Neleus rex Pyli.Eſt ãt Synereſis duarũ vocaliũ in vnam.Sic Virg.Et furias Aiacis Oilei. Seduxit,ſeorſum duxit.Interdũ ſignificat decepit. Neu nulla gratia,et vt aliq̃ gratia facto tuo reſtituetur. Rependat,reſtituat. Ioue natus.Merc. Iouis et Maię filius. Et verſa pariter cũ voce figura, hoc eſt vna cũ voce mutata figura ne agnoſceretur. Furtoq; ſilẽtia deme,hoc eſt furtũ idica. Atlantiades, Mercu.nepos Atlantis ex Maia. Me mihi, repetitio eiuſdẽ dicti irato 9ueniens. Index,lapis ex quo vtimur ad aurũ argentũq; pbandũ. Nihil merito, lapis n.nihil mali 9miſit. Fabulę.xij. ſecũdi libri argumentũ. HINC ſe etc. Athenis virgines p ſolẽne ſacrificium caniſtris Minerue ferentes pignieta,iter q̃s ẽ Mercurio eminẽs ſpecie 9ſpecta eſt Herſe Cecropius filia.Itaque agreſſus ſororẽ eius Aglauron, p̃catusq; vt ſe Herſę ſorori ſuę iũgeret,ac illa cũ p miniſtro aurũ eũ popoſciſſet, Minerua grauiter offẽſa ẽ auaritia eius,ob quã ciſtulã ẽt traditam ſororibus eius cuſtodiẽdã aduerſus ſuũ p̃dictũ aperuiſſet, Inuidię nouiſſime ipe rauit,et eam ſorori Herſę exacerbauit, dinque cruciatam ſaxo mutauit. HINC ſe ſuſtule. Aglauri filię Cecropis Athenarum regis mutationem in ſaxum ſuperiori transformatiõi poeta 9nectit.Mercurius.n.poſt Battũ in lapidẽ cõuerſum, forte in-

Reſcindere. Elis. Meſſena. RAPH. Apollo i paſtores. Mercu. i bouem. Pylos. Abigere. Abigei. Neleus. Seducere. Battus ĩ ſilicem. Index. LACT. RAPH.

Sed ſimulantis equã, paruoq; in tempore certos
Edidit hinnitus, & brachia mouit in herbas.
Tum digiti coeunt, et quinos alligat vngues
Perpetuo cornu leuis vngula. creſcit et oris,
Et colli ſpatium longe pars maxima pallę
Cauda fit, vtq; vagi crines per colla iacebant,
In dextras abiere iubas, pariterq; nouata eſt
Et vox, & facies, nomen quoq; monſtra dederũt.
Flebat, opemq; tuam fruſtra Phillyrius heros
Delphice, poſcebat. nam nec reſcindere magni
Iuſſa Iouis poteras, nec ſi reſcindere poſſes,
Tunc aderas, Elim, Meſſeniaq; arua colebas.
Illud erat tempus quo te paſtoria pellis
Texit, onuſq; fuit baculus ſilueſtris olinę,
Alterius diſpar ſeptenis Fiſtula cannis.
Dumq; amor eſt curę. dũ te tua Fiſtula mulcet
Incuſtoditę Pylios memorantur in agros
Proceſſiſſe boues. videt has Atlantide Maia
Natus, & arte ſua ſiluis occultat abactas.
Senſerat hoc furtum nemo, niſi notus in illo
Rure ſenex. Battum vicinia tota vocabat.
Diuitis hic ſaltus, herboſaq; paſcua Nelei,
Nobiliumq; greges cuſtos ſeruabat equarum.
Hunc timuit, blandaq; manu ſeduxit, & illi
Quiſquis es hoſpes, ait, ſi forte armenta requiret
Hęc aliquis, vidiſſe nega, neu gratia facto,
Nulla rependatur, nitidam cape prẽmia vaccã
Et dedit, accepta, voces has reddidit hoſpes,
Tutus eas, lapis iſte prius tua furta loquetur
Et lapidem oſtendit. ſimulat Ioue natus abire.
Mox redit, & verſa pariter cum voce figura,
Ruſtice vidiſti ſi quas hoc limite, dixit,
Ire boues, fer opem, furtoq; ſilentia deme.
Iũcta ſuo pariter dabitur tibi foemina Tauro.
At ſenior poſtq̃ eſt merces geminata, ſub illis.
Montibus inquit, erãt, et erant ſub mõtibus illis.
Riſit Atlantiades, et me mihi perfide prodis,
Me mihi prodis, ait? periuraq; pectora vertit
In durum ſilicem, qui nunc quoq; dicit index,

ter virgines Athenienſium ſacri à Minervę cele-
brantes vidit Herſen Cecropis filiam oium formo
ſiſſimam,qua cum aliter potiri non poſſet,aglau
ron illius ſororem rogauit,vt ſibi operam ferret.Ea
operam ſuam pollicetur,dum ſibi pecunia tribuat.
Id cum reſciuiſſet Pallas ob ciſtam quoq; apertam
irata, in qua Erich-
thonium clauſerat,
ei inuidiam immi-
ſit, qua impedita cũ
Mercurio repugna-
ret, ne Herſe amata
frueretur, in ſaxum
ab eo fuit conuerſa.
Caduceus Caducifer,Mercuri
Caduceator us caduceum ferens
Eſt. n. caduceus vir-
ga Mercurij, qua
pax ſignificabatur.
Vnde caduceator le-
gatus ē pacis petēs,
vt ſcribit Pompeius.
Cato.Caduceatori ne
mo homo nocet.
Munychios agros
Atticos. Munychia
nanq; promontori
um eſt Pyrei portus
Atticę, a Munycho
dicta qui illic ędifi-
Munychia. cauit templum Mu
nychię Dianę. Gra
tam humum. Mi-
neruę, Periphraſis ē
Atticę terrę,quę Mi-
neruę gratiſſima ē.
Nam (vt Pauſanias
ait) tota vrbs Athe-
narum et ager Mi-
neruę eſt ſacer. Licet
enim alios quoq; de
os colere inſtituerit,
Palladem tamen ve
nerant, cuius ſimu-
lachrum, quod in
Palladiũ arce conſecrarunt,
de cęlo ferunt cecidis
Lyceion ſe. Arbuſta,arbores
culta Lycei,exulti
Ariſtotelicis diſputa
tionibus. Nam Ly-
ceum eſt gymnaſium
Athenis, in quo de-
ambulans Ariſtote-
les de phyloſophia
diſſerebat.Lyceion a
Lyco Pandionis fi-
lio(vt ſcribit Pauſani
as) appellatum, a quo
quidem,et Lycea re-
gio quędam Athe-

nis fuit dicta,vt Stephanus ait. Sine diphthongo
autem ę ſcribat.Lyceum.ne mons Arcadię Lyceus
eſſe videat,q cum ę diphthongo notat. Corona-
tis ca.Canephoria ea ſacra vocata ſunt,q in cani
ſtris ferrent,virgines etiam Canephorę dicebantur Lyceus
Deus ales,Mercurius Citus Omnium nanq; pla- Canephoria
netarum velociſſimus
eſt,celerrimeq; ſuum Canephorę
conficit curſum.

VT volucris hac ſi- RAPH.
militudine Poeta o-
ſtendit, quomodo in
orbem Mercurius
volaret, vt diutius
aſpectu Herſes ama
tę frueretur. Milu-
us auis eſt rapax, q Miluus
in gyrum volat.
Rapidiſſima, ra-
paciſſima. Dum
timet, miniſtros ex
ta cuſtodientes. In
gyrum,in orbem et Gyrus
circuitum. Sup actę
as arces.Athenienſes
Acte nanq; Attica Acte
eſt,q fere tota ſit lit
toralis, ακτη nanq;
littus interpretatur.
Inclinat curſus, cō
uertit volatus. Circi circinus
nat, circundat. Eſt
autem circinus in-
ſtrumentum, quo
circuli apte confici-
unt. Quanto ſplen
didior, quanta pulchri-
tudine fuerit Herſe a
Mercurio amata,
apte his cōparationi
bus poeta oſtendit.
Nō ſecus exarſit,nō
aliter amore eſt inflā-
matus. Balarica Baleares
funda,qua Baleariũ
inſularum incolę ma
xime vtuntur.Baleares
autem inſulę ſunt
duę Hiſpanię adia-
centes, quarum in-
colę optimi ſunt
funditores.
Plumbum,plum
beam pilam.
Incandeſcit, igne-
ſcit,liqueſcit. Vertit
iter,conuertit ac mu
tat iter Mercurius
quam licet in cęlū ire-
rus in terras deſcēdit.

Inq; nihil merito vetus eſt infantia ſaxo.



Hinc ſe ſuſtulerat paribus Caducifer alis,
Munychioſq; volans agros,gratāq; Mineruę
Deſpiciebat humum, cultiq; arbuſta Lycei.
Illa forte die caſtę de more puellę
Vertice ſuppoſito feſtas in palladis arces
Pura coronatis portabant ſacra caniſtris.
Inde reuertentes Deus aſpicit ales, iterq;
Non agit in rectum, ſed in orbē curuat eundem.
Vt volucris viſis rapidiſſima miluus extis.
Dum timet, & denſi circunſtat ſacre miniſtri
Flectitur in gyrum,nec longius audet abire,
Spemq; ſuam motis auidus circumuolat alis,
Sic ſuper Actęas agilis Cyllenius arces
Inclinat curſus, & eaſdem circinat auras,
Quanto ſplendidior, quam cętera ſydera fulget
Lucifer, & quanto, quam Lucifer aurea Phœbe,
Tanto virginibus prę̨ſtantior omnibus Herſe
Ibat, eratq; decus pompę, comitumq; ſuarum
Obſtupuit forma Ioue natus, & ęthere pēdens
Non ſecus exarſit, quam cum balearica plumbum
Funda iacit, volat illud, & incandeſcit eundo,
Et quos non habuit, ſub nubibus inuenit ignes.
Vertit iter, cęloq; petit diuerſa relicto,
Nec ſe diſſimulat, tanta eſt fiducia formę,
Quę quamquam iuſta eſt, cura tamen adiuuat illam.
Permulcetq; comas, clamidēq; vt pēdeat apte

cęlo relicto,quo iter et volatum direxerat. Nec ſe diſſimulat,nec ſe occultat eſſe Mercuriū. Tāta eſt fiducia formę, acclamatio eſt cām ꝑtinens curſe non diſſimularet Mercuri.Adeo namq; formoſus erat,vt nulla occultatiōe opus foret.

Quę q̃q̃ iuſta eſt,fiducia formę et pulchritudinis ſubaudiat. Permulcetq; comas pectit.capillos. **Chlamys** Chlamydem Collocat,ita ingt componit chlamidē,vt apte ex omni pte pendeat.chlamys āt alijs veſtibus ſupimponebat. Vt lym.to.hoc ē vt lymbus aureus totus appeat.Eſt.n. ενδιαδυο. i.vnū in duo diuiſum,quā figurā imperiti endiadin vocant.Cum endiadis nec greca nec latina vox ſit. Vt te.recta. Eſt āt caducei periphraſis,quo Mercurius dat ſōnos, adimitq;,et lumia morte reſignat.Vt etiam Virg.canit. Terſis plan.pulchris pedibus. **Talaria** Talaria, talaria alę ſunt Mercurij alata calciamenta. Pars ſecreta domus,interiorē partē domus Cęcropis deſcribit,in qua Thalami filiaꝝ erāt. **Teſtudo** Ebore et teſtudine, non ſolū ebore, ſed & teſtudinū cruſtis thalami ornabant,q̃uis teſtudo ędificiū q̃q; concameratum ſigt qua in ſignificatiōe ſi accipiamus eburneam teſtudines intelligemus. Atlantis,Pleioneſq; nepos, **Pleione** Mercurius. Pleione autem vxor Atlantis fuiſſe memoratur, Vnde Pleiades fuere cognomiatę.

Iuppiter ipſe, qui rex eſt et Deorum et hominum. Abdita,ſecreta. Erichthonium in ciſta clauſum,vt vidimus.

Vt teres in dextra,qua ſomnos ducit,et arcet
Virga ſit,vt terſis niteant talaria plantis.
Pars ſecreta domus ebore,et teſtudine cultos
Tres habuit thalamos,quoꝝ tu Pādroſe dextrū
Aglauros leuum,medium poſſederat Herſe,
Quę tenuit leuum,venientem prima notauit
Mercurium,nomenq; Dei ſcitarier auſa eſt,
Et cauſam aduentus,cui ſic reſpondit Atlantis,
Pleioneſq; nepos,ego ſum qui iuſſa per auras
Verba patris porto,pater ē mihi Iuppiter ipſe.
Nec fingam cauſas,vt tantum fida ſorori
Eſſe velis,prolisq; meę matertera dici.
Herſe cauſa vię eſt,faueas,oramus amanti.
Aſpicit hunc oculis iiſdem,quibus abdita nuꝑ
Viderat Aglauros flauę ſecreta Mineruę,
Proq; miniſterio magni ſibi ponderis aurum
Poſtulat,interea tectis excedere cogit.
Vertit ad hanc torui Dea bellica luminis orbes
Et tanto penitus traxit ſuſpiria motu,
Vt pariter pectus,poſitumq; in pectore forti
Aegida concuteret,ſubit hanc arcana profana
Detexiſſe manu tum,cum ſine matre creatam
Lemniacam ſtirpem contra data foedera vidit,
Ingratamq; Deo fore iam,ingratamq; ſorori,
Et ditem ſumpto,quod auara popoſcerat,auro
Protinus Inuidię nigro ſquallentia tabo
Tecta petit,domus eſt imis in vallibus antri
Abdita, Sole carens,non ulli peruia vento,
Triſtis,& ignaui pleniſſima frigoris,& quę
Igne vacet ſemper,caligine ſemper abundet,
Huc ubi peruenit bello metuenda virago,
Conſtitit ante domū (neq; eni ſuccedere tectis
Fas habet) & poſtes extrema cuſpide pulſat.
Concuſſę patuere fores,videt intus edentem
Vipereas carnes vitiorum alimenta ſuorum
Inuidiam,viſaq; oculos auertit,at illa
Surgit humo pigre,ſemeſarumq; reliquit
Corpora ſerpentum,paſſuq; incedit inerti.
Vtq; Deam vidit,formaq; armiſq; decoram,
Ingemuit,vultumq; Deę ad ſuſpiria duxit,
Pallor in ore ſedet,macies in corpore toto,
Nuſq̃ recta acies,liuent rubigine dentes,

Interea tectis excedere cogit,interim Inquit dum aurum afferret,cogit Mercurium aglauros excedere, et exire domo. Dea bellica, Pallas quę et Bellona dicitur. Torui luminis orbes,toruos oculos quales iratis eē ſolent. **Ægis** Ægida concuteret, Ægis munimentum eſt pectoris ęreum a Vulcano fabricatum, habens in medio Gorgonis caput, quo et Pallas et Iuppiter vti ſolent. Subit, in mentem venit.

Hanc, Aglauron. Profana manu,impia, ſceleſta. Sine matre quod (vt pauloante diximus) Erichthonius ex ſolo ſemine Vulcani,quod in terram cecidit, cum vī cum Pallade coire vellet natus eſt.

Lemniacā ſtirpē, **RAPH.** Erichthoniū filium Vlcani.qui in Lemnum inſulam e cęlo cecidit. Lemnos āt inſula eſt Thracię adiacens,duas habēs vrbes Ephęſtiam et myrinā, a magna Deoꝝ matre,quę Lēnos appellat, denominata,cui etiā virgines ſacrificabant, vt Hecatęus in Europa ſcribit.Hanc vero primū habitarunt Thraces, qui Sinties, Sapęq; vocabātur, vt Stra. ait.A Lēno autem et Lemnius gētile et Lemniacus poſſeſſiuū declinaſ.

Inuidię domus Ingratamq; Deo fore,ob petitā pecuniā. Ingratāq; ſorori.q; auaritia illas Mercurio proſtituebat. **Inuidia** Protinus Inuidię, primū Inuidię domū deſcribit poeta:deinde Inuidias ipſa.Eſt āt Inuidia dolor ex aliena ꝗue nis felicitate.Differt ab inuidentia, q ea nō ſolum ad eū, ꝗ inuidet,ſed & ad eū

Inuidię deſcriptio cui inuidet referri poteſt. Inuipentia vero in eum venenum cadit, qui inuidet. Nigro tabo, nigra ſanie. Diptoton autem eſt nomen et duos caſuum; Nam tabi et tabo ſolum inueniuntur. Antri ſpelunce. Abdita, abſcondita. Ignaui frigoris, ab effectu q ignauos et pigros efficiat. Bello metuẽ ra. Periphraſis ẽ palladis, quę a latinis Bellona vocatur, q in bello maxime ſit tumenda. Neq. n. fuc. te. Fas ha. hoc eſt Palladi, vt quę eſt Dea, non licet inuidię domum ingredi. Extrema cu. vltima cuſpidis parte. Pallas namq; haſtam geſtare memoratur. Vipera Vipereas carnes, viperarum, quę ſic q vi pariant, ſunt appellatę. Inuidiam, eleganti phantaſia Inuidię et corpus et figuram humanam et actiones attribuit. Ea vero omnia deſcribit quę inuidis ĩeſſe ſolent. Viſaque oculos auertit, a viſa inquit Inuidia Pallas oculos auertit ne diutius illam ſpectaret. Corporis cernes. Vultumq; Deę ad ſuſpiria duxit, ordo eſt et ſenſus et ad vultum Deę ſuſpiria traxit, Cum. n. vultũ Deę vidiſſent hylarẽ Inuidia dolore affecta ſuſpirauit. Nuſq̃ recta acies, oculorum intelligatur. Inuidia nanq; non recto, ſʒ obliquo vtuntur viſu. Liuent, liuidi et nigri ſunt. Suffuſa, perfuſa, infecta. Niſi quem viſi fecere dolores, non ipſius, ſed aliorum. Inuidi nanque et alienis malis gaudent, & bonis dolent. Nec fruitur ſomno, nec dormire poteſt. Excita, concita, ſtimulata. Vigilantibus curis, ab effectu curę vigilantes, q ſolem vigilare cogant, neq; dormire patiant. Sed videt ingratos, non gratos ac ſibi diſplicentes. Intabeſcit, paulatim conſumitur. Carpitq; et carpitur vna, ſimul inquit et ledit et leditur. Suppliciumq; ſuum eſt, hoc eſt ſibiipſi eſt ſuppliciũ. Inuidus. n. ſeipſm ſemp rodit, paulatimq; ↄſumit. Quamuis tamen, ordo eſt, quãuis oderit illam, talibus tamẽ eſt allocuta. Tritonia, pallas a Tritonide pa lude Tritonia apud quam primũ apparuiſſe fingitur, Tritonia fuit cognominata. Infice tabe tua, hoc eſt veneno tuo inquina ac imbue Breuẽ āt idcirco palladi atribuit orationem poeta vt ſignificet Deam Inuidię aſpectum diutius ferre non potuiſſe. Et impreſſa tellurem reppulit. ha. hoc ex vulgari opinione dr̃. Neq. n. tellus cũ ſit immobilis repelli põt, q̃uis vulgo videatur. Obliquo lumine, obliquis oculis qualibus inuidi aſpicere ſucceſſus alioꝝ ſolent. Succeſſorumq; Miner. Indoluit, Archaiſmos archaiſmos eſt, hoc eſt antiqua locutio. Nunc enim ſucceſſibus dolere dicimus. Succeſſus Succeſſus autem vt euentus et ſimilia in plurali numero ſecundę quoq; eſt declinationis non ſolum quartę. Proterit, proſternit. Ea autem deſcribit poeta, quę inuidorum oculi efficere creduntur. Tritonidã arcẽ, Athenarũ arcẽ Palladi dicatã. Poſuit āt patronymicũ pro poſſeſſiuo. Ingenijs, propter multitudinem preſtantiſſimorum et artificum et oratorum et philoſophorum hoc dicit. Et feſta pace, ab

Pectora fellẽ virent, lingua eſt ſuffuſa veneno.
Riſus abeſt, niſi quem viſi fecere dolores,
Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis,
Sed videt ingratos, intabeſcitq; uidendo.
Succeſſus hominum, carpitq; et carpitur vna
Suppliciumq; ſuũ eſt, q̃uis tamen oderit illam,
Talibus affata eſt breuiter Tritonia dictis,
Infice tabe tua natarum Cęcropis vnam,
Sic opus eſt, Aglauros ea eſt, haud plura locuta
Fugit, & impreſſa tellurem reppulit haſta.
Illa Deam obliquo fugientem lumine cernens
Murmura parua dedit, ſucceſſuruq; Minerue
Indoluit, baculumq; capit quem ſpinea tortũ
Vincula cingebant, adopertaq; nubibus atris
Quacunq; ingredit̃, florentia proterit arua,
Exuritq; herbas et ſumma papauera carpit,
Afflatuq; ſuo populos. vrbeſque, domoſque
Polluit. & tandem Tritonida conſpicit arcem
Ingenijs, opibuſq;, et feſta pace virentẽ (cernit,
Vixq; tenet lachrymas, quia nil lachrymabile
Sed poſtq̃ thalamos intrauit Cęcrope natę,
Iuſſa facit, pectuſque manu ferrugine tincta
Tangit, & amatis ꝓcordia ſentibus implet,
Inſpiratq; nocens virus, piceumq; per oſſa
Diſſipat, & medio ſpargit pulmone venenum
Neue mali cauſę ſpatium per latius errent,
Germanã ante oculos, fortunatumq; ſororis
Coniugiũ, pulchraq; Deũ ſub imagine ponit,
Cunctaq; magna facit, quibus irritata dolore
Cęcropis occulto mordetur, & anxia nocte,
Anxia luce gemit, lentaq; miſerrima tabe
Liquitur, vt glacies incerto ſaucia ſole,
Feliciſq; bonis aliter non vritur Herſes,
Quam cum ſpinoſis ignis ſupponitur herbis,
Quę neq; dant flãmas, leniq; tepore cremãtur
Sępe mori voluit, ne quicquam tale uideret,
Sępe velut crimen rigido narrare parenti.
Deniq; in aduerſo uenientem limine ſedit,
Excluſura Deum, cui blandimenta, preceſq;,
Verbaq; iactanti, mitiſſima deſine dixit.
Hinc ego me non ſum niſi te motura repulſo
Sternus ait pacto uelox Cyllenius iſto,

Ferrugo dcorpia — effectu. Nam tempore pacis feſta celebrantur. Virentem, florentem. Ferrugine, ferri erugo ferrugo vocatur. Precordia, venę ſunt cordi pręiacentes, precordia, quę curarum ſedes eſſe dicuntur.

RAPH. hamatus — Hamatis dentibus, recurnis ſpinis, qualis eſt hamus. Eſt autem nomen participio ſimile hamatus ut galeatus. Piceus nigrum. Neue mali cauſę, hoc eſt ne cauſę doloris longius abſint. efficit ut felicitatem ſororis ſemper ante oculos cum maximo dolore & cruciatu habere videatur. Cecropis Aglauros Cecropis filia, eſt enim nomē patronymicum foemininum. Mordetur, cruciatur. Liquitur, liqueſcit, atq; ut nix ad Solem cōſumitur. Lenta tabe, corruptione quę paulatim fit.

Riget, rigida ac dura eſt facta. Malum cancer Morbus eſt cancer quod gręci carcinoma vocant paulatim corpus rodens. Sic letalis hyems, mortiferum frigus. Reſpiramina, pulmonis reſpirationes. Signum exangue, ſtatua ſine ſanguine et mortua. In ſtatuam nanq; lapideam Aglauros fuit conuerſa. Sua mens infecerat illas, Inuidorum nanq; corpora ſunt nigra, quemadmodum et mens nigra eſſe ſolet, et nocens. Infecerat, maculauerat. — Rigere — Cancer — Inficere

Cęlataſq; fores virga patefecit, at illi
Surgere conanti partes quaſcunq; ſedendo
Flectimur, ignaua nequeunt grauitate moueri.
Illa quidem pugnat recto ſe attollere trunco,
Sed genuū iūctura riget, frigusq; per vngues
Labitur, & pallent amiſſo ſanguine venę,
Vtq; malum late ſolet immedicabile cancer
Serpere, et illęſas vitiatis addere partes,
Sic lętalis hyems paulatim in pectora venit,
Vitaleſq; vias, & reſpiramina clauſit.
Nec conata loqui eſt, nec ſi conata fuiſſet,
Vocis habebat iter, ſaxum iam colla tenebat,
Oraq; duruerant, ſignumq; exangue ſedebat.
Nec lapis albus erat, ſua mens infecerat illam.

Incerto Sole, debili ac parum vehementi Sole. Leni tepore, exiguo calore.

Iactare — Iactanti, fruſtra dicenti. eſt. n. iactare interdum inaniter loqui. Virg. Taliaq; iactanti. interdum oſtentare. Deſine dixit, me rogare ſubauditur. Velox Cyllenius, Mercurius a Cyllene Arcadię mōte. Iſto pacto, vt te hinc non moueas, niſi me repulſo. Nunquam autem me hinc repellere poteris. Tu igitur hic ſemper maneas. Cęlatas, ſculptas atque pictas. Ignaua grauitate, ſcite epithetō diſtinxit. Nam eſt & grauitas honeſta.

Aglauros in ſaxum

Fabulę. xiii. ſecundi libri argumentū.

CACT. — Has vbi etc. Cum Mercurius iuſſu patris in phęnicē transgreſſus eſſet, vt armēta illius regionis ad littus compelleret. Iuppiter in taurum cōuerſus eſt. Cum ſe iuuencis Agenoris regis immiſcuiſſet, & in amorem ſui ſpaciantes in harena virgines conſiſtere coegiſſet, ac paulatim ſingulas alludens, nouiſſime Europam Agenoris filiā cuius amore cōpulſus euerterat figurā, inſidentē ſibi tergo p mare in inſulā cretā vexit, ibiq; cōcubitu eius functus ē.



Has vbi verborum pęnas, mentiſq; profanę
Cepit Atlantiades, dictas a Pallade terras
Linquit, & ingreditur iactatis ethera pennis.
Se vocat hunc genitor, nec cāui fas ſus amoris
Fide miniſter ait iuſſorum nate meorum
Pelle moram, ſubitoq; celer delabere curſu

RAPH. — Mentiſq; profanę a ſacris, ac religione remotę. Dictas a pallade terras Iugę, periphraſis ē Athenarū. Nā Athenę ἀπὸ τῆς ἀθηνᾶς. hoc eſt a pallade dicū. Se vocat hūc genitor. Iuppiter Europę Agenoris phęnicum regis filię amore captus Mercurio ab Atticis redeundi mādat, vt ſe q̄primū ī phęniciā cōferat, regiaq; armenta ad littus cōpellat, ibi nāq; cū alijs virginibus Europā ſpaciari viderat. Id vero cū effeciſſet Mercurius, ol depoſita maieſtate Iuppiter in taurū ſe cōuertit cuius dorſum poſt multas blanditias Europa aſcendere auſa, in Cretam per mare ab ipſo Ioue eſt aduecta. Quod quidem idcirco fingitur, quia cretenſes (vt hiſtorici tradunt) Europam — Athenę — Plaga

Partes quaſcunq; in prępoſitio ſubaudiatur, vt in quaſcunq; flectimur intelligamus. Deſcribit autem quemadmodum Aglauros in ſaxum fuit commutata, ac limini ſanę, vbi ſederat ita affixa, vt nunquam ſurgere potuerit. Illa quidem pugnat. contendit, conatur. Se attollere, ſe erigere. Recto trunco, erecto pectore. Nam truncus ea pars corporis dicitur, quę eſt inter colum & coxas. — Truncus

Queq; tuam matrem tellus a parte ſiniſtra
Suſpicit indigenę Sidonida nomine dicunt,
Hanc pete, quicquid ꝓcul montano gramine paſci
Armentum regale vides, ad littora verte.
Dixit, & expulſi iamdudum monte iuuenci
Littora iuſſa petunt, vbi magni filia regis
Ludere virginibus Tyriis comitata ſolebat.
Non bene conueniunt, nec in vna ſede morant
Maieſtas, & amor, ſceptri grauitate relicta
Ille pater, rectorq; Deum, cui dextra triſulcis
Ignibus armata eſt, qui nutu cõcutit orbem,
Induitur faciem Tauri, mixtusq; iuuencis
Mugit, & in teneris formoſus obambulat herbis.
Quippe color niuis eſt, quã nec veſtigia duri
Calcauere pedis, nec ſoluit aquaticus auſter.
Colla toris extant, armis palearia pendent,
Cornua parua quidẽ, ſed quę contendere poſſes
Facta manu, puraq; magis perlucida gemma,
Nulle in fronte minę, nec formidabile lumen,
Pacem vultus habet, miratur Agenore nata,
Quod tam formoſus, ꝙ prelia nulla minetur.
Sed quamuis mitem metuit contingere primo,
Mox adit, & flores ad candida porrigit ora.
Gaudet amans, & dum veniat ſperata voluptas,
Oſcula dat manibus vix ah, vix cetera differt.
Et nunc alludit, viridiq; exultat in herba.
Nunc latus in fuluis niueum deponit harenis,
Paulatimq; metu dempto, modo pectora pręhet
Virginea palpanda manu, modo cornua ſertis
Impedienda nouis auſa eſt quoq; regia virgo,
Neſcia quem premeret, tergo conſidere Tauri.
Tum Deus a terra, ſiccoq; a littore ſenſim
Falſa pedum primo veſtigia ponit in vndis,
Inde abit vlterius, mediiq; per ęquora ponti,
Fert prędã, pauet hec, littusq; ablata relictum
Reſpicit, & dextra cornu tenet, altera dorſo
Impoſita eſt, tenues ſinuantur flamine veſtes.

Delabi

ex phenicia raptã in cretã aſportauerunt naui, cuius iſigne taurus erat. Seuocat, ſeorſum vocat. Delabere, deorſum labere atq; deſcẽdere. De nãq; ꝓpoſitio in cõpõne interdũ auget, vt Deamo te Syre apud Terentiũ. Interdũ ſigt. deorſum, vt deuolo. demitto, decurro, et ſilia. Queq; tuã mrem tellus. Periphraſis eſt phenicię, q a pte ſiniſtra ſeptentrionẽ verſus ſubiicit Pleiadibus, quarũ vna eſt Maia Mercurij mater.

Suſcipere
Indigenę
Sidon

Suſpicit, ſurſus aſpicit. Interdũ ſuſpicere minari ſigt. Indigenę, indegenã, icolę. Sidonia, Sidoniam. Patronymica nãq; forma ꝓ poſſeſſiua ac potius ꝓpria eſt vſus poeta. Nã Sidõ vrbs eſt phenicię. Vñ phenicia ipſa Sydonia vocat. Dixit & expulſi, mira celeritate ac dicto citius Iouis mãdata executus eſt Mercu. Iamdudũ, quam primũ. Virginibus Tyriis. Tyrus a Tyro phenicis filio dicta, et iſula et vrbs ẽ phenicię Sidoni vicina. Non bene cõueniunt, nõ decet in tãt grauẽ virũ amori indulgere, quam ob cãm ſe in taurum Iuppiter cõuertit, vt cõmodius virgine amata potiret.

Tyrus
Sceptrum

Sceptri grauitate relicta, depoſita regni grauitate. Sceptrũ. n. eſt inſigne regni. Nã eſt baculus quo ſtãtes inhęrent reges. Vñ et ſceptrum dictum eſt ... quod ſigt. inherere. Ille pr rectorq; Deum, emphaſis eſt. Plus. n. q̃ eloquat ſigt. hoc eſt ille potentiſſimus q̃ oibus pẽeſt, q cuius eſt cã. Triſulcis ignibus fulminibus, quorũ triplex eſt effectus, afflãt. n. ſcindũt et vrũt. Colla toris extãt, pulcherrimũ deſcribit taurũ in quem Iuppiter eſt mutatus. Toris, pulpis. Extãt, eminẽt. Palearia, pelles craſſiores ab bar

Palearia

mis, colloq; boum pendentes palearia dñr. Nec formidabile lumen, nec truces inquit erant oculi tauri illius. Agenore nata, Periphraſis eſt Europę Agenoris filię. Agenor aũt phenicis fuit filius a fortitudine dictus. Nã Agenor fortis interpretat, q̃ſi ... i. eſt valde fortitudine vtẽs.

Sed quamuis mitem, eleganter puellę nãm exprimit. Timidę nanq; ſolent eſſe puellę. Et dum veniat, donec fruat ſperata concubitus voluptate. Vix ab vix cetera differt, cum difficultate ſigt ꝓcubitũ differt põt in aliud tẽpus. Et nũc alludit, ad ludentem puellam ludit. Vt n. arridere eſt ad ridẽtem ridere, ac alludere eſt ad ludentẽ ludere. Interdum alludere ẽ obſcure aliqd ſignificare. Impedienda, liganda.

Iuppiter in taurum
Alludere
Arridere

Falſa veſtigia, ſimulatos pedes, nõ enĩs erant tauri pedes, ſed falſi atque ſimulati. Senſim, paulatim. Mediiq; ꝑ ęquora põti. Ęquor ab equo deriuatũ, tam de campo q̃ de mari dicit. Virg. At prius ignotis ferro q̃ ſcindimus ęquor. Pro mari aũt ponitur ęquatum, qđ ventis non eſt commotum. Pauet hec timet. Virginis aũt naturam expreſſit. Nã virgines naturã ſũt timidę. Ablata, Aſportata a Ioue in taurum conuerſo. Reſpicit, retro aſpicit. Oculos enim ad littus conuertebat. Et dex. cornu te. Archaiſmos eſt. Nam cornum poſuit pro cornu metri cã priſcorũ imitatione. Item in gnto. Oppoſitoq; genu curuauit flexile cornum. Lucanus aũt ẽt in maſculino genere vſurpat in ſeptimo, vbi ait. Cornus tibi cura ſiniſtri. Dorſo, tergo. Sinuãtur, flectunt, curuant, tumeſcũt ĩ ſinus. Flamine, vẽto.

Ęquor
Europa in cretã

Fabulę primę tertij libri argumentum.

LACTA. IAMq; etc. Agenor rapta Europa. Fratres eius ad requirendam ſororem dimiſit, ita vt niſi eam repeiiſſent ad ſe ne reuenerent, imperat. Cilex diuerſas petit regiones, nouiſſime conſtituit ciliciam. Nec minus phęnix a nomine phęnices. Cadmus vero deſperata ſpe viſendi parentis Apollinis oraculum ingreditur, ſciſcitans in qbus partibus orbis ꝯſiſteret. Accepta itaq; ſorte vt vaccas a grege ſecretam q̄ Lunę ſignū in latere haberet, ageret, et vbi feſſa ꝓcubuiſſet ibi ſtatueret vrbé parens ꝓcepto in eam terram deuenit, quę poſtea a boue Bęotia eſt dicta. Hic cū ad fonté martis ſocios aquatum miſiſſet et cū etiam ipſe illuc iuiſſet vt vidit a dracone ſocios conſumptos ſerpenté interfecit, et dētes eius Mineruę mōitu humo ſparſit, ex qbus armatoꝶ multitudo progignit, q̄ inter ſe domeſtico bello ꝯfligit, ita vt ex ea qnq; relinquerentur, qui mineruę voluntate creandi populi, qui Thebis ꝯſiderent principes eſſent, quoꝶ nomina hęc produntur fuiſſe. Ethió. Ideus. Cromius. Pelorus. Hyppere nō Cadmo ſocij cōdendę vrbis additi ſunt.

RAPHAELIS Regij In Tertiū Metamorphoſeos Ouidij librum enarrationes.



P. Ouidij Naſo. Methamorpho. Liber tertius.

IAmq; Deus poſita fallacis imagine tauri,
Se confeſſus erat, Dictęaq; rura tenebat,
Cum pater ignarus raptam ꝑquirere Cadmo.
Imperat, & pęnam, ſi nō inuenerit, addit
Exilium, facto pius, & ſceleratus eodem.
Orbe pererrato (quis enim deprendere poſſet
Furta iouis?) profugus, patriamq;, iramq; parētis
Vitat Agenorides; phębiq; oracula ſupplex
Conſulit; & quę ſit tellus habitanda requirit;
Bos tibi phębus ait ſolis occurret in aruis
Nullum paſſa iugum, curuiq; immunis aratri
Hac duce carpe vias, et qua requieuerit herba,
Męnia fac condas, Bęotiaq, illa vocato.
Vix bene caſtalio Cadmus deſcenderat antro,
Incuſtoditam lente videt ire iuuencam,

RAPH. IAMq; deus poſita. Hunc quoq; librum tam cōcinne cum ſupiore ꝯnectit poeta, vt mutationē dentiū martij ſerpētis in viros armatos ex priore fabula educere videat. Agenor nanq; europę pater putans amiſſam filiā, Cadmo mādauit, vt aut eā inueniret, aut domū non rediret. Cadmus vero cū fere totum terraꝶ orbē ꝑagraſſet, neq; ſororē vſq̄ inueniret, Apollinē ꝯſuluit, vbi cōmode habitare poſſet. cui Apollo rñdit vt vaccam ſibi oblatā ſequeretur, ac vbi ea qſceret vrbem ędificaret, nomenq; a boue ipſi iponeret. Cadmus igit tēplo egreſſus vaccam eſt ꝯſectatus, quę cōnfeſſa ꝓcubuiſſe, locum eſſe ꝯdendę vrbi ſibi aſſignatum cognouit. Ioui igitur ſacrificaturus ad hauriendas aquas e vicino fonte ſocios miſit. Ipſi vo a dracone correpti cū nō redirent, Cadmus ipſe ꝓfectus et vaſtum draconē iterfecit, et partē dentiū illius a Marte et pallade acceptā, nam altera ps Æteę colchoꝶ regi tradita ē iuſſu Martis ipſius, vt pherecydes narrat, vt vero Oui. palladis admonitiōe ſeminauit, ac terra obruit, ex q̄ ſtatim homīes armati ſūt nati, q ſe inuicē oēs ꝑter qnq; interfecerūt. Fallacis tauri, falſi et ſimulati. Se cōfeſſus erat, ſe manifeſtarat Iouē eē. Dictęa ar. Cretē Dictęā nā Dicte mons ē Cretę a Dicte nympha cognomiatus, vt qdā aiūt. Siue qđ illic Iuppiter ſit ꝑtus παρα το τικτω qđ ē pario. Vñ et in illo Iouis ībērbis ſtatua fuiſſe dicit. Alij ſcribunt ἀπὸ τοῦ δικτύων et a retibus Dictem et Dictęō dici. Eſt aūt et Lybę promontorium Dicte. Cum pater. Agenor vt qdam, vt alij phęnix. pherecides vero de Cadmi geneologia ſic ſcribit. Agenor Neptuni filius Damno Beli filiam vxorem duxit ex qua Phęnicem et Iſęā q̄ Ægypto nupſit, et Meliam quę Danao, poſtea ex Arglope Nili fluuij filia Cadmum ſuſcepit. Facto pius, et ſceleratus eodem, pius quidem quęrendo filiam fuit Agenor, ſceleratus autem filio exiliū indicendo. Orbe pererrato, ꝑuagato, eſt autem participium contra grammaticos rōnem forma

Cadmus
Bęotię
ꝯditor.

Dictę

Nullum ſeruitii ſignum ceruice gerentem?
Subſequit̃ preſſoq; legit veſtigia greſſu
Auctoremq; vię Phębum taciturnus adorat.
Iam vada Cephiſi, Panopesq; euaſerat arua?
Bos ſtetit, & tollens ſpecioſam cornibus altis
Ad cęlum frontem. mugitibus impulit auras,
Atq; ita reſpiciens comites ſua terga ſequentes
Procubuit, teneraq; latus ſubmiſit in herba.
Cadmus agit grates, peregrineq; oſcula terrę
Figit, & ignotos montes, agrosq; ſalutat.
Sacra ioui facturus erat, iubet ire miniſtros,
Et pętere viuis libandas fontibus vndas.
Silua vetus ſtabat nulla violata ſecuri,
Et ſpecus in medio virgis ac vimine denſus,
Efficiens humilem lapidum compagibus arcũ
Vberibus foecundus aquis, vbi conditus antro
Martius anguis erat, criſtis pręſignis, & auro,
Igne micant oculi, corpus tumet oẽ veneno.
Tresq; micãt linguę, triplici ſtãt ordine dentes,
Quem poſtq̃ Tyria lucum de gente profecti
Infauſto tetigere gradu, demiſſaq; in vndas
Vrna dedit ſonitum, longo caput extulit ãtro
Cęruleus ſerpens, horrendaq; ſibila miſit.
Effluxere vndę manibus, ſanguisq; reliquit
Corpus, & attonitos ſubitus tremor occupat artus
Ille volubilibus, ſquammoſos nexibus orbes
Torquet, & immenſo ſaltu ſinuatur in arcum.
At media plus parte leues erectus in auras

tum. In ſoluta nanq; oratione diceretur. poſtq̃ per totum terrarũ orbem errauit. Quis.n. deprendere poſſet, parentheſis cãm continens cur cadmus in patriam non redierit, neq;.n. Europam ſororẽ a Ioue raptam inuenire potuit, cum Iouis furta non poſſint ab hoĩe deprehendi. Vitat Agenorides, cadmus Agenoris filius, Agenor

Agenor

ãt fortis, contumax et ſupbus interpretatur. Solis, deſertis.

Immunis

Immunis, expers quę nunq̃ traxerit aratrũ. Carpe vi. vade. perge. Bęotiaq; il. uoca. Hoc eſt απο της βοος illa denominato. De urbe nãq; quę Thebę απο της θηβης quę bos ẽ uacca lingua Syra dr̃ ſunt appellatę: ut etymologici aiunt, intelligendum eſt. Non autẽ de regione, quę Bęotia fuit cognominata απο της βοος et, ut caſtor ait, Apollinis oraculo ita mandãte. Tametſi quidam ut refert Stephanus, a Bęoto Itoni filio Deucalionis et pyrrhę abnepote. Nicocrates autem a Bęoto Neptuni et Arnes filio Bęotiam denominatam uelint. Bęoton uero appellarunt paſtores, q̃ boum paternarum ſtercoribus puer uolutaret, ut Euphoriõ ſcribit Sed Oui. vt dixi, eorum ſeq̃tur opiniones, qui a booe cadmi duce cognominatam volunt. Sola vero Bęotia ex oĩbus gręcię regionibus ad tria maria verſus diſpoſitos paſtores hʒ. Alij nanq; peloponneſium. Siculumq; et Adriaticum ſinum reſpiciunt, Alij ad Ægyptum Cyprumq; et alias inſulas ſunt conuerſi. Alij Euripum ac Macedonię, Theſſalięq; mare ſpectant. Boetia quidem legitur, ſed cum gręci per oi et ω magno βοιοτιαν ſcribant, mirandum eſt latinos Bęotiam quoq; non pronunciare, cum pręſertim et syllabę quantitas et carminis ratio gręcorum expoſcat orthographiam, quare cum ę diphthongo bęotiam a nobis quoq; contenderis eſſe ſcribendum. Hęc de Bęotia dicta ſunt, quamuis de vrbe ſentiat poeta, quę vel απο της θηβης vt dixi, hoc eſt a boue quę lingua Syra θηβα vocatur, niſi malimus dicere poetam, ad id alludere, quod Bęotię Thebę a boue fuerunt denominatę. Sunt tamen qui Thebas a Thebę promethei filia dictas velint. Verum Ouid. eorum uiti auctoritate videtur, qui a boue θηβα lingua Syra dicitur, ſentiunt eſſe denominatas, Illud obiter admonuerim eum qui vulgo Boetius vocatur, Virum omni doctrinę genere pręſtantem, Boethum a nomine priſci philoſophi qui auxiliator transferri poteſt eſſe appellandum. Cadmus autem (vt Str. ſcribit) arcẽ Cadmeã edificauit, cui Thebę ab ipſius poſteris Amphione et zetho adiectę fuerunt.

Boethus

Caſtalio antro, ſpelunca delphici oraculi, Caſtalius fons eſt parnaſi muſis ſacer a virgine Caſtalia dictus, quę cum Apollinem ſe amantem fugeret e monte cadens ĩ fontẽ ſui noĩs fuit ↄmutata.

Caſtalius

RAPH.

Nullum ſeruitij ſignum, hoc eſt quę nullum iugum paſſa erat. Seruitium autem interdum ſeruitutem, interdum ſeruorum multitudinem ſigt̃. Preſſo gre. repreſſo ẽ tardo ne anteiret ſeq̃tur vaccã. Legit trãſit. Veſtigia, ſigna pedum vaccę. Iaʒ vada Cephiſi, Fluuius ẽ Bęotię Cephiſus, a q̃ Cephiſis palus et ſit et appellat̃. Panopes arua, Panope vrbs fuit phocides a Panopeo phoci filio appellata. Vñ panopeus triſyllabũ gẽtile nomẽ. Stetit, ſubſtitit. Mugitibus ĩpulit auras, mugitus in aerẽ emiſit. Comites, cadmũ cũ ſocijs.

Cephiſus

Panope

Agit grates, Apollini. Silua vetus ſtabat, erecta erat. Nulla violata ſecuri, quę nunq̃ fuerat cęſa.

Humilẽ arcũ, depſſũ. Vbi ↄditus antro, abſcõditus in ſpelũca. Antrũ ãt dictũ eſt παρα το αυτω, qđ ẽ ſupplico, q̃m Deos ĩ ſpeluncis colebãt, putãtes illas eẽ ſacras. Martius anguis Marti dicatus, ac bellicoſus. Chriſtis. et auro. ſigura ẽ ενδιαδυο, hoc eſt criſtis aureis. Horrẽdũ ãt deſcribit draconẽ. Pręſignis, ĩſignis. notabilis. Igne micant oculi rubore oculi fulgẽt. Tumet, ĩflatũ ẽ et repletũ. Tres micãt ligue, ſerpẽtibus lõgiſſimã ac triſulcã linguã eẽ

Antrum

Serpentis deſcriptio

pli.ſcri.eoq; tres linguas habere videntur. Micant ſaliunt et celeriter mouent. Stant, horrent. Tyria de gente profecti. cadmi ſocij, qui de phenicia,

Tyrus

vbi eſt Tyrus, venerant. Eſt autem Tyrus inſula cum vrbe phenicię adiacens, a Tyro phenicis filio denominata. Tyrus quoq; eſt et Laconię et maris rubri inſula, quam ...ti Artemidorus Tylon per l vocat. Et ...ẽt vrbs et Indię et Lydię et Piſidię. Vñ nomen gentile Tyrius et poſſeſſiuum Tyriacus deriuatur, vt a Rhodo Rhodiacus.

Infauſto gradu, infelici paſſu. oẽs. n. a Dracone illo necati ſunt.

Vrna

Vrna, vas ẽ hauriendę aquę accommodatum ab vrinando dictum, ꝙ in puteis ſubmergatur. Cęruleus ſerpens, niger, et propter hoc horrendus.

Effluxere vnde, manibus miniſtrorum timore Draconis illis aqua excidit, eſt n. metonymia, contentum nanq; pro continenti poſitum eſt. Sanguisq; relinquit corpus., miniſtros expalluiſſe metu ſerpentis poeta ſignificat. Nexibus, nodis. Orbes ſpiras quas ſerpentes cauda efficiunt. Sinuatur, contrahitur, curuatur, flectitur. Tantoq; eſt corpore, tam magnus inquit erat ille ſerpens quantus eſt is qui inter duas vrſas in cęlo ſpectat. Eſt autem tantus vt fluuius eſſe videatur vt Virg. ſcribit. Maximus hic flexus ſinuoſo elabitur anguis. circum perq; duas in morem fluminis Arctos. Arctos Oceani metuentes ęquore tingi. Geminas Arctos, duas et ſimiles vrſas. Phenicas, Cadmi comites phenicas aquatum miſſos. Eſt enim grecus accuſatiuus. Funeſta tabe veneni, mortiſera veneni corruptione et ſanie.

RAPH.

FEcerat exiguas, iam inquit meridies erat, exiguę enim in meridie ſolent eſſe vmbrę, quo tempore ſol eſt altiſſimus.

Veſtigat...

Letato...

Veſtigat, per veſtigia inquirit. Letata leto data, extincta. Nomen eſt participio ſimile, a leto (quod mortem ſignificat) declinatum.

Spatioſi corporis, vaſtiſſimi. Sanguinea lingua, rubra et ſanguine infecta.

Aut vltor, aut inquit Cadmus veſtram mortem vlciſcar o fidiſſimi ſocij, aut vna vobiſcum moriar. Fidiſſima corpora, fidiſſimorum ſociorum cadauera. Molarem

Mola...

lapidẽ tam magnũ, vt ex eo mola ꝯfici poſſit. Molares. n. lapides dñr ex qbus molę ꝯficiunt. Magno conamine, magno impetu. Illius impulſu ꝙ haſtus, ꝙque dura pelle fuerit ille ſpẽs apte ex hac hyperbole colligit, ſimul ẽt ꝙ validus, robuſtusq; ac pñti aio foret Cadmus facile cognoſcit. Qui. n. molarẽ lapidẽ e terra tollit, tãtoq; conatu iacit, vt turris ꝯcuti poſſit, is nimirũ maxĩs viribus ẽ indicādus. Emphaſis ẽ igit̃ hĩ loco p ꝙ plus itelligit̃ ꝙ dicat̃.

Validos ictus, valide et fortiter illatos. Vicit, repulit. Tũc. n. acuta vinci dicunt̃ cum repelluntur.

Lentę ſpinę, flexibilis dorſi. In ilia in inteſtina.

Labefecit, labare fecit. Ferrum tamen oſſibus hęſit iaculi inquit ferrum oſſibus infixum remanſit.

Deſpicit oẽ nemus, tantoq; eſt corpore quanto
Si totum ſpectes, geminas qui ſeparat Arctos.
Nec mora phenicas, ſiue illi tela parabant,
Siue fugam. ſiue ipſe timor ꝓhibebat vtrunq;,
Occupat hos morſu, longis complexibus illos,
Hos necat afflatu, funeſta hos tabe veneni.
Fecerat exiguas iam Sol altiſſimus vmbras.
Quę mora ſit ſocijs miratur Agenore natus,
Veſtigatq; viros. tegimen direpta leoni
Pellis erat, telum ſplendenti lancea ferro,
Et iaculum, teloq; animus pręſtantior omni.
Vt nemus intrauit, letataq; corpora vidit,
Victoremq; ſupra ſpacioſi corporis hoſtem,
Triſtia ſanguinea lambentem vulnera lingua,
Aut vltor veſtrę fidiſſima corpora mortis,
Aut comes inqt ero, dixit, dextreq; molarem
Suſtulit, & magnũ magno conamine miſit.
Illius impulſu cum turribus ardua celſis
Męnia nota forẽt, ſerpens ſine vulnere manſit.
Loricęq; modo ſquammis defenſus, & atrę
Duricia pellis, validos cute reppulit ictus
At non duritia iaculum quoq; vicit eadem,
Quod medio lentę ſpinę curuamine fixum
Conſtitit, et totum deſcendit in ilia ferrum.
Ille dolore ferox caput in ſua terga retorſit,
Vulneraq; aſpexit, fixumq; haſtile momordit.
Idq; vbi vi multa partem labefecit in oẽm,
Vix tergo eripuit, ferrum tamen oſſibus hęſit.
Tum vero poſtq̃ ſolitas acceſſit ad iras
Cauſa recẽs, plenis tumuerunt guttura venis,
Spumaq; peſtiferos circumfluit albida rictus,
Terraq; raſa ſonat ſquãmis qq; halitus exit
Ore niger ſtygio vitiatas inficit herbas,
Ipſe modo immenſum ſpiris facientibus orbẽ
Cingitur interdum longa trabe rectior extat,
Impete nunc vaſto ceu concitus imbribus ãnis
Fertur, & obſtantes perturbat pectore ſiluas.
Cedit Agenorides paulum, ſpolioq; leonis
Suſtinet incurſus, inſtantiaq; ora retardat
Cuſpide prętenta, furit ille, & inania duro
Vulnera dat ferro, figitq; in acumine dentes.
Iamq; venenifero ſanguis manare palato

Solitas ad iras,ad conſuetam rabiem. Acceſ-ſit,adiuncta fuit. Cauſa recens,vulnus a Cadmo illatum. Albida,alba. Peſtiferos rictus,ve-nenata ora.Rictus autem proprie ferarum eſt, vt roſtrum auium. Ore ſtygio,venenato,quia-lis eſt ſtyx inferorum palus. Inficit,maculat; polluit inquinat.

ſerpens,nam Cadmus relicta Spynge vxore,Her-mioneq; Martis et Veneris filia accepta, ab Am-phione et zeto fuit expulſus regno,et cum ad Illy-rios confugiſſet,ad ſenectutemq; perueniſſet, in ſerpentem dicitur fuiſſe conuerſus.

RIGEbāt,horrebāt. Ecce viri fautrix,repētinū RAPH.

Cęperat,ӡ virides aſpergine tinxerat herbas,
Sed leue vulnus erat,quia retrahebat ab ictu,
Lęſaq; colla dabat retro,plagamq; ſedere
Cedendo arcebat,nec longius ire ſinebat.
Donec Agenorides coniectum in guttura ferrū
Vsq; ſequens preſſit dum retro quercus eunti
Obſtitit,& fixam.pariter cum robore ceruix.
Pondere ſerpentis curuata eſt arbor,& imę
Parte flagellari gemuit ſua robora caudę,
Dum ſpatium victor victi conſiderat hoſtis
Vox ſubito audita ē,neq; erat cognoſcer̄ ꝓmptū
Vnde,ſed audita eſt,qd Agenore nate perēptū
Serpentem ſpectas?& tu ſpectabere ſerpens,
Ille diu pauidus pariter cum voce colorem
Perdiderat gelidoq; comę terrore rigebant.
Ecce viri fautrix ſuperas delapſa per auras
Pallas adeſt,motęq; iubet ſupponere terrę
Vipereos dentes,populi incrementa futuri.
Paret,et impreſſo ſulcum patefecit aratro.
Spargit humi iuſſos mortalia ſemina dentes,
Inde (fide maius) glebę cępere moueri,
Primaq; de ſulcis acies apparuit haſtę,
Tegmina mox capitum picto nutantia cono,
Mox humeri,pectuſq;,oneratāq; brachia telis
Exiſtant,creſcitq; ſeges clypeata virorum.
Sic vbi tolluntur feſtis aulęa theatris,
Surgere ſigna ſolent,pꝛimumq; oſtēdere vultus,
Cętera palatim placidoq; educta tenore
Tota patent,imoq; pedes in margine ponunt.
Tertius hoſte nouo Cadmus cape arma ꝑabat,
Ne cape de populo,quē terra creauerat,vnus
Fxclamat,nec te ciuilibus inſere bellis.
Atque ita terrigenis rigido de fratribus vnum
Comminus enſe ferit,iaculo cadit eminus ipſe.
Hic quoq;,qui dederat leto,non longius illo
Viuit expirat,modo quas acceperat,auras,
Exemploq; pari furitur omnis turba,ſuoque
Marte cadunt ſubiti per mutua vulnera fratres
Iamque breuis vitę ſpatium ſortita iuuentus
Sāguineam tepido plangebat pectore matrem,
Quinq; ſupſtitibus,quoꝝ fuit vnus Echion,
Is ſua iecit humi monitu Tritonidis arma,

Ipſe modo immē-ſum, interdum in-quit inſpirat et in maximum orbem contrahitur, interdū in longitudi-nem extenditur.Ele-ganter autem (vt ola) ſerpentis vulne-rati naturam effin-git poeta. Impete, pro impetu, metri cauſa interdum poe-tę impete vtunt.

Fertur,ruit. Per-turbat,proſternit.

Spolioq; leonis,pel-le leonis. Cuſpide pretenta,obiecto ia-culi ferro. In acu-mine,in cuſpide.

Manare, fluere.

Aſpergine,aſperſio-ne ſanguinis. Da-bat retro, trahebat retro. Plagamq; ſe-dere,hoc eſt cedendo plagam in corpus deſcēdere non per-mittebat. Longius ire,altius deſcendere in corpus. Vsq; ſe-quens preſſit, eumq; ſequens infixit, do-nec quercus obſtitit illi retro ſe a vulne-re trahenti. Cum robore, cū quercus ſtipite. Pondere ſer-pentis,ex hac quoq; emphaſi quercus ſti-pites fuerit curua-tus. Gemuit.dolu-it.Rei autem inani-matę ſenſus tribuit poeta. Sua robora ſuum truncum.

Flagellari,percuti ac verberari. Spa-cium, magnitudines.

Promptum faci-le. Vñ,a quo emiſ-ſa fuerit ſubaudiat.

Et tu ſpectabere

Palladis aduētū illa ꝑicula ecce ſigt. Ac Oui.qdē Paladis iuſ-ſu dētes ſpētis a cad-mo ait fuiſſe ſemia-tos, Lyſimachus ꝟo Marte iubēte narrat ſemiatos fuiſſe. Phe-recydes āt ſcri.Martē ac Palladē ſerpētis il-lius dentes in duas ptes ęq̄les diuiſiſſe, alterāq; Cadmo, al-terā. Æte tradidiſſe, cadmūq; illos ſemi-naſſe,ex quibus ho-mines armati ſint nati. Motę terrę, aratę. Vipeos dētes.

Mortalia ſemina hoīum ſemina non finguntur.Nam hoīes armati ex illis denti orti fingunt. Apol-loniū āt Rhodiuum ſeqtur Ouidius q in ſecundo Argonauti con ſcribit ꝙ denti-bus ſerpentis a cad-mo ſatis complures armatos hoīes na-tos eſſe.Nā Lyſima-chus atq; Hellanicus narrant quinq; ſolū hoīes armatos ex dentibus ſerpentis a Cadmo ſemiatis ex-ortos eſſe, quorum nomina hęc eſſe feruntur. Vdęus. Chthonius. pelor. Hiperenor. Echion.

Serpentis dētes in hoīes armatos.

Inde fide maius, deinde inqt glebę il-lius aratę terrę mo-ueri cępenūt,qđ om-nem exuperat fi-dem. Fide ma-ius, quod eſt ma-ius quam vt ſit cre-dendum. Pri-maq; de ſulcis aci-es apparuit haſtę, primę inquit haſtę exortę ſunt.Eſt au-

Fraterneq; fidem pacis petijt,deditq;.
Hos operis comites habuit Sidonius hoſpes
Cum poſuit iuſſam phębeis ſortibus vrbem.



Iam ſtabāt Thebę.poteras iam Cadme videri
Exilio felix ſoceri tibi Marsq;. Venusq;
Contigerant,huc adde genus de cōiuge tanta,
Tot natos,natasq;,& pignora chara nepotes,
Hos quoq; iā iuuenes. Sed ſcilicet vltima ſemꝑ
Expectanda dies homini eſt,diciq; beatus
Ante obitum nemo,ſupremaq; funera debet.
Prima nepos inter res tot tibi Cadme ſecundas
Cauſa fuit luctus,alienaq; cornua fronti
Addita,vosq; canes ſatiati ſanguine herili.
At bene ſi quęras,fortunę crimen in illo.
Non ſcelus inuenies,qđ.n.ſcelus error habebat?
Mons erat infectus variarum cęde ferarum,
Iamq; dies medius rerum contraxerat vmbras,
Et Sol ex ęquo meta diſtabat vtraq;,
Cum iuuenis placido ꝑ deuia luſtra vagantes

tem figurata locutio atq; poetica.Si enis eſſet proſa oratio,haſtę apparuerunt diceretur. Tegmina mox capitum,periphraſis eſt galeaꝝ. Picto
Conus cono,criſta picta varijs pennaꝝ coloribus. Exiſtunt,extant,eminent,extra terram ſtant. Clypeata,ſcutata,nomen participio ſimile. Sic vbi, pulchra ſimilitudine declarat quo mō paulatis viri illi armati ſint nati. Sic inquit nati ſunt,vt videantur ſigna et imagines ſurgere cu aulęa pietibus affi
Aulęa guntur. Aulęa,ab aula attali regis,vbi primū inuenta sūt, fuere vocata. Feſtis theatris,in quibus ludi ac dies feſti celebrantur.Theatra autem cum ludi fiebant audęis ornabā
Dare leto. tur. Dederat leto,i
Plangere terfecerat. Subiti fratres,ſubito nati.

Plangebat,percutiebat. Nam cadētes terrā feriūt. Quinque ſuperſtibus, ſuperuiuentibus. Omnes nanq; viri illi armati mutuis vulneribus ceciderunt, ꝑter hos quinq; Vdęum. Chthonium. Pelores. Hyperenorē.et Echionem.quos qdem Cad
Sidon mus ſocios vrbis cōdendę habuit.Hi vero etiam σπαρτοι, hoc eſt ſeminati,fuerunt appellati, quāquā Hippias Delius ſcribat ſpartos quādam eſſe gentem.

Sidonius hoſpes, Cadmus Phęnix.Nā Sidon vrbs eſt Phęnicię,vn̄ Sidonius deriuatur. Iuſſas vrbes.Thebas Bęotias. Phębeis ſortibus, Apollinis oraculis.

BACTA. Fabulę ſecundę tertij libri argumentum.

IAM Stabant Thebę.poteras etc̃.Diana cum in valle Gargaphię ęſtiuo tempore fatigata ex aſsidua venatione,ſed fontem perlueret. Acteon Ariſtęi et Autonoes filius eundem locum petens ad refrigerandum ſe et canes quos exercuerat feras ꝑſequens in conſpectu Deę incidit.qui ne eloq poſſet,habitus eius in ceruum ab ea conuerſus eſt,ita vt pro fera laceratus a ſuis canibus ſit.

IAM ſtabant Thebę,hęc idcirco narrantur, vt RAPE Actęonis in ceruum tranſformatio concinnius cum ſuperiore fabula iungatur.Thebę autem fuerunt appellatę,vel a Theba,quę lingua Syra (vt dl Thebę ximus) bouem ſignificat,vel a thebe Ægyptij vrbe ampliſſima, vnde Agenorem Cadmi patrem,cū Phęnice fratre veniſſe, et apud tyrus et Sydones regnaſſe, auctor eſt Euſebius. Fuit ēt Thebę vrbs Lycię, patria Andromaches Hectoris vxoris de qua Ouidius ipſe lib. de Triſtibus primo. Nec crucicere minus q̄ cum Thebana cruentum Hectora Theſſalico vidit ab axe trahi. Alia q̄q; eſt vrbs hoc nomine in Lucania,vt ſcrib. Pli.iiij. Naturalis hiſtorię. Stabāt,erectę, exędificatęq; erant. Soceri tibi Hermione, Marsq;, Venusque, vxorem nanq; Hermionem duxit Cadmus Martis, Veneriſq; filiam. Huc adde genus, progeniem. De ꝯiuge tāta quanta eſt Hermione Martis et Veneris filia,de q̄ Statius multa in Thebaidos libro.ij. Hermione quidem etiā menelai et helenę filia nominat̃. Quod vero qdam Martis et Veneris filiā nō Hermionem,ſed harmoniam, putant eē vocitatam Martiani capellę affectans leporibus decepti sūt.

Tot natos natasq;,ex Hermione qdem filias q̄tuor. Semelen. Agauen. Autonoen. Ino et Polydorū Cadmus ſuſtuliſſe memoratur. Quos vero alios filios ſuſceperit nuſquā memini me legiſſe. Et pignora chara nepotes,hi fuerunt Bacchus ex Semele et Ioue,Pentheus ex Agaue et Echione,Actęō ex Autonoe et Ariſtęo,Learcus et Melicerta ex Ino et Athamante. Aß o Sed ſcilicet vltima ſemper,ſententia eſt Solonis philoſophi,qua Crœſi Indorum regis diuitias ſugillauit.Cum enim Crœſus ſe felicem

eſſe

ſe iactarẽ, neminem ãnte ſupremum diem recte ſuum dici poſſe Solon admonuit. Cuius ſententię quidem Crẽſus memor, cum a Cyro Perſarum rege foret captus, rogoq; impoſitus Solonem appellauit, dicens. O Solon Solon, ac ſi diceret q̃ vera mihi dixiſti. Cyrus vero cum eam accepiſſet ſententiam, Crẽſum nõ ſolum liberauit, ſed etiam in maximo honore habuit. Prima nepos, Actęon Ariſtei et Autonoes filius venando feſſus, cum opacus quęreret locum, forte ad fontem peruenit, vbi ſe Diana nuda cum comitibus abluebat, quę irata eum ſtatim in ceruum mutauit ne cui vnquam a ſe Dianam nudam fuiſſe viſam iactare poſſet. Hoc vero idcirco fictum eſt, q Actęõ venationi admodum fuit deditus, totumq; pͤ nimiũ canes alendo ↄſumpſit. Summam aũt fabulę primum deſcribit poeta, dein de diffuſius oĩa aperit. Aliena cornua ceruina. Fortunę crimen, caſu nanq; offendit Dianam. Cęde ſanguine, qd n. añcedit pro eo qd ſequitur poſitum eſt. Contraxerat corripuerat, ẽ abbreuiauerat. Meta vtraque, oriente et occidente. Iuuenis hy. Thebanus, Hyantes. n. pp̃li ſunt Bęotię, q et Hyãtij appellant. Hyantia etiam vrbs eſt locorũ, vnde Hyantius deriuat. Qui vero a fonte q nuſq̃ inuenit, vel ab Hya Atlãtis filio hoc nom deducũt, nõ minus inepti ſunt, q̃ q id putãt eẽ aduerbiũ comparatiuũ ab hyante parti ipo deriuatũ. Lina mandẽt, retia ſunt madefacta. Eſt aũt metonymia. Lina. n. ex qbus retia ↄficiuntur p ipſis retibus ponuntur. | Hyantes; Hyantia

tionẽ redibimus. Diſtat idẽ, ſpaciũ ſubaudiat. Vt intelligamus Solẽ ab vtraq; terra eq̃li ſpatio diſtare, atq; abeſſe ab oriẽte et occidẽte. p qd ſigt meridiem eẽ. Vtraq; terra, oriẽtali et occidẽtali. Vaporibus, feruoribus. Siſtite opus pñs, ſtare facite, h eſt pñti operi finẽ iponite. Intermittiteq; laborẽ, vſq; in dies ſeq̃ntẽ venandi laborẽ deponũt. Vallis erat, Topographia ẽ vallis deſcriptio, q̃ ſe Diana per meridiẽ cũ ſuis comitibus ↄferre ſolebat. Piceis, picea arbor eſt montana. Acuta cupreſſu, in acutũ tendẽte. Succinctę agilis et induſtrię. Cura amor ẽ voluptas. Erat. n. amęniſſima vallis. Nemorale, nemoribus tectũ. Pumice viuo, natiuo, nãli. Pumex aũt lapis ẽ leuis, cauernoſus, poliẽdis a rebus accõmodatus. Vñ pumicare qd ẽ pumice polire, declinat. Et leuibus toffis, toffus lapis eſt cauernoſus. Duxerat, effecerat. Natiuũ, nãlem. Tenui vnda, exigua aq̃. Succinctus, circundatus. Patulos hiatus, patentes ripas, hiare n. vñr ripę, vt fluuij alueũ efficiant. Dea ſiluarũ, Diana. Perfundere, madefacere. Retentos remiſſos, a retendendo. ALTEra. de altera ingt accepit pallã veſtẽ a Diana depoſitã. Vincla calceos et cothurnos. Iſmenis Croca. Iſmeni fluuij filia. Deſcribit at officia comitũ Dianę. Quãuis erat ip. ſo. in ſoluta orone q̃uis eſſet diceret. Laticẽ aquã, a latendo, q in terrę venis latitat. Niphe q; lotrix iterpretari põt. Niphe απο του νιπτειν, hoc eſt a lauando. Hyaleq; απο της υης, hẽ a pluuia vñ hyale deriuari. Rhaniſq; Rhanis aſperſio et gutta vocat απο του ραινειν, hẽ ab aſpergendo. Et pſecas, ſtilla minor Pſecas transfert. Pſecades. n. minutę dñr, guttulęq; rei ptes. Et phi. vas ẽ qdem bauriendis, infundẽdisq; aqs accõmodatũ παρα το πινειν, et a bibẽdo deductũ mutatione tenuis ↄſonantis, i. craſſas | Siſtere; Intermittere; Gargaphie vallis; Picea; Pumex; Toffus; Perfundere; Retendere; RAPH.; Dinę comites; Latex; Pſecades; Phial.

Participes operum compellat Hyantius ore,
Lina madent comites, ferrumq; cruore ferar;
Fortunamque dies habuit ſatis, altera lucem
Cum croceis inuecta rotis Aurora reducet
Propoſitũ repetemus opus, nũc phębus atraq;
Diſtat idem terra, finditq; vaporibus arua.
Siſtite opus pręſens, nodoſaq; tollite lina
Iuſſa viri faciunt, intermittũtq; laborem.
Vallis erat piceis, & acuta denſa cupreſſu
Nomine Gargaphie, ſuccinctaq; cura Dianę,
Cuius in extremo eſt antrum nemorale receſſu
Arte laboratum nulla, ſimulauerat artem
Ingenio natura ſuo. nam pumicẽ viuo,
Et leuibus toffis natiuum duxerat arcum
Fons ſonat a dextra tenui perlucidus vnda
Margine gramineo patulos ſuccinctus hiatus.
Hic Dea ſyluarum venatu feſſa ſolebat
Virgineos artus liquido perfundere rore.
Quo poſtq̃ ſubijt, nympharum tradidit vni
Armigerę iaculum, pharetráq;, arcuſq; retẽtos
Altera depoſitę ſubiecit brachia pallę,
Vincla duę pedibus demunt. nam doctior illis
Iſmenis Crocale ſparſos per colla capillos
Colligit in nodum, q̃uis erat ipſa ſolutis.
Excipiunt laticẽ Nipheq;, Hyaleq;, Rhamiſq;
Et Pſecas, & phiale, funduntq; capacibus vrnis
Dumque ibi pluitur ſolita Titania lympha,
Ecce nepos Cadmi dilata parte laborum
Per nemus ignotum non certis ſibus erranspas
Peruenit in lucum, ſic illum fata ferebant
Qui ſimul intrauit rorantia fontibus antra,
Sicut erant nudę, viſo ſua pectora nymphę

Fortunamque dies habuit ſatis proſperam ſubaudiamus. Croceis rotis, croceo et pulchro curru. Aperte namque totum per Synecdochẽ accipimus. Propoſitũ repetemus opus, cras inquit Actęon adueniente Aurora ad vena-

Hylęusq; ferox nuper percuſſus ab apro,
Deque lupo concepta Nape, pecudesq; ſecu ta
Pęmenis, & natis comitata harpyia duobus,
Et ſubſtripta herens Sicyonius ilia Ladon,
Et Dromas, & Canache, Sticteq, & tigris, & alce.
Et niueis Leucon, & villis Asbolus atris,
Pręualidusq; Lacō, et curſu fortis Aello,
Et Thous, & Cyprio velox cum fratre Lycisca
Et nigram medio frontem diſtinctus ab albo
Harpalos, & Melaneus, hirſutaq; corpe lachne;
Et patre Dictęo, ſed matre Laconide nati
Labros, & Aglaodos, & acutę vocis Hylactor,
Quosq; referre mora eſt ea turba cupidine pdę
Per rupes, ſcopulosq;, adituque carentia ſaxa,
Quaq; eſt difficilis, quaq; eſt uia nulla, ſequunt,
Ille fugit, per quę fuerat loca ſępe ſecutus,
Heu famulos fugit ille ſuos clamare libebat
Actęon ego ſum, dominum cognoſcite ueſtrū,
Verba animo deſunt. reſonat latratibus ęther.
Prima Melanchętes in tergo uulnera fecit.
Proxia theridamas, oreſitrophus hęſit i harmo.
Tardius exierant, ſed per compendia montis
Pręcipita ta uia eſt. dominum retinētibus illis
Cętera turba coit, conſertque in corpore dentes
Iam loca uulneribus deſunt. genuit ille, ſonūque
Et ſi non hominis, quem nō tamen edere poſſit
Ceruus habet, męſtisque replet iuga nota q̄relis
Et genibus pronis ſupplex, ſimilisque roganti
Circunfert tacitos, tanq̄ ſua brachia uultus.
At comites rapidum ſolitis hortatibus agmen,
Ignari inſtigant, oculisque Actęona quęrunt.
Et uelut abſentem certatim Actęona clamant.
Ad nomen caput ille refert, & abeſſe queruntur
Nec capere ob'atę ſegnem ſpectacula prędę.
Vellet abeſſe quidem, ſed adeſt, uelletque uidere,
Non etiam ſentire canum fera facta ſuorum.
Vndique circunſtant, merſisque in corpe roſtris
Dilacerant falſi dominum ſub imagine cerui,
Nec niſi, finita per plurima uulnera uita
Ira pharetratę fertur ſatiata Dianę.

ſumpſit hic canis. Nam a fluminibus etiam nunc canes interdum cognominantur. Sicyonius autem ab vrbe Peloponneſi Sicyone, quę et Mecon et Telchinia etiam fuit dicta. Subſtricta, conſtricta et parua.
Dromas Et Dromas, currens, δρομος enim curſum ſignificat.
Canache Canache, καναχη ſtrepitum ſignificat vnde nomen cani fuit inditum, q̄ eius latratu omnia reſonarent.
Sticte Sticteq; hęc a colorum varietate nomen ſumpſit. Nā στικτη diſtincta varijs maculis dici poteſt, ἀπο του στιζειν, id eſt a diſtinguendo.
Tigris Tigris, Tigridi ſimilis, quę eſt fera velociſſima.
Alce Et Alceſ illis alcę feręperniciſſimę, de q̄ Pli. ſeptentrio fert et equorum greges ferorū, ſicut aſinorum Aſia et Africa. Prętera Alcem procerita aurium et ceruicis diſtinguat iumento ſimilem, αλκη etiam robur. potentiaq; dicitur.
Leucon Leucon, albus a colore, λευκος enim album ſignificat.
Asbolus. Et villis Asbolus atris, hoc eſt pilis nigris, Asbolus autem a colore eſt dictus, ασβολος .n. fuligines ſignificat, eo q̄ nigris villis ac ac fuliginoſis eſſet.
Lacon Lacon, a patria, q̄ laconicus eſſet.
Aello Ællo, a procella, q̄ eſſet impetuoſus. Ælla nanq; turbinem ſignificat et procellam.
Thous Thous, velox dicitur et impetuoſus tametſi Thos forſitan rectius legeretur. Sunt enim
Thoes Thoes (vt ſcribit Plinius) luporum genus proceris longitudine, breuitate crurum diſſimile, velox ſaltu, venatu vi

uens, innocuum homini, habitum non colorem mutat. per hyemes hirti ęſtate nudi.
Lycisca Lycisca, canis ex lupo nata Lycisca dicitur, quaſi parua lupa. Eſt enim diminutiuum a lupo, qui gręce dicitur λυκος.
Harpalos Harpalos, rapax, αρπαζω nanque rapio ſignificat.
Melaneus, niger.
Lachne Hirſutaque corpore Lachne, verbum de verbo expreſſit. Lachne enim villorum denſitas vocatur. Dictęo, cretenſi.
Labros Labros, hoc quoque nomen cani conueniens eſt vehemens enim, impetuoſusq; transfertur.
Aglaodos Et Aglaodos, ſplendidos ac nitentes habens dentes interpretatur, αγλαος nanq; ſplendidus, οδους dens dicitur, quāquam mihi potius videtur legēdum eſſe Agriodus, qui agreſti ac feroci dente interpretari poteſt, αγριος nanq; agreſti, feroxq; dicitur.
Hylactor Hylactor, latrator. nā υλακτεω latro ſignificat. Sępe ſecutus, et canes ſuos ſub audiamus.
Melanchetes Melanchętes, iubam et pilos habens nigros, χαιτη nanq; iuba dicitur. Theridamas, feras domans. Nā θηρ fera dicit. δαμαζω domo. Oreſitrophus, in montibus nutritus, ορος enim montē, τρεφω ſignificat nutrio.
Pręcipitata via eſt, pręcipiti curſu pacta.
Per compendia montis, per cōpendioſa et breuia montis itinera.
Quem non tamen edere poſſit ceruus, hoc eſt. nec hominis vocem, nec cerui ba

Rumor in ambiguo eſt,alijs violentior equo
Viſa Dea eſt.alij laudant,dignamq; ſeuera
Virginitate vocant.pars inuenit vtraq; cauſas
Sola Iouis coniunx non tam culpetne, ꝓbetne
Eloquitur,ꝙ clade domus ab Agenore ductę
Gaudet,⁊ a Tyria collectum pellice transfert
In generis ſocios odium.ſubit ecce priori
Cauſa recẽs,grauidãq; dolet de ſemine magni
Eſſe Iouis ſemelen tum linguã ad iurgia ſoluit.
Profeci quid enim toties per iurgia dixit?
Ipſa petenda mihi eſt.ipſam ſi maxima Iuno
Rite vocor,perdam.ſi me gemmantia dextra
Sceptra tenere decet,ſi ſum regina,Iouiſq;
Et ſoror,et coniunx,certe ſoror,at puto furto ẽ
Contenta,& thalami breuis eſt iniuria noſtri.
Cõcipit,id deerat,manifeſtaq; crimina pleno
Fert vtero,& mater,qđ vix mihi cõtigit vni,
De ioue vult fieri,tanta eſt fiducia formę.
Fallat eam ſaxo.nec ſim Saturnia ſi non
Ab Ioue merſa ſuo ſtygias penetrarit ad vndas:
Surgit ab his ſolio,fuluaq; recondita nube
Limen adit Semeles.nec nubes ante remouit,
Quã ſimulauit anũ,poſuitq; ad tẽpa canos,
Sulcauitq; cutem rugis,& curua trementi
Membra tulit greſſu.vocem quoq; fecit anilem
Ipſaq; erat Beroe Semeles Epidauria nutrix.
Ergo vbi captato ſermone,diuq; loquendo
Ad nomen venere Iouis ſuſpirat,et opto
Iuppiter,vt ſit,ait,metuo tamẽ omnia. multi
Nomine Diuorum thalamos iniere pudicos.

bet,ſed diſſimilem emittebat ſonum,ac querelas: Iuga nota,cognitos ipſi montes. Circunfert tacito,hoc eſt pro manibus et brachijs,quę in cru ra fuerant cõuerſa,vultus ac faciẽ circũferebat. At comites,Actęonis ſocij. Agmen,canum multitu dinem. Ad nomen caput ille refert, reuabit, at tollit,cum responde re non poſſet.Eſt ãt parẽtheſis. In cor pore,in carne.

Roſtris. Ro ſtris,oribus,nam ro ſtra ꝓprie auiũ dñr per ſimilitudinẽ do etiam nauiũ. Falſi cerui,ficti ac ſimula ti.

Pharetra Pharetra arma tę.Eſt enim nomen ꝑticipio ſimile.Pha retra autem ſagitta rum eſt repoſitoꝝ.

Fabulę tertię ar tij libri argumẽtũ.

LACT. RVMor in ambi guo eſt.alijs violen tior equo etc̃. Iuno ſuſpecta ſemelen cad mi,et hermione fili am cum haberet, ꝙ cum Ioue ꝯcubuiſ ſet,in anum ꝯuerſa eſt,vt ſe fallacia ſine inuidia cuiuſq; vl ciſceref,ad eam venit, pſuadetq; ei,ne alio Iouem apparatu re cipiat ad cubile ꝙ ſo litus ſit apparere Iu noni. Quo vt illius auctoritas grauis ꝑ inde ipſius ꝯcubitus inſignis eſſet. Quod cum impetraſſet a cupiẽte deus inſtru ctus tonitribus ac fulminibus domũ Semeles ingreſſus ẽ. tecta eius deꝑpe op tans flammis adurit.liberumq; conceptum vte ro grauidę incendio eripit,ac femore inſuit ſuo, poſtea completis menſibus nymphis,qui Niſam montẽ Indię frequẽtarent, eũ tradidit nutriẽdũ.

RAPH. RVMOR in ambiguo eſt,queritur inquit vtrũ Diana iuſte Actęonem ea pena affecerit.Ac mul ti quidem dicunt eam fuiſſe 'Liminum crudelẽ, alij recte conſuluiſſe virginitati ſuę aſſerunt.

Iuno in necidam Violentior,crudelior. Cauſas,argumenta,qui bus vtraq; pars ſuam defendat opinionem. Hęc autem idcirco a poeta referuntur,vt ſequentem fabulam cum ſuperiore transformatione aptius

Semele contungat. Eloquitur, verbis exprimit. A tyria pellice,ab Europa,quam e Phęnicia Iuppiter

rapuit.Pellex autem proprie dicit̃,quę cum alie rum maritus rem habet. In ſocios generis, in cognatos. Subit ecce priori cauſa recens, fabulam narrare incipit,quę talis eſt.Iuno cum reſciuiſſet Semelem ex Ioue concepiſſe,eam perde re decreuit,conuerſa igitur in Beroem Semeles ipſius nutricem ei perſuadet, nec aliter Iouem in amplexus admittat,ꝙ ſi ſecum eo modo,quo cum Iunone ſolet con cumbere promittat, vt an ſit Iuppiter aperte cognoſcat. Quod quidem cum impetraſſe,neq; vim tãtę maieſtatis, ful minumque tollera re poſſet, extincta eſt.Puerum vero nõ dum maturum cę lo matris vtero Iup piter excepit, ac fe mori ſuo inſutum, donec menſes no uem complerentur fouit. Poſtea vero nymphis tradidit nutriendum. vnde et Dythyrambus fu it appellatus,quod διθύραμβον, hoc eſt per duas ianuas et Semeles vterum et Iouis femur tran ſierit. Subit,ſuc cedit. Semelen, Cadmi filia fuit Se mele et Hermiones, quę ex Ioue Bacchũ generauit. Per iurgia,per obiurga tiones, Certe ſo ror,hoc ita a Iuno ne infertur, ac ſi cõ iunx eſſe deſierit, cum Iuppiter alias amet.Sic quoque apud Sene cam ipſa loquitur.Soror Tonantis, hoc enim ſo lum mihi. Quod vix mihi contigit vni, vt de Ioue conceperim.Vulcanum enim ex Ioue ſu ſcepit Iuno. tametſi Heſiodus dicat Vulcanum ex ſola Iunone fuiſſe natam. Tanta eſt fi ducia formę,acclamatio ex maxima proueniens indignatione. Fallat eam ſaxo, efficiam in quit vt Iuppiter illam decipiat. Nec ſim Sa turnia,nec merear Saturni filia vocari. Ab Ioue ſuo,ab Ioue tam ſibi charo. Merſa,per dita. Penetrarit, deſcenderit. Surgit ab his,poſt hęc dicta. Quam ſimulauit anum, Iunonis transfigurationem inuſitatam deſcribit.

Pellex

Epidauria

Nec tñ eſſe Iouem ſatis eſt. det pignus amoris,
Si mõ verus is eſt, quantusq;, & qualis ab alta
Iunone excipitur, tantus, talusq; rogato
Det tibi cõplexus, ſuaq; ante inſignia ſumat.
Talibus ignaram Iuno Cadmeida dictis
Formarat, rogat illa iouem ſine nomie munus
Cui Deus elige ait, nullam patiere repulſam.
Quoq; magis credas, ſtigij quoq; cõſcia ſunto
Numina torrentis, timor, & Deus ille Deorũ ẽ
Lęta malo, nimiumq; potẽs, perituraq; amãtis
Obſequio Semele, qualem Saturnia dixit
Te ſolet amplectĩ Veneris cum foedus initis,
Da mihi te talem. voluit Deus ora loquentis
Opprimere, exierat iã vox properata ſub auras,
Ingemuit, neq; enim non hęc optaſſe, nec ille
Non iuraſſe poteſt. ergo meſtiſſimus altum
Aethęra conſcendit, vultuq; ſequentia traxit
Nubila, quis nimbos. imixtaq; fulgura ventis
Addidit, & tonitrus, & ineuitabile fulmen.
Qua tñ vſq; poteſt vires ſibi demere tentat.
Nec quo centimanum deiecerat igne Typhea,
Nunc armatur eo, nimium feritatis in illo eſt.
Eſt aliud leuius fulmen, cui dextra Cyclopum
Seuitię, flãmeque minus, minus addidit irę.
Tela ſecunda vocant ſuperi. capit illa, domũq;
Intrat Agenoream. corpus mortale tumultus
Non tulit ęthereos, donisque iugalibus arſit.
Imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo

Epidaurus Epidauria nutrix, Epidaurus vrbs ẽ Achaię Æſculapij templo nobilis in Saronici ſinus intimo receſſu ſita, q̃ antea Epitaurus fuit appellata. Sua inſignia, qbus ab alijs Dijs ſeparat. Fulmina aũt dicit, nam fulmen Iouis eſt inſigne. Cadmeida, Semelen Cadmi filiã. Ignarã, neſciam ſe decipi a Iunone. Formarat informarat, inſtruxerat. Stygij torrentis, Stygis paludis. Timor deorũ, nam Dij (vt inqt Virg.) p ſtygem iurare timẽt ne forte peierantes diuinitate priuent.

RAPH. Opprimere, obſtruere, obturare, ne petitioni finem imponere poſſet.

Vox properata celeriter prolata. Et neſcit vox emiſſa reuerti, vt Hora. ait.

Neque enim non hęc optaſſe, hoc eſt fieri nõ poteſt, vt et Semele non petierit ea, quę petit, et Iuppiter non promiſerit ea, quę ſe iam pręſtiturum iurauit. Preterita enis vt non fuerint, nulla ratione effici poteſt. Qua tamen vſque poteſt, in quantum inquit poteſt Iuppiter ſuas vires diminuit.

Typheus Centimanum Typhoea, Typhoeus (qui et Typhon dicitur, filius terrę fuiſſe ab Heſiodo ſcribitur Steſichorus autem illum a ſola Iunone genitum ait iniuriarum Iouis recordata) Gigas fuit violentiſſimus centum habens manus, quem Iuppiter fulmine ſtrauit, eique inarimen montem impoſuit. Eſt autem triſyllabum nomen, nec vnquam o et e vocales in vnam ſyllabam niſi figurate iunguntur. vltima enim eſt diphthongus non ſecunda, vt quidam putant. Id quod aperte accuſatiuus in a deſinẽs oſtendit. Nullum enim nomen ſecundę declinationis accuſatiuum in a finit, niſi in nominatiuo eius diphthongum habeat.

Bacchi origo

Feritatis, violentię

Duo fulminum genera Eſt aliud leuius fulmen, duo inquit ſunt fulminum genera violentius et minus violentius, quod ſecundum ſuperi vocant. Illud enim violentum primum vocatur. Videtur autem Ouidius ad id alludere, quod de fulminibus phyſici ſcribunt, vt refert Plinius in. ij. Naturalis hiſtorię. Fulminum duo eſſe genera, alia nanque fatidica vocari, quę ex alto, ſtatutiſque de cauſis, et ex ſuis veniant ſyderibus, alia vero bruta et vana, vt quę nulla veniant ratione naturę. his percuti montes, his maria, omneſque alios irritos iactus fieri. Donis iuga. coniugalibus, quę pro coniunctione et coitu petierat.

Imperfectus infans, qui poſtea Bacchus fuit appellatus.

Femora Femori, Iouis ſubaudiatur. Femora autem ſunt coxarum ſummitates, vbi coxę ipſę iunguntur.

Materna tẽpora, hoc eſt menſes nouem, quibus in vtero a matribus geſtantur infantes.

Ino Ino matertera, Ino Cadmi fuit filius ac Semeles ſoror, quę Bacchum ex Iouis femore eductum clam Iunone nutriuit.

Nyſeides, a Nyſa cithęronis vertice Nyſeides dictę ſunt nymphę, quę Bacchum nutrierunt. Vnde Dionyſos ἀπὸ τοῦ Διὸς et Nyſa Bacchus appellatus. Quamuis Diodorus Siculus in Nyſa dicet a Nyſa felicis Arabię vrbe dici. Sed per quam abſurdum eſt Bacchum adhuc infantes ex bęotia in Arabiam educandum fuiſſe tranſlatum, cũ tot nymphę pręſertim in viciorum montium antris eſſent. Verum vt Diodorus ipſe refert) tres fuerunt Dionyſi, ac priorum geſta poſteriori, qui ex Semele et Ioue fertur natus, fuerunt aſcripta. Primus nanque fuit Indus vini, multorumque adinuentor, quibus maxime hominum vita exculta eſt. Vnde et immortalitate fuit donatus. Secundum fuerunt ex Ioue proſerpinaque genitum, vel cerere, vt alij ſentiunt, quem primum tradunt boues ad aratrum iunxiſſe, propter quod ſtatuis illius cornua adijciebantur. Tertius ex Ioue et Semele natus cui Ouidius priorum quoque attribuit geſta, quemque nymphis Nyſam habitantibus commendatum

Dionyſos Nyſa

fuiſſe ait. Sunt autem decem vrbes hoc nomine appellatę, ac baccho omnes dicatę, quarum prima eſt in Helicone. Secunda in Thracia. Tertia in Caria. Quarta in arabia. Quinta in Ægypto. Sexta in Naxo. Septima in India. Octaua in mõte caucaſo. Nona in Libya. Decima in Euboea, vbi vno die ferunt vitem et florere et vuam maturescere. Antris ſuis, proprijs ſpeluncis Antra nanq; montium, pręcipueq; Heliconis nymphis sũt dicata. Antrum autem illud in quo bacchus fertur educatus Dythyrites vocatur. Vnde et Bacchus Dythyrambus fuit appellatus, eo q δυο θυρας, hoc eſt duas ianuas antrum habuerit, vt quidam e grecis narrant.

Antrum

Fabulę quartę tertij libri argumentum.

Eripitur, patrioq; tenet (ſi credere dignũ eſt)
Inſuitur femori, maternaq; tẽpora complet.
Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat. inde datũ nymphę Nyſeides antris
Occuluere ſuis, lactisq; alimenta dedere.
Dumque ea per terras fatali lege geruntur,
Tutaq; bis geniti ſunt incunabula Bacchi,
Forte Iouẽ memorant diffuſum nectare, curas
Sepoſuiſſe graues, vacuaq; agitaſſe remiſſos
Cum Iunone iocos, & maior veſtra profecto ẽ
Quam quę cõtingit maribus, dixiſſe voluptas
Illa negat, placuit quę ſit ſententia docti
Quęrere Tireſię. Venus huic erat vtraq; nota.
Nam duo magnorũ viridi coeuntia ſilua
Corpora ſerpentum baculi violauerat ictu,
Deq; viro factus (mirabile) foemina ſeptem
Egerat autumnos, octauo rurſus eoſdem
Vidit, & eſt veſtrę ſi tanta potentia plagę
Dixit vt auctoris ſortem in contraria mutet,
Nunc quoq; vos feriam, percuſſis anguibus iſdẽ
Forma prior rediit, genitiuaque venit imago.
Arbiter hic igitur ſumptus de lite iocoſa
Dicta Iouis firmat, grauius ſaturnia iuſto.
Nec pro materia fertur doluiſſe, ſuique
Iudicis ęterna damnauit lumina nocte.
At pater oĩpotens (neque enim licet irrita cuiq̃
Facta Dei feciſſe Deo) pro lumine adempto
Scire futura dedit, pœnamque leuauit honore.
Ille per Aonias fama celeberrimus vrbes
Irreprehenſa dabat populo reſponſa petenti.

LACT. DVMq; ea per terras fatali lege geruntur et cętera. Iuppiter cum Iunone iocoſis omiſſis omnibus iurgijs referens in coniunctione maiores capere foeminas quam viros voluptatem, Tireſiam iudicem ad eum dum cenſuit, qui vtranque naturam maris ac foeminę fuerat expertus. Nam quodam tempore cum ſerpentes concubitu hęrentes baculo percuſſiſſet, in mulierẽ verſus fuerat, ac rurſus proximo vere eadẽ viſus rõne, ac tactu in viq; ceſſerat. Qui cũ iouis ſniam dictauus eſſet, dinata Iuno luſum in iracundiam vertit, ac Tireſiã luminibus orbauit. Pro q̃ iniuria qd maius eſſet, Iuppiter futurorũ et ſciam tribuit.

RAPH. DVMq; ea per terras, narraturus Tireſię mutationem in foeminam primum, deinde rurſus in marem, quędam interſerit, quibus fabulę eleganter connectuntur.

Tyreſias in foeminam

Bis geniti Bacchi, primum nanque ex vtero Semeles, deinde ex femore Iouis natus eſt bacchus. Vnde etiam Dythyrambus eſt dictus, quia δις θυρας, hoc ẽ p duas ianuas (vt diximus) exiuiſ

Dythyrambus

et per vterum Semeles, et per femur Iouis. Nectare, vino ſuaui. Eſt enim nectar Deorum potio ſuauiſſima. Cũ vacua Iunone, ocioſa et ira carente.

Nectar

RAPH. DOCTI Tireſię, periti illius quęſtionis, Tireſias enim Thebanus Eueris filius, et idcirco Euerides a Callimacho et Theocrito dictus, cum forte duos angues coeuntes virga percuſſiſſet in foeminam fuit conuerſus, ac ſeptem annos in eo ſexu durasse fertur. Rurſusq; cum eoſdem ſerpentes verberaſſet in priſtinum ſexum reuerſus eſt. Quod quidem nequis omnino fabuloſum putet, legat et Plinium in ſeptimo naturalis hiſtorię et Diuum Auguſtinum de ciuitate Dei... [illegible] veteris ac nouę legis, qui aſſerunt quibuſdam id accidiſſe. Cęterum Tireſias ab Ioue Iunoneque contendentibus vtrius maior in coitu voluptas ſit maris aut foeminę, iudex delectus maiorem eſſe foeminę voluptatem affirmauit. Qua ſententia Iuno irata, illum obcęcauit. Iuppiter vero pro oculis, adẽptis, ei futurorum pręſcientiam conceſſit. Mirabile dictu ſubaudiatur. eſt autem parentheſis, qua ſignificatur vix id credi poſſe. Vt auctoris ſortem naturam et ſexum: Auctoris effectoris veſtrę plagę.. Genitiua natiua, quam in natiuitate habuit Tireſias, mas autẽ natus eſt. Arbiter, iudex. Nec pro materia, nec ſecundum materię ac rei qualitatem. Res enim iocoſa erat, ideoque Iuno Tireſię ſententiam ęgre ferre non debebat. Sui iudicis lumina, Tireſię iudicis electi oculos. Aeterna nocte, perpetua cęcitate. Sic quidem Ouidius, Callimachus vero Tyreſiam excęcatum fuiſſe ait, eo q palladem nudam in Balneis viderit. Neque enim licet parentheſis eſt cauſam continens quare Iuppiter Tyreſię oculos non reſtituerit. Non enim inquit licet cuiquã Deo alterius Dei quęlibet perfecta reſcindere. Leuauit, leuem fecit.

Auctor
Genitiua

Fabulę quinlę tertij libri argumentum.



Prima fidem, vocisq; date tēptamina ſumpſit
Cęrula Liriope, quā quondam flumine curuo
Implicuit, clauſeq; ſuis Cephiſus in vndis
Vim tulit. enixa eſt vtero pulcherrima pleno
Infantem nymphe iam tunc qui poſſet amari
Narciſſumq; vocat, de quo conſultus an eſſet
Tempora maturę viſurus longa ſenectę,
Fatidicus vates, ſi ſe non nouerit, inquit.
Vana diu viſa eſt vox auguris, exitus illam
Reſq; probat, letiq; genus, nouitaſq; furoris.
Nam quater ad quinos vnum Cephiſis ānos
Addiderat, poteratq; puer, iuueniſq; videri.
Multi illum iuuenes, multę cupiere puellę,
Sed fuit in tenera tam dura ſuperbia forma,
Nulli illum iuuenes, nullę tetigere puellę.
Aſpicit hūc trepidos agitantem in retia ceruos
Vocalis nymphę, quę nec reticere loquenti,

LACT. ILLE per aonias fama celeberrimus vrbes etč. Liriope nympha ex amne Cephiſo pepeanit Narciſſum, cui Tireſias Seueri filius omnia proſpera miſo pollicitus eſt, ſi pulchritudinis ſuę nullam habuiſſet noticiā. Hūc igitur Echo cū diligeret, neq; illa viam potiundi inueniret, cura et ſolicitudine iuuenis, quem extremis vocibus pſequebatur fugientem extabuit, eiuſq; reliqę corporis in lapidem cōuerſę ſunt. Quod et incidit Iunonis ira, quia garrulitate ſua eam ſepe eā morata, ne Iuppiter in montibus pſequens nymphas manifeſto depręhendi poſſet. Fertur Echo filia Iunonis ob deformitatē montibus recōdita, neq; eius pter vocem inſpici poſſe, quę tū poſt obitus audit.

RAPH. Eonia ILLE per Aonias, Beotias. Aonia enim pars eſt Beotię montana ab Aone rege cognominata. Hęc autem inſeruntur, vt commodius fabulę coniungant. Irrephenſa, vera, quę nihil poterant reprehendi. Vocis, quę dare cōſueſſe artis vaticinādi. Temptamina, experimenta. Cerula Liriope, Narciſſi in florem eiuſdem nominis mutationem referre incipit poeta. Nam Liriope nympha Oceani ac Tethyos filia a Cephiſo fluuio compreſſa Narciſſum peperit, quem Tireſias conſultus a matre, ad maturam ſenectutem peruenturū, ſi ſe non noſſet, pdixit. Id vero cum ambiguum videretur, exitu tandem fuit comprobatum. Narciſſus enim omnium formoſiſſimus adoleſcens, cum omnes ſperneret amantes, ſeque ipſe in fonte vidiſſet, ita ſui ipſius exarſit amorē, vt paulatim fuerit conſumptus. Eius vero cadauer cum nymphę rogo imponere vellent ipſum in florem cōmutatum animaduerterunt, quē a iuuenis nomine narciſſum vocarunt. Cephiſus (vt diximus) fluuius eſt Beotię adiacens paludi quę ab ipſo Cephiſis appellat. Hoc autem loco pro Deo fluminis ipſius accipitur. Nymphe, cum ſit nominatiuus caſus ſine diphthongo ſcribatur. Iam tum, ab infantia vſq; maxima preſeferebat pulchritudinem Narciſſus. Si non nouerit, hoc eſt ſi nunquam ſuas pulchritudinem cognouerit. Vana diu viſa eſt vox auguris, id eſt ſtulta et falſa.

RAPH. NAM Quater ad quinos, hoc eſt vnum et viginti annos natus erat. Puer, propter pulchritudinem. Iuuenis, propter magnitudinē. Erat enim magnus ē formoſiſſimus, q̄ quidem rara eſt felicitas. Aſpicit hunc fabulam interponit de Echo nympha compoſitam, cui primum hoc ira Iunonis euenit, vt vltimas tantum de vocibus auditis referret. Deinde cum a Narciſſo, cuius amore ardebat, ſpreta eſſet, in lapidem ita fuit cōuerſa, vt vox ſine corpore remanſerit in montibus, vltima verboꝝ auditoꝝ repetēs. Reſonabilis Echo, verbum de verbo expreſſit. Nam Echo dici poteſt reſonantia. Echo Corpus adhuc Echo, nondum inquit corpus Echus in lapidem erat cōmutatum. Nunc enim ſola vox ſentitur. Et tamen vſum. quāuis inquit Echo nympha eſſet corpore prędita, alium tamen vſum linguę quam nunc habeat, non habebat, nam vltimas ſolum voces referebat. Fecerat hoc Iuno, vnde id incommodi habuerit Echo, vt nouiſſima ſolus verba referret, exponit poeta. Iuno igitur fuit in cauſa videns ſe ſepius illius nugis deluſam eſſe ac impeditam, ne Iouem cum nymphis coeuntem deprehenderet. Sub Ioue ſuo iacentes, cum Ioue marito ſuo coeuntes. Poſtquā Saturnia ſenſit, quod ſubaudiatur. Sic enim in ſoluta oratione loquimur. Quod poſteaquā Iuno Saturni filia ſenſit

ē cognouit. Neq; minas firmat, re ipſa ē effē ctu minas exequitur. Reportat, reperit, et re fert. Per deuia rura, per inuias ſiluas.

Incaleſcere. Incaluit amore illius capta fuit. Amore nanq; incaleſcere aliquem, vt inflammari et ardere dicimus. Circumlita, et circumpoſita.

mus, conueniamus huc in hunc locum, ſed Echo eandem quidem vocem refert, ſed non eandem ſignificationem. Coire nanq; et conuenire et concumbere ſignificat, qua in ſignificatione ab Echo fuit repetitum, vt aperte quę ſequuntur, oſtendūt.

Et verbis fauet ipſa ſuis, hoc eſt ſua verba re ipſa comprobat et confirmat.

Nec prior ipſa loqui didicit reſonabilis Echo.
Corpus adhuc Echo, non vox erat, & tñ vſum
Garrula nō alium, q̄ nunc habet, oris habebat
Reddere de multis vt verba nouiſſima poſſet.
Fecerat hoc Iuno, quia cum deprendere poſſet
Sub Ioue ſępe ſuo nymphas in monte iacentes
Illa Deam longo prudens ſermone tenebat,
Dum fugerent nymphę, poſtq̄ Saturnia ſenſit,
Huius ait linguę, qua ſum deluſa poteſtas,
Parua tibi dabitur, vociſq; breuiſſimus vſus.
Re(que) minas firmat, tamen hęc in fine loq̄ndi
Ingeminat uoces, auditaq; uerba reportat
Ergo ubi Narciſſum per deuia rura uagātem
Vidit & incaluit, ſequitur ueſtigia furtim.
Q uoq; magis ſequit, flāma propiore caleſcit
Non aliter, q̄ cum ſummis circumlita tędi
Admotas rapiūt uiuacia ſulfura flammas,
O quoties uoluit blandis accedere dictis,
Et molles adhibere preces, natura repugnat,
Nec ſinit incipiat, ſed quod ſinit, illa parata ē
Expectare ſonos, ad quos ſua uerba remittat,
Forte puer comitum ſeductus ab agmine fido
Dixerat, hic quis adeſt? & adeſt rñderāt Echo,
Hic ſtupet, atq; aciem partes dimiſit in omnes,
Voce ueni magna clamat, uocat illa uocantē
Reſpicit, & rurſus nullo ueniente, quid inqt
Me fugis? & totidem quod dixit uerba recepit.
Perſtat, & alternę deceptus imagine uocis,
Huc coeamus ait? nulliq; libentius unq̄
Reſponſura ſono, coeamus rettulit Echo.
Et uerbis fauet ipſa ſuis, egreſſaq; ſilua
Ibat ut iniiceret ſperato brachia collo.
Ille fugit, fugienſq; manus complexibus aufert
Ante ait, emoriar, quā ſit tibi copia noſtri.
Rettulit illa nihil, niſi ſit tibi copia noſtri.
Spreta latet ſiluis, pudibundaq; frondibus ora
Protegit? & ſolis ex illo uiuit in antris.
Sed tñ hęret amor, creſcitq; dolore repulſę
Et tenuant uigiles corpus miſerabile curę
Adducitque cutem macies, & in aera ſuccus
Corporis oīs abit. uox tm̄, atque oſſa ſupſunt,
Vox manet. oſſa ferunt lapidis traxiſſe figurā.

Eſt autem periphraſis ſulfuratorum lignorum.

Viuacia ſulfura, quę difficulter corrumpuntur.

Hac autem ſimilitudine oſtenditur Equo quo propinquior. Narciſſo erat, eo magis amore inflammatā eſſe. O quoties voluit, hac interiectione ſignificatur vehementia amoris, quo Echo Narciſſum proſequebatur. Accedere, adire. Blandis dictis, verbis blāditiarum plenis, quibus amatores uti cōſueuerunt.

Molles preces, ab effectu preces dicuntur molles, q̄ illis homines mites, manſuetiq; redduntur. Natura repugnat, neq; enim prior loqui poterat ſic volente Iunone, ſed vltima tantum verba referebat.

Nec ſinit incipiat, hoc eſt illam incipere non permittit. Seductus, ſeparatus. alias deceptus. Comitum ab agmine fido, hypallage eſt. Ab agmine enim et turba fidorum comitum Narciſſum intelligimus receſſiſſe.

Aciem, oculorum ſubaudiamus.

Recepit, accepit audiuit. Alternę vocis, alternatā emiſſę primum a Narciſſo, deinde ab Echo. Huc coea-

coire.

Quam ſit tibi copia noſtri, q̄ me potiri poſſis, et in tua poteſtate habere.

Protegit, occultat. alibi defendit.

Solis in antris deſertis ſpeluncis.

Hęret, remanet.

Tenuant, extenuant, et macilentum reddunt.

Vigiles curę, ab effectu, q̄ homines dormire non ſinūt.

Adducit, contrahit, diminuit.

Omnis ſuccus, totus ſanguis. Superſunt, reſtant.

OSSA ferunt lapidis traxiſſe figuram ideſt oſſa feruntur in lapides fuiſſe cōuerſa. RAPH.

Inde latet ſiluis, ex eo inquit tempore, quo oſſa in lapides fuerunt commutata, ſic latet ī ſiluis Echo vt ab omnibus quidem audiatur, ſed a nullo videatur.

Sonus eſt qui viuit in illa, ſcite dixit, nam Echo nihil aliud eſt q̄ ſonus, a quo etiam deducta eſt. Nam Echo απο τον εχον, qui eſt ſonus dicitur. Echo

Fabulę ſextę tertij libri argumentum.

SIC hanc, ſic alias etc. Narciſſum tunc ſupra dictum ob nimiam crudelitatem quam in Echo exhibuerat, Nemeſis vltrix faſtidientium in amorem ſui pro- LAC

Inde latet ſiluis,nulloq; in monte uidetur.
Omnibus auditur, ſonus eſt qui uiuit in illa.
Sic hanc,ſic alias vndis,aut montibus ortas
Luſerat hic nymphas,ſic cętus ante viriles.
Inde manus aliquis deſpectus ad ęthera tollēs
Sic amet ipſe licet,ſic non potiatur amato.
Dixerat.aſſenſit precibus Rhamnuſia iuſtis.
Fons erat illimis nitidis argenteus vndis,
Quem neq; paſtores,neq; paſtę monte capellę
Cōtigerant,aliudue pecus,quē nulla volucris,
Nec fera turbarat,nec lapſus ab arbore ramus
Gramen erat circa,q̄d ꝓximus humor alebat,
Silua q; ſole locum paſſura tepeſcere nullo.
Hic puer,& ſtudio venandi laſſus & ęſtu
Procubuit,faciemq; loci,fontemq; ſecutus.
Dumq; ſitim ſedare cupit,ſitis altera creuit.
Dumq; bibit viſę correptus imagine formę
Spē ſine corpore amat,corpus putat eē, q̄d ūbra
Ac ſtupet ipſe ſibi,vultuq; immotus eodē (eſt.
Hęret, vt e pario formatum marmore ſignū.
Spectat humi poſitus geminū ceu lumīa ſydus
Et dignos Baccho digitos, & Apolline crines,
Impubeſq; genas,et eburnea colla,decuſq;
Oris,& in niueo mixtum candore ruborem.
Cunctaq; miratur,quibus eſt mirabilis ipſe.
Se cupit imprudens,et qui probat, ipſe probatū.
Dumq; petit, petitur,pariterq; accendit & ardet.
Irrita fallaci quoties dedit oſcula fonti.
In medias quoties viſum captantia collum
Brachia merſit aquas,nec ſe deprendit in illis.
Quid videat,neſcit.ſed quod videt, vritur illo,
Atq; oculos idem,qui decipit,incitat error.
Credule q̄d fruſtra ſimulachra fugacia captas?

pulit,vt non minore flamma ille exureretur.Qui cum ex aſſidua venatione fatigatus ſecundum fontem in opaco procubuiſſet,et hauriens aquas imaginem ſui conſpexiſſet,et diutius ibi remoraretur,nouiſſime tabuit,ita vt vita priuaretur, ex cuius reliquijs flos extitit,quem Naiades nymphę flentes caſum fratris Narciſſi nomen eius adnotauerunt.

RAPH. Luſerat illuſerat.

Sic cętus ante viriles, ſic inquit ante dum eſſet puer multos viros eius amore captos illuſerat Narciſſus. Inde, ex illa Narciſſi ſuperbia. Aliquis deſpectus, quidas contemptus. Sic amet ipſe licet, vtinam inquit ipſe Narciſſus ſic amare poſſit, vt nunquam amato potiatur.

Rhamnuſia. Rhamnuſia, Nemeſis Rhamnuſia,a Rhamnunte pago et regione Atticę,vbi celeberrimo templo colebatur dicta,quę aduerſus ſuperbos maxime inexorabilis eſſe narratur, cuius quidem ſtatuę capiti corona impoſita erat (vt ſcri.Pauſanias) in qua et cerui et fortunę parua inſignia continebātur.In manuum altera ramus fraxineus, in dextra phiala in qua Æthiopes effecti erant.Statua autem illa quę magnitudine et pulchritudine perfecta cum Phidię operibus cōtendebat. nō minus Rhamnis cenſebatur ꝗ Marathon pręlio ꝯ Perſas ꝯmiſſo. Sic aūt Nemeſis Rhamnuſia dicta eſt,vt Diana Epheſia,Venus Cithęrea,Nemeſin vero Oceani et Thetyos filias fuiſſe Pauſanias ſcribit.Huius Deę ſimulachrū in capitolio q̄des erat (vt ſcri.Pli.)cuius nomen latinum non ſit. Fons erat illimis,fontem amęniſſimum deſcribit poeta.

Illimis. Illimis,ſine limo. Argenteus,vt argentū nitidus et ſplendidus. Gramen,herba. Siluaq; Sole loci paſſura,ſilua inquit adeo denſa fonti imminebat vt Solis radij nequaquam ad fontem penetrare poſſent. Sole nullo,nullo Solis calore. Et ęſtu,Solis feruore. Procubuit,in faciem iacuit, id quod laſſi in herboſis locis facere ſolent. Faciem loci, amęniſſimum loci ſitum. Sitis altera, cupiditas altera,hoc eſt amor. Nihil enim aliud eſt amor,ꝗ cupiditas potiundi reamata. Dumq; bibit, que pro quia accipienda uidetur, ut exponatur. Quia dum bibit. Spem ſine corpore amat, hoc minus recte dictum eſſe uidetur. Omnis

Amorem enim ſpes eſt ſine corpore. Spes autem ꝓ ſpecie et umbra poſita eſſe uidetur, ſed forſitan hunc locum poeta ſi licuiſſet erat emendaturus.Verum ſic quoq; defendi poteſt.Sperabat.n.ſe eo potiturum,quod tāgi non poteſt.

At ſtupet ipſe ſibi, ſua ipſius pulchritudine ſtupet Narciſſus.

Paros Signum ſtatua Pario marmore,Paros inſula eſt Ægei candidiſſimo marmore nobilis.

Spectat humi poſitus Narciſſi ſingula membra deſcribit, quo magis ipſius pulchritudinem oſtendat, Ordo eſt autem, Spectat lumina et oculos, ceu geminum ſydus, qua ſimilitudine pulcherrimos Narciſſo oculos fuiſſe poeta demonſtrat. Impubes genas,imberbes, ac ſine ulla prorſus lanugine. Eburnea colla, candida ſic,ut eburnea uiderentur. Pariterq; accendit et ardet,hoc eſt una et urit et uritur.In hac uero deſcriptione ualde poeta laſciuit. Irrita oſcula, uana.Nihil enim pręter aquam tangebat. Captāta,captare et comprehendere conantia, neq;.n. captabant. Incitat,ſtimulat ad amandū. Credule quid fruſtra,miſeratione quadam poeta motus uī conuertere ſermonem ad Narciſſum.Credulus

credulus autem dicitur qui facile et nimium credit. Simulachra fugacia captas,imagines fugientem.

RAPH. QVOD petis eſt nuſquam, ac ſi diceret nihil eſt id quod cupis. Secundum autem eorum loquitur opinionem, qui corpora ſolum eſſe putant.

Quod amas auertere, perdes, hoc eſt auerte a fronte vultum tuum, quem amas, et ipſum ſtatim amittes. Eſt enim imperatiui modi auertere. Ad

Tot ſecula, ſilue enim multa ſecula viuunt. Secu- Seculum lum autem centum annorum ſpacium dicitur.

Tabuerit, paulatim conſumptus ſit. Tabeſce- Tabeſco re nanque eſt paulatim deficere et abſumi. A tabe autem deriuatur, que humorum corruptio eſt, qua corpora ad extremam maciem deducuntur.

Quod petis ē nunq̄, qđ amas, auertere, pdes.
Iſta repcuſſe, quam cernis, imagis vmbra ē.
Nil habet iſta ſui, tecum venitq;, manetq;.
Tecum diſcedet, ſi tu diſcedere poſſis.
Non illum Cereris, non illum cura quietis
Abſtrahere inde poteſt, ſed opaca fuſus ī herba
Spectat inexpleto mendacem lumine formam
Perq; oculos perit ille ſuos, paulumq; leuatus
Ad circunſtantes tendens ſua brachia ſiluas,
Ecquis Io ſilue crudelius inquit amauit?
Scitis.n. & multis latebra opportuna fuiſtis,
Ecquem, cum veſtre tot agantur ſecula vite,
Qui ſic tabuerit longo meminiſtis in euo?
Et placet, & video, ſed quod videoq;, placetq;,
Non tñ inuenio, tantus tenet error amantem
Quoq; magis doleā, nō nos mare ſepat ingens
Nec via, nec mōtes, nec clauſis menia portis.
Exigua prohibemur aqua, cupit ipſe teneri.
Nā quoties liqdis porreximus oſcula lymphis,
Hic toties ad me reſupino nititur ore.
Poſſe putes tāgi, minimū eſt q amantibus obſtat.
Quiſquis es huc exi, quid me puer vnice fallis?
Quoue petitus abis? certe nec forma, nec etas
Eſt mea q̄ fugias, & amarūt me quoq; nymphe.
Spē mihi neſcio quam, vultu pmittis amico
Cūq; ego porrexi tibi brachia, porrigis vltro.
Cū riſi, arrides, lachrymas quoq; ſepe notaui
Me lachrymāte tuas, nutu quoq; ſigna remit-
Et quantū motu formoſi ſuſpicor oris (tis,
Verba refers aures non peruenientia noſtras.
Iſte ego ſum, ſenſi. nec me mea fallit imago.
Vror amore mei, flammas moueoq;, feroq;.
Quid faciā? roger, an ne rogē? qđ deide negabo?
Qđ cupio, mecū eſt, inopem me copia fecit.
O vtinam a noſtro ſecedere corpore poſſem,
Votū ī amāte nouū ē. vellē, qđ amamus, abeſſet.
Iamq; dolor vires adimit nec tempora vite
Longa mee ſupant, primoq; extinguor in euo.
Nec mihi mors grauis ē poſituro morte dolo
Hic qui diligit, vellem diuturnior eſſet (res.
Nunc duo concordes anima moriemur ī vna,
Dixit, & ad faciem rediit male ſanus eandem,

monere, enim eum videtur, vt vultum auertat, ſicque cognoſcat ſe vmbram amare.

Repercuſſe, ab aqua remiſſe.

Nil habet iſta ſui, iſta inquit imago quam cernis nil habet proprij, ſed tota a te pendet.

Cereris, cibi.

Quietis ſomni

Opaca herba vmbroſa. Inexpleto lumine, oculis, q potterant ſatiari.

Mendacem formam, falſam adoleſcentis figuram.

Ecquis Ecquis Io ſilue, exclamatio eſt cum interrogatione hominis vehementer affecti. Eſt autem ſola dictio ecquis et per c ſcribitur, non per t, vt fere in exemplaribus eſt depravatum. Io vero dolentis hoc loco eſt interiectio, alibi bacchantis et gaudentis.

Scitis enim, parentheſis eſt, qua oſtendit Narciſſus ſe merito ſiluas rogare, an aliquem ſic tabeſcere viderint.

Et multis latebra opportuna fuiſtis, hoc eſt multis amantibus latebras prebuiſtis, vt commode ſuis amoribus frui poſſent.

Opportunum Opportuna, commoda.

Ecquem cum veſtre. ordo eſt. Ecquem meminiſtis in longo euo qui ſic tabuerit et paulatim conſumptus ſit.

Tantus tenet error amantem acclamatio eſt qua ſe in maxima miſeria conſtitutum eſſe oñdit. Narciſſus, cū quē amat, inuenire non poſſit.

Nec menia, menia a muniendo dicūr, et Menia ea ſunt proprie que vrbem cingunt, q̄q et priuata edificia ſignificet. Teneri, amplecti. Reſupino ore ſurſum verſo ore.

Puer vnice, ſingularis neminem.n. aliū tanta pulchritudie pditum eē putabat.

Petitus, expetitus. et optatus. Fugias, faſtidias. Aſpernens, renuas. Feroq;, patior et tolero. Inopem me copia fecit, ſtulte dictum eſſe videtur. Oximoron autem a grecis vocatur, quod quamuis fatuum videatur, acutus tamen ineſt ſenſus. copia.n. inopem fecit Narciſſū, q quod in ſe ipſo erat potiri et frui nō poterat. Votū nouū cupiditas noua ē inſitata, vt qđ qs amat, longe abs ſe cupiat abeſſe. Votum Supant, ſupſunt, reſtāt. Primo in euo. in prima etatis mee parte. Adoleſcens enim adhuc erat Narciſſus,

Nec mihi mors grauis eſt, nec mihi inquit moleſta eſt. mors quippe, que meis doloribus finem ſit impoſitura.

Diuturnior eſſe, diutius viuere

Nunc duo concordes, vnanimes.

Faciesta

Ad eandem faciem, ad eandem imaginem. Facies enim interdum pro totius corporis forma, interdum pro imagine ponitur.

Lacus.

Male ſanus, inſanus et demens.

Moto lacu, turbato fonte. Lacus enim dicitur etiam fontium receptaculum. Lacus quoque vas eſt in quo vuę calcantur. Tibullus, Et pleno pinguia muſta lacu.

Intabeſcere, paulatim liqueſieri et abſumi.

Pruina

Matutinę pruinę, pruina ros eſt congelatus. Attenuatus, extenuatus, macer factus.

Liquitur, liqueſcit, ac paulatim conſumitur. Et tecto carpitur igni, occulto amore cruciatur. Tale eſt illud Virgilianum. Et cęco carpitur igni.

Et lachrymis turbauit aquas, obscuraq; moro
Reddita forma lacu eſt, quā cū vidisſet abire,
Quo refugis? remane, nec me crudelis amantē
Deſere, clamauit, liceat quod tangere non eſt,
Aſpicere, & miſero prębere alimenta furori.
Dumq; dolet, ſummo veſtem diduxit ab ore,
Nudaq; marmoreis percuſſit pectora palmis.
Pectora traxerunt tenuem percuſſa ruborem.
Non aliter, q̄ poma ſolent, quę candida parte,
Parte rubent, aut vt varijs ſolet vua racemis
Ducere purpureum nondum matura colorē,
Quę ſimul aſpexit liq̄facta rurſus in vnda,
Non tulit vlterius, ſed vt intabescere flauę
Igne leni cęrę, matutinęq; pruinę
Sole tepente ſolent, ſic attenuatus amore
Liquitur, & tecto paulatim carpitur igni
Et neq; iam color eſt mixto candere rubori,
Nec vigor, & vires, & quę mō viſa placebant,
Nec corpus remanet, quondā q̄ amauerat Echo
Quę tamen vt vidit, q̄uis irata, memorq;
Indoluit, quotiesq; puer miſerabilis heheu
Dixerat, hęc reſonis iterabat vocibus heheu.
Cūq; ſuos manibus percuſſerat ille lacertos,
Hęc quoq; reddebat ſonitum plāgoris eundem.
Vltima vox ſolitā fuit hęc ſpectantis in vndā.
Heu fruſtra dilecte puer. totidemq; remiſit
Verba locus, dictoq; vale, vale inquit & Echo
Ille caput viridi feſſum ſummiſit in herba,
Lumina mors clauſit dn̄i mirantia formam.
Tum quoq; ſe, poſtq̄ eſt inferna ſede receptus,
In ſtygia ſpectabat aqua, planxere ſorores
Naiades, & ſectos fratri impoſuere capillos.
Planxerūt Dryades. plangētibus aſſonat Echo.
Iamq; rogū, quaſſaſq; faces, feretrūq; parabant.
Nuſq̄ corpus erat. croceum ꝓ corpore florem
Attulerat famā, nomenq; erat auguris ingens.
Spernit Echionides tn̄ hunc ex omnibus vnus
Contemptor ſuperū Pentheus, pręſagaq; ridet
Verba ſenis, tenebraſq;, & cladē lucis ademptę
Obijcit. ille monens albentia tempora canis
Quam felix eſſes, ſi tu quoq; luminis huius
Orbus ait, fieres, nec Bacchica ſacra videres.

Liceat quod tangere non eſt Aſpicere, hoc eſt permitte me aſpicere id quod tangere impoſſibile eſt. Nam hoc verbum eſt cum infinito iunctum ſignificat poſſibile eſt.

Eſſe.

ET MISERO furori, ab affectu miſer dicitur furor, q̄ miſeros homines faciat, qui illo vexantur. Miſeri autem ſunt qui amant, vt Plautus quoque in Aſinaria teſtatur.

Diduxit, diuiſit. Ab ore ſummo, ſic quidem legitur. Sed ab ora ſumma forſitan ab Ouidio fuit ſcriptum, vt a ſuperiore extremitate veſtes fuiſſe diductas intelligamus. Nam ora vniuſcuiuſq; rei (non ſcilum terrarum) extremitas appellatur.

Marmoreis palmis manibus; vt parium marmor candidis.

Pectora traxerunt, conceperūt.

pares. cum in ꝓpinquo habitarẽt, rima parietis, et colloquij et amoris initia inter ſe pignerati ſunt. Conſtituerunt itaq; vt a matutino ad monumentũ Nini regis ſub arbore morum ꝯuenirent ad amorem. Et cum celerius ſub lucẽ Thisbe nacta occaſionem ad deſtinatum locũ veniſſet, conſpectu leęnę exterrita adiacẽte amictu in ſilnam refugit. At fera a recenti preda cum ad fontem vicinum tumulo ſitiẽs decurreret, relictam veſtem cruento ore lacerauit. Poſt cuius diſceſſum Pyramus cum ad eundem veniſſet locum et amictũ ſanguine aſperſum inueniſſet, exiſtimãs a fera ꝯſumptam, ferro ſe ſub arbore interfecit. Deinde Thisbe depoſito metu, cũ ad eundẽ fuiſſet reuerſa locũ ẽ comperiſſet ſe cauſam mortis adoleſcẽtis extitiſſe. Ne diutius dolori ſupereſſet eodẽ ferro ſe traiecit. quorũ cruore motus arbor aſperſa, ga ſpectaculi fuerat inſpectrix, poma quę gerebat alba in conſcium vertit colorem.

Notitiam, primosq; gradus vicinia fecit.
Tempore creuit amor, tędę quoq; iure coiſſent,
Sed vetuere patres, quod non potuere vetare.
Ex ęquo captis ardebant mentibus ambo.
Conſcius omnis abeſt, nutu, ſignisq; loquunt.
Quoq; magis tegitur, tãto magis ęſtuat ignis.
Fiſſus erat tenui rima, quam duxerat olim,
Cum fieret paries, domui communis vtriq;.
Id vitium nulli per ſecula longa notatum,
(Quid nõ ſentit amor?) primi vidiſtis amãtes
Et vocis feciſtis iter, tutęq; per illud
Murmure blanditię minimo tranſire ſolebãt.
Sępe vbi cõſtiterãt hinc thisbe, pyramus illinc,
Inque vices fuerat captatus anhelitus oris,
Inuide dicebant paries quid amantibus obſtas?
Quantũ erat, vt ſineres toto nos corpore iungi?
Aut hoc ſi nimiũ ẽ, vel ad oscula dãda pateres
Nec ſumus ingrati. tibi nos debere fatemur,
Quod datus eſt verbis ad amicas trãſitus aures
Talia diuerſa nequicq̃ ſede locuti
Sub noctem dixere vale, partiq; dedere
Oscula quisque ſuę non peruenientia contra.
Poſtera nocturnos Aurora remouerat ignes,
Solq; pruinoſas radijs ſiccauerat herbas,
Ad ſolitum coiere locum. tum murmure ꝑuo
Multa prius queſti, ſtatuunt ſub nocte ſilenti
Fallere cuſtodes, foribusq; excedere tentent,
Cũq; domo exierit, vrbis quoq; tecta relinq̃nt
Neue ſit errandum lato ſpatiantibus aruo.
Conueniant ad buſta Nini, lateãtq; ſub vmbra
Arboris. Arbor ibi niueis vberrima pomis

potuerunt? Verum acute ſimul et lepide eſt dictum, Vetuerũt enim ne nuptiarum iure coirent, prohibere autem non potuerunt ne animis, affectuq; copularent. Tenui rima, ſubtili et parua ſciſſura. Duxerat, ꝯxerat. Id vitium nulli, illa inquit rima a nullo vnquã fuerat animaduerſa. Rima Notatũ, aiaduerſus. Eſt aũt ordo. O amãtes ꝑmi vidiſtis id vitiũ nulli notatum per longa ſecula. Quod non ſentit amor, parentheſis eſt rationem ꝯtinens, cur amantes primi rimam. illam notarint.

Inque vices fuerat, hoc eſt poſtquã viciſſim ſuſpirauerant. Quantũ erat, ac ſi dicerẽt minimum erat, vt permitteres nos toto corpore copulari.

Vel ad oſcula dãda pateres, hoc ẽ ſaltem aperiri tantum deberes, vt nos inuicem oſculari poſſemus. Vel, ſaltem.

Sub noctẽ, circa noctẽ, adueniẽte nocte. Non perueniẽtia ꝯtra, hoc eſt quę ad alteram ꝑtem nõ perueniebãt. Nocturnos ignes, ſtellas, q̃ Aurora adueniẽte auferri vñr. Pruin Pruinoſas. pruina obrutas. Eſt aũt pruina ros congelatus. Coiere, conuenire.

RAPH. Semiramis. CONtiguas, ſe inuicẽ tangẽtes. Semiramis Nini aſyriorũ regis vxor fuit, magno muliebri aĩo, quę mortuo marito ſexũ mẽtita, ac ſe filiũ eẽ ſimulãs ſucceſſit. ac vt virorũ geſtorũ glia ſuparet, inter ea q̃ ꝓclara geſſit, Babylonẽ vrbẽ ꝯdidit, cuius menia ambitu trecẽta ſtadia et. lx. cõplectebant, frequentibus turribus ac magnis ornata, vt Diod. ac fere hiſtorici et greci et latinis ſcribũt. Altã vrbẽ, ad murorũ ac ędiũ magnificẽtiã reſpexit, q̃ facile alias vrbes Babylon ſupabat. Coctilibus muris, laterię

RAPH MVLta ꝑus q̃ſti, de parẽtibus ſuis, Nocte ſilẽti media, q̃ et itẽpeſtate dr̃, qꝺ illo tpe oĩa ſileãt aĩalia Fallere cuſtodes, decipe ianuarũ cuſtodes, q iannitores vocant. Foribus, dõibus a pte. n. totũ intelligimus. Excedere, exire. Tecta domos. Spatiantibus, in magno agri ſpatio obambulantibus. Nam ſpatiari nihil aliud eſt (vt ait Macrobius) q̃ Spatia in ſpatio lati itineris obãbulare. Ad buſta Nini,

Buſtum ad ſepulchrum Nini Aſſyriorum regis. Buſtum autem proprie dicitur locus, vbi cadauera combu- Morus rebant. Ardua, alta. Morus, mohis aūt arbor ē, quę (vt ſcribit Pli.) ſerotino germinatu floret, nec niſi exacto frigore germinat, ob id dicā ſapientiſſima arbor. Tarde, affectum exprimit amantium quibus dies maxime longus videt, in cuius noctem cōuenire ſtatuerunt. Precipitatur aquis in aquas Oceani, ex opinione autem vulgari hec dr̄. Neq; n. ſol in aquas deſcendit. Et aquis nox exit ab iiſdem, vbi .n. Sol occidit, inde nox videtur oriri. Verſato, reuoluto, hoc eſt aperta ianua. Adopertaq; vultum, vultum coopertum hns ne cui forte obuiaret agnoſceretur. Dicta que ſub arbore conſtituta. Audaces faciebat amor, cauſam reddit cur tam audax eſſet puella, vt noctu ſola in agro reſideret. Venit ecce recenti, Ecce aduerbi- Ecce um ſemper fere aliquid repentine inſperatiq; mali ſignificat Vt Vergi. Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta. hoc autem et Aſconius notat, qui ait hoc proprium eſſe Ciceronis, vt i rebus improuiſis hac particula Ecce vtatur. Oblita rictus, hoc ē ora ſpumantia ſanguine boum infecta habens. Depoſitura ſitim, hoc eſt potaturus in vicino fonte. Timido pede, trepidis pedibus ac ſiſtinantibus. Vt enim trepidum pro timido ſic timidū p trepido eleganter ponit. Vt lea, poſtquam leena, vtreque enim dicitur modo. compeſcuit, lacerauit.

Serius egreſſus, ſero tarde quidem ſignificat, ſed Sero ita, vt poſt amiſſam oportunitatem aliquam ſire ponamur. Amictus velum. Veſtem, velum. E quibus illa, Thisbe, quam idcirco vitam digniſſimam fuiſſe ait Pyramus, quia et promiſſis ſtetit, et longe ante ſe ad conſtitutum locum venit. Noſtra nocens anima eſt, Anima animam pro vita ſępe numero accipi notum eſt. Ego te miſeranda peremi, ſe necis Thisbes, quam a leęna dilaniatam putabat, Pyramus cauſam fuiſſe profitetur. Peremi, necaui cum maximo autem affectu hęc a Pyramo referuntur. In loca plena metus, cauſam aſſignat Pyramus cur ipſe interfecit Thisben. Qui iuſſi, quia ego iuſſi. eſt enim relatiuum cauſam exprimens. Noſtrum diuellite corpus apoſtrophe ad leones a quibus Pyramus dilaceratam putabat Thisben. Sub hac rupe, ſub hoc ſaxo, in hac ſpelunca. Propinqua enim ſpelunca erat in quam refugerat Thisbe. Sed timidi eſt optare necem, cum ſibi vir fortis eam conſiſcat. Pactę arboris, conſtitutę. Ferrum, enſem per metonymiam. Ex ferro nanque enſes conficiuntur. Emicat, exilit. Non aliter quam cum, pulchra ſimilitudine oſtendit poeta q̄ alte ex Pyrami vulnere ſanguis exiliret. Quā cum vitiato fiſtula plumbo ſ. Fiſtula

Ardua morus erat gelido contermina fonti.
Pacta placent. & lux tarde diſcedere viſa
Precipitatur aquis, & aquis nox exit ab iiſdem.
Callida per tenebras verſato cardine Thisbe
Egreditur, fallitq; ſuos. adopertaq; vultum
Peruenit ad tumulum, dictaq; ſub arbore ſedit
Audacem faciebat amor, venit ecce recenti
Cęde Leęna boum ſpumantes oblita rictus
Depoſitura ſitim vicini fontis in vnda.
Quā procul ad Lunę radios Babylonia thisbe
Vidit, & obſcurum timido pede fugit in antrū.
Dumq; fugit, tergo velamina lapſa reliquit.
Vt Lea ſęua ſitim multa compeſcuit vnda,
Dum redit in ſiluas, inuentos forte ſine ipſa
Ore cruentato, tenues laniauit amictus.
Serius egreſſus veſtigia vidit in alto
Puluere certa ferę, totoque expalluit ore
Pyramus. vt vero veſtē quoq; ſanguine tinctā
Repperit, vna duos inquit nox perdet amantes.
E quibus illa fuit longa digniſſima vita.
Noſtra nocens aīa eſt, ego te miſeranda peremi
In loca plena metus, qui iuſſi nocte venires,
Nec prior huc veni. noſtrum diuellite corpus.
Et ſcelerata fero conſumite viſcera morſu,
O quicunq; ſub hac habitatis rupe leones.
Sed timidi eſt optare necē, velamina Thisbes
Tollit, & ad pactę ſecum fert arboris vmbram.
Vtque dedit notę lachrymas, dedit oſcula veſti
Accipe nunc inqt nr̄i quoq; ſanguinis hauſtus,
Quoq; erat accinctus, demiſit in ilia ferrum.
Nec mora, feruenti moriens e vulnere traxit,
Et iacuit reſupinus humo, cruor emicat alte
Non aliter, q̄ cum vitiato fiſtula plumbo
Scinditur, & tenui ſtridente foramine, longas
Eiaculatur aquas, atq; ictibus aera rumpit.
Arborei foetus aſpergine cędis, in atram
Vertuntur faciem, madefactaq; ſanguine radix
Purpureo tinxit pendentia mora colore,
Ecce metu nondum poſito, ne fallat amantem
Illa redit, iuuenemq; oculis, animoq; requirit
Quantaq; vitarit narrare pericula geſtit.

ſtula per quam aqua deducitur, ex plumbo fere fieri conſueuit, dicta quod fiſtulę et tibię ſimilis ſit.
Vitiato plumbo, corrupto, fracto. Eiaculatur, longe eiicit. Atq; ictibus aera rumpit, aquę emiſſione aerem penetrat. Arborei foetus, mora arboris illius fructus. Aſpergine cędis, ſanguinis aſperſione.

ro plangore, magno eiulatu. In gelidis vultibus in frigida facie pyrami morientis. Suppleuit, impleuit. Quis te mihi caſus ademit, eripuit. Sunt autem querelę maxime amanti conuenientes.
Erexit, extulit, aperuit. Recondidit, iterum condidit, et occultauit, et clauſit. Veſtemq; ſuam, velum ſuum quo decęptus Pyramus ſeipſum interfecerat.

In atram faciem, in nigram figuram. Madefactaq;, que copula hoc loco pro quia eſt accipienda. Cauſam.n. aſſignat cur mora ex albis purpurea fuerit effecta. geſtit cupit,
APh. VTQVE locum, poſtquam locum, inquit, et viſam arboris figuram Tiſbe cognoſcit, tamē colore mororum, quę ex albis rubicunda fuerant effecta redditur incerta. Pomi color fructus mori arboris color ex albo in rubicundum transmutatus. Pomum autem generale nomen eſt omnium fructuum, quicunq; in arboribus naſcuntur, ſiue molles, ſiue duros corticos habeant, quamuis quidam aliter ſentiant.
Pomum
Heret, dubitat, an illa ſit arbor ſub qua paulo ān ſe ſederat. Tremebūda, palpitantia. Pulſare, percutere. Nondum enim mortuus erat. Pyramus. Retroq; pedem tulit, retroceſſit. Exhorruit turbata eſt.
Æquoris inſtar ad ſimilitudinem maris. Inſtar autem indeclinabile nomen eſt, ac interdum ad ſimilitudinem interdum ſignificat ad equiparationem, quā uis ſine prepoſitione ponatur. Vir. Inſtar
Inſtar

Vtq; locum, et viſam cognoscit ī arbore formā
Sic facit incertam pomi color, heret an hęc ſit.
Dū dubitat, tremebūda videt pulſare cruentū
Membra ſolum, retroq; pedē tulit, oraq; Buxo
Pallidiora gerens, exhorruit ęquoris inſtar,
Quod fremit, exigua cū ſummū ſtringitē aura.
Sed poſtq̄ remorata ſuos cognouit amores,
Percutit indignos claro plangore lacertos,
Et laniata comas, amplexaq; corpus amatū,
Vulnera ſuppleuit lachrymis, fletumq; cruori
Miscuit, & gelidis in vultibus oscula figens,
Pyrame clamauit, qs te mihi caſus ademit?
Pyrame reſponde. tua te chariſſima Thisbe
Nominat. exaudi vultusq; attolle iacentes.
Ad nomen Thisbes oculos iā morte grauatos
Pyramus erexit, viſaque recondidit illa,
Quę poſtq̄ veſtemque ſuam cognouit, & enſe
Vidit ebur vacuū, tua te manus inqt, amorq;
Perdidit infelix. eſt & mihi fortis in vnum
Hęc manus ē & amor. dabit hic ī vulnera vires
Perſequar extinctum, leti miſerrima dicar
Cauſa, comesq; tui, quiq, a me morte reuelli
Heu, ſola poteras, poteris nec morte reuelli.
His tamen amborum verbis eſtote rogati
O multum miſeriq; mei, illiusque parentes
Vt quos certus amor, quos ora nouiſsīa iūxit
Componi tumulo non inuideatis eodem.
At tu quę ramis Arbor miſerabile corpus
Nunc tegis vnius, mox es tectura duorum,
Signa tene cędis, pullosq, & luctibus aptos
Semp habe foetus, gemini monumēta cruoris
Dixit, et aptato pectus mucrone ſub imum
Incubuit ferro, quod adhuc a cęde tepebat.
Vota tamen tetigere Deos, tetigere parentes,
Nam color in pomo eſt, vbi permaturuit, ater
Quodq, rogis ſupereſt, vna requiescit in vrna.
Deſierat, mediumq, fuit breue tempus & orſa ē
Dicere Leucothoe. vocem tenuere ſorores.

Ebur vacuum enſe idest eburneam vaginam enſe carentem. Tua te manus, inquit, amorq;, te ipsum inquit, ob amorem quo me proſequebaris interfeciſti. In vnum, ad hoc vnum vt meipſam interficiam. In vulnera, ad vulnera mihi ipſi inferenda. Reuelli, ſepari. Certus amor verus. Non inuideatis, non prohibeatis noſtris votis, inuidentes. Componi, condi, ac ſimul ſepeliri. Pullos, nigros.
Monumenta memoriam. Gemini cruoris, ſanguinis duorum et pyrami et Thisbes. Aptato mucrone, apoſita cuſpide. Sublimum pectus, ad infimam pectoris partem. Ferro, enſi, quo ſeipſum pauloante transfixerat Pyramus. Vota preces. Tetigere cōmouere. Permaturuit, perfecte maturuit. Quodq; rogis ſupereſt cinis et oſſa rogis ſupereſſe ſolēt. Fabulę quartę quarti libri argumētū.
Deſierat etc. Sol pręlatam Leucothoen ex Eurynome et Orchamo achęmenię principe origine Be li genitam, Climene Arcadi Circe matri et Clytię, quarum pul chritudine ante ſoli- LACT.

montis equum diuina palladis arte Ædificant. ... Quod fremit ſtrepit. Cum ſummum ſtringitur, qñ in ſupficie radit, ac leniter a vēto attingit. Cla

... clium animū egerat obiexit. Et cupiens vt in antedictis cupiditatem ſedare in ſpeciem matris puelle Eurynomes conuerſus virginem decepit dolo

ritatis

uitiauit. Cur adulterio Clytia incensa, quã nondũ satiatus erat. Sol genti puellę idicauit. Quã ille cũ terrę defodiſſet, uitiator admiſſi miſericordiã exibẽs deducto ſolo, cui ſubiecta fuerat, pro ea virgam tinctã nectare, quę gratiſſima deis, hominibusq; eſſet, extulit, quę thurea appellat, & ſicut Heſio. indicat.

particula nam ſubaudienda videtur. Hic autem ſenſus ex Homero ſumptus eſſe videtur. vt Plinius quoq; in.ij. naturalis hiſtorię libro teſtatur, cum ait Solem commendas. Hic ſuum lumen cęteris quoq; ſyderibus foenerat, preclarus, eximius, oĩa intuens, omnia etiam exaudiens, vt principi litterarum Home. placuiſſe in vno eo video. Hoc vero in.xij. Odyſſeę ſcribit Homer.



Hunc quoq; ſyderea qui temꝑat omnia luce
Cępit Amor Solem. Solis referamus amores.
Primus adulteriũ Veneris cũ Marte putatur
Hic vidiſſe Deus. videt hic Deus omnia ꝑmus
Indoluit facto, Iunonigenęq; marito
Furta tori, furtiq; locum monſtrauit, at illi
Et mens, & quod opus fabrilis dextre tenebat,
Excidit. extemplo graciles ex ęre cathenas
Retiaq;, & laqueos, quę lumina fallere poſſent.
Elimat, non illud opus tenuiſſima vincat
Stamina, nõ ſummo quę pẽdet Aranea tigno
Vtq; leues tactus, momentaq; ꝑua ſequantur
Efficit, & lecto circundata collocat apte.
Vt venere torꝰ coniunx, & adulter in vnum
Arte viri, vincliſq; nouo ratione paratis,
In medijs ambo deprenſi amplexibus hęrent.
Lemnius extemplo valuas patefecit eburnas,
Admiſitq; Deos. illi iacuere ligati
Turpiter. atq; aliquis de Dijs nõ triſtibus, optat
Sic fieri turpis. Superi riſere, diuq;
Hęc fuit in toto notiſſima fabula cęlo.
Exigit indicij memorem Cytherea pęnam.
Inq; vices illum, tectos qui lęſit amores,
Lędit amore pari, quid nunc Hyperione nate
Forma, colorq; tibi, radiataq; lumina ꝓſunt?
Nempe tuis omnes qui terras ignibus vris,
Vreris igne nouo, quiq; omnia cernere debes,
Leucothoen ſpectas, & virgine figis in vna,
Quos mundo debes, oculos. nõ ſurgis Eoo

RAPH. DEſierat, ſcilicet ſubaudiatur et Alcithoe. Finem.n. ſuę narrationi ſpoſuerat. Vocẽ tenuere, ſiluerũt. Leucothoe, ſoror Alcithoes. Antequã narret, quẽadmodũ Leucothoe Orchomi regis Achęmenię, et Eurynomus filia ĩ arborẽ thuris fuerit ꝯuerſa, exponit adulterium Martis cũ venere Sol. n. Martẽ olim cum Venerẽ coeuntẽ Vulcano eius marito indicauit, qui indignatus rebus tenuiſſimis cubile circundedit, quibus coeuntem Martem cum Venere ita implicuit, vt nullo pacto diſiungi poſſent. Patefacto deinde cubiculo omni Deorũ oculis ſpectandos ſubiecit, quare venus indignata Soli Leucothoes amorem immiſit, qui vt cõmodius ea potiretur, ſe in matris Eurynomes figuram conuertit. Cuius vero Orchamus pater eam uitiatam eſſe inditio Clytię Solis amicę cognouiſſet, ipſam defodit in terras. Sol vero amicam miſeratus, eam in thuris. arborem commutauit.

Focciniuere Leucothoe

HVNC quoq;, ac ſi diceret, non ſolum mortales capiuntur amore ſed dij quoq; & quidem clariſſimi. Videt hic Deus oĩa primus, cauſa eſt cur Sol putet cuncti primus Martis adulterium cum Venere vidiſſe. Quare hęc

Adulterium veneris cum Marte

Iunonigenę, ex Iunone genito, Vulcanum.n. ſolum Iuno ex Ioue ſuſcepit. Furta, ſtupra, et adulteria, q furtim fiant. Graciles, tenues atq; ſubtiles. Quę lu. falle. pos. quę oculos decipere valerent. Elimat, efficit lima. Aranea, tela aranearum. Vtque leu. ta. ſignificat retia ea ita mollia fuiſſe ac flexibilia, vt ne ſi tangerentur, quidem ſentiri poſſent, ac facile rebus omnibus cederent. Parua mo. parua obſtacula, vt paruum reſiſtere viderentur. Deprenſi, in re prohibita inuenti. Nam deprehendi proprie quis in re minus honeſta dicitur. Lemnius, Vulcanus, qui cum deformis natus eſſet, Iunoniq; contra Iouem auxilio eſſet, vt ipſe in primo Iliados narrat, ab Ioue ipſo e cęlo fuit in Lemnum inſulam pręcipitatus, ibiq; a ſintijs fuit exceptus. Admiſitq; Deos, aduocauit Deos ad ſpectaculũ Veneris et Martis, q ita ligati ĩ lecto iacebãt, vt ſe diſſoluere nõ poſſent. Atq; aliqs de Dijs, cũ fuiſſe Mercuriũ ferunt. Cytherea, Venus a Cytheris inſula dicta ad quã ꝑmam e mari nata ꝓcha peruiniſſe dr. Memorem

Lemnius

Cytharea

pęnam, aut hyppallage eſt memor cythereia, aut quam in memoria hebat, vt Virg. Sęuę memorem Iunonis ob iram. Inq; vi. viciſſim e ȝrio. Hypio ne nate, Sol Hyperionis Titanis, ex Thia, vt ſcribit Heſio. vt vero in Hymnis Hom. ex Euryanaſſa ſo rore, filius fuit ſimul cum Luna et Aurora. Vnde Hyperionides quoq; Sol ipſe et Hyperion noie patris interdu; a poetis vocat. Eſt át apoſtrophe ad Solem

it Cyrcs; quę Aeça, ab Aea vrbe colchoꝶ, non vt Ser. ſcri. a vocibus eoꝶ, quos in bruta aialia conuertebat, fuit appellata. Aea vero non ſolum Colchorum eſt vrbs ab Aeeta Medeę pře ędificata, ſed alia quoq; eſt Theſſalię, eſt ćt Macedonię fons ea, vt Stephanus ſcribit, vnde Aeęus aeęa declinatur.

Temperius cęlo, mō ſerius incidis vndis,
Spectandiq; mora brumales porrigis horas.
Deficis interdū, vitiumq; in lumina mentis
Tranſit, & obſcurus mortalia pectora terres.
Nec tibi qd Lunę terris propioris imago
Obſtiterit, palles. facit hunc amor ipſe colorē,
Diligis hāc vnā. nec te. Clymeneq;, Rhodosq;
Nec tenet Aeęę genitrix pulcherrima Circes,
Quęq; tuos Clytie quǔis deſpecta petebat
Concubitus, ipſoq; illo graue vulnus habebat
Tempore. Leucothoe multaꝶ oblinia fecit
Gentis odoriferę, quam formoſiſſima partu
Edidit Eurynome, ſed poſtq̄ filia creuit,
Quam mater cūctas, tam matrē filia vicit.
Rexit Achęmenias vrbes pr̄ Orchamus, isq;
Septimus a priſco numeratur origine Belo.
Axe ſub heſperio ſunt paſcua Solis equoꝶ,
Ambroſiam pro gramine hn̄t. ea feſſa diurnis
Membra miniſterijs nutrit, reparatq; labori.
Dumq; ibi quadrupedes cęleſtia pabula carpūt
Noxq; vicē pagit, thalamos Deus itrat amatos
Verſus in Eurinomes faciē genitricis, & inter
Bis ſex Leucothoen famulas ad lumina cernit
Leuia verſato ducentem ſtamina fuſo.
Ergo vbi, ceu mater charę dedit oſcula natę,
Res ait arcana eſt. famulę diſcedite, ne ve
Eripite arbitrium matri ſecreta loquendi.
Paruerant, thalamoq; Deus ſine teſte relictus.
Ille ego ſum dixit, qui longum metior annū,
Omnia qui video, ꝑ quem videt omnia tellus,
Mūdi oculus. mihi crede, places, pauet illa, me
Et colus, & fuſi, digitis cecidere remiſſis. (tuq;
Ipſe timor decuit, nec longius ille moratus
In veram redijt ſpeciem, ſolitumq; nitorem.
At virgo, quamuis inopino territa viſu,
Victa nitore Dei, poſita vim paſſa querela eſt.
Inuidit Clytie. neq; enim moderatus in illam
Solis amor fuerat, ſtimulataq; pellicis ira
Vulgat adulterium, diffamatumq; parenti
Indicat, ille ferox, immanſuetusq; precantem
Tedentemq; manus ad limina Solis, & ille
Vim tulit inuitę dicentem defodit alta

Hyperiō — Igne nouo, amore inuſitato. Temperius, tempeſtiuus. Eſt aūt aduerbium comparatiuum, qd a tempero declinari vr̄. Mō ſe inci. vn. interdum inqt tardius occidis. Eoo cęlo, orientali, vnde orit Aurora, q̄ grece ἠώς dr̄. Porrigis, ꝑducis. Brumales horas, hyemales dies, q solent eſſe breuiores. Vitium mentis ęgritudo ac paſſio cordis, qua fere amātes pallent. Tranſit in lumina, pallida nāq; videbant. Nec tibi qd Lunę, cām Eclypſis Solis exponit. Nam tunc deficere vr̄, cū Luna ei ſubijcit, Luna vero infima eſt planetarum Clymene, Phaetontis mr̄. Rhodos, iſula ē Lycię adiacens Soli adeo grata vt ſemꝑ (q̄uis nebuloſo aere) aliq̄ diei horas eius radij videant, vt ſcri. Plu. Rhodos aūt ἀπὸ τοῦ ῥόδου, hꝭ eſt a roſa ꝑꝑ pulchritudinem (vt qdam ſcribunt) fuit appellata. Nam prius et Ophioſa, et a ſerenitate Ætherea vocabat Diodo. vero ait Rhodon inſulā a Rhodo puella Neptuni filia ex q̄dam. Telchinum ſorore, q primi inſulam tenuerunt, fuiſſe appellatam. Nec tenet Aeęę. perſa mater ſu

Tēperius; Brumales; Clymene; Rhodos; Perſa

CLytie, nympha fuit, q̄ Apollinem amauit. Graue vulnus, magnū dolorē, q: ſibi Leucothoen ꝑlatā videbat. Gētis odoriferę, odores ferentis, ſ ē eſt Arabicę. Formoſiſſima Eurynome, pulcherrima Eurynome át (vt ſcri. i Theogonia Heſio.) nympha fuit Oceani et Thetyos filia, vxor q; Orchami Achęmenioꝶ regis. Altera fuit Apollinis filia. quę Ethalioni marito Adraſtū Arginoꝶ reges atq; Eripylen peperit. Achęmenias, Perſicas. Nā Achęmenij, Perſę, et parthi ꝑpli sūt finitimi. A priſco Belo, a ꝑmo Belo q Abante genuit Abas Acriſiū. Acriſius Danaē. Danae pſeus. Perſeus Bachęmonē. Bachęmon Achęmenen, a quo Achęmenia eſt appellata. Achęmenes vero Orchamum. Axe ſub heſperio, Solis equorū paſcua deſcribit, q̄ ſunt in occidēte ambroſiā ferētia, cuius paſtu Solis eq ꝑ noctē reparant ad diurnos labores tolerandos. Axe ſub heſperio ſub cęlo occidētali. Duo nāq; ſunt axes, vt Ser. q̄q; ſcri. q ē vtices et poli dr̄r, arcticus ſiue borealis q a nobis ſemꝑ vr̄, et antarcticus ſiue notus ē auſtralis, q nunq̄ a nobis videri ꝑt. Axes ꝑ cęlo poſuit. Eſt át ꝑprie axis (vt ſcri. Apul.) directio qdas a polis velut a cardi

Raptꝰ Clytie; Eurynōe; Achmenꝰ beli genealogia; Paſcua equorum Solis; Axes cęli

[Ambroſia.] nibus perfecta. diuiſor ē deſcriminator mūdi orbē inmediate cōſtituēs. Ambroſia vero q̄ immortalitas interꝑtat cibus eſt Deoꝝ, quo etiam equi Solis paſci dicuntur. Eſt autem herba quam Diaſcorides Artemiſiam eſſe ait. Thalamos amatos, amice Leucothoes cubiculum. Ducentem, deducentem filū. Leuia ſtamina mollia. Arbitrium, facultatem. Qui longū metior annū, ſcite. Nā ex Solis trāſitu per .xij. zodiaci ſigna annus colligit. [Cochis.] Et colus, inſtrm ē cui appendunt ſtamina filanda. Eſt āt et fecunde ē q̄rte de clinationis. Et fuſi hoꝝ inuentor Cloſter Arachnes filius a Plinio fuiſſe narraē. Nitore pulchritudine, ſplendore. Neq. n. moderatus, cur inuideret Clytie cām aſſignat. Nimius enī erat Solis amor ī Leucothen. Diffamatū, vulgatū. Et ille, mentu ſolem indicat pri Leucothoe. Crudus, crudelis. Iterq; dat tibi, efficit tibi viā, q̄ facies efferre poſſis. Eſt autē ἀποστροφὴ ad Leucothoen, quā nympham ꝑꝑ etatem et pulchritudinē vocat poeta. Enectū, necatum, obrutum. Exangue, mortuū ſine ſanguine. Volucrum moderator equorum periphraſis eſt Apollinis, qui moderator ē rector eſt velociſſimoꝝ equoꝝ ac volantium, potius q̄ currentium, vt plene in ſecundo vidimus. Poſt phaethonteos ignes, poſt fulmina, qbus phaethon fuit abſumptus. Gelidos artus, mortua mēbra.

Id. n. qd ſeqtur pro eo quod precedit ē ꝓtra ſepe numero ponit a poetis. Reuocare, reducere. Fatū, fati neceſſitas. Nectare odorato. ſuauiſſimi odoris liquore. Eſt. n. Nectar Deoꝝ potio, vt iā ſepius diximus. Tanges tū ethe. di. q̄uis inquit Apollo te ad vitam reuocare nō poſſum, ad celū [Odi ſ̄re] tū perueniens Nā thuris fumus ad Deos vſq; in celū peruenire credit. Deliquit, molle et liqdus factū eſt, a deliqueſco ꝑteritū. Senſim, paulatim. Cacumine, in ſummitate. Tumulū, harene aggerē.

Fabule .v. quarti libri argumentum.

[LACT.] AT Clytien etc. Clytie nympha ſupradicta ob iniuriam ante dilecta ab amatore deſerta, ita tabefacta viſceribus eſt, vt in herbā cōuerteret, q̄ ꝑmū conſeruans amorem eiuſdem Dei Heliotropium diceretur, curſumq; ſeruaret eiuſdem Dei.

[RAPH.] AT CLYtiem, clytie nympha a Sole derelicta, cum nouem dies ſine vllo cibo ac potu exegiſſet, tandem Deorum miſeratione in herbam heliotropium conuerſa fingitur, que nunc quoque priſtini amoris memor continue folia ad ſolem vertit. Vnde etiam nomen accepit. Nam heliotropium dicit Solis cōuerſio ἥλιος nanque ſol, τροπὴ conuerſio dicitur. [Heliotropium.]

Crudus hūo tumulūq; ſuꝑ grauis addit harene
Diſſipat hunc radijs Hyperione natus, iterq;
Dat tibi quo poſſis defeſſos promere vultus.
Nec tu iam poteras enectum pondere terre
Tollere nympha caput, corpusq; exāgue iacebas
Nil illo fertur volucrū moderator equorum
Poſt phaethonteos vidiſſe dolentius ignes.
Ille quidem gelidos radiorum viribus artus
Si queat, in viuum tentat reuocare colorem.
Sed quoniam tantis fatum conatibus obſtat,
Nectare odorato ſparſit corpusq; locumq;
Multaq; prequeſtus, tanges tamen ethera dixit,
Protinus imbutum celeſti nectare corpus
Deliquit, terramq; ſuo madefecit odore.
Virgaq; per glebas ſenſim radicibus actis
Thurea ſurrexit, tumulumq; cacumine rupit.
At Clytien, q̄uis amor excuſare dolorem,
Indiciumq; dolor poterat, non amplius auctor
Lucis adit, Venerisq; modum ſibi fecit in illa,
Tabuit ex illo dementer amoribus vſa
Nymphaꝝ impatiens, et ſub Ioue nocte, dieq;
Sedit humo nuda, nudis incompta capillis,
Perq; nouem luces expers vndeq;, cibiq;,
Rore mero, lachrymisq; ſuis, ieiunia pauit.
Nec ſe mouit humo. tantum ſpectabat euntis
Ora Dei, vultusq; ſuos flectebat ad illum.

[Clytie in heliotropium.] Quamuis amor excu. do. amore enī quo Apollinem proſequebatur, volebat Clytie ſibi aliam preferri. Dolore autem coacta indicauit patri Leucothoes cum Sole concubitum. Auctor lucis, periphraſis eſt Solis, qui lucis ē effector. Modum, finē. [Daphnis Ideus in ſaxum. Scython in foeminam.] Tabuit ex illo, ex eo inquit tempore quo a ſole fuit derelicta tabeſcere cepit Clytie, commercium; aliaꝝ nympharum fugere. Tabuit, paulatim conſumpta eſt. Sub Ioue, ſub dio, ad aerem. Nouem luces, nouem dies. Flectebat, vertebat. Heſiſſe, affixa ſuiſſe terre, ſic vt ſurgere non poſſet. Luridus, fuſcus. Vertitur ad ſolem, ad nomen herbe, que heliotropium dī, alludit. Suū, a ſe amatum. Mutata, in heliotropiū herbā conuerſa.

Fabule .vi. quarti libri argumentū.

[LACTA.] DIXErat, et factum ē. adijcit quoq; de Daphnide Ideo paſtore dictura. Qui quia fidem coniugi non preſtiterit, abierit in ſaxum.

[RAPH.] CÆPErat, occupauerat, delectarat. Poſcitur Alcit. rogatur vt aliquid fabularum narret. Que radio, nauicula inſtrumentum eſt ligneum, quo vtunē textores. Stantis tele, pendētis. Daphnidis Idei, Daphnis, cuius interitū Vir. quoq; poſt Theocritū deflet, Mercurij filius fuiſſe memoratur, is a nympha nomine Thalia (vt qdam ſcribūt) adamatus ita eſt, vt pellicem verita

Membra ferunt hęſiſſe ſolo, patremq́ coloris
Lordus exangues pallor conuertit in herbas
Et in parte rubor, violęq; ſimillimus ora
Flos tegit. illa ſuum, quamuis radice tenetur,
Vertitur ad Solem, mutataq́ ſeruat amorem,
Dixerat ⁊ factum mirabile ceperat aures.
Pars fieri potuiſſe negant. pars omnia veros
Poſſe Deos memorát, ſed nō eſt Bacchus in illis
Poſcitur Alcithoe poſtq̄ ſiluere ſorores,
Quę radio ſtantis percurrens ſtamina telę,
Vulgatas taceo dixit paſtoris amores
Daphnidis Idęi, quem Nymphę pellicis ira
Contulit in ſaxum. tantus dolor vrit amātes.
Nec loquar, vt quondam naturę iure nouato
Ambiguus fuerit mō vir, mō foemina Scytō.
Te quoq; nūc Adamas, quōdam fidiſſime ꝓ Ioue
Celme Ioui, largoq; ſatos Curetas ab imbri,
Et Crocon in ꝑuos verſum cū Smilace flores,
Prętereo, dulciq; animos nouitate tenebo,
Vnde ſit infamis, quare male fortibus vndis
Salmacis eneruet, tactosq́ remolliat artus,
Diſcite. cauſa latet. vis notiſſima fontis.
Mercurio puerꝫ Diua ꝙ Cythereide natum

et riualem in ſaxum illum tranſmutarunt, q̄uis Theocritus illum amore tabuiſſe canat, id quod Ouidius quoq; alibi innuere videtur, cum inquit, Pallidus in lenta Naide Daphnis erat. Idęi, Phrygii, vel Cretenſis. Nā Ida mons eſt et Phrygię et Cretę. Contulit, conuertit. Has āt fabulas quę vix vnquam apud aliques ꝓſtantium poetaꝝ inueniunt, breuiter ꝑcurrit poeta, vidēs illas nullo fere ī vſu futuras. Tantus dolor vrit amātes, Acclamatio ē in amātium Zelotypiā. Tātus inqt dolor amātes cruciat, vt ſepenumero amatos perdant.

Fabulę.vij.quarti libri argumentū.

LACTA. NEC loqr, vt quōdam etc. Nūc de Scythone, q ex viro in foeminā eſſerat.

RAPH. NEC loqr Scythō quidam ex mare in foeminam miram, do quodāmodo fuit commutatus. Id autem fieri poſſe Plinius q̄q; eſt author.

Fabulę.viij.quarti libri argumentum.

LACT. TE QUOQ; nunc etc. Neq; etiam caſus relatura Celmi aut Adamāte, Curetūq;, qui ex imbribus ſunt procreati.

RAPH. TE QUOQ; nunc Adamas, Celmus (qui et Celmes vocat, vnus fuit ex Idęis dactylis, vt vero Sophocles in Satyris tragędia ſcribit, illum Cybele indignata in duriſſimum ferri genus tranſmutauit nutricium ſuis Iouis, cui dū puer erat, fuit admodū gratus. Poſteaq̄ vero Iuppiter Deoꝝ imperium eſt adeptus, ipſum in adamantem conuertit, quia vulgaſſet Iouem fuiſſe mortalem, vt quidam aiunt. Largoq; ſatos Curetas ab imbri. hāc Curetum metamorphoſin nuſq̄ me apud antiquos legiſſe memini. Quidā vero ex Neotericis aiūt curetas, et imbribus ꝓpter religionis contemptus fuiſſe deletos, et ex fungis ne ipſa religio penitus deſereret, fuiſſe reptos. Sed cum iſta nullius auctoritate nitant, ex commodo ſuo illa finxiſſe videntur. Strabo quidem cum multa et varia de curetibus ſcribat, nullam prorſus de hac illorum metamorphoſi facit mentionem, ſed ex ſententia quorundam eoſdem eſſe ait Curetes et Corybantes et Caberos et Idęos dactylos et Telchines, qui ſacra ē Iouis in creta, et matris Deum in phrygia cum armorum tumultuoſa agitatione, cumq; ſtrepitu

Celmus in adamantē.

Curetes ex ibri.

ac cymbalorum, tympanorumq; ſonitu, necnon tibiis, ac vociferationibus celebrarent. Alii autē ex creta, alii ex Euboea, nonnulli ex Ætholia originē duxiſſe ſcribunt. Diomedes quidem grammaticus longe aliam ab ea, quam obiter attingit Ouidius Curetum originem refert, his quidem verbis. Aiūt Opem in Idam cretenſem delatam ex fuga, cum puerperii tempus inſtaret, primam montis partē manibus apprehendiſſe, atq; ita partū ſolutam. Ex impreſſione vero palmaꝝ curetas, ꝓdiiſſe, quos ab effectu gręci nominis dactylos. i. digitos et Idęos a mōte nominauerit, vt a pupulis oculorum, quas gręci κορας appellant, vel a galearum cono curetes. Hęc Diomedes. Sed alię quoq; Curetum afferuntur etymologię. Nam vt Strabo ait, alii ἀπὸ τῆς κουρᾶς. i. a tonſura curetas appellatos ſcribunt, q̄ detonſi eſſent. Alii a Curio monte Pleuroni imminēte. Alii ἀπὸ τῶν κορῶν, ideſt a puellis q̄ longas ſtolas vt puellę geſtarent. Curetes omnium primi armatam ſaltationem inuexiſſe dicuntur, cum clypeis ęneis concurrentes, ludentesq́; et clamore, et ęris tinnitu non permiſerunt Iouis infantis vagitum; quem educandum ſuſceperant, ad Saturnum peruenire. Hęc tam multa de curetibus nihil tamen oſtendunt quomodo ab imbre fuerint orti.

Crocos cū Smilace in flores.

Fabulę.ix.quarti libri argumentum.

LACT. ET Crocon etc. Vel de croco aut Smilace, qui in florem verſi ſunt.

RAPH. ET Crocon, Crocos adoleſcens fuit, quem Smilax virgo amaret, neq; frui poſſe, ambo in flores conuerſi fuerunt. Vnde ſmilacee, croceęq; coronę dicuntur. Sane ſmilax (vt ſcribit Galenus) etiam ſine s litera interdum enunciatur.

Fabulę.x.quarti libri argumentum.

LACT. PRÆTEreo etc. Refert quoq; ſalmacidem fontem Carię, cuius liquore contacti in mollicies verſi deſignentur. Mercurius cum ex Venere, qui duplici figura Hermaphroditus vocatur, genuiſſet, cuiquę Naiadęs nymphę in Ida monte educaſſent,

uiſſent,relictis ſedibus in cariam venit. Hic con ſpicato fronte opaciſſimi. Solis ac perlucentis aquę curſum connexit, quo diutius eo loco moranto Salmacis Naiadum, dum flores legit conſpicatus veſtigijs diligere cępit, quę paulatim circa montes Nonacrinum in ... blanditijs liquoris, precibuſque ſtuentis nymphę, fonte ſe immerſit, ac confeſtim complexu Naiadis inhęſit, nec ante ab ea dimiſſus eſt, quam a Dijs impetraſſet, in vnam vt cederet ſpeciem, data itaque venia Hermaphroditus poſtquam ſe animaduertit, nec virum, nec fœmininam factum, a parentibus impetrauit ne infantis ſolus eet, vt quicunque eius fontis aqua contactus eſſet, proinde vt ipſe molleſceret.

RAPH. Salmacis fons. VNDE ſit infamis Salmacis fons eſt Cariæ, quem qui ingrediuntur effœminati ac molles egrediuntur. Huius autem rei cauſam poeta refert in Hermaphroditi preces, qui parentes rogauit, vt quemadmodum ipſe, ſic alij quoque fontem illũ intrantes molleſcerent. Nam Hermaphroditus Mercurij ac Veneris filius fuit formoſiſſimus, q cum in fontem Salmacidis nymphę ingreſſus foret, ita a nympha fuit colligatus, vt ex duobus corporibus vnum fieret vtrunque habens ſexum. Vnde etiam nunc Hermaphroditi vtrunque prediti ſunt ſexu.

Hermaphroditi hernaſ

Lycias vrbes Lycia, Lydia et Caria prouintię ſunt finitimę. Caras addit, Cares populi ſunt Carię. Eſt autem accuſatiuus gręcus. Car enim Caros declinatur in maſculino, in fœminino autem Carera, Carę vero vrbs eſt Meſſopotamię Craſſi clade nobilis, a Carra Syrię fluuio denom.nata. Cares

Naiades Idęis enutriuere ſub antris.
Cuius erat facies, in qua materq; paterq;
Cognoſci poſſent. nomen q; traxit ab illis.
His tria cũ primum fecit quinquẽnia montes
Deſeruit patrios, Idaq; altrice relicta
Ignotis errare locis, ignota videre
Flumina gaudebat, ſtudio minuente laborẽ.
Ille etiam Lycias vrbes, Lyciæq; propinquos
Caras adit. videt hic ſtagnũ lucentis ad imum
Vſq; ſolum lymphę. nõ illic canna paluſtris,
Nec ſteriles vluę, nec acuta cuſpide iunci.
Perſpicuus liquor eſt. ſtagni tñ vltima viuo
Ceſpite cinguntur, ſempq; virentibus herbis.
Nympha colit, ſed nec vẽatibus apta, nec arcus
Flectere quę ſoleat, nec quę contendere curſu,
Solaq; Naiadum celeri non nota Dianę.
Sępe ſuas illi (fama eſt) dixiſſe ſorores,
Salmaci vel iaculũ, pictas ſume pharetras,
Et tua cum duris venatibus ocia miſce,
Nec iaculum ſumit, pictas illa pharetras,
Nec ſua cum duris venatibus ocia miſcet,
Sed modo fonte ſuo formoſos perluit artus,
Sępe Cytheriacho deducit pectine crines,
Et quid ſe deceat, ſpectatas conſulit vndas.
Nunc perlucenti circumdata corpus amictu
Mollibus aut folijs, aut mollibus incubat herbis
Sępe legit flores, & tunc q; forte tegebat,
Cum puerum vidit, viſumq; optauit habere.
Nec tamen ante adit, & ſi properabat adire,
Quam ſe compoſuit, q; circumſpexit amictus.
Et finxit vultum, & meruit formoſa videri.

Videt hic ſtagnum, fontis Salmacis deſcriptio. Carr ę

Viuo ceſpite, naturali terra. Nympha colit, habitat. Idem autem cum fonte nomen habet. Salmacis enim nympha (vt ſcribit Sextus Pompeius) celi & terrę filia molliſſima fertur fuiſſe cauſa fontis Halicarnaſſi aquę appellandę Salmacidis, quas qui bibiſſet vitio impudicitię molleſceret ob eam cauſam, q eius aditus anguſtatus parietibus occaſionem largitur iuuenibus petulantibus puerorum, puellarumque violandarum: quia non patet effugium. vnde Ennius Salmacidas ſpolia ſine ſanguine et ſudore. Quod in molles atque effœminatus dictum corrupte legitur in primo de Officijs Ciceronis, ineptque ab ijs, qui illud opus commentaria ſcripſerunt, exponitur, vt in quadam diſputatione noſtra, quę circumfertur copioſius diximus. Tamen ſi nunc recte legatur ex noſtra diſputatione emendatum. Salmacis Duris venatibus, laborioſis venationibus. Cythereiaco, pulchro, qualis Venerẽ deceret. Aut ſ.nte Cytheriaco legendum eſt a Cythoro monte buxis abundante, ex quo ligno pulchri pectines conficiuntur. Perlucenti amictu, perlucida veſte. Significat autem hanc nympham molliſſimam fuiſſe. Incubat, recubat, iacet. Compoſuit, ornauit. RAPH. ET finxit vultum, ſumpſit vultum blandum amantique aptum. Si quam dignabere tęda, ſi quam tuis nuptijs dignam exiſtimabis. Hic tibi, ſiue aliqua eſt, ſi inquit ſponſam

Eneruet, neruos ac vires eripiat effœminet.
Remolliat & molles ac effœminatos efficiat.
Diua Cythereide Venere. Sub Idęis an. in ſpeluncis Idę montis Phrygię.
Cuius erat fa. formoſiſſimum fuiſſe Hermaphroditum ſignificat cum ſimilem eum fuiſſe parentibus dicat. Nomen quoque traxit ab illis, Nam Hermaphroditus ἀπὸ τοῦ ἑρμοῦ hoc eſt a Mercurio, et ἀφροδίτης Venere, fuit appellatus.
Studio cupiditate, et animi inclinatione.

habes meum velis hoc loco furtim coire: Sin vero non habes, me velim accipias vxorem. Ab his poſt hęc. Hic color, his ſimilitudinibus poeta declarat, qualis etiam Hermaphroditi pueri color, poſteaquam audita nymphę oratione erubuit. Aprica, Soli expoſita. Arbores autem ſoli expoſitę rubicundiora poma ferre ſolent. inter arbores et herbas. Vt vacuus, vt poſt ocioſus et alijs curis ſolutus. Et inobſeruatus, non viſus a quoquam non notatus. Alludentibus, quę alludere ſibi, blandirique videbantur. Mollia velamina, molles veſtes ac tenues, Flagrant quoque lumina nymphę; hoc eſt oculi quoque nymphę Salmacidos flagrare videntur.

Tunc ſic orſa loqui, puero digniſſime credi
Eſſe Deus. ſeu tu Deus es; potes eſſe Cupido.
Siue es mortalis; qui te genuere beati.
Et mater felix, & fortunata profecto
Si qua tibi ſoror ē, & quę dedit vbera nutrix.
Sed longe cunctis, longeq́, beatior illa eſt;
Si qua tibi ſponſa eſt. ſi quam dignabere tęda.
Hic tibi; ſiue aliqua ē, mea ſit furtiua voluptas.
Seu nulla ē, ego ſim; thalamumq́, ineamus eundē.
Nais ab his tacuit; pueri rubor ora notauit.
Neſcit quid ſit amor; ſed & erubuiſſe decebat.
Hic color apricis pendentibus arbore pomis
Aut ebori tincto eſt, aut ſub candore rubenti
Cum fruſtra reſonant ęra auxiliaria Lunę.
Poſcenti nymphę ſine fine ſororia ſaltem
Oſcula, iamq́; manus ad eburnea colla ferenti,
Deſinis, an fugio, tecumq́; ait iſta relinquo,
Salmacis extimuit, locaq́; hec tibi libera trado
Hoſpes. ait ſimulatq́; gradu diſcedere verſo.
Tum quoq́ reſpiciens, fruticumq́; recondita ſilua
Deliuit, flexoq́; genu ſummiſit, at ille
Scilicet vt vacuus, & inobſeruatus in herbis
Huc it, & hinc illuc, & in alludentibus vndis
Summa pedum, taloq́; tenus veſtigia tingit,
Nec mora, tempie blandarum captus aquarū.
Mollia de tenero velamina corpore ponit.
Tum vero ſtupuit; nudęq́; cupidine formę
Salmacis exarſit. flagrāt quoq́ lumina nymphę
Non aliter, q̄ cum puro nitidiſſimus orbe
Oppoſita ſpeculi refertur imagine Phębus,
Vixq́; morā patit̄, vix iam ſua gaudia differt,
Iam cupit amplecti, iā ſe male cōtinet amens.
Ille cauis velox applauſo corpore palmis,
Deſilit in latices, alternaq́, brachia iactans
In liquidis tranſlucet aquis, vt eburnea ſiquis
Signa tegat, claro vel candida lilia vitro
Vicimus, & meus eſt exclamat Nais, & omni
Veſte procul iacta medijs immittitur vndis,
Pugnantemq́; tenet, luctantiaq́; oſcula carpit
Subiectatq́; manus, inuitaq́; pectora tangit.
Et nunc hac iuueni. nūc circūfunditur illac

Aut ebori tincto, minio, ac purpureo colore picto. Aut ſub rubenti candore Lunę, hoc eſt Lunę ecclypſim patienti. Tunc enim rubeſcere videtur. Cum fruſtra reſonant, fruſtra perſtrepunt, nihil enim lunę deficienti proſunt. Quamuis vulgus putet carmina veneficarum aereorum vaſorum tinnitibus impediri, ne eclypſim Lunę inducant. Vnde Iuuenalis loquacitatem mulierum carpens inquit. Vna laboranti poterit ſuccurrere Lunę. Aera ęrea vaſa. Auxiliaria, auxilium Lunę afferentia, ne veneficarum deficiat carminibus.

Sororius. Sororia oſcula, caſta et pudica, qualia ſorores decent. Eſt autem adiectiuum nomen ſororius a ſorore deriuatum, neque enim ſignificat, qui alicuius ſororem ducit vxorem, vt quidam putant. Eburnea, candida vt ebur. Deſinis an fugiam, deſine inquit, aut ego hinc fugiam, ac tibi ſoli iſta loca relinquam. Extimuit, ne fugeret. Gradu verſo, conuerſo greſſu et paſſu.

Frutices. Fruticum ſilua, frutices medij ſunt

Nam etiam oculis pdebat q̄ta potundi pueri cupiditate teneret, id quod amori captis ferre viſu venire ſolent. Nō aliter ſic inquit oculi nymphę flagrare viſi ac ſplendere vt Solis radij ſereno aere, cū ipſis ſpeculū opponit̄. Nā tūc ē ſplendidiſſimi videntur, et ignē contrahunt. Puro orbe, nebulis carente et ſereno aere. Ille cauis velos, natantium morem exprimit. Ingreſſuri enim aquas manibus cauis corpus ſi percutiunt. Liquidis, puris. Signa, ſtatuas. Tegat, cooperiat. Sic enim operata pulchriora videntur. Luctantia oſcula carpit, ab illo reluctante, eſt enim hyppallage. Inuita, pro illi inuito ac nolenti. altera hyppallage. Nitentem contra repugnantem reluctantem. Implicat vt ſerpens, his ſimilitudinibus oſtendit quam arctum ſtrictumq́; teneat Salmacis Hermaphroditum. Regia ales, aquila, quę idcirco in Iouis tutela eſſe dicitur: quod ex auibus ſola nunquam fulmine tangat̄. Eſt aūt ſerpentibus infeſſiſſima a quibus ſepenumero ita implicat̄, vt ī terrā vna cum illis decidat. Spatiantes, ſpatioſe et late ſe iactantes.

Aquila

Polypus Polypus, piſcis eſt miræ magnitudinis polypus multos habens pedes, vnde & nomen accepit. Nã πολυς multus, πους ποδος pes. Di. Hic insidiat piſcatoribus, quos ſi ceperit, omnibus pedibus quę flagella vocat poeta, ſic ſtringit, vt nullo pacto effugere poſſint, Eſt etiam morbus a ſimilitudine piſcis dictus nares maxime infiſtans, de q̃ Horatius Balbi nã polypus agnę.

RAPH. PERſtat, in ꝓpoſito pſeuerat. Atlantiades, nepos Atlãtis. Nam Atlas Maiã genuit Maia Mercurium, Mercurius Hermaphroditum.

Diducere Ita Dij iubeatis, ſic Dij velitis. Diducat ſeparet. Suos, ꝓprios et propitios.

Adoleſcer Conducat, cõiũgat. Pariterq; adoleſcere, et ſimul creſcere. Eſt aũt ab inſitis arboribus ſumpta ſimilitudo. Coierunt, cõiũcta fuerunt. Neutrum, nec puer, nec puella. Et vtrunq; q2 ſexuz vtrunq; habebat. Ergo vbi nunc assignat cãm id qᵭ in narrationis principio pollicita eſt Alcithoe, cur Salmacidis fontem ingredientes molles, effęminatiq; reddantur. QUO vir, In quas vir non mollis, ſed fortis & pſtans deſcẽderat, & ingreſſus fuerat. Semimarem, femininum & effęminatũ. Mollita, mollia facta. Venerit, ingreſſus fuerit.

Teda in hederas & vites. Biformis, q & maris & foemię formã referebat, qualẽ Hermaphrodita habẽt. Incerto, ignoto mortalibus. Fabulę. xi. q̃rti libri argumentum. FINIS erat dictis Et. Mineides Thebanę ſorores fuiſſe ꝑducunt, quarũ ſolertiſſime Leucothoe &

Denią nitentem contra, elabiq; volentem
Implicat vt ſerpens quam regia ſuſtinet ales,
Sublimemq; rapit. pendens caput illa. pedesq;
Alligat, & cauda ſpatiantes implicat alas.
Vtq; ſolẽt hederę longos intexere truncos,
Vtve ſub ęquoribus deprenſum Polypus hoſtem
Continet ex omni demiſſis parte flagellis.
Perſtat Atlantiades, ſperataq; gaudia nymphę
Denegat. illa premit, demiſſaq; corpora toto
Sicut inhęrebat, pugnes licet improbe dixit,
Non tñ effugies, ita Dij iubeatis, & iſtum
Nulla dies a me, nec me diducat ab iſto.
Vota ſuos habuere Deos; nam mixta duorũ
Corpora iunguntur faciesq; inducitur illis
Vna, velut ſiquis conducat cortice ramos,
Creſcẽdo iungi, pariterq; adoleſcere cernat.
Sic vbi cõplexu coierunt membra tenaci,
Nec duo ſũt, ſꝫ forma duplex, nec foemia dici
Nec puer vt poſſit, neutrũq; & vtrũq; videntur.
Ergo vbi ſe liqdas, quo vir deſcenderat vndas
Semimarem feciſſe videt, mollitaq; illis
Membra manus tendẽs, ſed iã non voce virili
Hermaphroditus ait, nato date munera vr̃o,
Et pater, & genitrix, amborũ nomen habenti.
Quiſquis in hos fontes vir venerit, exeat inde
Semiuir, & tactis ſubito molleſcat in vndis.
Motus vterq; parens, nati rata verba biformis
Fecit, & incerto fontem medicamine tinxit.
Finis erat dictis, & adhuc Minecia proles
Vrget opus, ſpernitq; Deum, feſtumq; pſanat,
Tympana cum ſubito non apparentia raucis
Obſtrepuere ſonis, & adũco tibia cornu,
Tinnulaq; ęra ſonãt, & olent myrrheq;, crociq;,
Resq; fide maior, cœpere vireſcere telę,
Inq; hederę faciem pendens frondeſcere veſtis.
Pars abit in vites, & quę modo fila fuerunt,
Palmite mutantur, de ſtamine pãpinus exit.
Purpura fulgorem pictis accommodat vuis.
Iamq; dies exactus erat, tempusq; ſubibat,
Quod tu nec tenebras, nec poſſes dicere lucem,
Sed cum luce tamen dubię confinia noctis.
Tecta repente quati, pinguesq; ardere videntur

Leuconoe, q; Liberi ſacra in contẽptum: deuocauerint Mineięq; lanificio addictę ex improuiſo diuie numinis vocibus tibiarum & tympanorum ſono exterritę ſunt, quę in ꝓſpectu non viderent, & vt animaduere telas, inſtrumentaq; ſua in hederam ac vites repẽte mutata, & locũ aſſiduum foris replentium, noctemq; offuſcas luminibus in volucres conuerſę ſunt, quę veſpertiliones vocant. **Minei des in veſpertiliones.**

RAPH. FINIS erat dictis. Alcithoe vna cũ ſororibus poſt finitas fabulas ira Bacchi, cuius ſacra contemnebãt, in veſpertiliones aues fuerunt cõuerſę, ac earum domus icenſa. Mineia ples, Minei filię. Vrget opus, operi inſtat. Profana, pollnit, ꝓfanum ac nõ ſacrũ efficit. Profanũ.n. opponitur ſacro. Tinula, tinniẽtia ac reſonãtia. Tinnire ꝓprie dicitur ęra percuſſa, vnde et Tintinabula ſunt appellata. Myrrheq; crociq; illis.n. odoribus bacchus ad eas fuerat ingreſſus, quis nõ viderent. Resq; fide maior, hoc eſt maior q̃ cui fides debeat adhiberi. Multas ãt in tranſcurſu Metamorphoſis poeta deſcribit ſic, aperte vt nulla indigeant expoſitione. Fulgorem, rubores. Pictis vuis, acinis variorum colorum. Iamq; dies exactus erat, iam inge dies exactus. Quod nec tenebras, crepuſculi deſcriptio eſt. nam crepuſculum dubia lux dicitur. Pingues lampades, ſiccas ex pingui et reſinam ferentem teda cõfectę, non autem propter oleum pinguez, Lampas enim **Profana re.** **Tinnire.** **Crepuſculum.**

Lāpas. ces ex pingui & resinam ferenti teda confecte, nō autem propter oleum pingues. Lampas. n. generale est vocabulum omnium eorum quę accensa lucent. Falsa simulacbra, Imagines a baccho conficte. Vlulare, aut videntur subaudiendum, aut vlulabant intelligendum. Ferauq;, Tygriū & Lyncum, quę ferę bacchi currum trahere dicuntur. Fumida tecta; fumosa, fumo plena. Diuerseq; locis, separatę, vt q̄ in diuersa domus loca fugerant. Vitant, fugiunt penter rite, ne inueniātur.

Mēbra-na. Membrana, chartilago quę membrana charta eē videt. Tenuesq; hoc est brachia in alas fuere conuersa. Veterem figuram, pristinam, & humanam formam. Nō illas pluma leuauit, Mineides sequit plume leuitate non fuerūt in aeres sublatę, sed trāslucētibus & chartilagineis alis. Vespertiliones enī 3 sunt in plumes. Pro corpore, pro corporis magnitudine.

RAPH. Vesperti-liones. SEroq; tenent a vespere nomen, vespertiliones enim a vespere dnr. Quēadmodū a grecis νυκτερίδες, quia nocte volant, appellantur. Vesper āt (quod & serum dicitur) est vltima pars diei, eoque serus vesper etiā appellat. Virgi: Nescis qd serus vesp vehat. Fabule xij. q̄rti libri argumentum.

LACT. TVM vero &c. Iuno grauiter ferens, q Ino Liberi altrix sororibus priuatis cū duobus remanerent liberis in vita contemptrix numinis sui p Tenarum promontoriū Peloponnesi ferarus sequens itur ad Erinnyes ul

Lampades, & rutilis collucent ignibus ędes.
Falsaq; sęuarum simulachra vlulare ferarum.
Fumida iamdudum latitant per tecta sorores,
Diuersęq; locis ignes, ac lumina vitant.
Dumq; petūt tenebras, pros mēbrana p artus
Porrigitur, tenuesq; includunt brachia pennę.
Nec qua perdiderint veterem ratione figuram,
Scire sinunt tenebrę. non illas pluma leuauit,
Sustinuere tamen se perlucentibus alis.
Conatęq; loqui, minimam pro corpore vocē
Emittunt, peraguntq; leues stridore querelas,
Tectaq; non siluas celebrant, lucemq; perosę
Nocte volant, seroq; tenent a vespere nomen.



Tum vero totis Bacchi memorabile Thebis
Numen erat, magnasq; noui matertera vires
Narrat vbiq; Dei, deq; tot sororibus expers
Vna doloris erat, nisi quem fecere sorores.
Aspicit hāc natis, thalamoq; Athamantis hñtē
Sublimes animos, & alumni numine Iuno,
Nō tulit, & secum, potuit de pellice natus
Vertere Męonios, pelagoq; immergere nautas,
Et laceranda suę nati dare viscera matri,
Et triplices operire nouis Mineidas alis,
Nil poteris Iuno, nisi inultos flere dolores?
Idq; mihi satis est. hęc vna potentia nostra est.
Ipse docet quid agam, fas est et ab hoste doceri.
Quid furor valeat Pentheia cęde, satisq;,
Ac super ostendit, cur non stimuletur, eatq;

trices impiorū descēdit, petitq; ab eis vt Athamanta cum coniuge Ino aduersus numinis sui vlciscerent, quę vna imperio parens Deę, relicta regia Ditis ad superos egressa est, vt Athamantis regiā ptigitm sinnueius ac pingis angues ac virus, qbus sensus eoꝝ alienarent, inijcit. Quā ob insaniā ille Learchū filiū in venatione p feras interfecit. Ino āt Melicertā ex scopulo secum in pfundū pcipitauit. Qui Veneris pcibus p nepote habitus a Neptuno pelagi rectore in Deorū asscere numerus ita vt Melicerta Palemō ipsa Ino Leucothoe, inter marinos Deos nūcupēt.

RAPH. TVM vero totis, Ino Bacchi nutrix ac matertera, vxorq; Athamantis in odiū Iunonis incidit, qd vbiq; bacchi vires laudibus extollebat, cui & aliūi & mariti et filiorū felicitate nimiū superba videret. Hāc igitur Iuno vt affligeret ad inferos descendēs vnā e furijs excitauit, q̄ Athamāta in tm̄ furorē coniecit, vt Clearchū filium interfecerit. Ino āt mariti furorē fugiens e scopulo se vna cum Melicerta altero filio in mare pcipitauit. Qui Veneris precibus a Neptuno, excepti & Ino in leucotheā Deā q̄ Mutata, & Melicerta Palemonē q latine Portunus dr̄ fuere cōmutati. Matertera, Ino. n. Semeles fuit soror, q̄ bacchū tanq̄ filiū nutriuit, atq; educauit.

Via ad inferos.

Ino

De tot sororibus expers, Vna doloris erat, sola dolore carebat Alię nāq; sorores filios amiserant, Agaue Pentheū, Autonoe Actęonem.

Niſi quem fecere ſorores, ex infortuniis nanq; ſororũ dolorem capiebat Ino, alias felix haberi potuit. Natis, filiis, Clearcho et Melicerta. Hi. nanque Inus et Athamantis filij fuere. Nam alios quoq; filios Athamas hũit, ſed ex aliis vxoribus. Ex nephale (ſiue vt Hero. ait ex Themiſto. vt declinatione latina vtar) ſuſcepit Stheneum, Erythrium, Leuconem, Pęum; nouiſſimos autem Phryxum et Hellen, q̃ propter Inus nouercę inſidias patriam relinquere coacti sũt.

Athamas

Thalamo Athamantis, nuptiis Athamantis Thebanorũ principis, ac Æoli regis ventorum filij. Sublimes animos, elatos, ac ſuperbos. Alumni, bacchi, quem aluerat. Alumnus autem ſemper in paſſiua accipitur ſignificatiõe, q̃uis quidam Laurentio Vallę cõdicere pulchrum putantes in actiua quoq; inueniri contendant, ſed decipiuntur ſpecie recti.

Alũnus

Numine diuinitate. Non tulit, tolerare non potuit. Et ſecũ locuta eſt ſubaudiatur. De pellice natus, bacchus Semeles filius. Meonios nautas, Tyrrhenos quia Męonia erant oriũdi. Vertere, conuertere in Delphinos, vt pauloante vidimus.

Per cognata ſuis exempla furoribus Ino?
Eſt via declinis funeſta nubila taxo,
Ducit ad infernas per multa ſilentia ſedes.
Styx nebulas exhalat iners, vmbręq; recẽtes
Deſcẽdunt illac, ſimulachraq; functa ſepulchris.
Pallor, hyemſq; tenent late loca ſenta, nouiq;
Qua ſit iter manes, ſtygiã quod ducat ad vrbẽ
Ignorant, vbi ſit nigri fera regia Ditis.
Mille capax aditus, & apertas vndiq; portas
Vrbs habet, vtq; fretũ de tota flumina terra,
Sic omnes animas locus accipit ille, nec vlli
Exiguus populo eſt, turbãue accedere ſentit.
Errãt exãgues ſine corpe, & oſſibus vmbrę.
Parsq; forũ celebrant, pars imi tecta tyranni,
Pars aliquas artes antiquę imitamina vitę
Exercent, aliam partem ſua pęna coercet.
Suſtinet ire illuc cęleſti ſede relicta
(Tantum odiis, ireq; dabat) Saturnia Iuno.
Quo ſimul intrauit, ſacroq; a corpe preſſum
Intremuit limen, tria Cerberus extulit ora,
Et tres latratus ſimul edidit. illa ſorores
Nocte vocat genitas graue, & implacabile numẽ
Carceris ante fores clauſas adamante ſedebant,
Deq; ſuis atros pectebant crinibus angues.
Quã ſimul agnorunt inter caliginis vmbras.
Surrexere Deę. ſedes ſcelerata vocatur.
Viſcera prębebat Tityus lanianda, nouemq;
Iugeribus diſtractus erat. tibi tantale nullę

ferali ac peſtifera. Nã taxus arbor ẽ maxie venenoſa, vñ toxica fuere denoiata, vt Pli. ſcri. Ducit ad iſernas, deeſt q̃. Sic Vir. Vrbs antiq̃ fuit, Tyrij tenuere coloni, deeſt quã. Styx iners, imobilis, Paludes n. q̃ nõ mouent, et nebulas, et tetrũ emittũt odorẽ. Simulachraq; functa ſepulchris, h ẽ aię quarũ corpa ſepulchra ſortita ſunt, nã quarũ cadauera iſepulta iacerẽt, iis trãſire ſtygẽ paludẽ nõ dabaẽ ſm priſcorũ opinionẽ. Sẽta ſenticoſa, ſpinoſa. Sẽtes. n. ſpinę dñr.

Taxus

Senta

Sentes

STigiã vrbem, infernã. Fera regia, crudelis aula. Nigri Ditis, Plutonis.

RAPH.

Mille capax, magnitudinẽ vrbis iſfernę ſigt. Nec vlli exiguus pplo eſt, vlli multitudini quãtalibet ſit, Animę nãq; locum non occupãt, cũ ſint incorporeę.

Parsq; forũ cc. id ſequit qd ingt in. vi. Virg. Ni vnusquisq; apud iferos iiſdẽ ſtudiis delectaẽ, quibus dũ viueret, tenebaẽ. Nõnulli ergo apud iferos ſunt cauſidici. alij amici. alij artifices. alij in carcere detinenẽ. Imi tyrãni, inferni regis Plutonis. Tm̃ odiis, parẽtheſis eſt acclamatiõnẽ ptinens. Adeo inqt Iuno ab ira, odioq; vexabaẽ. Simul, poſtq̃. Cerberus, canis ẽ triceps inferorũ

Vrbis inferorũ deſcriptio

Cerberus

Eumenides

Et laceranda, Pentheum ſigat, qui (vt vidimus) ſub apri forma a matre, materteriſq; fuit dilaceratus. Triplices, tres

Nouis alis, quę antea nunq̃ viſę fuerint. Nam ex ſola cartilagine ac membrana cõſtant. Nil poterit Iuno, maxima cum indignatione hęc a Iunone referuntur. Inultos dolores, inuindicatos. Sic aũt eſt legendum, non multos vt fere corrupte legitur. Pentheia cęde, Penthei occiſione. Eſt autem poſſeſſiuum triſyllabum, cuius penultima apud gręcos cum ei diphthongo ſcribitur, quę quidem in e vel in i longam a nobis conuerti ſolet, q̃uis antiqui eadem ei diphthongo vterentur.

Cur non ſtimuletur. in furorem agatur Ino ſororum exemplo. Eſt via de. viam quę ducit ad inferos primum deſcribit, deinde ipſas ſedes infernas. Nubila, vmbroſa, obſcura. Funeſta, taxo

cuſtos. Sorores no. ge. Furias. Eumenides nanque noctis et Acherõtis filię fuiſſe dñr. Sunt ãt tres Tiſiphone, Alecto et Megęra. Graue et im. nu. moleſtũ et qd nullis pcibus placari pt. Adãmãte, adamas adeo durus ẽ lapis, vt nulla alia re q̃ hircino ſanguine frãgi poſſit. Sedes ſc. vo. ſceleratorũ ſedes vocaẽ carcer iferorũ. Nõnullos vero ex iis q i eo cruciabanẽ enumerat poeta. Viſcera pbebat Tityus laniãda. Tityus Iouis et Elarę filię Orchomeni filius fuit, q dñ ex tellure natus fingiẽ, vel qd Iunonis metu Elara grauidã terrã ſubierit, illicq; puerũ enixa ſit in ſpecu Bęotię, qui ab illa (ut Strabo ait.) Elara fuit denominatus, vel quod vaſtiſſimi quiq; et immaniſſimi homines, qualis fuit Tityus, terrę filij eſſe finguntur. Tityus vero fuiſſe perhibetur adeo magnus, vt nouem iugera ſuo corpore

Adamas

Tityus

terrę filij

Dep̃ndunt aquę, quęq; ĩminet, effugit arbor.
Aut petis, aut vrges ruiturũ Siſyphe ſaxum.
Voluitur Ixion, & ſe ſequiturq;, fugitq;.
Moliriq; ſuis letum patruelibus auſę
Aſſidue repetunt, quas pdũt, Belides vndas.
Quos omnes facie poſtq̃ Saturnia torua
Vidit, & ante omnes Ixiona, rurſus ab illo
Siſyphon aſpiciens. cur id de fratribus inquit
Perpetuas patitur pęnas? Athamanta ſupbũ
Regia diues habet? qui me cum coniuge ſemp
Spreuit? & exponit cauſas odijq;, vięq;.
Quidq; velit, quod vellet erat, regia Cadmi
Staret, & in facinus traherẽt Athamãta furorẽs,
Impiũ, pmiſſa, preces confundit in vnum,
Sollicitatq; Deas. ſi hęc Iunone locuta.
Tiſiphone canos, vt erat turbata, capillos
Mouit, & obſtãtes reiecit ab ore colubros,
Atq; ita? nõ longis opus eſt ambagibus inquit,
Facta puta, quęcunq; iubes. Iamabile regnum
Deſere, teq; refer cęli melioris ad auras.
Lęta redit Iuno, quam cęlum intrare parantem
Roratis luſtrauit aquis Thaumantias Iris.

occuparet. Hic cum Latonę, ſiue (vt Euphorion
ſcri.) Dianę vim inferre vellet, ſagittis Apollinis
ad inferos detruſus, ea pęna fuit damnatus, vt vul-
tures cor eius nunq̃ exedere ceſſent. Tibi Tã.nul.
tantalus Tantalus Iouis ex Plote nympha filius cum Iouis
arcana hoĩbus pdidiſſet, filiumq; Pelopẽ Dijs ho-
ſpitio ſuſceptis come-
dendum appoſuiſſet,
alias eẽ carnes nun-
tius ad inferos de-
truſus ea pęna plecti
tur, vt neq; bibeẽ aqs
ẽt labia tangẽtibus,
neq; quicq̃ comedere
poſſit, q̃uis illius ca-
piti arbor immineat
pomis onuſta. Hac
aũt pęna auari oĩs
affici viñr, q pħs pe-
Siſyphus cunijs per auaritias
vti non poſſunt.
Aut vr. Siſy. Siſy-
phus Æoli fuit filius
q cum Iſthmum la-
trocinijs infeſtaret a
Theſeo interfectus ea
pęna apud inferos
damnatus eſt, vt ex
ima valle ſaxum ad
mõtis verticẽ nũq̃ vr
gei deſiſtat, niſi cũ in
vallem deſcendit, ad
ſaxum delapſum
iterum in montis
cacumen impellen-
dum. Hoc autem
figmento denotanẽ
ãbitioſi, qui q̃uis ſępius in petẽdis magiſtratibus re-
pulſas ferant, ab ambiendo tñ nunq̃ deſiſtunt.
Voluitur. Ix. Phlegię filius fuit Ixion, vt Euripi-
des quoq; teſtatur, vt vero Pherecydes ait Æthonis.
Is cum Diam Eionei filiam vxorem ducere cupe-
ret, multa ſe daturum munera ſocero pollicitus
eſt. Ad quę quidem accipienda cum iret Eioneus,
barathrum effodiens Ixion igniq; replens, lignis
ſubtilibus, tenuiq; puluere illud operuit, in quod
cum Eioneus cecid ſſet, extinctus eſt. Tanto ſcelere
admiſſo Ixiõ rabie correptus eſt, nemoq; ẽm neq;
Deorum neq; hominum purgare volebat, q pri-
Ixion mus omnium hominem familiaritate ſib. con-
iunctum necaſſet. Tandem vero Iuppiter miſeri-
cordia motus illum purgauit. Quo facto Iuno-
nem amare cępit, de ſtuproq; interpellauit. Cui
Iuppiter nubulam Iunoni ſimilem obiecit, deinde
ad inferos detruſus ita rotę fuit alligatus vt ſem-
per voluatur. Belides, Beli nepotes. Nam Belus du
Belides os habuit filios Danaum, et Ægyptum, pro quo
Belus imperita ſcribunt Ægyſtum, Is quinquaginta Da
nai filias totidem ſuis filijs deſponſauit. Sed Dana
us cum Apollinis oraculo didiciſſet, ſe quandoq;
ab vno filiorum Aegypti ſuo genero occiſum iri,

filiabus mandauit, vt prima noctę quęque ſuos
maritos occiderent. Quę quidem omnes pręter
vnam Hypermeſtram natu minimam, quę Lino
ſponſo pepercit, a quo poſtea Danaus fuit interfe-
ctus, patri ſunt obſecutę. Quare ea pęna apud in-
feros ſunt damnatę, vt cribris aquam haurire Letum
nunq̃ deſiſtant. Le Patrueles
tũ, mortẽ, a lendo, qđ
non eſt in vſu, q
mors omnia deleat.
Patruelibus, ex duo
bus fratribus nati,
patrueles dicuntur
Et ante omnes
Ixiona, quia ab eo
affecta iniuria fue-
rat, cum de ſtupro
fuit interpellata.
Rurſus ab illo,
poſt illum. Cur hic
e fratribus, nam Si-
ſiphus et Athamas
fratres fuere, filijq;
Aeoli. Cum coniu-
ge, cum vxore ſua
Ino. Spreuit, con-
tempſit. Et exponit
cauſas odij, quo pro
ſequitur Athaman-
tem. Quidq; velit,
exponit etiam quod
velit furias facere.
STARET, erecta
RAPH. foret, ſed euerteretur.
Et in facinus, in
ſcelus. Traherent
athamãta furores ſi
ẽ vt Athamas furioſus effectus aliqd mali ppetra-
ret. Impiũ pmiſſa, decorũ ſeruat poeta, nã iratoro-
rum confuſa ſemper eſt oratio. Teſiphone,
vna eſt ex tribus inferni furijs, quę homicidas ma
Tiſiphone xime punit, vnde etiam nomen accepit. παρα
το τισιν τους φονεας, q homicidas vlciſcatur di-
cta eſt. Obſtantes colubros, ſerpẽtes os impedien-
tes, ne loqui poſſet. Furię nanq; ſerpentes pro cri-
nibus habere finguntur. Longis ambagi-
bus, longis verborum circuitionibus, longa ora-
tione. Roratis, inſperſis. Luſtrauit, pur Luſtrare
gauit ab inferorum contactu. Thauman- thaumã
tias Iris, Thaumantis et Electrę filia fuit. tias
Iris, tametſi Cice. et Macrobius απο του θαυματος
idest ab admiratione dictam putent. Non ſolum
autem Thaumantias, ſed etiam Thaumantis de-
clinatur. Importuna, moleſta.
Fluido cruore, corrupto ſanguine. Tiſi-
phones ãt appatus habitumq; perſpicue deſcribit.
Luctus comitatur, ſcite hi comites attribu-
untur. Tiſiphone furię. Nam et luctus et pauoris
et inſanię cauſa eſſe mortalibus Tiſiphone vi-
detur. Limine, Athamantis.
Poſtes Aeolij, ianuę



Nec mora Tiſiphōe madefactā ſanguīe ſumit
Importuna facem, fluidoq; cruore rubentem
Induitur pallam, tortoq; incingitur angue,
Egrediturq; domo, luctus comitatur euntem
Et pauor, & terror, trepidoq; inſania vultu.
Limine cōſtiterat. poſtes tremuiſſe feruntur
Aeolij, palloṙq; fores infecit acernas.
Solq; locū fugit, monſtris exterrita cōiunx.
Territus eſt Atthamas, tectoq; exire pabant
Obſtitit infelix, aditumq; obſedit Erinnys.
Nexaq; vipereis diſtendens brachia nodis
Cęſariem excuſſit, motę ſonuere colubrę.
Parſq; iacent humeris, ps circum pectora lapſę
Sibila dant, ſaniēq; vomūt, linguiſq; coruſcāt.
Inde duos medijs abrupit crinibus angues,
Peſtiferaq; manu raptos immiſit. at illi
Inoosq; ſinus, Athamanteosq; pererrant,
Inſpirantq; graues aīos, nec vulnera mēbris
Vlla ferunt. mens eſt quę diros ſentiat ictus.
Attulerat ſecum liquidi quoq; monſtra veneni
Oris Cerberei ſpumas, & virus echidnę,
Erroreſq; vagos, cęcęq; obliuia mentis,
Et ſcelus, ⁊ lachrymas, rabiēq;, ⁊ cędis amo(ré,
Oīa trita ſimul, q̄ ſanguine mixta recēti
Coxerat ęre cauo viridi verſata cicuta.
Dumq; pauent illi, vertit furiale venenum
Pectus in amborũ, pcordiaq; intima mouit,
Tum face iactata p eundē ſępius orbem,
Conſequit motos velociter ignibus ignes,
Sic victrix, iuſſiq; potens ad inania magni
Regna redit Ditis, ſumptūq; recingitur anguē.
Protinus Aeolides media furibundus in aula
Clamat Io comites, his retia tendite ſilvis.

Athamātis Aeoli nepotis, Palloṙq; fores infecit acernas, aduentu inquit Tiſiphones fores acernę pallidę fuerunt effectę, ex quo maxima vis veneni furię illius ſignificat. Fores acernas, ex acere

Acer. confectas. Acer nāq; arbor eſt operũ elegātia ē ſubtilitate citro ſecunda, vt Plinius ſcribit. Plura eius ſūt genera, quę q videre cupit ex Plinij. xvi. volumie repetat li.

Solq; locum fugit, aduētu Tiſiphones Sol quoq; fugatus eſt. Infelix, infelices

Infelix. faciens. Sic Virgi. Sis felix, noſtrumq; leues quęcūq; labores.

Erinnys. Erinnys, Tiſiphone furia. Sunt autē Erynnies deę infernę vltrices, cū aliorũ ſcelerũ, tum īpietatis in parentes, dictę παρα το εριν ερευναν, q in terra habitent hominum facta ſpeculantes. Saniemq; vomunt, venenum ex ore emittunt, Linguiſq; coruſcant, linguas vibrant. Eſt enim trifida et lōgiſſima ſerpētibus lingua, quā tanta celeritate mouent, vt tres habere linguas videantur.

Graues animos. difficiles, anxios.

Vulnera, morſus, Diros ictus, graues affectus ē perturbationes. Ictus autem .p. prie ſcorpionum dicuntur, quamuis et ſerpentum. Et

Echidna virus Echidnę, hydrę ſerpentis. Echidna vero latine vipera dicitur. Erroreſq; vagos, errādi, vagādiq; cupiditatem. Proprio autem epitheto vagos errores poeta vocauit.

Cicuta, herba eſt preſentiſſimi veneni. cicuta. Furiale, in furorem agens.

Mouit, in furorē RAPHI cōmouit. Ignes, veneni et facis agitatione commotos.

Cōſequitur igni. aſſequitur ſic, vt pmnēter igneus orbis videret. Sic victrix, vota compos. Sumptumq; re. an. ſerpētem quo cincta erat Tiſiphone reſoluit.

Furibūdus, furioſus. Io co. vox ē et bacchātiū et furientiū. Et pma Clear. Athamas ex Ino Clearchum et Melicertam filios ſuſcepit. Ex Nephele vero Phrixum et Hellen, vt alibi plenius diximus. Rotat, circũ ducit. Rigido ſa. duro et aſpero. Diſcutit, diſiicit, illidit, diſtinguit qtiendo.

Infantia ora, īfantis caput.

Sparſi veneni, a Tiſiphone.

Exululat, clamores horrendos emittit. Male ſa. inſana ē furioſa. Euoe Euoe Bacche, vox eſt bacchantium ευοι quę bene tibi ſignificat. Vnde et īpe bacchus Enuius Euius conominatur, et Euius cum Euius aſpiratione. nam quem alij grecorũ ευιον vocant, Dorienſes locos literę aſpirationem reponētes ευιον appellant.

Sonat, clamat.

Hos vs. hanc vtilitatem, vt furias et īſanias. Imminet, pmontoriū deſcribit, vnde ſe Ino cum Melicerta ſuo precipitauit.

Hic mō cū gemina viſa eſt mihi prole legna,
Vtq; ferę, ſequitur veſtigia coniugis amens.
Deq; ſinu matris ridentem, & pua Clearchum
Brachia tendētem rapit, & bis, terq; per auras
More rotat fundę, rigidoq; infantia ſaxo
Diſcutit ora ferox, tum deniq; cōcita mater,
Seu dolor hoc fecit, ſeu ſparſi cauſa veneni
Exululat, ſparſiſq; fugit male ſana capillis.
Teq; ferens puum nudis. Melicerta lacertis,
Euoe Bacche.ſonat, Bacchi ſub nomine Iuno
Riſit, & hos vſus pręſtet tibi dixit, alumnus
Imminet ęquoribus ſcopulus, ps ima cauat
Fluctibus, & tectas defendit ab imbribus vndas
Summa riget, frōteq; inaptus porrigit ęquor.
Occupat hunc (vires inſania fecerat) Ino,
Seq; ſuper pontum nullo tardata timore
Mittit, onuſq; ſuum. pcuſſa recādnit vnda.
At venus immeritę neptis miſerata labores,
Sic patruo blandita ſuo eſt. o numen aquaꝝ,
Proxima cui cęlo ceſſit Neptune poteſtas,
Magna quidem poſco, ſed tu miſerere meoꝝ,
Iactari quod cernis in Ionio immenſo,
Et Dis adde tuis. aliqua ⁊ mihi grā pōto eſt,
Si tamen in medio quōdam cōcreta profundo.
Spuma fui, gratūq; manet mihi nomē ab illa.
Annuit oranti Neptunus, & abſtulit illis
Quod mortale fuit, maieſtatemq; verendam
Impoſuit, nomenq; ſimul, faciemq; nouauit,
Leucotheaq; Deum cū matre Palęmona dixit.
Sidonię comites quantum valuere ſecutę
Signa pedum, primo videre nouiſſima ſaxo,
Nec dubium de morte ratę, Cadmeida palmis
Deplanxere domum, ſciſſis cum veſte capillis.
Vtq; parum iuſtę, nimiumq; in pellice ſęuę
Inuidiam fecere Deę, conuitia Iuno

Id autem promontorium moluris petra a Pauſania vocatur. Sūma riget, aſpera ē inculta eſt. In apertum ęquor, in latum mare. Occupat, celeriter aſcēdit. vires inſa. fe. Parentheſis, qua res veriſimilis efficit. Onuſq; ſuū, Melicertam filiū, quem fugiens ſecum aſportauerat. Recanduit, candida et alba facta eſt pp ſpumam quā cōcitatū mare emittere ſolet. Tametſi candere proprie dicatur ferrum ignitum.

Candere

LACT. Fabulę.xiij. qrti libri argumentū. AT Venus etč. Refert quoq; Venerem petyſſe a Neptuno de Ino ē Melicerta, vt in numeꝝ Deoꝝ referat. Significat. n. Venus ſe in vndis eſſe creatam, quo facilius moueret Neptunum.

RAPH. NEPtis, Inus, quę Hermiones filię Veneris filia fuit. Suo pa. Neptuno, q frater ē Iouis, cuius tertia Venus eſſe filia dr. Quatuor. n. Veneres fuiſſe Cice. in libris ꝺ natura Deoꝝ ſcribit, quaꝝ primā, q magna Venus appellat. cęli ac diei filiam fuiſſe. Secūdam ex maris ſpumā natam. Tertiā Iouis ē Diones filiā. Quartā Syrię ē Cyprię. Proxima, nam Ioui cęlum in mūdi diuiſiōe, Neptuno terra cum mari obtigit.

Veneres quatuor

Ionium mare. In io. im. Ionium mare gręciā alluens inter Ægeū ē Tyrrhenū pelagus ſitū. Tametſi non deſunt, q ſcribunt illud cū Adriatico ſinu copulari. Dictū eſt āt ab Ionio quodā viro Illyrico vt ſcribit Theopōpus. Alij vero ab errore Iouis in vaccā mutatę Ioniū putant eē declinatū. Eſt āt ſpondaicus verſus, neq; vllius vocalis admittit colliſionē. Hęc vero cōpoſitio maxime īplorāti auxiliū eſt accōmodata. Tuis, marinis. Aliq̄ ē mi. hoc ē ego q̄s aliqd grę in mari hēe debeo, cū mari ex ſpuma ſim nata, indeq; appellata. Obiter āt Veneris Oui. aliā quoq; trāsformationē exponit, nā ſecūda Venus (vt diximus) ex maris ſpuma ac ſanguine cęli teſticuloꝝ pcreata fingit. Saturnus. n. cęlo patri iratus falce virilia abſcidiſſe, eaq; in mare pieciſſe narrat, ex quoꝝ ſanguine et maris ſpuma Venus pcreata eē per hibet, vñ et Aphrodite ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ, hoc eſt a ſpuma vocat. Nomēq; ſimul, faciemq; nouauit, hoc eſt figurā ē nomē Inus ē Melicertę cōmutauit. Nam Ino Leucothea grece, latine Matuta fuit appellata. Melicerta vero a grecis Palęmon, a nris Portunus fuit nūcupatus. Leucothea vero dicta eſt ἀπὸ τοῦ θεῖν ἀδιξ λευκὸν πεδίον, hoc eſt a currēdo p Leucon capū Megaridis, vt Euſtachius in Homeꝝ ait. Myrſinus āt nō ſolū Ino Leucotheā vocat, ſed & Nereidas Leucotheis appellat. Maieſtatēq; ve. Imp. ſigt illos effectos fuiſſe Deos. Nā maieſtas, q a maioribus dicta ē pprie eſt Deorum.

Origo Veneris

Leucothea. Matuta Palęmō. Portunus.

Maieſtas

Fabulę. xiiij. qrti libri argumentū. SIDonię etč. Comites Inus, q deſiderio reginę affectę caſus eius merentes defleuerunt, ob eandē irā Iunonis cum pcipitare ſe deſtinaſſent, ne pari honore a Neptuno excipi poſſet, i ſaxa ē aues effecit, vt trāsfigurarēt. LACT.

SIDonię comites, matronę Thebanę Ino fugientē ſecutę, cum ex veſtigiis pcepiſſent eam ſe in mare pcipitaſſe Iunoni inuidiam facere cęperunt. Quare Iuno irata eas ptim in ſaxa partim in aues cōmutauit. RAPH.

PRIMO ſaxo, In prima pmontorij parte. Nec dubium de morte ratę, nā eam mortuam cū filio putauerunt. Cadmeida, Cadmuiam. patronymicū p poſſeſſiuo. Deplāxere, defleuere, palmis pe RAPH.

ctora plangētes, atq; ꝑcutientes. Conuitia, ꝓtumelias. Monumēta, memoriā. Solito plāgorꝭ ꝯſueta ꝑcuſſiōe. Riguiſſe, duros factos eē. Hęſit, ꝑmāſit.

Gurges. Quę nūc q̄ʒ gurgite ī illo, tapinoſis ē, Gurgitē.n.ꝑ ſinu maris poſuit poeta, gurgites.n. fluminum ꝓprie dicunt. Diſtringunt, radunt, leniter attingunt. Cadmeides,

comites Inus in lapides & Aues. Thebanę a Cadmo duce ſic dictę.

Illyrium peruenit. Eſt autem Illyriū regio Epyro finitima, ab Illyrio polyphemi filio cognominata, vt ſcri. Appianus. Graues, pleni, onerati. Dū prima retractant, cōmemorant ſuę domus primordia. Releguntq; ſuos ſermone labores, colligunt, in memoriā reducunt. Nam ſacer ille, dubitat Cadmus an ille ſerpēs, quem ad fontem interfecit, alicui Deorum fuerit conſecratus, qui ſibi malorum cauſa fuerit.

Fabulę.xv. quarti libri argumentū.

LACT. NESCIT Agenorides ecē. Cadmus Agenoris filius poſtq̄ inſpector fuerat ſuarū calamitatum in exitu neptium peroſus Thebarꝫ ſedes, cū Hermione Martis & Veneris filia coniuge ſua in Illyrios ꝓfugit, ibi petita venia a Deis in ſpecie draconis conuertitur, q initio cauſa maloꝝ ſuoꝝ fuiſſet, dola expleta ſunt. in dracones verſi ſunt.

RAPH. NESCIT Agenori. Cadmus varijs ſuoꝝ infortunijs vexatus Thebas vna cū Hermione vxore dereliquit, ſeq; in Illyrius contulit, vbi cū vxore in ſerpentem fuit conuerſus. Quod quidem idcirco fingit, q Cadmus cum iam eēt ſenex ab Amphione et Zetho regno pulſus, ſiue (vt alij ſcribunt) q Linum interfeciſſet ꝓfugus ad Illyrios ſe contulit, vt Palęphatus ſcribit, vbi cum Hermione vxore miſerrimā exegit vitā, verſusq; in anguem idcirco fingit vna cum vxore q cum ab elegantibus & cultis moribus in barbaros & incōditos declinaſſet. Serieq; maloꝝ, continuatiōe infortunioꝝ. Et oſtentis, monſtris. Premeret, vexaret. Contigit Illyricos fines, in

Cadmus cū vxore in ſerpentes.

Illyrium

Non tulit, & faciam vos ipſas maxima dixit
Senitię monimenta męę. res dicta ſecuta eſt.
Nam quę pręcipue fuerat pia. ꝑſequar inquit
In freta reginam, ſaltumq; datura, moueri
Haud vſq̄ potuit, ſcopuloq; affixa cohęſit.
Altera dum ſolito tentat plangore ferire
Pectora, tentatos ſenſit riguiſſe lacertos.
Illa manus, vt forte tetēderat ī maris vndas,
Saxea facta manus in eaſdem porrigit vndas.
Huius vt arreptum laniabat vertice crinem,
Duratos ſubito digitos in crine videres.
Quo quęq; in geſtu deprenſa eſt, hęſit in illo,
Pars volucres factę, q̄ nunc q̄ʒ gurgite in illo
Aequora diſtringunt ſummis Cadmeides alis.
Neſcit Agenorides natam; paruumq; nepotē
Aequoris eſſe Deos. Luctu, ſerieq; malorum
Victus. & oſtentis, quę plurima viderat, exit
Conditor vrbe ſua, tanq̄ fortuna locorum,
Nō ſua ſe premeret, longisq; erroribus actus
Contigit illiricos profuga cum cōiunge fines.
Iáq; malis, annisq; graues dū prima retractāt
Facta domus, releguntq; ſuos ſermone labores
Num ſacer ille mea traiectus cuſpide ſerpens
Cadmus ait fuerat tum, cū ſidone profectus
Vipereos ſparſi ꝑ humū noua ſemina dentes?
Quem ſi cura Deum tam certa vindicat ira,
Ipſe precor ſerpens in longā porrigar aluum.
Dixit, & vt ſerpens in longam tenditur aluum
Durateq; cuti, ſquammas increſcere ſentit,
Nigraq; cęruleis variari corpora guttis,
In pectus cadit pronus, commixtaq; in vnum
Paulatim tereti tenuantur acumina crura
Brachia iam reſtant. quę reſtant brachia tendit
Et lachrymis ꝑ adhuc humana fluētibus ora,
Accede o coniunx, accede miſerrima dixit.
Dūq; aliqd ſupeſt de me, me tange, manumq;
Accipe, dū manus ē, dū nō totū occupat anguis,
Ille quidem vult plura loqui, ſed lingua repēte
In partes eſt fiſſa duas. nec verba loquenti,
Sufficiūt, quotieſq; aliquos parat edere q̄ſtus,

Quem ſi cura Deum vindicat, hoc ē pro cuius cęde ſi Dij vindictas de me ſumunt, vtinam ego quoq; ſerpēs efficiar, vt ab iſtis liberer malis. Eleganter āt dicimus vlciſco inimicos, & patris cędē pro eo qđ eſt punio inimicos, et pro cęde patris vindictā ſumo. Tam certa ira, vt me nunquā malis vexare ſint ceſſaturi. Porrigar, ꝓducar, ꝓlonger. In longam aluum, in longum ventrē. Aluus enim eſt in quā confluunt ſordes. Venter vero dicit, q extat & apparet. Iuuenalis. Montani quoq; venter adeſt abdomine tardus. Vterus autem eſt in quo mulieres concipiunt. Durateq; cuti ſquammas, nam cutis et pellis ſerpētū ita ſquammis aſperatur, vt piſciū. Cęruleis guttis, maculis ſubuiridibus, q̄lis eſt maris color. Cōmixtaq; in vnum, confuſa in vnum. Tenuant, tenuia, ac ſubtilia efficiunt. Tereti, oblōgo, atq; rotundo. Tēdit, extendit ad vxorem. In partes eſt fiſſā duas, ſerpentes bifidas, ſiue (vt Plinius ait) triſulcam, videtur habere linguā.

Aluus.

Venter.

Vterus.

Nec verba loquēti. Sufficiunt, nec partes ingēe linguę ſubminiſtrant verba cadmo loq volenti. Sufficere nāq; hoc loco eſt tranſitiuū, & ſubminiſtrare ſigt. Suffice. Aliquos qſtus, aliqs qrelas. Quꝙ in ſigatione Queſtus citra diphthongum ſcribitur. Queſtus enim cum Queſtus diphthongo turpe ſignificat lucrum.

cum prioribus ɔnectanē. Nā Acriſius rex Argiuorum ē orgia bacchi ſpernebat, et Perſeum ſibi nepotem Iouis eſſe filium nō credebat. Sic igitur ad Perſei geſta enarrāda deſcendit poeta. Nepos, Bacchus, q ex India deuicta glorioſiſſimum reportauerat triumphū. Debellata, bello deuicta. Acheia, Grecia. Nā Acheia pars ē Grecię, vñ Achei pro Grecis accipiunē. Sane Acheia cum diphthōgo a grecis ſcribiē. Sic aūt eſſe ſcribendum Achei ide ducti facile oſtendunt. Poſitis templis, ędificatis. Solus Abantiades, Acriſius (vt in libro tempoꝝ ſcribit Euſebius) Abantis Argiuoꝝ regis fuit filius, paterq; Danaes, ex q pſeus Iuppiter ſuſcepit. Is a Pręto fratre pulſus regno a Perſeo nepote fuit reſtitutus, a quo tādē inuitꝰ cū diſco luderet, fuit interemptus. Pherecydes aūt narrat (vt ſcri. Apollonij Argonauticō expoſitor) Acriſio nupſiſſe Eurydicē lacedęmonis filiā, ex qua cum Danaen ſuſtuliſſet, an marē de illa eſſet ſuſcepturus oraculum interrogauit. Cui Apollo nullum qdem ipſi filium futuꝝ eſſe reſpondit. Fore aūt vt ab eo quem filia genuiſſet, interficiat. Domus itaq; renerſus thalamum ęreū in media ędiū aula ſub terra fabricandū curauit, in quo Danaen cū nutrice īcluſas ita ſeruabat, ne qs ad illā vir ingredi poſſet. Iuppiter vo puellę amore captus in auri guttas ɔuerſus ex tecto p impluuiū defluens a virgine ſinu fuit exceptus. Seipſum āt cum aperuiſſet puellā cōpreſſit, ex qua pſeus eſt natus, q a mre, & nutricculā Acriſio fuit educatus. Cū vo iā ad tertiū q̄rtumue ętatis annū puer pueniſſet, vocem illius ludētis Acriſius audiuit. Ad ſe igiē Danae cū nutrice accerſita, hāc qdem interimit, Danaen vo cū puero ad Iouis Ercij arā ducit, ipſamq; ſolus interrogat, vñ ſibi puer ſit natus. Illa vo ex Ioue rñdit. Hoc Acriſius cū adduci poſſet, vt crederet, in arcā Acheia. Achei. Acriſius.

Sibilat. hanc illi vocem natura reliquit,
Nuda manu feriēs exclamat pectora cōiunx,
Cadme mane, teq; infelix his exue monſtris.
Cadme qd hoc? vbi pes? vbi ſt hūeriq;, manusq;?
Et color, & facies? & dum loquor oīa? cur nō?
Me q̄s cęleſtes in eundem vertitis anguem?
Dixerat. ille ſuę lambebat coniugis ora.
Inq; ſinus charos, veluti cognoſceret, ibat.
Et dabat amplexus, aſſuetaq; colla petebat.
Quiſqs adeſt (aderant comites) terruet. at illis
Lubrica permulcent criſtati colla draconis.
Et ſubito duo ſunt, iūctoq; volumine ſerpunt
Donec in appoſiti nemoris ſubiere latebras.
Nūc q̄s nec fugiūt hoīem, nec vulnere lędunt,
Quidq; prius fuerit, placidi meminere dracones.
Sed tamen ambobus verſę ſolatia formę
Magna nepos dederat, quem debellata colebat
India, quē poſitis celebrabat Acheia templis,

RAPH. SIBILAT, ſibilare verbū eſt facticius a vocis ſono declinatū. Natura āt ſerpētes ſibilant. His monſtris, pprie dixit. Nam monſtra ſunt, q̄ pter naturā fiunt, a monēdo dicta, q̄ſi moneſtra, q nos deorum voluntatis admoneant, vt Pōpeius ſcribit. Mōſtra. Et dum loquor oīa? ordo ē & ſenſus. Et vbi ſunt oīa mēbra, dum loquor? Miraē enim Hermione, q nihil membroꝝ cadmi videbat. Aderāt comites, parentheſis, q̄ ſigatur comites, ſaltē interfuiſſe illi trāsformationi. Criſtati draconis, criſtas in capita hñtis. Draco āt απο του δερχεσθαι, hoc eſt a videndo declinaē. Eſt enim acutiſſimi viſus. Draco

Iunctoq; volumine, iuncta reuolutione. Donec in appoſiti, donec ſe in cōtiguo nemore occultauerunt. Appoſiti, iuxta poſiti, ac vicini. Nunc q̄q; nec fugiunt hoīem, anguium deſcribit naturam q hoiem nec fugiunt nec offendunt, ſuntque Æſculapio ſacri.



Fabulę. xvi. quarti libri argumentū.

LACTA. SED tñ etē. Perſeus Iouis et Danaes filius miſſus a polydecte ad Meduſę caput pferendū, q aſpectu ſuo oculos in ſilicem ɔuertere ſolebat, Minerua adiutrice euicit ppoſitū laborem, & interrapto Phorcidum lumine, q̄ inuicem cuſtodias Gorgonū alebāt aſpectum caput Meduſę retulit. E ſanguine āt q Perſeo per Africam iter faciēte ſtillauerat, genus ſerpentum eſt pcreatum. Vtero āt eiuſdem Meduſę pegaſus cum pennis exijt.

RAPH. SED tñ ambobus. hęc idcirco a poeta narranē, vt ęciunę, quas expoſiturus eſt transfigurationes

Solus Abantiades ab origine cretus eadem,
Acriſius ſupereſt, qui męnibus arceat vrbis.
Argolicę, cōtraq; deum ferat arma, genusq;
Non putat eē Deū. neq; eīm Iouis eē putabat,
Perſea, quem pluuio Danae conceperat auro.
Mox tn̄ Acriſium (tanta eſt pręſentia veri)
Tam violaſſe Deum, q̄ non agnoſſe nepotem,
Pęnitet. impoſitus iam cęlo eſt alter, & alter
Vipei referens ſpolium memorabile monſtri
Aera carpebat tenerum ſtridentibus alis.
Cumq; ſup Libycas victor penderet harenas
Gorgonei capitis guttę cecidere cruente,
Quas humus exceptas varios aīauit in angues,
Vnde freqēs illa eſt, infeſtaq; terra colubris,
Inde p immenſum ventis diſcordibus actus
Nunc huc, nūc illuc, exemplo nubis aquoſę

Vnā cū puero illam impoſuit, cunq; eā clauſiſſet, ī
mare piecit. Ea vero ad Seriphū inſulā delata, a
Dictye periſthenis filio, q forte tū piſcabaē, reti fuit
extracta, q̄ qdē cū pueri Danaes agnouiſſet, ac quas
cāuit reſciuiſſet, ipſos et domū deducit, et vt cogna
tos accipit Dictys. n. atq; Polydectes Androthoes fi
lię Caſtoris et periſthe-
nis filij fuerunt. Peri
ſthenis autem pr̄ fu-
it Damaſtor filius
Nauplij, quē ex Amy
mōe ſuſcepit Neptu-
nus, vt in .i. Pherecy-
des idē ſcri. Cū vero
accepiſſet Acryſius
polydecten Seriphi
regē oſtēſo Gorgonis
capite in ſaxū fuiſſe
ↄmutatū. Argis me-
tu aufugit, ad pela-
gosq; Lariſſam per-
uenit. Quod quidem
poſtquam perſeus
cognouit ad illum
in p̄riam deducēdū
ē pfectus. Sed cū ī iu
uenes quoſdā diſco
certantes īcidiſſet, ip-
ſe q̄q; diſcus iecit in
aerē, q reſiliens Acriſij pedē ita pcuſſit, vt ibi vitas
cū morte ↄmutarit. Ita fatū vitare nō potuit Perſe
us vero vna cū Lariſſęis an̄ vrbē ipſi vt Heroi ſepul
[Abantes] chrū magnificū erexit. Abātiades, Abātis filius. Abā
[Abantis] tes q̄q; ppl'i ſunt Euboeę, a qbus et Abātis fuit appel
lata, ſiue ab Abāte Argei filio, vel Neptuni et Are-
thuſę. Ab origine eadē, q: et ipſe ab Ioue originē
ducebat. Nā Belus Iouis fuit filius, is vero pr̄ fuit
Abātis, cuius filium Acriſium fuiſſe diximus.

[RAPH.] NEq; enim Io. eſſe pu. Perſea, filium ſubintelli-
gāus vel genus. pſeus āt Iouis ex Danae Acriſii fu-
it filius. Is cū adoleuiſſet (vt ſcri. Ioānes grāmati.)
palladis (vt alij) polydectis regis ſcriphi iuſſu ad
gorgōes debellādas ē pfectus egide a pallade ipa, ac
talaribus enſeq; falcato a Mercurio acceptis. Me-
duſę igi̅ caput āputatū, cū ī gręciā referret, ab Atlā
te mauritanię rege ab hoſpitio repulſus, Gorgōis
capite oſtēſo ipm̄ ī mōtē eiuſdē nois ↄmutauit. An
dromedā deide v̄ginē Cephei regis ac caſſiepię filiā
mōſtro marino crimie m̄ris obiectā, ea ↄdōe libe-
rauit, vt ſibi vxor tradereē. Sz cū iā nuptias celebra
ret, ac Phineus Cephei fr̄, cui andromeda an̄q̄ obij
ceret mōſtro, fuerat deſpōſata, ſibi eā vi auferre co
nareē, et multos ex illius ſocijs iterficit, et Gorgōis
capite oſtēſo Phineū ipm̄ cū reliqs ī ſaxa ↄuertit. Ac
demū ī Gręciā reuerſus Pretū Acriſii frēm, q regno
auū expulerat, ī lapidē trāſformauit, Acriſiūq; auū
ī regnū reduxit, ac Polydectē Seriphi regē vna cū
multis alijs in ſaxa ↄuertit. Ipſe vero in orientem
pfectus pſia, pſasq; de noīe ſuo appellauit. Tandē
inde reuerſus, cū Acriſiū auū luitus diſco ludēs īte
remiſſet, ipſe cū Andromeda vxore ac Cepheo ſoce

ro, et Caſſiepia ſocru in cęlū fuit trāſlatus, atq; īter
ſydera collocatus. Quē plu. Da. cō. au. Danae Acri
ſii filia, q̄ ī turri ita ↄcluſa erat a p̄re, q acceperat ſe
nepotis māibus periturū, vt nullus vir ad eā accede-
re poſſet, a Ioue ī auri guttas trāſformato fuit cō
preſſa. Qđ cū reſciuiſſet Acriſius, ęgre ferēs illā ī ar
ca īpoſitā in mare
pijci iuſſit. Ea vo ar
ca a Dictye piſcato- [Danae]
re Seriphio (vt Stra.
narrat) ad polyde-
ctē Seriphi regē fuit
dlata, q q̄uis Danaē
cogere nō potuerit,
vt ſi nuberet, Perſeū
tn̄ īfantē educauit.
Pluuio au. nā Iup
piter in auri guttas
ↄuerſus in Danaes
gremiū pluiſſe fingi
tur. Tāta ē p. ue. ac
clamatio hęc īterpo
ſita ſigt̄ maximā eē
v̄itatis potētiā. Prę
ſentia, potētia. Pę-
nitet, q: et pſeū Ioue
digna geſſiſſe acci-
piebat, et Bacchū in
nūeꝝ Deoꝝ iā eē re-
latū videbat. Impoſitus iā cę. ē alter, bacchus in
numeꝝ Deoꝝ relatus. Vipei mōſtri ſpo. capitis
Meduſę eſt piphraſis. Nā phorcus Thoſęę nymphę
ac Neptūi filius, Corſicęq; ē Sardinię rex (vt Varro
ſcri.) cū ab Atlāte ꝑlio nauali cōmiſſo victus, et in
mari ſubmerſus. Neptūi p̄ris bn̄ficio Deus marinus [Phorcus]
eēt effectus, ex Ceto ↄiuge tres ſuſtulit filias eximia
pulchritudine, Euryalam, Steno, et Meduſā et (vt
nōnulli volūt) Scyllā, q̄s Pōponius Mela ſcri. Gor-
godas īſulas Æthiopici maris tenuiſſe, vñ Gorgo-
nes vn̄r appellatę. Haꝝ natu maxia fuit Meduſa, [Gorgões]
q̄ cū q̄dam die ſola in littore vagareē, a Neptuno
fuit adamata, vt eā vel in templo Palladis quo cō
fugerat, violauerit. Quare pallas idignata, ē crines
eius qbus maxime Neptuno placuerat, in angues
ↄuertit, ē effecit vt quoſcunq; aſpexiſſet in lapides
cōmutarent. Hanc vero pſeus (vt iā diximus) ope
palladis a qua ſcutū chryſtallinū, et Mercurij, a q̄
talaria et falcatū enſem acceperat interemit. Qđ
qdem idcirco fictum videē q: perſeus illius ſupera
tę opibus pclara multa geſſit. Nam Atlantē Mau
ritanię regem, et Africam, et totā Gręciā, partēq; [Gutte]
Aſię ſubegit. Memorabile, memoratu dignum. [ſangui-]
Aera carpebat tenerum, hoc eſt p aera penetratu [nis Me-]
facilem volabat. Cūq; ſuper Libycas, guttas ſan- [duſę in]
guinis ex Meduſę capite cadentes in terrā Libyas [ſerpentes]
varios in ſerpentes cōuerſas fuiſſes narrat poeta.
Quod ideo fictum videtur, quia Libya ſerpētibus
venenoſis abundat. Gorgonei capitis, Meduſęi.
Gorgones enim (vt diximus) tres fuere ſorores,
quaꝝ Meduſę natu maxima a perſeo caput fuit
amputatum. Colubris, ſerpentibus.

Fabulę.xvij. quarti libri argumentum.

Fertur, & ex alto ſeductas ęthere longę
Deſpectat terras, totumq; ſupernolat orbem
Ter gelidas Arctos, ter Cancri brachia vidit,
Sępe ſub occaſus, sępe eſt ablatus in ortus.
Iamq; cadente die, veritus ſe credere nocti,
Conſtitit Heſperio regis atlantis in orbe,
Exiguāq; petit requiem, dum Lucifer ignes
Euocet Aurorę, curſusq; aurora diurnos.
Hic hoīum cunctis ingenti corpore preſtans
Iapethionides Atlas fuit, vltima tellus,
Rege ſub hoc, & pontus erat, q Solis anhelis
Aequora ſubdit equis, & feſſos excipit axes
Mille greges illi, totidem armenta p herbas
Errabant, & humum vicinia nulla premebat
Arboreę frondes auro radiante nitentes
Ex auro ramos, ex auro poma ferebant.
Hoſpes ait perſeus illi, ſeu gloria tangit
Te generis magni, generis mihi Iuppiter au(ctor
Siue es mirator rerū, mirabere noſtras,
Hoſpitium, requiemq; peto, memor ille vetuſtę
Sortis erat. dederat Themis hāc Parnaſia ſorté
Tempus Atla veniet, tua quo ſpoliabitur auro
Arbor, & hunc prędę titulū Ioue natus hēbit.
Id metuens ſolidis pomaria clauſerat atlas
Mōtibus, & vaſto dederat ſeruanda draconi,
Arcebatq; ſuis externos finibus omnes.
Huic q̄3 vade procul ne longe gloria rerū
Quas mentiris ait, longe tibi Iuppiter abſit,

LACT. INDE p imenſum etc. Atlas Iapeti et pleiones filius a Themide, q̄ initio antiſtes Deorū erat, reſponſum accepit quē hoſpitio ex pgenie Iouis reciperet, ſi vellet hortū i q̄ poma aurea erāt cuſtoditus hr̄e. Qui ob cām cū pſeo fatigato ex aſſiduo curſu rege ſcēdi hoſpitium negauiſſet, eūq; viribus p pelleret, ille elatū caput Gorgonis ei obiecit. Quo viſo i mōtē pari noīe ē verſus Qui in vltimis Africę locis mundus iniectus eſt.

RAPH. INDE p īmenſu3, p īfinitū ac iane, q̄ ē aer Seductas, ſeparatas. Deſpectat, deorſum ſpectat. Totūq; ſupuolat orbē, h̄ ē ſupra totū terrarū orbē ferē

Heſperus

Heſperia

Gelidas arctos, gelidos ſeptentriones, ad q̄s nūq̄ Sol accedit. Iāq; cadēte die, occidēte Sole. Credere cō mittere. In heſpio orbe, i occidētali orbis pte. Nā heſpus ſtella ē q̄ veſperi i occidēte appet, vn̄ heſpius orbis, et hiſpania, ē italia iterdū heſpia vocat:. Sic āt pcīnne igredit traſformatio nē atlātis regis mauritāię potētiſſimi in mōtē quē cū pueniſſet pſeus rogauit, vt ſe hoſpitio ſuſcipet, donec illuceſcerēt dies. Cęterū atlas oraculo admonitus, vt ſibi a Iouis filijs caueret, ne regno ab aliq̄ eorū pnaret, illū ſupbe admodū repulit. Quare pſeus idignatus capite Meduſę reuelato eū in montē transformauit, q cęlū ſuſtinere dr̄.

Atlantes

Quod idcirco fictū eē vr̄, q pſeus ſuperatę meduſę opibus fretus Atlātis regnū iuaſit, eūq; in mōtes fugere coegit. Cęlū āt humeris ſuſtinere fingit atlas, tū q (vt ſcri. Pli.) pmus oium Aſtrologiā iuenit, tū q mōs ipe ita ē altus, vt cęlū ptingere videat. Sane

RAPH. apud antiquos Atlātes vocabant ſtatuę, q̄ colūnas hūeris ſuſtinebant.

IGNES Aurorę, lumina Aurorę, q̄ ſemp an̄ Solē fert. Curſus diurnos, diei et Solis curſus. Nā Aurora et diē et Solē adducere vr̄. Iapetionides Atlas fuit, Atlas Iapeti gigātis et Libyę nymphę filius fuit, q̄q̄ de mr̄e parū īter ſcriptores pueniat. Alij naq; clymenes, alij Aſię fuiſſe filiū ferunt. Nos vero Pliniū ſequitur, q eū Libyę filium ſcribit fuiſſe. verum alij quoq; fuerunt clari Atlantes, quorum vnus in Arcadia regnauit pater Maię Mercurij matris, alter in Hetruria pater Electrę Coryti vxoris. Iapetionides aūt non a Iapeto, ſed a Iapetione (vtroq;.n. mō dr̄) deduci vr̄. Heſio. αὐτὰρ Ἰαπετίονι δ' ἤπαυτων περι μνδ'εκ υἱβοοσι. Conſtat vero h̄ nomē ex syllabis ſeptē, h̄ duobus dactylis et syllaba. Vltima tellus, mauritania cū reliquo occidente. Qui ſolis anhelis, feſſis ac defatigatis. Eq nanq; ſolis ab Oceano Atlantico excipi vr̄. Vicinia nulla, nulli vicini, inqt quicq̄ agrorū habebant, qd exararent. Oia nanq; ab Atlante poſſidebant p qd ſignificat fuiſſe locupletiſſimus. Vetuſtę ſortis antiq oraculi. Themis parnaſia, quę in monte parnaſo templum habet, vt in primo vidimus.

Hūc titulū, hāc gl'ā. Titulus

Titulus āt a tuēdo dr̄, q ſua cuiq; geſta opaq; tituli tueant.

Pomaria, hortos arboribus pſitos, q̄q̄ pomaria pprie ſunt pomorū repoſitoria. poma aūt hęc ab Hercule et ipo Iouis filio ablata fuiſſe notiſſimū ē. Ne lōge gl'a rerū, recede, inqt pcul a nr̄o regno, ne a nobis oppreſſus idicio ſis et gl'am rerū falſas eē, et a Iouis gn̄e lōge abeſſe.

pomari

Atlas in montē

Par erit, ſufficere poſſet. vt.n. Atlas oium maximus ita valentiſſimus erat. At qm̄ pui. at qm̄ inquit nr̄am gl'am paruifacis, accipe munus tibi conueniens. Ipſe retrouerſus, caute ne et ipſe in ſaxum conuerteretur. Protulit, extulit, et oſtendit Atlāti. Squallēta ora, liuidā et palleſcentē Meduſę faciē. Quātus erat mōs factus Atlas, tātus ſubaudiat, vt ſit ordo et ſenſus. Atlas factus fuit tantus mōs quātus vir erat. Tam apte aūt Atlantis tranſmutationē deſcribit poeta, vt nullā3 lucidiorē admittat enarrationē. Iuga ſunt humeriq; manusq;, iugū nō tā ē arduitas mōtis ē ſupinitas (vt qdā putāt) q̄ ſumma mōtis ipius planicies, p q̄ trāſitus vel hoībus p3, dictū q illic mōs potiſſimū iungat. Nā iugum a iungendo deriuat, multaq; ſigat. Et

Pares el

Iugum

ſignum nanq; illud quo boues iunguntur, et eſt iugum vocat, ē tranſuū appellatur iugum ꝙ nauem iungat, et iūctam teneat. Sic Dij ſtatuiſtis, voluiſtis. Cuius āt rei rōnem aſſignare non poſſumus, ad Deoꝝ potentiā referre ſolemus. Et omne cęlum, totum. Omne enim pro toto frequenter ponitur a poetis.

rem eſſe iactaret, ꝓ quibus ipſarum monitis Neptunus beluam marinam imiſit, q̄ Aethiopiam vaſtaret. Quare conſultus Iuppiter Hāmon, qua ratione Nereides placari poſſent, reddit Cephei, Caſſiepesq; ꝓgeniem monſtro eſſe obijciendam. Andromedam igit̄ cum ad ſcopulum religatā Perſeus vidiſſet; ea ꝯditione ſe illam liberaturus pactus eſt, vt ſibi vxor ꝓmitteretur. Ceterum Phineus Cephei frater, cui antequā monſtro exponeret, Andromada fuerat deſponſata, cum vi eā Perſeo eripere conaret, multis interfectis, reliquos in ſeruētes ꝑſeus ipſe Meduſę capite detecto in lapides commutauit.

Fabulę xviii. quarti libri argumentū.

LACT. CLAVſerat ē ꝑſeus ꝑ Aethiopias iter faciēs poſtq̄ Andromedam pp ſupbiam matris, quę ſe nympharū pulchritudini ꝓtulerat, ſaxo alligatam ac marinę beluę obiectā vidit, corporis ſpecie eius ꝓxar ſit pactusq; a cepheo a caſſiopea parentibus virginis vt ſibi matrimonio eā darent, ſi beluā interemiſſet, votiq; compos eſt factus, interfecto igit̄ mōſtro cupiēs regeſtere, ne caput Gorgōis lęderet, virgulas lectas in littore ſubiecit, & hęc ſupeninduratuerunt ita vt adeptus radicibus ſanguinei coloris mari vt arbuſculas naſcerent, nomē q; hērent coralium.

Vimq; minis addit, manibusq; expellere tentat
Cunctantem, & placidis miſcentē fortia dictis
Viribus inferior, quis enim par eſſet atlantis
Viribus? at qm̄ parui tibi gloria noſtra eſt,
Accipe munus ait, lęuaq; a parte Meduſę
Ipſe retrouerſus ſqualentia protulit ora.
Quātus erat mons factus Atlas. barba, comęq;
In ſiluas abeūt. iuga ſunt humeriq;, manusq;
Quod caput ante fuit, ſūmo ē in mōte cacumē
Oſſa lapis fiunt. tum partes altus in omnes
Creuit in immenſum. ſic Dij ſtatuiſtis, & omne
Cum tot ſyderibus cęlum requieuit in illo.
Clauſerat Hippotades ęterno carcere ventos,
Admonitorq; operum cęlo clariſſimus alto
Lucifer ortus erat. pennis ligat ille reſumptis
Parte ab vtraq; pedes, teloq; accingitur vnco,
Et liquidum motis talaribus aera findit.
Gentibus innumeris circumq; infraq; relictis
Aethiopum populos Cepheiaq; conſpicit arua.
Illic immeritam maternę pendere linguę
Andromedam pęnas iniuſtus iuſſerat Hammō
Quā ſimul ad duras religatam brachia cautes
Vidit Abantiades, niſi q̄ leuis aura capillos
Mouerat, & tepido manabant lumina fletu,
Marmoreū ratus eſſet opus, trahit inſcius ignes
Et ſtupet, & viſę correptus imagine formę
Pene ſuas quatere eſt oblitus in aere pennas,
Vt ſtetit, o dixit non iſtis digna cathenis,

Minę linguam Caſſiepe ꝗ pulchritudine cū Nereidibus contēdere fuerat auſa. Iniuſtus Hā. iniquus Iuppiter in ea ſententia ferenda. Neq; enim iuſtū eſt, vt filij pro parentibus pęnas pēdant. Hāmō. Hammon aūt harenarius interpretat. Nam in Libye harenis templo celeberrimo ſub imagine arietis Iuppiter colebatur. Quāq̄ ſcribat Dio. ex quorundam ſnīa Hammonem Libyę regem fuiſſe, vxoremque cepiſſe Rheam cęli filiam, Saturni, aliorumq; (Andromedę liberatio)

RAPH. Aeolus. CLAVſerat Hippotades. Aeolus Hippotę nepos. Nā Aeolus Iouis fuit filius ex Aceſta Hippotę Troiani filia. Is idcirco rex ventoꝝ eē ꝓhibet, ꝙ (vt ſcri. Varro) cū apud nonē Sicilię inſulas Italię ꝓpinquas Iliacis temporibus regnaret, ex ꝯſurgentibus nubulis ita futuros ventus ꝓdicebat, vt in ſua ꝑtāte eos a radibus bīe crederēt. Pli. aūt ipſum ventoꝝ rōnem inuenſſe ſcribit. Aeterno carcere, ſempiterno duraturo. Admonitorq; operum, ꝗ hoīes operum ſuoꝝ admonet. Nā oriente Lucifero (qui a ferenda luce a grętis quoq; φωσφορος vocat̄) fere quiſq; ad opa ſua ē artes exercendas ſurgere ſolet. Pennis re. talaribus, ꝗ̄ ꝓ necē̄ depoſuerat, iterū aſſumptis. Telo vn. enſe falcato.

RAPH. Cepheus. CEPHeia arua. Cephei regna. Cepheus. n. (vt ex ſnīa Eurypidis ſcribit Iginus) Phęnicis fuit filius, rexq; Aethiopum, et Caſſiepes maritus, ac Andromedę pater, qui Andromedā filiam propter vxoris ſupbiam monſtro marino obijcere fuerat coactus. Cū. n. Caſſiepe mater ſe Nereidibus pulchrio

Titanum ſororem. Ad duras, ad aſperos ſcopulos. cautes autem dicimus o in au diphthongum ſcluſa. Abantiades, Abantis nepos ꝑſeus. Tepido fletu, tepidis lachrymis. Manabant, ſtillabant. Marmoreum opus, marmoreā ſtatuā. Trahit inſci. igni. hoc eſt ignarus quęriam ēt amore ipſius carpit. Quatere, mouere, concutere. Iſtis cathenis, iſtis vinculis ferreis. Sed qbus inter ſe, ſed vinculis mutui amoris. Pāde, dic, ē manifeſta. Terręq;, vrbis ē patrię. Sic Virgi. Nūc ſtant ſine nomine terrę. Regrenti, mihi rogāti. Primo ſil. il. decoꝝ ꝓbę, pudicęq; mulieris ſeruat poeta, q̄ loq cū viro puderet. Appellare vi. iō q cū viro. Virgo; cauſa eſt, cur vir alloq nō auderet. virgo nanq; erat. Eminet, extat, alta eſt. Et la. ſub pe. poſſidet equor, emphaſis eſt, qua beluę magnitudo monſtratur. Quę enim latum

Bellua puniceo, qualis fuerit hec bellua facile ex fluctibus quos ore euomebat colligere possumus. Madu ere graues aspergine pennę, hoc est pennę alarum Persei ę ma didę et graues respersione fluctuum, quos euomebat bellua, sunt effectę. Nec bibulis, multum humoris et aquę attrahentibus. Bibuli namque dicuntur, qui multum ac potius nimium bibunt.

Virgulta i coralia

Bibulus

duricię lapidis mutantur, tanquam viso Gorgonis capite. Phorcynidos medusę, Phorci filię et diximus. Phorcus sarie apud grę. Phorcys, phorcyos, et phorcynos declinatur. Vnde phorcynis patronymicum foemininum est deriuatum. Virga re. cum est, quę virga facile in corallum fuit transmutata, nam et recens euulsa et humida

Phorcynis

Vltra, vlterius. Credere confidere. Stantibus aquis, quiescente mari. Extat, eminet, extra stat, et apparet, vnde et extare libri dicuntur, qui inueniuntur. Nixus eo, cum niger in vertice illius scopuli pedes firmasset, sępius illa bellue ense transfegit. Littora cum plausus, clamor, hoc est plausus et clamor. Est autem figurata oratio. Superas Deorum domos, periphrasis est cęli. Hac autem hyperbole magnitudo clamoris, plaususque significatur. Cassiepe, quę et Cassiepeia dicitur. Huius sane nominis tertia sylla ba apud grecos e litera scribitur, quis apud latinos o vocalem minus recte habeat. Quę autem de Andromedę vinculis dicta sunt apud Ioppem palestinę vrbem a quibusdam ante diluuium (vt Mela narrat) gesta esse feruntur. Mollit humum folijs, narraturus quemadmodum virgę in mari nascentes in coralia fuerunt conuersę, inquit eas a Perseo Medusę capiti subiectas induruisse lapidisque figuram induxisse, quod quidem Nereides admiratę multa et ipsę virgulta capiti Medusę subiecerunt, atque in mare disiecerunt, quę quamdiu aqua teguntur mollia sunt, extracta ad aerem statim rigescunt. Quare quidam coralium Gorgoniam vocat, (vt Pli. ait.) quod extractum e mari in

Extare

Cassiepe

Vulnere lęsa graui modo se sublimis in auras
Attollit, modo subdit aquis, modo more ferocis
Versat apri, quem turba canum circunsona terret,
Ille auidos morsus velocibus effugit alis,
Quaque patet nunc terga canis super obsita cochis,
Nunc laterum costas, nunc qua tenuissima cauda
Desinit in piscem, falcato vulnerat ense.
Bellua puniceo mixtos cum sanguine fluctus
Ore vomit. madnere graues aspergine pennę.
Nec bibulis vltra perseus talaribus ausus
Credere, conspexit scopulum qui vertice summo
Stantibus extat aquis, opitur ab ęquore moto.
Nixus eo, rupisque tenens iuga prima sinistra
Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.
Littora cum plausu, clamor, superasque Deorum
Implenere domos. gaudent, generumque salutant,
Auxiliumque domus, seruatoremque fatentur
Cassiepe, Cepheusque pater. resoluta cathenis
Incedit virgo precitiumque, et causa laboris.
Ipse manus hausta victrices abluit vnda.
Anguiferumque caput dura ne lędat harena,
Mollit humum folijs, natasque sub ęquore virgas
Sternit, et imponit phorcynidos ora Medusę.
Virga recens, bibulaque et nunc viua medulla
Vim rapuit monstri, tactuque induruit huius,
Percepitque nouum ramis, et fronde rigorem.
At pelagi nymphę factum mirabile tentant
Pluribus in virgis, et idem contingere gaudent,
Seminaque ex illis vt erant iactata per vndas,
Nunc quoque coralijs eadem natura remansit,
Duriciem tactu capiant vt ab aere quodque:
Vimen in ęquore erat, fiat super ęquora saxum.
Dijs tribus ille focos totidem de cespite ponit.
Lęuum Mercurio dextrum tibi bellica virgo
Ara Iouis media est. mactatur vacca Mineruę.
Alipedi vitulus, taurus tibi summe Deorum.
Protinus Andromeden, et tanti pręmia facti
Indotata rapit. tędas Hymenęus, amorque
Pręcipiunt largis satiantur odoribus ignes,
Sertaque dependent tectis, et vbique lyręque,
Tibiaque, et cantus animi fęlicia lęti
Argumenta sonant, reseratis aurea valuis
Atria tota patent, pulchroque instructa paratu

erat. Bibula mcdulla humida, nondum enim erat sicca. Vim ra. mon effectus capitis Medusę contraxit, a quo et conspecta et tacta in lapides conuertebantur. Percepit. accepit. Nouum rigorem, insolitam duriciem. Antea namque sub aqua mollis erat. Quod quidem idcirco fingitur, quia coralia sub aqua mollia sunt extracta vero durescunt. At pelagi nymphę, Nereides. Tentat, experiuntur. Et idem contingere gaudent, hoc est lętantur cum vident virgulta in lapidis modum dura fieri. Nunc quoque coralijs, corallius (vt scribit Pli.) quidam Pyriten lapidem vocant quoniam sit plurimus ignis illi. Ab aere tactu, ad aerem. reducta lapidescunt. Vimen, virga mollis est flexibilis. Saxum, pro lapide saxum est positum. Saxa namque grandiores lapides dicuntur.

RAPH. Vimen Saxum, Lapis

Fab. xix. iiij. lib. arg. Dijs tribus etc. Medusa Gorgo cum propter pulchritudinem a pluribus peteretur coniugium Neptuni effugere non potuit. Quę quoniam in templo Mineruę cum eo concubuit propter religionem loci, quam obtinuerat, crines eius in serpentes ab eadem Dea sunt mutati, vt quę petita initio a plurimis procis esset obiecta deformitati obuios in fugam verteret, quos serpentibus in ęgide portat Pallas vt hostes terreat.

LACT.

RAPH.

DIIS tri. ille ſo. Perſeus ob monſtrū illud marinū debellatum diis gras agere, ac ſacrificare decreuit. Ac primū tres aras tribus Diis, Mineruę, Mercurio ac Ioui ex ceſpitibus in littore extruxit. deinde vaccam Mineruę vitulū Mercurio taurū Ioui immolauit. Alipedi, Mercurio alas in pedibus hñti, vt q et Velociſſimus ſit planetarū, et cum talaribus alatis pigatur. Indotata, valde dotata. In nanq; ppoſitio vim interdū hȝ intentiuā. Andromedā n. accepit perſeus cū Aethiopię regno p dote. Tędas Hy. amorque Pręamor ingt et Hymeneus nuptias perſeo ſuadent. Apte nanq; totū intelligimus, faces n. quę fere ex tędis pficiunt nouis nuptiis ad maritos ſe pferentibus, gnq; pferebant. Quare et nuptiarū apparatū ſcribit, et qcunq; in nuptiis fieri pſueuerāt. Hymeneum āt Deū fuiſſe, q in celebrandis nuptiis innocabat, nemo eſt fere q ignoret. Precipiūt, ſuadent, atq; imperāt. Largis odoribus, copioſis thuribus ac aliis (vt ita dicā) odoramentis. Sertaq;, coronę, a ſerendis floribus appellatę. Argumenta ſigna indicia. Reſeratis valuis, apñs foribus. Aurea atria, aurata, aurō ornata. Aureū.n.dr, qd totum ex auro ē.

Alipes

Meduſę cędes

Hymeneus

Serta

Aureus Auratus

Cepheni proceres ineunt conuiuia regis.
Poſtq̄ epulis functi generoſi munere Bacchi
Diffudere animos, cultuſq;, genuſq; locorum
Quęrit Abantiades, quęrenti protinus vnus
Narrat Lyncides, moreſq;, habitumq; virorū,
Quę ſimul edocuit, nunc o fortiſſime dixit
Fare precor perſeu, quanta virtute, quibuſq;
Artibus abſtuleris crinita draconibus ora.
Narrat abātiades gelido ſub Atlāte iacentem
Eſſe locum ſolidę tutum munimine molis,
Cuius in introitu geminas habitaſſe ſorores
Phorcydas vnius ſortitas luminis vſum.
Id ſe ſollerti, furtim dum traditur, aſtu
Suppoſita cępiſſe manu, perq; abdita longe
Deuiaq;, ꝫ ſiluis horrentia ſaxa fragoſis
Gorgoneas tetigiſſe domos, paſſimq; p agros,
Perq; vias vidiſſe hoīum ſimulachra, ferarūq;
In ſilicem ex ipſa viſa conuerſa Meduſa.
Se tamen horrēdę clypei, quam lęua gerebat,
Aere repercuſſo formam aſpexiſſe Meduſę.
Dūq; grauis ſomnus colubros, ipſamq; tenebat
Eripuiſſe caput collo, pennisq; fugacem
Pegaſon, ꝫ fratrem matris de ſanguine natos.
Addidit ꝫ longi non falſa pericula curſus,
Quę freta, quas terras ſub ſe vidiſſet ab alto,
Et quę iactatis tetigiſſet ſydera pennis,
Ante expectatum tacuit. tamen excipit vnus
Ex numero procerum quęrens cur vna ſororum
Geſſerit alternis immixtos crinibus angues
Hoſpes ait, quoniam ſcitaris digna relatu,
Accipe quęſiti cauſam clariſſima forma,

Cepheni pceres, Cephei primates et principes. Nā a Cepheo Cephenus et Cepheius deriuat, et Cephei dā terrā Nicander Aethiopiā vocat. Ineūt conuiuia, vadunt ad puiuia. Generoſi Bac. nobilis et optimi vini. Diffundere, exhilarauere, lętificauere. Vinū.n. generoſum al vires excitat, corq; lętum reddit. Cultuſq; genuſq; locorū mores ē, pplos locorū. Quęrit, rogat et ſcitat. Lyncides, aut Lyncei filius, aut certe ppriū eſt nomē. Moreſq;, ad cultus. Habitumq; ad genus refert: Habitū p hitatione poſuiſſe poeta vī. Nam a qbus pplis iſta loca hītarent, expoſuit Lyncides. Abſtuleris, reciderīs. Crinita dracōibus ora hoc eſt caput Meduſę p crinibus habens dracones, atq; ſerpentes. Locum iacentem, planū et ſpacioſum campū. Solidę molis, ſolidi muri atq; circuitus. Geminas ſo. non duas. s. ſed Tres. n. fuerunt, vt diximus. Phorcydas, Phorci filias, quę et phorcynides dicūt, vt paulo ante diximus. Vnius lu. ſolum oculū. Id ſe ſolerti narrat ſe illud vnū lumē, pnida aſtutia rapuiſſe, dū p vices ab altera alteri traderetur. Fragoſis, fragore ac ſtrepitu reſonantibus. Ex ipſis, hoībus et feris. Se tū ho. tacitę reſpondet obiectioni. Poſſet n. qs dīcē q̄ rōne tu o perſeu viſa meduſa in lapidē nō fuiſti puerſus, q: ingt p clypeum criſtallinū illā dormientē aſpexi, atque obtruncaui. ſic āt eſt legendū, nō ſed, vt ſere in exēplaribus eſt deprauatū. Aere repercuſſo, pes clypei tranſlucidū. Eripuiſſe, truncaſſe, recidiſſe. Pēniſq; fugacem Pegaſon et fratrem, Pegaſus equum alatus, et Chryſaor enſem aureū i manu tenēs fingunt ex collo Meduſę reciſo capite ſtatim exiliſſe. Quāuis Aratus dicat pegaſum Neptuni et Meduſę filiū fuiſſe. chryſaora ergo fratrem pegaſi vocat poeta, quāuis in exēplaribus fratres plurali numero corrupte legantur. Niſi fratres forte accipiamus ſerpentes ex Meduſę ſanguine ortos, ita nanq; fratres recte legeretur. Longi cu. ſpatioſi volatus. Ab alto, ab aere. Pennis alis, quę ex pennis conſtant. Ante expecta. ta. narrationi antequam putaretur, finem impoſuit. per quod ſignificatur gratiſſimam omnibus conuiuis fuiſſe Perſei orationem. Vna ſororum, cur meduſa ſola ex Gorgonibus immixtos capillis habuerit ſerpentes. Scitaris, rogas vt ſcias. Digna relatu, digna quę referantur, atque commemorentur. Accipe, audi, cognoſce. Quęſiti, rei quęſitę et rogatę. Spes inuidioſa, inuidię plena. Multorū pcorū, amato-

Andromedę p̄tię

Fragoſus

chryſaor

Pegaſus e ſanguine Meduſę

RAPH.

rum, qui illam vxorem petebant. Conſpectior, pulchrior. Capillos enim pulcherrimos habuit. Inueni q ſe vidiſſe referrent, hoc eſt audiui hoc ex ijs qui aiebant ſe Meduſam vidiſſe, anteq̃ a neptuno vitiata foret. Auerſa ē, ſe auertit pallas, ne videret Neptunū cū Meduſa coeuntem. Et caſtos ęgide vultus, Ægis thorax eſt, et ſcutum Palladis dicta non ἀπὸ τῆς αἰγός, vt qdam putāt, ſed παρὰ τὸ αἴσσω, qđ ē irruo, et īpetū facio, q illa munita pallas ī hoſtes ipetū faciat. Nā cū alij poetę, tum Virgil. iratę palladi ęgida attribuūt. Ægidaq; horrificā turbatę palladis arma. — Ægis.

Multorumq; fuit ſpes inuidioſa procorum
Illa, nec in tota conſpectior vlla capillis
Pars fuit. inueni, qui ſe vidiſſe referrent,
Hanc pelagi rector templo vitiaſſe Mineruę
Dicitur. auerſa eſt, & caſtos ęgide vultus
Nata Iouis texit. neue hoc impune fuiſſet,
Gorgoneum crinē turpes mutauit in hydros.
Nūc quoq; ut attonitos formidie terreat hoſtes,
Pectore in aduerſo quos fecit, ſuſtinet angues,

Gorgoneum crinem. Meduſę capillos. In turpes hydros, ī tetros ſerpētes. Hydri ſūt aquarū ſerpētes dicti ἀπὸ τοῦ ὕδατος, hoc ē ab aq̃. Nūc quoq; pallas inqt ad terrēdos hoſtium aīos caput meduſę cū ſerpentibus in ęgida ſuam tranſtulit. — Hydri. — Meduſę capilli in ſerpentes

Lact. Fabulę primę quinti libri argumentū.

DVMq; ea cephenus etc. Andromedam Cephei et Caſſiopes filiam in Æthiopia expoſitam bellue marinę Perſeus Iouis et Danaes filius Meduſę Gorgonis caput ferens paciſcitur coniugem, ſi eā periculo liberaſſet. Cauſa autem proſtituendę extiterat ob Nereidum iram, quarum pulchritudini ſe mater pretulerat. perfecto igitur a perſeo pollicito cum fides pmiſſa a cepheo eſſet preſtita, et nuptiarum coniugalium epulis regalibus principes itereſſent, phineus cephei frater, cui Andromeda deſponſata fuerat, contumeliam ſibi exiſtimans grauiſſimā iniunctam, q adueną conſanguineus poſtpoſitus eſſet, vecentius animos pugna confudit. Et cū res miſerabilis dimicantium ageret in regia, ac multi ex vtraq; parte armis, quibus caſus obtuliſſet, cecidiſſent, nouiſſime perſeus pertimens multitudinem aduerſariorum imperauit, vt diſcederent ex conſpectu ſui, capitque Gorgonis extulit, quo viſo phineus cum auxiliantibus diriguit in ſaxum. Nomina autem eorum ſunt, Theſſalus, Ampix, Nileus. Aconteus autem perſei miles dum proſpicit dimicans per imprudentiam aſpectam Gorgonis faciem proinde in lapidem ceſſit. Item Aſtyages. Rhętus. Indus. Atys phorbas. Amphimedon. Actorides. Erithus. polunedō. Abaris. Lycetus. Helice. phlegias. Clytus. Idas Clymenus. Protenor Hypſeus. Lyncides. Emathion. Cromis. Broteas. Ammō. Alphitus. Iapetides. Pettalus. Lycormas. Pelates. Coritus. Abas. Menaleus. Dorilas. Halcyoneus. Clytius. Danus. Æthiō. Agyrtes. Melpheus. Ethemon. Itē in lapidis Theſſalus. Ampix. Lyncides. Nyleus. Eryx. Nouiſſime phineus et ipſe cum ſuis ſocijs diriguit in ſaxum.

Gorgonis magni deſcriptio.

RAPHAELIS Regij in quintū Metamorphoſeos Ouidij Librū enarrationes.



P. Ouidij Naſonis Metamor. Liber quintus.

DVmq; ea Cephenum medio Danaeius heros
Agmine commemorat, fremitu regalia turbę
Atria complentur, nec coniugalia feſta,
Qui canat eſt clamor, ſed q fera nūciet arma
Inq; repentinos conuiuia verſa tumultus
Aſſimulare freto poſſis, quod ſęua quietum
Ventorum rabies motis exaſperat vndis.

RAPH. DVmq; ea Cephenū. Ita hūc librū cum ſuperiore poetā connectit, vt res e re naſci, narratioq; contiuari videatur. Primum autem tumultum iniquiſſime a phineo cephei fratre, cui Andromeda priuſquam

Hunc autem cum hęc diceret, canos tangens phi neo indicauit. Et voce, et verbis. Certę morti ſigdē Andromeda: proculdubio mortua fuiſſet, niſi a per ſeo e faucibus beluę illius marinę erepta eēt. Ille nihil ꝙ rn̄dit ſubintelligat. Ignorat, dubitat: cun ctatusq; breui, paruumq; remoratus. Nequicq̄, fru ſtra. Stratis lectis, in qbus priſci diſcum bebant. Remiſſo, re iecto. Eandem naq; haſtam in phineū pſeus reiecit. Et indi gnus, Et copula affe ctui ſeruit. Indignus.n. poeta qd am in qua dij iuſtiſſimi colunt, ſcelerato atq; nefario homicidio pfuerit. Non irrita, non vana, vt q Rhetum vnus ex phi nei ſocijs: interemit. Calcitrat, calcibus terram pulſat. Hoſpitiq; deos, ſcilicet hoſpitalem, de q̄ virg. Iuppiter hoſpitibus nam te dare iura lo quunt. Hoſpites aūt nefas eſt violari. Eo priſci hoſpitibus ſalē in primis apponebant, quem cum vna guſtaſſent, ita vnius mentis ē ami citię eos debere eſſe cēſebant, vt ſal in vnam naturam ex terra et aqua congelatur. Bellica Pallas adeſt, auxilio ē. Quo nanq; pacto vnus pſeus tot iſte viribus viris ſine paladis auxilio reſiſtere potuiſſet? Datque animos, Audaciam addit.

Iuppiter hoſpitalis

nulla nanq; colli ornamenta aurea eſſe ſolent, ſi eſt ex auro ſolo conſtantia, non aurata et auro ſolum ornata. Myrrha vnguento, cui Myrrha quoque adhibetur. Crinale ornamentum eſt crinium vnde etiā eſt denominatum. Ille quidem iaculo ſignificat eum et iaculandi et ſagittandi fuiſſe in primis peritum. Quamuis diſtantia, quantumuis longe poſita ac remota. Sed tendere doctior arcus: locutio eſt greca, latine enim doctior tendendi diceretur. Lenta cornua, flexibilia arcus cornua. In me. ara, quę Hymenęo nuptiarum Deo extructa erat. Perculit, percuſſit. Et fractis confudit in oſſibus ora, ſic quidem legitur, ſed forſitan minus recte. Ablatiuus enim ille fractis oſſibus modum ſignificat, cui in prępoſitio apponi non ſolet. Quare mihi illa et copula ac in prępoſitio vtrauque in alterius locum transferenda videtur, vt legamus. In fractis confudit e oſſibus ora, hoc eſt valde ac penitus fractis oſſibus faciem ita confuditur non agnoſceret.

Crinale

Cum generō debere mori; ſed lumine tecti
Exierat Cepheus teſtatus iusq;, fidemq;,
Hoſpitiiq; Deos; ea ſe prohibente moueri.
Bellica Pallas adeſt, & ptegit ęgide fratrem,
Datq; aīos, erat Indus Atys; quē flūie Gange,
Edita Limniace vitreis peperiſſe ſub vndis
Creditur; egregius forma, quam diuite cultu
Augebat bis adhuc octenis integer annis
Indutus Tyriam clamidē, quā limbus obibat
Aureus; ornabant aurata monilia collum,
Et madidos myrrha curuum crinale capillos,
Ille quidem iaculo quis diſtantia miſſo
Figere doctus erat; ſed tendere doctior arcus.
Tū quoq; lenta manu flectentē cornua Perſeus
Stipite qui media poſitus fumabat in ara
Perculit, & fractis confudit in oſſibus ora.
Hunc vbi foedatos iactantem ſanguine vultus
Aſſyrius vidit Lycabas iunctiſſimus illi,
Et comes, & veri non diſſimulator amoris,
Poſtq; exhalantem ſub acerbo vulnere vitam
Deplorauit Atyn, quos ille tetenderat arcus
Arripit, & mecum tibi ſint certamina dixit,
Nec longum pueri fato letabere, quo plus
Inuidię q̄ laudis habes. hęc omnia nondum
Dixerat, emicuit neruo penetrabile telum,
Vitatumq; tamen ſinuoſa veſte pependit.
Vertit in hunc harpen ſpectatam cęde Meduſę
Acriſioniades, adigitq; in pectus. at ille

ET ptegit Ęgide fratrē, et defendit ſcuto ſuo a iaculis hoſtiū Perſeū fratrē ſuū. Nā Perſeus ut Pallas Iouis fuit filius. Erat Indus Atys, ad differentiam Phrygij a Cybele mře deoꝝ adamati elegāter idus eſt appoſitus Fuit et alius Atys Crœſi Lydoꝝ regis filius. Limniace nympha fuit Gangis Indię fluuij filia, ut āt eē palus iuxta Gangē. Λίμνη nanq; paludem ſigt. Egregius forma, excellens pulchritudine. Diuite cultu, ꝓcioſo ornatu. Tyriam clamydē purpuream veſtē. Nam Tyros vrbs Phenicię purpurę officinis maxie celebrat, chlamys āt veſtis ē militaris, q̄ alijs veſtibus ſuperimponit παρα το χλιαινω dicta, qd eſt calefacio, chliamys et per ſyncopen chlamys. Limbus, faſcia. Obibat, circuibat. Aurata monilia, aurata pro aureis poſuit. Mo

APH.

Tyros chlamys

Iactātē, nō oſtētantē ſed ꝓducētē id qd facē ex vulnere morientes ſolēt. Fędatos, deturpatos Aſſyrius. Syrus. Nā Aſſyria ꝓuincia ē eadē cū Syria vt ſcri. Hero.q ait eos, qs Gręci Syros vocāt, a Barbaris Aſſyrios vocari, quis alij Syriā ab Aſſyria diſtinguant, ac Syriā Phenicię, Aſſyrium Babylonię finitimam eſſe ꝯtendant. Non diſſimulator, non occultor ſed oſtentator. Exhalantem, ex ore emittentem. Vitam animā. Sub acē. vul. propter acerbum et aſperum vulnus. Deplorauit, defleuit. Ille, Atyn. Tetenderat, neruo intenderat, vt in Perſeum ſagittam emitteret. Arripit, celeriter rapit. Et mecum tibi ſint certamina, hoc eſt et mecum in certamen deſcende. Nec longum nec diu. Fato, morte. Quo ex quo fato. Emicuit, exiliuit, euolauit. Penetrabile te. periphraſis eſt ſagittę q̄ facile penetrat. Vitatu

Aſſyria

gebant. Eſt aũt nomen quartę declinationis, nam ceſtus ſcdę et citra diphthongũ eſt Veneris cingulum varijs ſuturis diſtinctũ, vñ et nomen παρα το κεντειν, qd̃ eſt pungere, ſumptum eſt. Nec audiendi qdam, q a ceſuris ipm deducunt, cum ſit nomen grecum, nec originem latinam agnoſcat.

dici poſt. Lęui po. ſiniſtri. Cohęſit, affixa fuit. Latus ha. percuſſit. Et Naſa. Naſamones ppli ſunt Libyę iuxta Syrtes naufragijs (vt ſcri. Pli.) admodum inſiſti. Latus, latiores campos. Tollebat, capiebat. Farris acer. frumenti cumulos. Naſamones

SINgultantem, per ſingultus animam emittẽtem. Bactrius Halcyoneus, Bactra noĩe tm̃ plurali vrbs eſt, vñ et Bactriana regio Indię pœmina fuit appellata. VLtor Abantiades, Perſeus. Ceruice exacta eſt, p ceruicem eiecta. RAPH. Bactru

Velatus tem. velata et tecta ipa hñs. Iapetide, Iapeti filius. Ad hos vſus, bellicos. Citharistę nanq; et lyristę a pugnis ſunt alieni. Mouere, pulſare. Plectry, inſtrm̃ eſt, quo lyra pulſat. παρα του πληκτειν, hẽ eſt pcuti eudo dictum. Imbelle, imbellibus ac mollibus aptum. Plectrus

Stygijs ma. inferis. Stix. n. palus eſt inferoꝝ notiſſima. Manes aũt inferoꝝ alę dñr. Lęuo tempore ſiniſtra capitis parte Styx Manes

Retentat iterum tẽtat. Fila lyrę chordas, ante quaꝝ inuẽtionem filis vtebant. Caſuq; fuit miſerabile car. forte inq̃t lyra emiſit carmen triſte et morienti puẽniens. Repagula, repagula dñr aſſeres, q clauſis hoſtijs opponunt. Illiſit, infixit. Procubuit, in caput in terrá cecidit Repagula

Cinypheus Pe. Garamanticus. Cinyps .n. (vt ſcri. Hero.) fluuius eſt Garamantũ, q inter duas Syrtes in mare Lybicum labit. vñ Cinyphei. iij. Geor. lib. apd̃ Vir. dñr hirci. Nec minus interea barbas incanaſq; mẽta Ciniphei tondẽt hirci, ſetaſq; comátes, Marmaridę coriti, Marmaces (vt Stephanus refert ex ſnĩa Hecatei) gens eſt Æthiopica, vñ forſitan Marmacides Coritus appellat. Sed a Marmaro quoq; patre Marmarides Cinyps Marmaces

Iuſſus eras celebrare dapes, feſtumq; canendo.
Quẽ pcul aſtantem, plectrũq; imbelle tenentẽ,
Pettalus irridens ſtygijs cane cętera dixit.
Manibus, & lęuo mucronem tempore fixit.
Concidit, & digitis morientibus ille retentat
Fila lyre, caſuq; fuit miſerabile carmen.
Nec ſinit hunc ipune ferus cecidiſſe Lycornas
Raptaq; de dextro robuſta repagula poſte
Oſſibus illiſit medię ceruicis, at ille
Procubuit terrę mactati more iuuenci.
Demere tentabat lęui quoq; robora poſtis
Cinypheus Pelates. tentanti dextra fixa eſt
Cuſpide Marmaridę Coriti, lignoq; cohęſit
Hęrenti latus hauſit Abas. nec corruit ille,
Sed retinente manu moriens de poſte pepẽdit
Sternitur & Menaleus Perſeas caſtra ſecutus,
Et Naſamoniaci Dorilas ditiſſimus agri,
Diues agri Dorilas, quo non poſſederat alter
Latius, aut totidem tollebat farris aceruos.
Huius in obliquo miſſum ſtetit ĩguine ferrum.
Letifer ille locus, quem poſtq̃ vulneris auctor
Singultantem aĩam, & verſantem lumĩa vidit
Bactrius Halcyoneus, hoc qd̃ pmis inquit hẽto
De tot terre agris, corpuſq; exangue reliquit.
Torq̃t in hunc haſtã callido de vulnere raptam
Vltor Abantiades, media quę nare recepta
Ceruice exacta eſt, in parteſq; eminet ambas.
Dũq; manũ fortuna iuuat, Clytiũq;, Daniũq;
Matre ſatos vna diuerſo vulnere fudit.
Nam Clytij per vtrunq; graui librata lacerto
Fraxĩus acta femur. iaculũ Danus ore momor
Occidit & Celadõ Mideſius occidit Aſtreus (dit
Matre Paleſtina, & dubio genitore creatus.
Aethionq; ſagax quondam ventura videre,
Nunc aue deceptus falſa regiſq; Thoactes
Armiger, & cęſo genitore infamis Agyrtes.
Plus tñ exhauſto ſupeſt. náq; omnibus vnum
Opprimere eſt aĩus, coniurata vndiq; pugnát
Agmina p cauſa meritũ impugnante fideq;.
Hac pro pte ſocer fruſtra pius, & noua coniunx
Cũ genitrice fauent, vlulatuq; atria complent.
Sed ſonus armoꝝ ſupat, gemituſq; cadẽtum

In partes ambas, et anteriorem et poſteriorem. Librata, vibrata. Fraxinus haſta fraxinea. Eſt. n. metonymia. Acta, miſſa. Iaculum Danus ore momordit, hoc eſt iaculum in os Dani fuit coniectum. Occidit et Geladon Myndeſius, Myndeſos vrbs eſt Syrię et Myndones populi ſunt Libyę. Myndeſos

Matre Palęſtina, regio eſt Syrię Palęſtina pœmina Iudeę a Palęſtina vrbe dicta. Sagax videre ſciens pręuidere atq; prenunciare futura augur nanq; erat. Eſt autem gręca locutio, ſagax videre. Palęſtina

Aue falſa, falſo augurio, futuram náq; mortem pręuidere neſcinit. Sic Virgilius, Sed non augurio, potuit depellere peſtem. Regiſque Thoactes Armiger, Phinei, fratris regis.

Plus tamen exhauſto ſupereſt, quamuis tot interfecerit Perſeus plus tamen, inquit, eo quod factum eſt, ſupereſt conficiendum. Exhaurire nanque interdum conficere ſignificat. Vt Virgilius, Quę bella exhauſta canebat. Exhaurire

Nanq; obuit vnum, omnibus inquit animus eſt vnum Perſeum opprimendi. Pro cā meritū in/pugnante, hoc eſt pro Phineo, qui et meritum Perſei, quo Andromedam ſeruauerat, et fidem ipſi a rege datam impugnabat. Hac pro pte, pro fide aūt ac merito, et iuſta cā pauci admodum ſtabāt.

ſtabat, neq; Perſeo interficiendi Molphei tempus dabat. Non circunſpectis viribus, hyppallage eſt, ipſe enim non circunſpectus, hoc eſt īprudens ac temerarius. Circunſpectus enim cum nomen eſt, prudens qui omnia circunſpicit, dicitur. Exactus eiectum. Valentes cauſas, potentes. Cyllenide harpe, pro Cyllenia. Patronimycus pro poſſeſſiuo eſt poſitum. Cyllenius autem Mercurius dicitur a Cyllene Arcadię monte vbi ex Maia natus eſſe fingitur. Virgilius in octauo. Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia Cyllenę gelido conceptum vertice fudit.

Circumſpectus

Cyllenia

Pollutos, violatos, infectos. Bellona, Pallas dea belli. Circueunt vnum, circundant Perſeum ſolum. Hic autem maxima Perſei virtus declaratur, q ſolus tantę multitudini, totq; telis reſiſtere potuerit. Pręter vtrunque latus iuxta vtrūq; latus et dextrum et ſiniſtrū propeque et oculos et aures. Applicat hic humeros, tunc īnqt Perſeus humeros magnę columnę appoſuit, vt a tergo tutus in ſe ruentes hoſtes repellere poſſet. Chaonius Molpheus Epyrota, Chaonia nanque pars eſt Epyri a Chaone Troiano, vt carmine Virgiliano et pueris notum eſt, appellata. Chaoniāq; oēs Troiano a Chaone dixit. Nabathęus, Nabathea regio eſt felicis Arabię, vñ Nabathęus nomen gentile deriuatur, vt latius in primo diximus. Tigris vt auditis, hac ſimilitudine poeta oſtēdit Perſeum addubitaſſe vtrum prius percuteret, cum ambo inſtarent, alter a dextra, alter a ſiniſtra Molpheum an Ethemonem. Diuerſa valle, in diuerſa vallis parte. Vtro, in vnam partem. Summouit, repulit. Traiecti, trāſfixi. Cōtentusq; fuga eſt, ſatis Perſeo fuit Molpheum fugaſſe, ab altera nāq; parte Ethemon in/

Chaonia

Nabathęus

Pollutosq; ſimul multo Bellona penates
Sāguine pfundit, renouataq; pręlia miſcet.
Circueunt vnum Phineus, et mille ſecuti.
Phinea tela volant hyberna grandine plura
Pręter vtrūq; latus, pterq;, et lumen et aures.
Applicat hic humeros ad magnę ſaxa colūnę,
Tutaq; terga gerēs, aduerſaq; in agmina verſus
Suſtinet inſtantes. inſtabat parte ſiniſtra
Chaonius Molpheus. dextra Nabatheus Ethe/
Tygris vt auditis diuerſa valle duorū (mon.
Extimulata fame mugitibus armentorum
Neſcit vtro potius ruat, et ruere ardet vtroq;,
Sic dubius Perſeus, dextra, leua ne feratur.
Molphea traiecti ſummouit vulnera cruris.
Contentusq; fuga eſt. neq;.n.dat tēps Ethemon,
Sed furit, et cupiens alto dare vulnera collo,
Non circunſpectis exactum viribus enſem
Fregit, & extrema percuſſa parte columnę
Lamina diſſiluit, dominiq; in gutture fixa ē.
Non tamen ad letum cauſas ſatis illa valentēs
Plaga dedit, trepidū Perſeus, et inertia fruſtra
Brachia tendentem Cyllenide confodit harpe.
Verum vbi virtutem turbę ſuccumbere vidit
Auxilium Perſeus, quoniam ſic cogitis ipſi,
Dixit ab hoſte petam. vultus auertite veſtros,
Si quis amicus adeſt, & gorgonis extulit ora.
Quęre aliū, tua, quē moueant miracula dixit
Theſſalus, vtq; manu iaculum letale parabat
Mittere in hoc ęſit ſignum de marmore geſtu.
Proximus huic ampix animi pleniſſima ma
Pectora Lyncidę gladio petit, īq; petēdo (gni
Dextera diriguit, nec citra mota, nec vltra eſt
At Nileus, qui ſe genitum ſeptemplice Nilo
Ementitus erat, clypeo q3 flumina ſeptem
Argento partim, partim cęlauerat auro.
Aſpice ait Perſeu noſtrę primordia gentis.
Magna feras tacitas ſolatia mortis ad vmbras
A tanto cecidiſſe viro. pars vltima vocis
In medio ſuppreſſa ſono eſt, adaptaq; velle
Ora loqui credas. nec ſunt ea peruia verbis.
Increpat hos, vitioq; animi nō viribus inquit
Gorgoneis torpetis Eryx. incurrite mecum,

Verum vbi virtutem, poſteaquam, inquit Perſeus, ſenſit virtutem ſibi ingenitam a multitudine ſuperari, cum amicos admonuiſſet, vt oculos auerterent, Gorgonis caput hoſtibus aperuit, quo viſo illi e veſtigio in lapides fuerunt conuerſi. Eſt autem ordo. Verum, Perſeus dixit, ego petam et ſumam auxilium ab hoſte, et Meduſę capite, quoniam vos ipſi ſic cogitis, hoc eſt me ad hoc compellitis. Vbi ideſt poſtquam vidit virtutem ſuccumbere turbę, hoc eſt a multitudine ſuperari. Miracula mōſtra. Diriguit, rigida et dura facta eſt. In hoc ſignum hęſit, hoc eſt Theſſalus in ſtatuam marmoream ita eſt conuerſus, vt iaculum emittere velle videatur. Signū de marmore ſtatua marmorea. Hęſit. ſtetit. Septēplice Nilo, Nilus fluuius ē Ægypti clariſſima, qui ſeptem hoſtijs in mare exit. Vñ Vir.iiij.Georgico.

RAPH.

Nileus ſtatuam lapideam

Nilus

hum. Diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora, Vtq; coloratis annis deuectum ab Indis. Celauerat, ſculpſerat, ornauerat. Primordia, principia. Noſtrę gētis, nři generis. Ad tacitas vm. ad aias vocę carentes et mutas. Cecidiſſe, interfectus fuiſſe. A tanto viro, tam generoſo. Supppſſa, cohibita

res, hoc eſt fauor te eſſe victorem, me aūt victum. Saxificos vultum, ora in ſaxa ledes transfigurā-
ta. Quęcunq; ea ſubaudiatur. Ignorat autem Phineus quęnam fuerit Meduſa. Pro coniuge, pro vxore pugnauimus. Quę quidem cum bone ſta ſit cauſa, ſe dignum venia eē phineus innuit.

Et pſternite humi iuuenē magica arma mo
Incurſurus erat. tenuit veſtigia tellus, (uētē.
Immotusq; ſilet, armataq; manſit imago.
Hi tamen ex merito pęna ſubiere, ſed vnus
Milis erat Perſei, p quo dū pugnat Aconteus,
Gorgone conſpecta ſaxo concreuit oborto.
Quem ratus Aſtyages ēt nunc viuere, longo
Enſe ferit. ſonuit tinnitibus enſis acutis.
Dum ſtupet Aſtyages, naturam traxit eandē
Marmoreoq; manet vultus mirantis in ore.
Nomina longa mora eſt media de plebe viroꝝ
Dicere, bis centum reſtabāt corpora pugnę.
Gorgone bis centum riguerunt corpora viſa.
Pęnitet iniuſti tunc demū Phinea belli.
Sed qd agat? ſimulachra videt diuerſa figuris?
Agnoſcitq; ſuos, ꝑ nomine quēq; vocatum
Poſcit opem, credensq; parꝝ ſibi pxima tangit
Corpa. marmor erāt. auertit, atq; ita ſupplex
Cōfeſſasq; manus, obliquaq; brachia tendens,
Vincis ait Perſeu. remoue tua monſtra, tuęq;
Saxificos vultus, quęcunq; ea tolle Meduſę.
Tolle precor. non nos odium, regneq; cupido
Cōpulit ad bellū. p coniuge mouimus arma.
Cauſa fuit melior meritis tua. tempore noſtra.
Non ceſſiſſe piget. nil o fortiſſime preter
Hanc aīam concede mihi, tua cętera ſunto.
Talia dicenti. neq; eum, quem voce rogabat,
Reſpicere auſēti. quod ait timidiſſime Phineu
Et poſſum tribuiſſe, ꝛ magnū eſt munus inerti
Pone metum tribuam. nullo violabere ferro,
Quin ēt manſura dabo monumenta p œuum.
Inq; domo ſoceri ſemper ſpectabere noſtri,
Vt mea ſe ſponſi ſoletur imagine coniunx.
Dixit, ꝑ in ptem Phorcynida tranſtulit illam
Ad quam ſe trepido Phineus obuerterat ore.
Tunc qꝫ conanti ſua flectere lumina ceruix
Diriguit, ſaxoq; oculorum induruit humor.
Sed tñ os timidū, vultusq; ī marmorē ſupplex.
Summiſſęq; manus, facieſq; obnoxia manſit.
Victor Abantiades patrios cum cōiuge muros,
Intrat, ꝑ immeriti vindex, vtriuſq; parentis
Aggreditur Prętū. nam fratre p arma fugato.

atq; coercita. Adaptataq; velle, cu.n. perſeum alloqueretꝰ Nilens in ſtatuas lapideā, quę loqui velle vī, fuit transmutatus. Nec ſunt ea ꝑuia verbis, neq; enī ūba egredi poſſunt. Vitio a'uni, quia puſillanimus eſt is. Nō viribus Gorgoneis, non viribus capitis Meduſę Gorgonis. Torpens, pigri et immobiles eſtis. Magica arma, magicos cantus, incantamenta, atq; veneficia. Incurſurus erat, impetus facturus in Perſeū. Veſtigia, pedes. Immotus, immobilis. Nā in ſtatuam lapideā fuerat cōuerſus. Pœnas ſubiere, paſſi ſunt. Oborto ſaxo, repente orto. Tinnitibus acutis, vocibus et ſonis acutis. Tinnire autem verbum eſt factitium a ſono, quem pcuſſa ęra emittere ſolent. Naturam traxit eandem, nam ē ipſe in ſtatuam marmoreā fuit conuerſus. Riguerunt, rigida et dura et ſaxea facta fuerunt. Tunc demū, poſteaquam ipſius ſocij in marmoreas ſtatuas fuere transmutati. Marmor erāt, marmoreę ſtatuę. Auertitur, a pſei conſpectu oculos auertit. Confeſſasq; manus, manus iūctas, quales q ſe victi fatentur tendere ſolent. Vincis, victo-

Phineus
I ſtatuā.

Tinnire

Rigere.

Si nāq; odio regni, ue cupiditate arma ſumpſiſſet in perſeū indignus venia foret. Tempore noſtra, nā Andromeda antequam Ceto obijceretur (vt diximus) Phineo fuerat deſponſata. Non ceſſiſſe piget, me inquit phineus pœnitet tibi Andromedam non reliquiſſe. Cedere autem verbum eſt de iure ſumptum, quod quidem eligāter cum datiuo, ablatiuoq; conſtruit, vt cedo tibi mea ſpōſa. Hanc animam hanc vitam. Inerti, imbelli, ignauo. Monumēta, ſigna. PHorcynida, Meduſam Phorci filiā. Trepido ore, timido vultu. Obuerterat, pueterat. Sua ſe .id. ſuos oculos cōuertere, ne Meduſę caput viderat. Diriguit rigida et dura facta eſt. Induruit ſa. in ſaxum transmutatus, durus eſt factus. Facies ob. ſubiectę ſimilis.

RAPH.

Fabulę.ij. qnti libri argumentū.

VICTOR Abā.etē. polydectes rex inſulę Seriphi ad quam perſeus cum Danae matre incluſus arca peruenerat, cupiens allegare arbitriū vt mater eius poti retur, ad Gorgonis Meduſę reſecādum caput eum miſit, quod ille Minerua volente ad Po-

LACT.

lydectem pertulit, inficianſq; laborem operis oſtē-
RAPH. dit, ac prius ille diriguit q̄ ſe vlciſceretur.

VICTOR Abanthades, Perſeus votorum com-
Pretus in ſaxū pos, cum Argos in patriam rediſſet, pretus a quo Acriſius auus regno fuerat priuatus, oſtenſo Meduſę capite in lapidem conuertit, auoq; (licet immerito, quod ipſum cum Danae matre arcę impoſitum in mare proieciſſet) regnu reſtituit.

Acriſioneas Prętus poſſiderat arces.
Sed nec ope armorū, nec q̄ male cęperat arce
Torua colubriferi ſuperauit lumina monſtri,
Te tamen o paruę rector Polydecta Seriphi,
Nec iuuenis virtus per tot ſpectata labores,
Nec mala mollierant, ſed inexorabile durus
Exerces odium, nec iniqua finis in ira eſt,
Detrectas etiam laudem, fictamq; Meduſę
Arguis eſſe necem. dabimus tibi pignora veri,
Parcite luminibus, Perſeus ait, oraq; regis
Ore Meduſęo ſilicem ſine ſanguine fecit,
Hactenus aurigenę comitem Tritonia fratri
Se dedit. inde caua circundata nube Seriphon

Cum coniu. Andromeda. Immeriti pa. pro auo parentem poſuit, qui male et de filia Danae, et de Perſeo nepote tūc meritus fuit, cum eos arcę impoſitos mari cōmiſit.

Pretus Aggredit pręt. prętus Abātis regis Arginorū fuit filius, atque Acriſii frater, cuius filias in vaccas fuiſſe ꝯuerſas in fabulis tradit. Fre fu. expulſo Acriſio. Acriſioneas arces. Acriſii regnū. Male, iniq; ac iniuſte. Te tū o par. hac apoſtrophe poeta Polydectē Seriphi regē in odiū, inuidiamq; adducit: q Perſei, neq; virtute, neq; laboribus quos ꝑpeſſus eſt, neq; ꝑiculis, qbus ſe exponerat ab ira, odioq; deduci, remoueriq; poterat. Polydectes āt Magnetis fuit filius, vt qdam ſcribunt, vt vero Pherecydes piſthenis ē Androthoes, fraterq; Dictyis, a q̄ Danaen cum perſeo diximus hoſpitio fuiſſe ſuſceptam.

Polydectes Polydectes āt Danaes amorē captus, vim illi afferre perſei metu nō audebat. Cōuiuiū igit apparauit, ad qd et alios multos, et in primis ꝑſeum inuitauit. Interrogante āt perſeo qua in re ꝯuiuij ꝑmium ſymbolumq; conſtitueret, Polydecte vero in equo aſſerente, Imo in Gorgonis capite perſeus inqt, poſt ſymbolum āt ꝯſtitutum, et alij ſodales, ē perſeus equū ad polydecten adduxerunt, quem aſpernatus Gorgonis caput ex ꝓmiſſo repoſcebat. Quod qdes niſi fuerit allatū, ipſius matrē acceptu- rū vxorē eſſe minat. perſeus igit triſtitia affectus in vltimā inſulę ꝑtem diſcedit ſuam deflens calamitatē.

Phorci vetulę Mercurius āt ipſum videns cū fletus cām cognouiſſet bono aīo ēſis inqt. Ego nāq; tibi dux ero, ac primū qdem illum duxit ad phorci vetulas, Penphredo, ac Enio et Ieno, pallade ſic admonente, ipſiſq; oculum ē dentē qbus viciſſim vtebātur furatus eſt. illę vero cū ſenſiſſent clamantes rogabant, vt ſibi oculus, denſq; redderet. perſeus āt ſe redditurum ait ſi nymphas inferni galeā, talariaq; alata, et peram hn̄tes oñdant. Ille vero cū nymphas illas indicaſſent oculū, dentēq; acceperunt a ꝑſeo, q ad nymphas vna cū Mercurio ꝓfectus, et calciamēta alata pedibus alligauit, et perā humeris īpoſuit, et īferni galeā capiti adaptauit. Volans velde ad oceanū ꝑuenit, pallade, Mercurioq; ſubſequentibus, a quibus admonetur oportere ipſum auerſum caput Meduſę amputare, illa nāq; Gorgonum ſola mortalis erat. Ad ipſas igitur dormientes cum acceſſiſſet, harpe caput Meduſę amputauit, quo qdē in perā ꝯiecto aufugit. Gorgones vero alię excitatę illū ꝑſequebantur ſed ꝓpter inferni galeam non videbāt ꝑſeus igit in Seriphum reuerſus, polydecten iubet ꝓplā ꝯgregare, ſe.n. Gorgonis caput oñdere velle. Sciebat āt oēs q vidiſſent in lapides conuerſum iri. Multitudine igit ꝯgregata polydectis iuſſu ex pera caput Gorgonis auerſus ꝑſeus excelit, atq; oñdit. Qđ q viderunt oēs ac in ꝑmis polydectes, in lapides fuere ꝯuerſi. Polydectes in ſaxum Tunc pallas caput Gorgonis a ꝑſeo acceptum ęgidi ſuę affixit Mercurius vero et peram et calceos alatos et inferni galeam nymphis reſtituit. Tunc vero perſeus Dictyn, a quo benigne acceptus, educatuſq; fuerat, Seriphiorum, qui ſuperfuerant regem conſtituit. Ipſe vero cum matre ē Andromeda Argos eſt reuerſus. Hęc pherecydes, vnde et Ouid. ſumpſiſſe videtur. Te tamen o par. q̄uis inquit tot miranda geſſerit perſeus, totq; lapides conuerterit, tu tamen o polydecta odium molire, nedum deponere potes. Seriphi, inſula eſt Seriphus vna eſt Sporadibus Seriphus vnde Serephius nomen gētile deriuatur.

Detrectare Detractas, diminuis. Arguis, arguere vis, ē ꝓbare. Parcite lu. nolite reſpicere. Hęc ijs ait, q cum polydecte aderant, admonet enim vt oculos auertant ne et ipſi in lapides mutentur. Quamq̄ Stra. ſcribit vniuerſos Seriphios vna cum polydecte in lapides fuiſſe conuerſos, idq; in vltionem matris a perſeo factum, q illis adiutoribus Seriphi rex polydectes nuptijs inuitam adegiſſet. Adeo autem lapidoſam eē Seriphum, vt qui conuincianntur, id inſpecta obueniſſet gorgone cauſentur. Parcere Parcere autem oculis dicitur, qui illos continet clauſos.

Fabulę tertię quarti libri argumentū.

LACT. ACTEnus etē. Muſę cum parnaſi montem petiſſent, aduerſis tempeſtatibus inuitatę a pyreneo, qui Daulida phocidis vrbem incolebat, tecta ſubierunt, qui pulchritudine captus virginum, cum reginam claudi imparaſſet ad vim inferendam, ne cupiditatem eius experirentur in volucres cōuersę ſunt, quas ille dum per ardua montium perſequeretur, prolapſus altitudine ſcopulorum precipitatus eſt, ita vt toto corpore eliderertur, vitamque finiret.

RAPH. HActenus aurigenę, nullā qdē hoc loco poeta expo-
nit

Deſerit a dextra Cypro, Gyaroq; relictis.
Quaq; ſup põtum via viſa breuiſſima, Thebas
Virgineũq; Helicona petit, quo monte potita
Conſtitit, & doctas ſic eſt affata ſorores.
Fama noui fontis noſtras puenit ad aures,
Dura Meduſęi, quem prępetis vngula rupit
Is mihi cauſa vię. volui mirabile factum
Cernere. vidi ipſum materno ſanguine naſci.
Excipit Vranie. quęcũq; eſt cauſa videndi
Has tibi diua domus aio gratiſſima noſtro.
Vera tamen fama eſt, & Pegaſus huius origo
Fõtis, & ad latices deduxit Pallada sacros.
Quę mirata diu factas pedis ictibus vndas
Syluarũ lucos circũſpicit antiquarum,
Antraq;, & innumeris diſtinctas floribus herbas,
Feliceſq; vocat pariter ſtudijq;, lociq;
Męonidas, quam ſic affata eſt vna ſororum.
O niſi te virtus opa ad maiora tuliſſet,
In partem ventura chori Tritonia noſtri,
Vera refers, meritoq; pbas, artẽq;, locũq;,
Et grata ſortem, tute modo ſimus, habemus
Sed vetitum eſt adeo ſceleri nihil, oĩa terrent
Virgineas mentes, dirusq; ante hora Pyreneus
Vertitur, & nondum me tota mente recepi
Daulia Threicio, Phoceaq; milite rura
Cępat ille ferox. iniuſtaq; regna tenebat.
Templa petebamus Parnaſia. vidit euntes,
Noſtraq; fallaci veneratus numina vultu
Męonides (cognorat enim) cõſiſtite dixit,
Ne dubitate pcor tecto graue sydus, & imbrem,
(Imber erat) vitare meo. ſubiere minores
Sępe caſas ſupi, dictis & tempore motę,

nis transformationem, ſed rem ſane admirandam deſcribit, quo concinnius muſarũ in aues transformationem ſubnectat. Narrat.n. quemadmodum Pegaſus equus alatus (quem paulo ante diximus) vna cum Chryſaore e ſanguine colli Meduſę exiliſſe ad Heliconem Bœotię montem puenerit, vbi cũ terram pedis vngula pcuſſiſſet, illico fons q(ιππο κρηνη, hoc ẽ caballinus fons eſt appellatus) exortus fuiſſe memoratur. Ad eũ igit videndũ relicto Perſeo pallas pfecta eſt, quę a muſis accepta q promptiſſime ad ipſum fuit deducta.

RAPH. DExtra Cypro, Gyaroq; relictis, Cypro quidem legitur, ſed cũ hęc inſula longe a Gyaro diſtet, vtpote q ſit in mari pamphilio cum Gyaron eſſe in Ægęo conſtet minus huic loco cõuenire vr. Forſitan aũt pro Cypro legendum eſt Scyro. Nã Scyros inſula ẽ vna ex Cycladibus Gyaro ppinqua, quę et ipſa vna ex Cycladibus, i qua mures ferrum rodere dr̃. Inde Gyareus nomen gentile triſyllabum declinatur. Mendum eſt apud Pli. vbi legitur Scyros a Naxo quatuordecimillia paſſuum. Homeri ſepulchro veneranda, cũ non Scyros, ſed Ios ex ſnīa etiam Strabonis legendum ſit. quidam vero alij legunt Cythno. Virgineum Helicona, virginibus muſis, nymphiſq; dicatum. Doctas ſorores, periphraſis eſt muſarũ. Nam muſę Iouis Mnemoſynes filię ſunt, quę παρα το μωσθαι, hoc eſt ab inquirendo dr̃, vt inqt Diodo. q ea inquirant, hoieſq; doceant, quę ab indoctis ignorantur, et q quęrendo ſcientia pariatur. Nouem autem fuiſſe muſas fere inter oẽs conſtat, etſi qdam tres tm̃ eſſe ptendant. Quibus noia a pprio cuiq; munere indita fuerunt. Clio απο τον κλεους, hoc eſt a gloria, quę ex poetarũ laudibus orit, dicta ẽ Euterpe απο του ευτερπειν, hoc eſt a iucundo pp voluptatem, quę ab audientibus ex honeſti perceptione ſentit. Thalia απο του θαλλειν, hoc ẽ a virẽdo, q in longũ tps poetarũ glia vireſcat. Melpomene απο του μελπεσθαι, hoc ẽ a modulãdo q melodia audiẽtes maxie demulceant. Terpſichore απο του τερπειν, hoc ẽ a delectãdo, q; doctrina hoĩum aĩ maxiope delectant. Erato απο του ερᾶν, hoc ẽ ab amãdo, q docti hies ab oibus amant. Polymnia, q cãtus ſuauitate poetas reddit glia immortale. Vrania απο του ουρανου hoc ẽ a cęlo, q viri erudití ad cęlũ glia tollãt. Calliope απο του καλλους της οπος, hoc ẽ a pulchritudine vocis, q cãtus ſuauitate alios añcedẽs magni ab audientibus eſtimentur, alij vero aiunt dnas eẽ muſarũ gñatiões ex Muſei ſnīa. Antiquorũ qdẽ vna cũ Saturno ſuiſſe natę. Iuniorẽ at q Ioui & Mnemoſynes filię fuiſſe dr̃. Harũ inuẽta, et hęc ſunt iſſe phibent. Clio nãq; hiſtoriã inueniſſe ſcribit. Thalia agriculturã et curã q plãtis adhibet. Euterpe mathematicas artes. Terpſichore eruditionẽ. Erato ſaltationẽ. Polymnia lyrã. Melpomene cãtũ. Vrania aſtrologiã. Calliope poeſin. Meduſęi pręuolucris et alatus eq. Vidi ipſũ ma. ſan. na. ipſũ pegaſũ aderat.n. pſeo pallas, cũ Meduſã obtrũcauit. Excipit Vranie, vna ẽ ex nouẽ muſis, q cęleſtis interptari pt ουρανος. n. vſu venit cęlũ ſigt. Et peg. hu. ori. fon. pegaſus equus alatus ex ſanguĩe Meduſę natus cũ Bellorophõtẽ excuſſiſſet i cęlũ ſubuolaſſe, et inter sydera ab Ioue fuit collocatus fuiſſe fert. at, et aũt illũ palęphatus ait Bellorophõtis nauẽ pegaſus fuiſſe. Pli. i viij. pegaſos pẽnatos eqs et cornibus armatos i ęthiopia naſci. idẽ i .x. pegaſos equo capite inſignes inter aues numerat fabuloſas. Pedibus ictibus pcuſſiõe pedis. Nec at narrãt ut fabulã ſeqntẽ apte cõnectat cũ ſupioribus. Felices ſtudijq; lociq;, cũ ſubaudiẽda nr̃ vt itelligãus cũ ſubaudiẽda nr̃ ut itelligamus cũ

Margin notes: Hipocrene fons — Scyros — Gyaros — Ios — Pyreneus — Helicon — Muſarũ nomina — Muſarũ inuenta — Pegaſus

ſtudij ac loci muſas felices eẽ. Mæonidas, muſas.
Mæonides ãt nõ a Mæonis filiabus deuictis, vt qdã
Mæonides ſomniarũt, ſʒ a Mæonia dñr, vt Aonides ab Aonia
Pierides a pieria, Theſpiades a Theſpijs fuerũt de-
nolatę. Quiq̃ Myonides p̃ma p y grecã vocalẽ for
ſitã rectius ſcriberet. Nã Myonia vrbs ẽ Phocidis,
de q̃ Panſa.l.i.mẽtio
nẽ faẗ. Opa ad ma.
ad bellica geſta, q̃ q-
dẽ ſtudijs diſciplina-
rũ ſunt maiora. Sʒ
vt ẽ ad ſce.n.oĩa iqt
Myonia ſcelerati audẽt, neque
ſibi qcq̃ phibitũ eſſe
putãt. Adeo, certe.
Oĩa ter. Vir. mẽtis,
snĩa ẽ gñalis, v̇gines
.n.nã ſunt timide.
Diruſq; an. ora Py
re. Vertẽ, ṽſari vř. Py
reneus ãt vt hĩc colli
geř poſſumus thrax
fuit tyrãnus q Dauli
da Phocidis vrbẽ oc-
cupauit, vbi cũ q̃daʒ
die pluuioſo muſas
ad parnaſſus eũtes vi
diſſet vt tecta ſua ſu
birẽt, dũ pluuia ceſſa
ret, inuitauit. Cũ ṽo iã
imber ceſſaſſet, muſę
q; diſcedere vellẽt, Py
reneus ipius clauſis
foribus illis viʒ iferre
parabat. Sed muſę i
aues ↄuerſe euolaue
rũt, q̃s cũ pſeq Pyrene
us vellet ex arce ſe p̃-
cipitẽ iacẽs caput ter
rę illiſit, ſicq; expira-
Pyreneus uit. Pyreneus ſane no
mẽ ẽ triſyllabũ, ñ vt
qdã putãt q̃driſylla-
bũ niſi p mõte acci-
piaẗ, q̃ Gallia ab Hi-
Daulia ſpania diſterminaẗ, tũc.n. penultia cũ ę diphthõgo
ſcribiẗ. Daulia ru. Daulios agros. Daulia ãt quę et
Phocis Daulis dř, vrbs eſt Phocidis a Daulide nympha vt
ſcri. Panſa, appellata. Phocis ãt regio ẽ i q̃ ẽ Parna-
ſus, vñ Phocẽſes dñr. Phocea vero vrbs eſt Ionię a
Phocis, q multe ↄditores eius ſecutę fuiſſe dñr ap
pellata. Eiuſdẽ nominis vrbs eſt Carię.
RAPH. ANnuimus ↄſenſimus, morẽ geſſimus. Primas
Auſter ędes, p̃mas ędiũ ptes. Victo Aq. an. auſter, q et No-
Aquilo tus dř pluuias ac nubes, Aqlo ṽo ſerenitatẽ affert.
Mu ę in Impetus ire fuit, volũtas abeũdi nobis fuit. Eſt ãt
Vecors locutio greca a latinis frequenter poetis vſurpata.
Vecors, ſtultus, corde priuatus.
LACT. Fabulę quartę quinti libri argumentum.
MVſa etc. Venus idignata q Diana et Proſerpia
Cereris filia numẽ ſuũ ↄingiaq; aſpnarent, Ditẽ q

Annuimusq; viro, primaſq; intrauimus ędes
Deſierant imbres, victoq; aquilonibus Auſtro
Fuſca repurgato fugiebant nubila cęlo.
Impetus ire fuit. claudit ſua tecta Pyreneus,
Vimq; parat, quã nos ſumptis effugimus alis.
Ipſe ſecuturo ſimilis ſtetit arduus arce,
Quaq; via ẽ vobis, erit & mihi dixit eadem.
Seq; iacit vecors e ſummo culmine turris.
Et cadit in vultus, diſcuſſiſq; oſſibus oris
Tũdit humũ moriẽs ſcelerato ſanguine tinctã.
Muſa loquebatur. pennę ſonuere per auras,
Voxq; ſalutantum ramis veniebat ab altis.
Suſpicit. et linguę quęrit tam certa loquentes
Vñ ſonent, hoĩemq; putat Ioue nata locutum.
Ales erat, numeroq; nouem ſua fata querentes
Inſtiterant ramis imitantes omnia picę.
Miranti ſic orſa Deę, Dea nuper et iſtę
Auxerunt volucrũ victę certamine turbam.
Pierus has genuit Pelleis diues in aruis.
Pęonis Euippe mater fuit, illa potentem
Lucinam nouies, nouies paritura vocauit.
Intumuit numero ſtolidarum turba ſororum
Perq; tot Aemonias, & per tot Achaidas vrbes
Huc venit, & tali committit prelia voce.
Deſinite indoctum vana dulcedine vulgus
Fallere nobiſcum, ſi qua eſt fiducia vobis
Theſpiades certate Deę. nec voce, nec arte
Vincemur. totidemq; ſumus. vel cedite victę

territus viribus Typhęi mouentis Ætnam, cui ſub-
iectus a Dijs erat, cũ ab inferis emerſiſſet, ipulit in
amorem vt Proſerpinã circa Ætnã flores legentẽ
cũ Minerua aut Diana raperet, q̃ capta cum ꝓpe-
ranter curru fugeret, a Cyane nympha quam dile
xerat Anaphis amnis intercedẽte tardatus ẽ. At ille
incẽſus ira pp morã
intercedẽtis relicto ſce- Giganto machia
ptro iter ſtagna di-
ſcuſſit vndã, perq; ſq;
mari merſus, Cyanẽ
q; quę curruí obſtite
rat in liquorem ſui
nois vertit, cuius la-
cus contiguus Are-
thuſę videtur.
MVſa lo. eleganti RAPH.
phantaſia multos
deſcribit Metamor-
phoſis poeta. Muſa
nãq; fingiẗ palladi
referre certamẽ ſuũ
cũ Pieri filiabus, quo
qdẽ in certamine, et
transformationes
deorũ i varia aialia
tpe belli gigantũ a
Pieri filiabus canun
tur, et Pęna Typhęi
gigantis, et Proſerpi
nę raptus, et Cyanes
in fontem mutatio
multaq; alia q̃ a mu
ſis cantanẗ. Pierus
igiẗ ex Euippe vxore Pierus
nouẽ ſuſtulit filias,
quarũ pulchritudine
ac vocalitate mř ſup
ba muſas i certamẽ
ꝓuocare ẽ auſa. Eas
vero nympharũ iu-
dicio victas muſę in
dignatę vocalitate
erepta i raucas picas
conuertere. Minime
vero illi ſunt audiendi, q muſas Pierides a deui-
ctis Pieri filiabus denominatas fuiſſe putãt, cũ a Pierides
Pieria vt ait Ser.) dicanẗ. Voxq;. ſa. chere.n. q̃ vbo
greci ſalutãt, exprimere vř picę. Sua fa. qu. de ſua
fortuna ↄquerentes. Pelleis in aruis. Macedonicis
agris Pella nanq; vrbs eſt Macedonię Alexandri Pella
magni natiuitate nobilis, vñ Iuue. Vnus Pelleo
iuueni non ſufficit orbis, Pęonis Euippe mř fu.
Pęonia pars eſt Macedonię montana q̃ Emathia
quoq; dř, patronymicum aũt poſuit loco gentilis. Pęonia
Lucinam, Iuno Lucina, q̃ a parturientibus mulie-
ribus inuocabaẗ, a luce eſt appellata, q in lucẽ edu Iuno lucina
cere infantes ſoſpites credebatur. Perq; tot Aemo.
Æmonia eadẽ eſt cum Theſſalia ab Æmone rege
dicta, Æmon aũt filius fuit Chlori filij Pelaſgi,
př aũt fuit Theſſali, a quo Theſſalia fuit cognomi Æmõia

nala. Achaidas, Achaicas,grecas. Theſpiades
Theſpiades
certare.Dee, Muſę Theſpiades dictę ſunt, non a Theſpia earũ m̃re ac Mecenis vxore,vt qdã ex ſuo cõmodo fingũt,ſed a Theſpijs vrbe Bęotię vbi maxime colebantur,cui opioni accedere Oui.vi,q̃ Deas Theſpiades eas vocat.Cũ quodã.n.ꝯtẽptu ſic eas phoci mutã i varia animalia,vt ꝓſpicue deſcribit Ouidius conuerterunt, inde factum eſt, vt Ægyptij multa animalia pro Dijs colant.In quorum ſtultitiam Iuuenalis eam ſcripſit Satyram, cuius eſt initiũ. Quis neſcit Voluſi Bithynice q̃lia demẽs Ægyptus portenta colat. Duxq; gre. ꝑiphraſis ẽ

Pieri filię appellãt,ac ſi dicerent Theſpien ſiũ Deę,non aliorũ.
Fõte me.ꝑiphraſis eſt Hippocrenes fontis muſis dicati. Et
Hyãtes
Aganippe
Hyã.Aga. Bęotia,nã Hyãtę ppli ſunt Bęotię, Aganippe vero fons ẽ Bęotię muſis ſacer. Ad Pę.ni.mõ
Pęones
tanos.Pęones nanq; ppli ſũt Macedonię
Dirimãt
mõtani. Dirimãt certamina nymphę dijudicẽt inqt vtrę nrm̃ melius cecinerint.Dirimi ãt proprie dñr bella atq; lites,cum ſedant. Per flu.p ſtygẽ paludes.
Factaq; de vi.hoc de iure ſumptũ vĩ. Iudices.n.ſniam laturi ſedere iubent.
Tunc ſine ſor.ꝑ ſtoliditatem ſimul ẽ temeritatẽ filiarũ Pieri notat muſa, quarũ vna anteq̃ ſorte decernent,vtrę deberet cantũ inchoare,bellum giganteum canere cępit.
RAPH.
Typhoeus
EMISſumq; Typhoea, Typhoeus q ẽ Typhõ dr̃ Titani ẽ terrę fuit filius ꝓta audacia, vt Ioue in pugnã ꝓuocare ſit auſus.Quare Iuppiter illum fulmine ſtrauit, Trinacrięq; inſulę ſubiecit. Sane Typhoeus ita triſyllabũ eſt,vt non o ẽ e,ſed e ẽ u in diphthongum copulentur.Quidã.n. de ortographia ſcribentes

Fonte Meduſęo, & Hyantea Aganippe.
Ve nos Emathijs ad pęonas vſq; niuoſos
Cedemus ſiluis. dirimant certamina nymphę.
Turpe qdẽ cõtendere erat, ſed cedere viſum
Turpius electę iurant per flumina nymphę.
Factaq; de viuo preſſere ſedilia ſaxo.
Tũc ſine ſorte prior, quę ſe certare ꝓfeſſa eſt,
Bella canit ſuperũ, falſoq; in honore gigantes
Ponit,& extenuat magnorum facta Deorum
Emisſumq; ima de ſede Typhęa terrę
Cęlitibus feciſſe metum, cunctoſq; dediſſe
Terga fugę. donec feſſos Aegyptia tellus
Cęperit, & ſeptem diſcretus in hoſtia Nilus.
Huc q̃ terrigenam veniſſe Typhęa narrat,
Et ſe mentitis ſuperos cęlaſſe figuris
Duxq; gregis dixit fit Iuppiter , vnde recuruis
Nũc q̃ formatus Libys ẽ cũ cornibus Hãmõ.
Delius in coruo, proles ſemeleia capro,
Fęle ſoror phebi, niuea Saturnia vacca,
Piſce,Venus latuit, Cyllenius ibidis alis.
Hactenus ad citharam vocalia mouerat ora.
Poſcimur aonides. ſed forſitan otia non ſunt,
Nec noſtris prębere vacat tibi cantibus aures
Ne dubita,veſtrũq; mihi refer ordine carmen,
Pallas ait.nemoriſq; leui conſedit in vmbra.
Muſa refert. dedimus ſummã certaminis vni.
Surgit, & imenſos hedera collecta capillos
Calliope querulas prętentat pollice chordas.
Atq; hęc percuſſis ſubiungit carmina neruis.
Prima Ceres vnco glebam dimouit aratro.
Prima dedit fruges, alimentaq; mitia terris
Prima dedit leges.Cereris ſunt omnia munus
Illa canenda mihi eſt. vtinã mõ dicere poſſem
Carmĩa digna Dea. certe ẽ Dea carmĩe digna
Vaſta giganteis iniecta eſt inſula membris
Trinacris, & magnis ſubiectũ molibus vrget
Aethereas auſum ſperare Typhęa ſedes.

arietis. Nã Iuppiter ſe in arietẽ cõmutauit, cuius rei argumentum eſt, q̃ Iuppiter Hammon in Libya ſub figura arietis colitur. Tametſi aliam huius Metamorphoſeos rõnem ſuperius deſcripſimus. Delius in coruo, Apollo ſe in coruum mutauit, Bacchuſq; in caprum. Fele ſoror phębi,Diana ſoror ẽ Apollinis, quę ſe in felem domeſticum animal muribus,auibuſq; maxime infeſtũ, conuertit. Cyllenius ibidis alis, Ibis auis ciconię ſimilis Ægypti pecu, liaris, immunda,vt q̃ roſtro anũ purget. Poſcimur Aonides,nos inquit muſę ad cantãdum inuitamur. Significat aũt ſe ẽ prudentes ẽ modeſtas eſſe, quę niſi rogatę non ſurrexerint ad cãtãdum,id q̃d ipudentes Pieri filię fecerũt, quę ne iacta qdẽ ſorte canere cęperunt. Aonides vero muſę dñr ab Aonia Bęotię parte montana.
Leui vmbra,ſuaui ac iocunda. Dedimus ſummã certaminis vni,hoc eſt totum certamen vni ex ſororibus cõmiſſimus. Calliope, vna ẽ ex muſis, cui a pulchritudine ac bõitate vocis nomẽ inditũ ẽ.Nã καλλος pulchritudo, οψοπος vox dr̃.Morẽ aũt citharędorũ expreſſit,q citharę chordas an̄q̃ verſus incipiant cantum tentare ſolent. Chordę aũt ꝓprie dñr muſicorum inſtrorũ. Neruis,chordis.
Prima Ceres,a laudibus Cereris carmẽ ſuũ callio

Iuppiter in arietẽ
Apollo ĩ coruum
Bacchus in caprũ
Diana ĩ felem
Iuno in vaccam
Venus ĩ piſcem
Mercurius in ibidem
Cereris laudes
Calliope
Chordę

pe auſpicatur. Ceres aũt Saturni et Opis filia fuiſſe dr̃, q̃ olim prima agrorum cultum ac frumenta hoibus monſtrauit, legesq; adinuenit, qbus homines ciuiliter viuere cęperunt. Dicta eſt aũt Ceres a gerendis frugibus prima lra pp affinitatẽ mutata, vt de natura Deorũ Cic. ait. Alimẽtaq; mi. piphraſis eſt frumenti, ante cuius inuentionẽ glandibus homines veſcebantur. Prima de le. repetitio eſt q̃ maxime laudationẽ exornat. Qđ aũt Ceres prima leges inuenerit, illud quoq; eſt argumento, q Theſmophora a gręcis vocat̃, hoc ẽ Legifera, et eius ſacra Theſmophoria, q̃ a nr̃is cerealia dicunt̃. Vaſta gi. Typhoeo gigãti fulmine pcuſſo Iuppiter Siciliã inſulam ſupiniecit, ne qñ reſurgens e cęlo Deos pellere tentaret. Trinacris, Sicilia qdem

Trinacris. Trinacris a poeta, ſed ab alijs Trinacria frequentius dr̃, q tria ἄκρα hẽat et pmontoria, Pelorũ, Lilybeũ, et pachynũ. Quidã ex antiqs hiſtoricis Trinaciã illã vocant a Trinaco rege denominatã,

Trinacia. vt ſcri. Apollonij enarrator. Magnis mo. montibus, ponderibus. Nitit̃ il. q hoc idcirco fingit̃ q Sicilia terręmotu ſępenumero quatitur. Auſonio Pe. Italo, qppe qui ẽ ad Italiã vergat, et ab ea mille ẽ qngentis paſſibus diſtet. Dictus eſt aũt Pelorus a

Pelorus peloro claſſis Hãnibalis gubernatore, quem interfectũ Hãnibal cũ crederet, ſe in ĩſidias adductũ ibi ſepeliendũ curauit. Lęua pa. tibi, apoſtrophe ad

Pachynus montem, qua maxie oro exornat̃. Pachynus vero Sicilię eſt pmontoriũ in Gręciã vergens. Lilybeo

Lilybeus. crura premuntur. Lilybeus quoq; Sicilię eſt pmõtorium Africam reſpiciens.

RAPH. DEGrauat Æt. ca. deprimit. Ætna vero mons

Ætna. eſt Sicilię altiſſimus, cuius vertex fere ſemp flãmas eiectat, eſt etiam vrbs Ætna a Gierõe rege ędificata, vnde Ætnęi dr̃. Sępe re. ſępe inqt tẽtat montes excutere, quo tpe maximi fiunt terręmotus, per quod qdem ſigatur vaſtus Typhoei ẽ robur ẽ corpus. Luctatur, conatur. Remoliri, demoliri, de Remoliri.

cutere, ppoſitionem poſuit pro ppoſitione. Rex ſi. Pluto. Manes ſilẽtes. dr̃, q mortuis nulla vox ſit. Pateat, aperiat̃. Solũ, terra. Atroꝝ equo. nigrorũ. apud inferos enĩ omnia ſunt nigra, vtpote apud quos ppetuę ſunt tenebrę. Ambibat, circuibat. Fundamina, fundamẽta. Poſtq̃ ex. ſa. eſt, ſatis cõpertum eſt. Hęc aũt narrant̃ vt cõmodius fabula fabulę cõnectat̃. Labare, vacil-

Proſerpinę raptus.

lare. Videt hũc Ery. na. Erycina a romanis, Siculisq; Venus dr̃, ab Eryce Veneris ipſius, ac Butę filio, q cũ in Sicilia regnaret, ac plurimũ corporis viribus polleret, hoſpites vt ſecũ ceſtibus decertarent pu̵ocabat. Is extructo matri Veneri tẽplo, q̃ Erycina fuit appellata, cũ Hercule ↄgreſſus ab eo fuit interfectus. In vertice aũt mõtis, q ab eo ipſo Eryx cognominatur, dr̃ fuiſſe tumulatus. Narraturus vero poeta Cyanes nymphę transformationẽ in ſtagnum, prius Proſerpinę raptum elegãtiſſime deſcribit. Cũ enim Pluto Deus inferoꝝ in Sicilia vagaretur, ſagitta a Cupidine rogatu Veneris pcuſſus, viſa Proſerpina Cereris filia ita exarſit, vt eam raptam ſtatim curru ſuo imponeret, atq; aſportaret. Cum vero a Cyane Pergusa

Erycina.

nympha retineret̃, ipſe adaperta terra ad inferos lacus.

cum amica deuectus eſt. Cyane aũt eo dolore fuit affecta, vt paulatim in fontem fuerit commutata. Monte ſuo. Erice ſibi dicato. Natum vo. filium alatum, hoc eſt Cupidinem. Arma ma. meę, eadem ferme oratione Venus apud Virgil.



Nititur ille quidem, tentatq́; reſurgere ſępe
Dextra ſed auſonio manus eſt ſubiecta peloro
Lęua pachyne tibi, Lilybeo crura premuntur
Degrauat Aetna caput, ſub q̃ reſupinus harenas
Eiectat, flãmamq; fero vomit ore Typhoeus.
Sępe remoliri luctatur pondera terrę,
Oppidaq́; & magnos deuoluere corpe montes.
Inde tremit tellus, & rex pauet ipſe ſilentum,
Ne pateat, lateq́; ſolum retegatur hiatu,
Immiſſusq; dies trepidantes terreat vmbras,
Hanc metuens cladẽ tenebroſa ſede Tyrannus
Exierat, curruq́; atrorum vectus equorum
Ambibat Siculę cautus fundamina terrę.
Poſtq̃ exploratum ſatis eſt loca nulla labare.
Depoſitoq́; metu videt hũc Ericyna vagantem
Monte ſuo reſidens, natũq; amplexa volucrem
Arma manusq; meę, mea nate potẽtia dixit
Illa, qbus ſupas omnes, cape tela, cupido,
Inq; Dei pectus celeres molire ſagittas,
Cui triplicis ceſſit fortuna nouiſſima regni.
Tu ſupos, ipſumq́; Iouem, tu numina ponti.

Cupidinem

Cupidinem filium alloquit. Nate meę vires, mea magna potentia ſolus. Iupiter Dei pe. in animū Plutonis. Molire, ꝑpara. Triplicis re. quod in tres diuiſum eſt partes. Quarum ſuprema, (hoc eſt cęlum) obtigit Ioui. Media (hoc eſt terra cum mari) Neptuno. Infima ac vltima (hoc eſt inferi) Plutoni. Profers? produ cis, amplificas. Agi tur pars ter. mun. hoc eſt tertia ps mūdi in ꝑiculo verſaē, parūq; abeſt qn ea a nobis amittaē. Et tū in cę. quoq;, non ſolū inquit inferos patimur ab amore liberos eſſe, verꝰ ſupe roꝝ quoq; quidam nos ſpernunt, nſaq; patientia fruuntur. Pallada nō ne vi. a qbus potiſſimum ſpernaē Venus expo nit. Pallas. n. ac Diana ꝑpetuam vouerant virginitatem. Cereris quoq; filia, Proſerpina, q̄ Iouis ē cereris fuit filia. Patruo, Plutoni. qui Iouis frater Pro ſerpinam ſibi vxorē copulauit. Nec q̄ magis audiat arcū, hoc eſt nec quę faci lius ab arcu emittatur. Illę nāq; ſagitte arcū audire ē obtē perare dnr, quę faci le ab arcu emittunē. Flexile cornu, ꝑpter cacophoniam cornus dixit ꝑ cornu. Oppoſitoq; ge. geſtū exprimit eoꝝ, qui arcus intendunt. Curuauit, inflexit, vt intenderet. Flexile cor. flexilem arcum ex cornu ꝯfectum. Inq; cor. in corde rō loquendi expoſcit. Hamata har. ſagitta ferro armati, ē hamo, quę quidē e corpore difficulter extrahi poteſt. Eſt aūt hamatus nomē participio ſimile vt galeatus. Ditem, Plutonem, qui a gręcis πλουτω, a latinis Dis ſiue Ditis κατα ἀντίφρασιν, quia minime ſit diues dr. Nam πλουτος ē Deus eſt diuitiaꝝ, ē pro ipſis quoq; diuitijs ponitur. Haud pro. Aet. lacum noīe Pergusam deſcribit, iuxta quē proſerpina cum ſibi ęqualibus puellis flores colligens a Plutone illac curru tranſeunte rapta fuit. Hunc vero locum Claudianus (qui et ipſe raptū proſerpinę deſcripſit) Pergum a Siculis appellari ait. Haud procul inde lacus, pergum di xere Sicani Pandit. Ita locorum nōia varie ſępenumero a poetis efferūtur. Aetnę, is mę. Aetna vrbe, nam Aetna et mons eſt Sicilię, et vrbs, vt diximus. Quidam vero putanē Enngis eſſe legendū Etna

Victa domas, ipſumq;, regit q numina terrę.
Tartara quid ceſſant, cur nó matriſq; tuumq;
Imperium profers? agitur pars tertia mundi.
Et tñ in cęlo quoq; iam patientia noſtra eſt.
Spernimur, ac mecū vires minuuntē amoris.
Pallada non ne vides, iaculatricēq; Dianam
Abſceſſiſſe mihi? Cereris quoq; filia virgo
Si patiemur erit. nam ſpes affectat eaſdem.
At tu pro ſocio, ſi qua eſt ea gratia regno,
Iunge Deā patruo dixit Venus, ille pharetram
Soluit, & arbitrio matris de mille ſagittis
Vnam ſepoſuit. ſed qua nec acutior vlla,
Nec minus incerta, nec q̄ magis audiat arcū.
Oppoſitoq; genu curuauit flexile cornu,
Inq; cor hamata percuſſit harundine Ditem.
Haud ꝓcul Aetnęis lacus eſt a męnibus altus
Nomine Pergusa. non illo plura Cayſter
Carmina cygnorum labētibus audit i vndis.
Silua coronat aquas cingens latus omne, ſuiſq;
Frondibus vt velo phębeos ſummouet ignes.
Frigora dat rami, varios humus hūida flores.
Perpetuum ver eſt, quo dum Proſerpina luco
Ludit, & aut violas, aut candida lilia carpit,
Dumq; puellari ſtudio, calathoſq;, ſinumq;

q Enna quoq; per duplex n et ſine diphthongo Siciliæ vrbs eſt mediterranea, iuxta quā contendunt Proſerpinam fuiſſe raptam. Enna Non illo plura Cayſter Car. cy. Cayſter fluuius eſt Aſię iuxta Aſiā paludem ac Ephęſum vrbē labens, quem Cygnis abūdare Virg. quoq; in pri. Geor. teſtaē. Iā varias pelagi volucres, et quę Aſia circum Dulcibus in ſtagnis rimanē prata Cayſtri. Sic autem dictus eſt q labit per κεκαυμενην et cōbuſtam regionem. Ab hoc deducitur Cayſtrium pratum iuxta Ephęſus. Cayſter Cayſtriū pratum Silua co. aquas vn diq; ſilua lacum circuit. SVMmouet, repellit, penetrare non ſinit. Phębeos ig. Solis feruores. Puellari ſtu. puellę ꝯuenienti. Vſq; a. ꝓ io. iam. Acclamatiōe hac ſignificat q vehemēs ad amandū ſagitta Cupidis effectus fuerit Pluto. Ab ora. ſu. a ſupremo limbo Hęc qu. ia. ga amiſerat flores. Raptor a. c. agitat et concitat in curſum. Et no. qu. vo. Exhortaē equos, nōia equorum Plutonis hęc eſſe ferunē. Orphneus, qui obſcurus interpretari poteſt et niger, Aethon qui vrens. Is aūt vnus eſt ēt ex ſolis eqs, Nycteus q nocturnus a nocte, q̄ νυξ grę. dr. Alaſtor q infeſtus et ꝑnitioſus. Sunt. n. Alaſtores Dęmones hoībus ꝑnitioſi et infeſti. Excutit, ꝯcutit. Obſcura fer. ferrugineo colore, q fuſcus eſt ac ferro ſilis. Stagna pa. Palici (vt Æſchilus I Ætnis ſcrib t) Iouis et Thaleę nymphę a Vulcano genitę filij fuerūt, vt vero alij in primiſq; Silenus ſcriptor grę cus, Vulcani ex Ætna Oceani filia. Dicti ſunt aūt Palici ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι, hoc eſt ab iteꝝ veniēdo in vitā, cū mortui iā eſſent. Nā cū Thalea nympha a Ioue fuiſſet cōpreſſa Iunonis timore optauit, vt ſibi terra dehiſceret. Quod qdē vbi factum eſt, maturi ptus tps aduenit, ex terra igiē adapta, duo ſimul infantes exiliere, q Palici ſunt appellati. Non aūt paliſci, vt putat Toret, q in hoc quoq; forde nimiū fallitē, nā paliſcos ἀπὸ τοῦ πάλιν, qd eſt iteꝝ, et hiſcere verbo latino ſcribit cōponi, eoq; ſcdę ſyllabę s lrām ꝑcipit aſcribēdā cū et nomen grę cū ꝓculdubio ſit, nec illo modo cōponereē, grę ci nnq̄ hmō verbo vterenē. Iuxta Palicos aūt fons ē Palicinę, q aquā RAPH. Eq Plutonis Orphneus Æthon Nycteus Alaſtor Palici Cyane in aquā

in altum ſex cubitis eiaculari dr̄, quę in eundem fontem iterū reuertat. Ius quoq; iurandū ibi ſcām fuiſſe ſcribunt. Quę.n. quis iuraſſet ea in tabella ſcripta in aquā ꝓiciebant, ac ſiquidem vera fuiſſēt tabella fluitabat, ſiqs vero peieraſſet, tabella ſubmergebat nec vſq̄ apparebat. In ꝑiurio vero depꝛehenſus cōburebatur.

luit, ne Proſerpinā aſportaret, cętera a Plutone cō tempta dolore in fontē ſui nois fuit ꝯuerſa, qui Anapi fluuio cōmixtus iuxta Ortygiā inſulas in mare labit. Cyane aūt (vt ſcribit Plutar. ex ſnia Doſithei) Puella fuit Syracuſana, q̄ ex oraculo ē Cyanippum patrem, et ſeipſam mactauit, cū pris deſyderium ferre non poſſet, cum aūt illius morte peſtis foret ſedata, Syracuſani diuinos honores ei decreuerunt, ac ꝑennem et maximus fontem ab eiuſdem noīe appellarūt. Eſt aūt iuxta Syracuſas Proſerpinę facer (vt ſcribit Diodo.) q̄ ꝓpe illus rapta fuerit Proſerpina, vt ēt Cice. teſtat. Et Piſęę Arethuſę, (Arethuſa) Arethuſa fons eſt Sicilię iuxta Syracuſas vrbē, quas idcirco Piſeam poeta vocat, q̄ (vt diximus) credit eſſe Alpheus, q fluuius iuxta Piſā Olympię vrbem labens abſorbetur a terra, ac ſubter mare fluens in Siciliam vſq; Arethuſam efferre dr̄. Cōponere, (Cōponere) cōparare. Anapus, (Anapus) qui et Anapis dr̄, fluuius ē Sicilię, qui idcirco Cyanen amare fingit, q̄ illi ſimul in mare defluūt. Saturnius, Pluto Saturni filius. Condidit, Iecit tantis viribus vt totū ſceptrum occultaret. Icta viam tellus, nam ſceptro ꝑcuſſa ita hiauit, vt facile Plutonis currus illac ad Inferos pertranſierit. In tartara, (tartarus) ad inferos. Eſt.n. tartarus Infimus Iferorū locus et obſcuriſſimus, dictus ...

Ferventia, innuit poeta ibi eſſe fontes calidarū aquarū. Et (Bacchias) qua Bacchiadę, hoc eſt originem a Bacchia ducētes. Bacchias.n. Dionyſij filius Corinthū habitauit ab eo aūt genus ducentes (vt ſcri. ē Strabo. ē expoſitor Argonauticō. Apollonij) generoſiſſimi Corinthiorū habebant. cęterū expulſi Corintho ꝓp Actęonis mortem dr̄r fuiſſe. Meliſſus enim pr̄ cū vidiſſet filiū a Bacchiadis dilaceratū, iamq; Iſthmia forent celebranda, aſtās altari multa in Corinthios eſt imprecatus, niſi filij cędē vindicarēt. cūq; ea dixiſſet ſe ꝓcipitē ex alto dedit. Quare Corinthij, ne inultā eā cędē relinquerēt, oraculoq; id iubēti obtēperarent, Bacchiadas expulerūt. Cherſicrates autem vnus Bacchiadū Cercyram ędificauit, cus illinc Colchos eieciſſet. Verū anté poeta innuere Drepanū a Bacchiadis ędificatum, q̄ et Cercyra Drepane fuerit appellata, q̄ (vt Timęus ingt) δρέπανον, hoc eſt falx illic abſcondita eſt, qua Cronus Vrani, hoc eſt cęli pudēda, aut Iuppiter Croni (Corinthus bimaris) reciderit.

Implet, & equales certat ſuperare legendo.
Pene ſimul viſa eſt, dilectaq;, raptaq; Diti.
Vſq; adeo ē ꝓperatus amor. Dea territa mœſto.
Et matrem, & comites, ſed matrem ſępius ore
Clamat, & vt ſumma veſtem laniarat ab ora,
Collecti flores tunicis cecidere remiſſis,
Tantaq; ſimplicitas puerilibus aſſuit annis,
Hęc quoq; virgineum mouit iactura dolorem.
Raptor agit currus, & nomine quemq; vocado
Exhortatur equos, quorum per colla, iubaſq;
Excutit obſcura tinctas ferrugine habenas,
Perq; lacus altos, & olentia ſulfure fertur
Stagna palicorum rupta feruentia terra,
Et qua Bacchiadę bimari gēs orta Corintho
Inter inęquales poſuerunt mœnia portus.
Eſt medium Cyanes, & Piſę Arethuſę,
Quod coit anguſtis incluſum cornibus ęquor,
Hic fuit, a cuius ſtagnum quoq; noīe dictū eſt,
Inter Sicelidas Cyane celeberrima nymphas.
Gurgite quę medio ſumma tenus extitit aluo,
Agnouitq; Deam. nec longius ibitis inquit.
Non potes inuitę Cereris gener eſſe rogandus,
Non rapiēda fuit. quod ſi componere magnis
Parua mihi fas eſt, & me dilexit Anapus,
Exorata tamen, nec, vt hęc exterrita, nupſi.
Dixit, & in partes diuerſas brachia tendens
Obſtitit, haud vltra tenuit Saturnius iram,
Terribileſq; hortatus equos in gurgitis ima
Contortum valido ſceptrum regale lacerto
Condidit. icta viam tellus in tartara fecit,
Et pronos currus medio cratere recepit.
At Cyane, raptāq; Deam, contemptaq; fontis
Iura ſui mœrens inconſolabile vulnus
Mente gerit tacita, lachrymiſq; abſumitur oīs.
Et quarū fuerat magnum modo numē, ī illas

Bimari Corintho, Corinthus idcirco Bimaris appellat, q̄ in Iſthmo Peloponneſi ędificata ab altera parte Ęgeū mare, ab altera Ionium ſpectat. Inter inequales portus, alter naq; maior eſſe, alter minor ꝓhibet. Poſuerunt mœnia, vrbes Drepanum ędificarunt. Eſt mediū Cyanes, (Cyane) locū deſcribit, vbi Cyane nympha Plutonē inhibere vo-

ctus παρὰ τὸ ταράττεσθαι, hoc ē ex eo, q̄ oīa in eo ꝑturbata et ꝯfuſa ſunt. Mutat aūt genus, nam in ſingulari maſculinū eſt, ī plū neutrū. Medio (Crater) cratere, in mediā voraginē. Nā crater nō ſolū vas dr̄, ſed ad eius ſimilitudinē hiatus quoq; terrę, vn̄ flāma ꝓſertim egrediat, crater appellat, vn̄ Empedoclē ſe in Ętnę craterē ꝓcipitaſſe legimus. Incop

ſolabile vulnus,maximũ dolorẽ, qui nullã ↄſolationem admittere poſſet. Ois,tota. Oſſa pati flexus,oſſa fieri flexilia. Exilibus,tenuibus ac paruis Euanida,euaneſcentia,reſoluta. Reſtatq; ni. qđ prendere poſſis,nihil inqt duri de Cyanes corpore fuit relictũ,qđ qsq̃ manibus ꝑhendere poſſit.

Puſidus

nus vero duas cedros ab illa geſtatas fuiſſe ſcribit Hebetarat sydera,lumen syderũ retuderat et occultarat.Nam adueniente die syderũ fulgor non vr̃. Oraq; nulli Colluerãt fontes, hoc ẽ nihil aquę biberat.Proprie aũt os collui dr̃,qñ abluit. Stramine,palea. Prodit anus,procedit egredit. Quę os

Coll nul/ os

Fabulę quintę q̃nti libri argumentum.

LACT. Interea &c. Ceres cum orbẽ terrarũ peragraſſet querens filiã Proſerpinã ęſtu torrida ad caſã cuiuſdã anus noĩe Miſmes deuenit,petijtq; ab ea vt ſibi aquam ad colluẽdum ieiuniũ porrigeret. Quę cũ polentatã potionem ei dediſſet,et illa auidius biberet, puer qdam ex eiuſdem caſę noĩe Stelles ꝓcacius eſt ꝓſecutus,ꝓdicans auiditatẽ eius in bibendo, cuius Dea audacia pueri offenſa,in malus partem potionis in eum effudit, ſicq; vt in ſtellionẽ ſparſam polenta oſtenderet.

Puls *Puer impudens ſtellionẽ*

RAPH. INTErea panidę, ceres Proſerpinã filiam q̃rens cum deffeſſa ſiti laboraret, q̃dam rogauit anus, vt ſibi aquam ad os colluẽdum exhiberet. Ea cum muſtus polenta cõmixtus a vetula traditum bibere cępiſſet, puer audacior et ridere et cererem gulę deditam eſſe iactare auſus eſt Quare Idignata ceres in faciẽ Ipudẽtis pueri muſtus ſimul ẽ polẽtã expuit,eũq; in ſtellionẽ aĩal varijs maculis infectũ commutauit. Omni pro fundo,in oĩ mari. Vdis capillis humidis,ꝓpter rores aũt nocturnum aurora humidos capillos fingitur hẽre. Ab Ætna,ab Ætnę incendio et cratere. Vnde et in ſacrificijs Cereris, quę myſteria et initia vocant,faces accenſas iactare ſolebant ad imitationem ipſius filiã inqrentis. Flãmiferas pinus,pinus arbor eſt ex qua optimę faces ↄficiunt.Duas aũt integras pinus maximas Ceres accendit,illiſq; pro facibus vtebat. Claudia-

Mos ſacrorum cereris *Pinus*

Extenuatur aquas, molliri membra videres,
Oſſa pati flexus, vngues poſuiſſe rigorem,
Primaq; de tota tenuiſſima quęq; liqſcunt,
Cęrulei crines, digitiq;, & crura, pedeſq;
Nã breuis in gelidas mẽbris exilibus vndas
Tranſitus eſt. poſt hęc humeri,terg ũq; latuſq;,
Pectoraq; in tennes abeunt euanida riuos.
Deniq; pro viuo vitiatas ſanguine venas
Lympha ſubit reſtatq; nihil, qđ ꝓndere poſſis.
Interea panidę nequicq̃ filia matri
Omnibus eſt terris, omni quęſita profundo.
Illam non vdis veniens Aurora capillis
Ceſſantem vidit, non heſperus. illa duabus
Flãmiferas pinus manibus ſuccẽdit ab Aetna
Perq; pruinoſas tulit irrequieta tenebras.
Rurſus vbi alma dies hebetarat sydera, natã
Solis ab occaſu, ſolis quęrebat ad ortus.
Feſſa labore ſitim conceperat, oraq; nulli
Colluerant fontes. contectam ſtramine vidit
Forte caſam, paruaſq; fores pulſauit. at inde
Prodit anus, Diuãq; videt, lymphãq; roganti
Dulce dedit, teſta, quod coxerat añ polenta
Dum bibit illa datũ, duri puer oris, & audax
Cõſtitit ante Deam, riſitq;, auidamq; vocauit.
Offenſa eſt, neq; adhuc epota pte loquentem
Cum liquido mixta perfudit Diua polenta
Cõbibit os maculas, & quę mõ brachia geſſit,
Crura gerit.cauda ẽ mutatis addita membris
Inq; breuem formã, ne ſit vis magna nocẽdi
Cõtrahitur, ꝑuaq; minor menſura lacerta eſt
Mirantẽ, flentẽq;, & tangere monſtra pauẽtẽ.
Fugit anum, latebraſq; petit, aptumq; colori
Nomen habet varijs ſtellatus corpora guttis.

nas vero fuerit hęc anus poeta quidẽ reticet,ſed Caper ĩ Virgilium ſcribit fuiſſe Megniram Celei ancillam,quę Cererem manu ꝑhenſam introduxit. Huic aſtipulat et Diomedes grãmaticus,qui et illud adijcit, puerum a Cerere in ſtelliõẽ conuerſum Iambũ fuiſſe vocatũ, vnde Iambus videtur eſſe nominatus. Dulce dedit, non mulſum,quod eſt ditiorum, ſed muſtum quo ruſtici quoque nõ carent, puto accipiendũ. Teſta, terreo vaſe,per quod ſignificat poeta vetulam eam inopẽ admodum fuiſſe. Polenta, cum ꝑpoſitio ſubintelligat. Polenta vero cibus ẽ grecis olim tam familiaris,q̃ puls Romanis,vterq; vero cibus eſt quo ruſtici ꝑcipueq; montani vtũtur. Duri oris, impudentes.Illi.n.duri eſſe oris dicuntur, qui ſunt impudentes. Auidam,guloſam. Epota parte, epotus modo actiuam,modo paſſiuã habet ſignificatiões, vt hoc loco. Sic Iuue.Epotaq; flumina Medo Prandente. Combibit os maculas,contrahit. Aptumq; colori Nomen habet, ſtellio vocatur,q̃ paruis ſtellis inſignitus eſſe videatur.Eſt autem paruum animal,quod(vt inquit Pli.) rore tãtum viuit. A ſtellione vero ſtellionatus crimen a iure ↄſultis deduci vr̃, vt.n.ſtelliones varij ſunt et verſicolores,ita impoſtores atq; deceptores, vt vilia videant pretioſa. arte quadam ac ſimulatione mendacijsq; efficiunt. Stellatus corda,ſtellatũ habẽs corpus,et guttis infectum quę ſtellę videantur

Megnira *Iambas Iambus* *Polenta* *Duri homines oris* *Epota* *Stellio Stelliõatus crimen* *Stellatus*

Fabulę ſextę quinti libri argumentum.

LACT. QVAS Dea etč. Cum Arethuſa nympha ſicilię fontis, qui humo preſſus ab Elide fluit, idicauiſſet Cereri a Dite raptam Proſerpinam, et illa ab Ione impetraſſet ſi fratris nuptijs contenta non eſſet, ea lege ab inferis duceret eam, ſi nihil guſtaſſet.

Quas Dea ꝑ terras, & quas errauerit vndas
Dicere longa mora eſt. quęrenti defuit orbis.
Sicaniam repetit, dumq; omnia luſtrat eundo
Venit et ad Cyanen, ea ni mutata fuiſſet,
Omnia narraſſet, ſed ⁊ os, & lingua volenti
Dicere non aderant, nec qua loqueretur, hēbat.
Signa tamen manifeſta dedit, totamq; parenti
Illo forte loco delapſam in gurgite ſacro
Perſephones zonam ſummis oſtendit in vndis.
Quam ſimul agnouit, tanq̃ tum deniq; raptā
Sciſſet inornatos laniauit Diua capillos,
Et repetita ſuis percuſſit pectora palmis.
Neſcit adhuc vbi ſit. terras tn̄ increpat omneis,
Ingrataſq; vocat, nec frugum munere dignas
Trinacriam ante alias. in qua veſtigia damni
Repperit. ergo illic ſęua vertentia glebas
Fregit aratra manu, pariliq; irata colonos,
Ruricolaſq; boues leto dedit, aruaq; iuſſit
Fallere depoſitum, vitiataq; ſemina fecit.
Fertilitas terrę latum vulgata per orbem
Sparſa iacet. primis ſegetes moriunt̄ in herbis.
Et mō Sol nimius, nimius mō corripit imber,
Syderaq; et venti nocent. auideq; volucres
Semina iacta legunt, loliumq; tribuliq; fatigāt
Triticeas meſſes, & inexpugnabile gramen.
Tum caput Eleis Alpheias extulit vndis,
Rorantesq; comas a fronte remouit ad aures.
Atq; ait, o toto quęſitę virginis orbe,
Et frugum genitrix immenſos ſiſte labores,
Neue tibi fide violenta iraſcere terrę.
Terra nihil meruit, patuitq; inuita rapinę.
Nec ſum pro patria ſupplex. huc hoſpita veni,
Piſa mihi p̄ria eſt, & ab Elide ducimus ortus.
Sicaniam peregrina colo. ſed gratior omni
Hęc mihi terra ſolo ē, hos nūc arethuſa penates.
Hanc habeo ſedem, quam tu mitiſſima ſerua.

Quam ob cauſam cum indicium fieret, aſcalapus hoſpes Acherontis filius ad iudicium primus deſcendit, docuitq; eam mali punici granum guſtaſſe. Quamobrē in auē bubonem abominādi ominis conuerſus eſt. Iuppiter autem ex ęquo Cereri, fratriq; tribuit, vt partem anni proſerpina apud virum, partem autem apud matrem ageret.

RAPH. QVĘrenti defuit orbis, nam cum totum perluſtraſſet Ceres terrarum orbem vbi quęreret filiam nihil ei loci reſtabat quare in Siciliam

Sicania eſt reuerſa. Sicanias Siciliam a Sicano rege appellatam Nec qua lo. ha. hoc eſt nec linguam qua loqui poſſet habebat.

Perſephone Perſephones zonas proſerpinę cingulū. Quam enim latini proſerpinam gręci perſephonen vocant

Trinacria Trinacriam ante alias, Trinacria, quę et Trinacris vocat̄, q tria acra et ꝓmōtoria habeat, cognominata fertur, vt ſuperius quoq; diximus Alij a trinacro rege cuius meminit Sibylla (vt Stephanus refert) ſentiunt fuiſſe dictam. A latinis etiam Triquetra, a triangulari, figura nominatur. A quibuſdam vero gręcorum Trinacia απο των τριναkος .i. tridente vocatur, q ei ſit ſimilis. Multa vero loca a rerū ſimilitudine nominant̄, vt Lyrneſus, Brundiſium Sardinia. In q̃ veſtigia damni Repperit, cauſa ē cur Siciliam in primis frugum munere indignas putet ceres q illīc mille ſuę iacturę ſigna inuenit ē amiſſę filię. Sęua manu, magna et robuſta. Parili leto, ſimili ac pari morti. Dare autem leto et morti interficere eſt. Aruaq; iuſſit Fal. de hoc eſt aruis mādauit, ne ſibi credita ſemina redderēt. Dare leto Depoſitum āt dr̄ qcqd apud aliquem cuſtodię grā collocat̄. Depoſitū Eſt vero figurata ac poetica locutio, fallere depoſitū, ꝑ eo qd eſt fallere hoies non reddendo ſemina credita atq; depoſita. Sparſa iacet, diſperſa marceſcit ac nullo ē i honore, nulluq; fructum hoibus pręber. Segetes, frumenta ſeminata. Eleganter autem ea oīa enumerat, qbus ſegetes corrumpunt̄. Et modo Sol nimius, nimia ſiccitas a calore Solis ꝓueniens. Nimius imber, nimia humiditas. Nam imber (vt ait Pli.) in herba tn̄ ſegetibus ē vtilis, florentibus aūt frumento et hordeo nocet. Syderaq; et venti nocent, ſydera tunc nocēt ſegetibus vnr̄ cum rubigines contrahunt. Nam rubigo (vt idem ſcri. Pli.) cęleſte eſt frugum vinearumq; malum nullominus noxium Rubigo Venti autem tribus tꝑibus nocent frumēto et hordeo, in flore aut ꝓtinus cū defloruere, vel matureſcere incipientibus. Semina iacta, grana ſeminata. Legunt, colligunt, et deuorāt. Loliū, tribuliq; fatigant. loliū ac tribuli herbę ſunt ſegetibus infeſtę. Fatigāt laborioſiores efficiunt. Lolium Tribulū Triticeas meſſes, tritici ſegetes Meſſis āt ꝓprie dr̄ tp̄s metendi et colligēdi frumēti, ſz ꝓ ſegete q̃q; interdū accipit̄, vt h loco. Meſſis Et iexpugnabile gramē, idomabile, q nulla rōne ita domari pt̄, vt nō renaſcat̄. Vr̄ āt ſiluis eē ꝑiphraſis. Gramē ſane ſpēs ē herbę fere vbiq; naſcētis q̄uis ſumpt̄r ꝓ herba frequēter gramen accipiat̄ Gramen

Elides tres

Eleis vndis,p ſubterraneas cauernas ab elide olympię vrbe venientibus.Tres aũt ſunt vrbes hoc noĩe, vna in Ægypto ab Eleo Tantali filio cognoĩata, altera in Arcadia tertia in Hiſpania vñ Eleus poſſeſſiuũ mõ triſyllabum, mõ Elieus q̃driſyllabum,

Eleus

mõ Eleius qnqueſyllabus declinatur. Alpheias ex. Arethuſa, quę Alphei Elidis fluuij filia eẽ vr. Nã Arethuſa(vt pauloante di-ximus)eadẽ cũ Alpheo eẽ putat.Quę.n.apõ piſam in Alpheũ p-ijciunt (vt ſcri. Pli.) eadẽ i Sicilia ab Arethuſa eijciunt,vñ fabulę datus ẽ locus,

Alpheias

Alpheũ Elidis fluuiũ Arethuſę nymphę amore captum, eas in Siciliã vſq; fuiſſe pſecutum. Rorantes co.ſtillantes capillos. A fronte re. ad au.a fronte vſq; ad aures repu. Geſtum

Vrinantium geſtus

aũt expreſſit vrinãtium,et ſub aqua natantiũ,q cumprimũ ex aqua caput extulerint, capillos a frõte ad aures vſq; manibus ambabus repellunt. Immenſos ſiſte la. hoc imenſis deſiſte laboribus filię quęrendę.Eſt aũt trãſitiuũ ſiſto,qḋ ſigt firmo ac ſtare facio

Violenta,indignata. Patuit,ſe apuit, vt Plutoni vna cũ rapta pſerpina ad inferos properanti aditum pberet. Nec ſum pro patria ſupplex, nec tibi p p̃rię meę excuſatione ſupplico.Hęc aũt idcirco ait ne mentiri putet

Piſa

Piſa mihi patria ẽ, Piſa Arcadię oppidũ iuxta quod Alpheus fluuius labit, vñ Piſeus derinat.Piſę vero piſarum numero tantum pluralí vrbs eſt Hetrurię clariſſima,vnde Piſanus.

RAPH. Arethuſa

MOTA loco cur ſim, Arethuſa venatrix fuit nympha Dianę comes,quę cũ forte ſe in Alpheo fluuio lauaret,ita Alpheum in ſui amorem pellexit,vt ipſam retinere conatus ſit,ſed cum in ſiciam vſq; fugientem Alpheus ſecutus eſſet, implorato Dianę auxilio in fontẽ ſui nominis fingitur fuiſſe conuerſa.Quod idcirco (vt diximus) fictus eſt,q quę iaciuntur in Alpheus purgamenta eijci ab Arethuſa in Sicilia fere eſt obſeruatum . Sunt autem multę Arethuſę et vrbes et fontes . Nam et

Arethuſę multę

Syrię et Euboeę eſt Arethuſa et Ithacę fons.Quanquam non ignobiles grammatici gręci ſcribant omnem fontem Arethuſam poſſe vocari απο του αρδευειν , hoc eſt ab irrigando. Aduehar ortygiam, ortygia duarum inſularũ eſt nomen,quarum altera eſt in Ægęo , quę et Delos dicitur,altera Sicilię adiacet,de qua Vir. lib.Æneí.iiij. Sicano pretenta ſinu iacet inſula ꝯ Plẽmirium vndoſum nomen dixere priores Ortygiam,Alpheũ fama eſt huc Elidis amnes Occultas egiſſe vias ſubter mare qui nũc ore Arethuſa tuo Siculis confunditur vndis. Hę vero duę inſulę ab ortygia vrbe Ætolię Ortygię

Ortygia

fuerunt denominatę (vt Phanedicus et Nicander ſcribunt) non autem a tranſmutatione Aſterię Latonę ſororis in ortygiam,hoc eſt cothurnicem,Delos Ortygia fuit appellata, ſed q oẽs Ortygię colonię illius , q̃ eſt in Ætolia fuerunt , indeq; nomen acceperunt. Hora tempeſtiua tempus ꝯmodũ, Leuata, liberata. Cura, dolore,et ſollicitudie. Subterq; imas ab ca. p ſubterraneas uias abducta

Mota loco cur ſim,tantiq; per ęquoris vndas
Aduehar Ortygiam, veniet narratibus hora
Tempeſtiua meis,cum tu curaq; leuata,
Et vultus melioris eris.mihi peruia tellus
Prębet iter,ſubterq; imas ablata cauernas
Hic caput attollo,deſuetaq; ſydera cerno.
Ergo dum ſtygio ſub terris gurgite labor,
Viſa tua eſt oculis illic Proſerpina noſtris.
Illa quidem triſtis,neq; adhuc interrita vultu,
Sed regina tamen,ſed opaci maxima mundi,
Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.
Mater ad auditas ſtuppit ceu ſaxea voces,
Attonitęq; diu ſimilis fuit,vtq; dolore
Pulſa graui grauis eſt amentia, curribus auras
Exit in ęthereas.ibi toto nubila vultu
Ante Iouem ſparſis ſtetit inuidioſa capillis.
Proq; meo veni ſupplex tibi Iuppiter inquit
Sanguine,proq; tuo,ſi nulla eſt gratia matris
Nata p̃rem moueat.neu ſit tibi cura pcamur
Villor illius,quod noſtro eſt edita partu.
En quęſita diu tandem mihi nata reperta eſt,
Si reperire vocas amittere certius,aut ſi
Scire vbi ſit rẽpire vocas,qḋ rapta feramus,
Dummõ reddat eã neq; enim prędone marito
Filia digna tua eſt,ſi iam mea filia non eſt.
Iuppiter excepit.commune eſt pignus,onuſq;
Nata mihi tecum ſed ſi modo nomina rebus
Addere vera placet,non hoc iniuria factum,
Verũ amor ẽ,neq; erit nobis gener ille pudori,
Tu mõ Diua velis,vt deſint cętera quantum ẽ
Eſſe Iouis fratrem?qḋ?q non cętera deſunt?
Nec cedit niſi forte mihi.ſed tanta cupido
Si tibi diſſidij eſt,repetet Proſerpina cęlum,
Lege tamen certa,ſi nullos contigit illic
Ore cibos.nam ſic parcarũ foedere cautum eſt.

Hic caput attollo,hic exeo. Deſuetaq; ſydera cer. aſpicio hinc ingt ſydera mihi deſueta, et non uiſa tãtiſper dũ fui ſub terra. Sed regina tñ,hęc ad cereris ꝯſolationẽ referunt,qbus tñ ipſa magis eſt exacerbata Repetitio aũt illius copulę ſed et rẽ a,n plificat,et oẽones exornat.Cũ.n.unũ dicat plura tñ eẽ unr. Opaci mũ.umbroſi iferni.Pollẽs ma.potẽs

vxor. Dolore pul.gra.p̄cuſſa, affecta magno dolore. Nubila triſtis, meſta. Inuidioſa, inuidiam Iou.u factura. Nata patrem moueat, Proſerpina .n. Iouis ex Cerere filia fuit. Conat̄ autem Ceres Ioui perſuadere, ne patiatur filiam a Plutone detineri. Nec ſit tibi cura Vilior illius, neq; illius ingt minore cura h̄eas q̄ ego ipſam pepi. En queſita diu, En ecce indignationem autem ſignificat. Si reperire vocas, ac ſi diceret, hoc eſſe potius amittere q̄ reperire. Quod rapta feremus, hoc eſt quod ſit rapta equo aīo tolerabimus, dummodo eam Pluto nobis reddat. Neq; .n. predone marito, cā eſt cur Proſerpina marito predone non ſit digna, q2 filia tua eſt. Predones (Predões) autem proprie dr̄ qui in mari latrocinantur, qui a grecis pyratę vocantur. Sed ſi modo nomina rebus, ſed ſi inquit nomina vera imponere volumus rebus, et his factis non iniuriam, hoc ſed amores eſſe cognoſcēus. Diffinitiua aūt vtit̄ p̄ſtitutione ad raptū excuſandū. Pudori (Pudor) dedecori. Pudor ē.n. timor iuſtę vituperationis. Tu modo diua uelis illum nobis eſſe generum. Vt deſint cętera vt demus omnia animalia Plutoni deeſſe. Nec cedit niſi ſorte mihi, nec Pluto inquit potentia a quoquam ſuperatur, pręterquā a me ſola, qui mundi partem meliorem q̄ ipſe ſortitus ſum. Nam mihi cęlum, inferi illi in mundi diuiſione obtigerunt. Diſſidij, ſeparationis, ac repudij. Cęlum, aerem. Si nullos contigit illic Ore cibos, hoc eſt ſi nihil apud inferos comedit. Qui.n.ibi aliquid guſtaſſet, ei illinc reditus non datur. Certum eſt, decretum eſt. Ieiunia ſoluerat, aliqd comederat. Simplex, rerū imperita. Puniceum pomum, malum granatum. Curua arbore, depreſſa pomorum multitudine.

PRESſerat ore ſuo, comederat. Solusq; Aſcalaphus, vt hoc loco narrat Ouidius. Acherontis ex Orphne nympha fuit filius, qui cum teſtatus eſſet Proſerpinam in Plutonis hortis ſeptem grana mali punici comediſſe, ab ipſa indignata in Bubonem peſſimi omnis auem fuit commutatus. Auernales infernales. Furuis antris nigris ſpeluncis. Et indicio reditum crudelis ademit, delatione ſua Aſcalaphus reditum proſerpinę eripuit, nec illam ad ſuperos redire p̄miſit. Regina Herebi, p̄ſerpina iferoꝝ regina. Eſt.n. Herebus inferni ps. Profanū, execrandū. Phlegethontide lympha. Phlegethōtis aq̄. Eſt.n. phlegethō vnus ex inferoꝝ fluuijs απο του φλεγεθειν, h̄ ē ab ardendo cognomiatus. Forma āt p̄nonymica p̄ poſſeſſiua eſt poſita. Ille (Herebus) (Phlegethon) thonſi.abla. h̄ ē ſua figura ac forma ſpoliatus.

Dixerat. at Cereri certum eſt educere natam.
Non ita fata ſinunt. quoniam ieiunia virgo
Soluerat, & cultis dum ſimplex erat in hortis
puniceum curua decerpſerat arbore pomum,
Sumptaq; pallenti ſeptem de cortice grana
Preſſerat ore ſuo, ſolusq; ex omnibus illud
Aſcalaphus vidit, quē quondam dicit Orphne
Inter auernales haud ignotiſſima nymphas,
Ex Acheronte ſuo furuis pepiſſe ſub antris.
Vidit, & indicio reditum crudelis ademit.
Ingemuit Regina Herebi, teſtemq; p̄fanum
Fecit auē, ſpſūq; caput Phlegethōtide lympha
In roſtꝝ, & plumas, & grandia lumīa vertit.
Ille ſibi ablatus fuluis amicitur in alis,
Inq; caput creſcit, longosq; reflectitur vngues
Vixq; mouet natas p̄ inertia brachia pēnas.
Fędaq; fit volucris venturi nuntia luctus
Ignauus bubo. dirum mortalibus omen.
Hic tamen indicio pęnam, linguaq; videri
Commeruiſſe poteſt. vobis Acheloides vnde
Pluma, pedesq; auiū, cū virginis ora geratis?

Amicitur, veſtitur coopitur. (in caput creſcere) Inq; caput creſcit, illi in caput creſcere dr̄, q̄ꝝ caput q̄ reliqua mēbra grandius efficit. Longosq; reflectit vngues, synegdoche poetica. Si.n. eſſet ſoluta ōro longi vngues reflectunt dicerenus, h̄ eſt reflexi & adunci fiunt. Fęda turpis aſpectu. Ignauus bubo, vilis ac imbellis. (Bubo) Bubo aūt nom̄ ē ficticiū a voce auis ipſius dictū.

Fabulę.vij.v.lib.ar.

HIC tñ etc. (LACT.) Sirenes Acheloi & Melpomenes muſę filię, cū p̄ſerpinā raptā reqrerēt, neq; eā vllo mō poſſent inuenire, et a Deis nouiſſime ipetrauiſſent, vt verſę i volucres non tantum in terrā, ſed ēt in mare reqſitā p̄ſeq poſſent, nouiſſime deuenerūt ad petrā maris, q̄ iminebat p̄xia pelago, hacꝫ ita factū fuit q̄diu earū vox audita nō eēt mortalibus, manerent icolumes. Forte Vlyxes monitu Circes p̄ternectus eſt, tū ſe p̄cipitauerunt. (RAPH.)

HIC tamen indicio fabulā fabulę (vt ſolet) eleg̃āter ānectit poeta. (Sirenes tres) Nā ſirenes tres fuiſſe dr̄ Acheloi fluuij et Calliopes muſę filię, ac p̄ſerpinę comites fidiſſimę. quā qdē cū et ipsę p̄ totū orbē terraꝝ q̄ſiſſet, nec vſq̄ ī terris eā reperirent, Deos rogarūt, vt alatę eſſ licerent, q̄ cōmodius ēt ī aqs p̄ſerpinā inquirere poſſēt. Quare ita in aues fuere p̄uersę, vt facies tñ virginea, voxq; humana illis remanerit. Hę iuxta fretū Siculū iſulas Sirenuſas hitantes tā ſuauiter canebāt, vt nautas illac trāſeūtes, aut ad ſe pellicerēt, aut ſopitos ſpoliarēt, atq; ſubmergerēt. Qua Vly. illac trāſiturus admonitus a Circe et ſociorum aures cera obturauit, et ſe ad triremis malū alligari iuſſit. Illę vero indignatę ſe in mare p̄cipitarūt. Earꝫ āt p̄ma Parthenope, altera Leucoſia, tertia Ligia fuit appellata. Dr̄ āt ſcirenes παρα το ειρω qđ ē dico, p̄poſita s lr̄a, vñ falluntꝰ q̄ illas putāt latine tracto s dici, cū p̄ ει diphthōgū grecā ſcribant nō p̄ y, ut ſcribit συρω, qđ ſigt traho. Acheloides, (achelous) Acheloi filię. Achelous v̄o Calydōię fluuius ē Oceāi

Achela-
ibus in
bibones

(vt in Theogonia ſcri. Heſio.) et Tethyos filius, Hic pro Deianira cum Hercule acriter pugnans tandem fuit ſupatus. Achelous qdem (vt refert Macr.) apud priſcos aqua dicebat. vñ Virg. lib. i. Geor. Pocula q; inuētus Acheloia miſcuit vuis. Cū virginis

An

ora geratis: cum faciem virginis hētis. An q: cū legeret, an particula ē interrogatiua, q̃ elegāter vtitur in ſoluendis queſtionibus ꝓ qua impia aut cō iunctionem repo-nunt. Protinus vt vías, hoc ē vt diligēter in mari qq; poſſetis ingrere ꝓſerpinam. Alaq; remis alarum remigio et agitatione. Faciles, benignos, vtpote q vobis ea, quę optabatis, cōceſſerunt. Ne tñ ille canor, cām exponit, cur totę in aues nō fuerint ꝓmutatę Sirenes, ſed virgineos vultus retinuerunt.

Sirenes
in aues
canor.

Canor natus, facultas canendi ingenita et a natura data Ad mulcendas aures, delectandas. Tantaq; dos oris, ſi. n. totę in aues fuiſſent mutatę, tam ſuauiter canere nunquam potuiſſent. Fabulę. viij. quinti libri argumentum. AT medius fratriſq; etc. Iuppiter diuiſit annum, vt proſerpina partim apđ virum, partim apđ matrem moraret,

LVCT.

et inferi et ſuperi. Quandiu. n. eſt cum matre proſerpina apud ſuperos, quandiu cum Plutone apđ inferos regnare dicitur. Hic autem idcirco fingitur q Luna quę eadem eſt cum proſerpina tāto tpe in cęlo lucere, quanto ſub terra videt latere.

VERTITVR, conuertitur, ac mutatur. Facies figura. Lęta deę frons ē, cereris et ꝓſerpinę lętā eē frontē accipere poſſumus. Ambę nanq; e męſtis ac triſtibus lętę atq; hylares ſunt effectę. De ꝓſerpina tñ ꝓcipue eē intelligendū, q̃ ſubijcit ſimilitudo apte oñdit. Victis e nu. ex diſſolutis nebulis atq; depulſis. Tunc. n. nubes a Sole vinci dñr, cū reſoluunt, atq; expellunt. Exigit expoſcit. Secura, ſine cura et lęta. cōcinne at ingredit poeta ad exponēdā meta morphoſin Arethuſę nymphę in eiuſdē nōis fontē

Arethuſa

Arethuſa nanq; (vt ipſa Cereris filię recuperatione lętę rogata narrat) nympha fuit venatrix, Dianę comes, q̃ eſtu defatigata, depoſitis veſtibus nuda in Alpheum fluuiorum limpidiſſimum cum deſcēdiſſet, forte in Alphei fluminis ipſius Dei amores incidit. Cum igitur Alpheus nudam eam perſequeretur, iamq; aſſecuturus foret, Dianam ipſa rogauit vt ſibi opē ferret. Diana vero eā curſu laſſā, ita nube texit, vt Alpheus qdē ea potiri nō potuerit. Sed cū eā ob nimiū ſudorē in aquam eē ꝯuerſam aīaduertiſſet, et ipſe humana depoſita figura eā uſq; in Ortygiam inſulam Sicilię adiacentē p ſubterraneas cauernas eſt ꝓſecutus. Sacer fons, oēs fontes nymphis ſacri eſſe dñr. Fluminis Elei, periphraſis eſt Alphei. In Achai. in Achaia. Legit, elegit aptas ad venandum ſiluas. Saltus, ſiluas, in qbus feręſaliunt. Poſuit caſ. tetendit retia, per quę ſigt ſe venatricem fuiſſe. Formoſę nomen habebam tñ eſt ſubaudiendum. Iuuabat, delectabat. Quaq; ali. gau. ſo. pulchritudinis inquit, qua alię nymphę ſolent gaudere me pudebat, aliciuique placere crimē ac flagitium eſſe putabam. Stymphalide ſil.

Stym-
phalies

An q; cum legeret flores proſerpina nemos,
In comitum numero mixtę Sirenes eratis?
Quam poſtq̃ toto fruſtra quęſiſtis in orbe
Protinus vt veſtram ſentirent ęquora curam,
Poſſe ſuper fluctus alarum inſiſtere remis
Optaſtis, facileſq; Deos habuiſtis, & artus
Vidiſtis veſtros ſubitis flaueſcere pennis.
Ne tñ ille canor mulcendas natus ad aures
Tantaq; dos oris linguę deperderet vſum,
Virginei vultus, & vox humana remanſit.
At medius fratriſq; ſui, męſtęq; ſororis
Iuppiter ex ęquo voluentem diuidit annum.
Nunc Dea regnoꝝ numen cōmune duoꝝ
Cū matre eſt totidē, totidē cū coniuge menſes.
Vertitur exemplo facies, & mentis, & oris,
Nam mō quę poterat Diti q̃ȝ męſta videri
Lęta Deę frons eſt. vt Sol, qui tectus aquoſis
Nubibus ante fuit, victis e nubibus exit.
Exigit alma Ceres nata ſecura recepta.
Quę tibi cā fugę? cur ſis Arethuſa ſacer fons?
Conticuere vndę, quarum Dea ſuſtulit alto
Fonte caput, virideſq; manu ſiccata capillos
Fluminis Alphei veteres narrauit amores.
Pars ego nymphaꝝ, quę ſunt in Achaide dixit
Vna fui, nec me ſtudioſius altera ſaltus
Legit, nec poſuit ſtudioſius altera caſſes.
Sed q̃uis formę nunq̃ mihi fama petita eſt,
Quāuis fortis eram, formoſę nomen habebā.

ergo Ceres exigit ab arethuſa, vt ſibi originem ſuam exponat. Arethuſa Achaidum nympharum formoſiſſima, cum ab Alpheo amne perſequeret, cuperetq; perſequentis impetum effugere, inuocauit dianam, cuius comes et vernula ſtudij fuerat vt laboranti inferret auxilium, obiectaq; ea nubi ne in conſpectum cupientis poſſet venire, tellure rupta in inſulam Aetnam admiſit per obſcurum iter, et i fontē cognoīs ſui Ortygiā vſq; ad ſupos euocauit, cuius liquore Alphei amnis infundit.

RAPH.

AT medius fratriſq; ſui Iuppiter inquit medius inter plutonem fratrem et Cererem ſororem, ne eorum alteri diſpliceret, ex ęquo annum diuiſit, vt ſex quidem menſes proſerpina cum matre, totidemq; cum marito foret. Ex ęquo diuidit, in duas ęquales partes diſtribuit. Duorum regnorum

Nec mea me facies nimium laudata iuuabat.
Quaq; alię gaudere ſolent, ego ruſtica dote
Corporis erubui, crimenq; placere putaui.
Laſſa reuertebar, memini Stymphalide ſilua.
Aeſtus erat, magnusq; labor geminauerat ęſtũ.
Inuenio ſine vortice aq̃s, ſine murmure eũtes
Perſpicuas ad humũ, per q̃s numerabilis alte
Calculus omnis erat, quas tu vix ire putares.
Cana ſalicta dabant, nutritaq; populus vnda
Sponte ſua natas ripis decliuibus vmbras
Acceſſi, primumq; pedis veſtigia tinxi
Poplite deinde tenus, neq; eo cõtenta recingor,
Molliaq; impono ſalici velamina curuę.
Nudaq; mergor aq̃s, quas dum ferioq;, trahoq;
Mille modis labens, excuſſaq; brachia iacto,
Neſcio quod medio ſenſi ſub gurgite murmur.
Territaq; inſiſto propiori margine fontis.
Quo pperas Arethuſa? ſuis Alpheus ab vndis
Quo properas? iterũ rauco mihi dixerat ore.
Sicut eram fugio ſine veſtibus, altera veſtes
Ripa meas habuit, tanto magis inſtat, & ardet.
Et quia nuda fui, ſum viſa paratior illi.
Sic ego currebam, ſic me ferus ille premebat,
Vt fugere accipitrem penna trepidãte colũbę,
Vt ſolet accipiter trepidas vrgere columbas.
Vsq; ſub Orchomenõ, pſophidaq;, Cyllenenq;,
Męnalioq; ſinus, gelidũq; Erimanthõ, & Elim
Currere ſuſtinui, nec me velocior ille.
Sed tolerare diu curſus ego viribus impar
Non poteram, longi patiens erat ille laboris.
Per tamen & cãpos, & opertos arbore montes,
Saxa quoq; & rupes, & qua via nulla cucurri.
Sol erat a tergo, vidi pręcedere longam
Ante pedes vmbrã, niſi ſi timor illa videbat.
Sed certe ſonituq; pedum terrebat, & ingens
Crinales vittas afflabat anhelitus oris.
Feſſa labore fugę fer opẽ, depndimur inquam,
Armigerę Diana tuę, cui ſępe dediſti
Ferre tuos arcus, incluſaq; tela pharetra.
Mota Dea eſt, ſparſisq; ferens e nubibus vnam
Me ſuper iniecit, luſtrat caligine tectam
Amnis, & ignarus circum caua nubila q̃rit.

Stymphalus vrbs eſt Arcadię, et planicies et fons, vnde Stymphalum poſſeſſiuum et Stymphalis deducunt. **Vortex** Sine vor. ſine aquarũ vertigine. Vortex eſt aqua in ſe contorta. Perſpicuas ad humum, claras ac limpidas vsq; ad harenam. Calculus, lapillus. Numerabilis erat, poterat numerari propter aquę perſpicuitatem. **Poples** Poplite deinde tenus, hoc eſt vsq; ad genu. Eſt.n. poples genu ps poſterior. Labens, natãs. Mille.m.varijs modis. Numerus.n.finitus pro infinito ſępe a poetis ponitur. Excuſſa, concuſſa. Geſtum autem exprimit natantium, qui et concutere et iactare brachia ſolent. Propiori margi. propinquiori ripa. **Margo** Margo enim dicitur vniuſcuiuſque rei extremitas. Suis Al. ab vn. **Alpheus** Alpheus fluuius eſt Elidis, dictus q; ἀλφους.i. impetiginis curet. Hic autem fluuius multa ſecum in mare flũina refert (vt Pauſanias narrat) memoratu digna. Rauco ore, rauca voce, quale murmur ſolet eſſe fluentium aquarum. Altera ve. cã eſt cur ſine veſtibus fugeret, i altera nãque ripa fuerant relictę. Et q; nu.fui, hoc laſciuius, q̃ vt heroico carmini cõueniat dictum eſſe videtur. Paratior, ad vim patiendam. Premebat, vrgebat. Vt fugere accipit. ẽ ſolent ſubintelligaĩ, eſt.n. hypozeugma. His autem ſimilitudinibus et Arethuſę fugientis, et Alphei perſequentis celeritas declarat. Vsq; ſub orchumenõ, varia enumerat loca, ad quę fugiens peruenit Arethuſa. **Orchomenos** Orchomenos autem vrbs eſt Bęotię ſonte Muſis dicato nobiliſſima Theſſalię quoq; ẽ et mons et vrbs, ac ẽ Arcadię et põti. Sophidaq;, ſic quidem corrupte in exemplaribus legiĩ, Pſophida nanq; ab Ouid. ſcriptũ fuiſſe facile ꝯtenderim. **Pſophis** Eſt enim Pſophis variarum vrbium nomen. Nam et Arcadię vrbs eſt a pſophide Lycaonis vel (vt alij volunt) Erycis filia denominata, et Arcananię, et Achaię, vnde Pſophidius deducitur. Eſt et Libyę vrbs Pſophis, vñ Pſophites nomen patrium more gentis deducitur arx quoq; zacynthiorum Pſophis vocabaĩ, vt Pauſanias ait. Cyllenen autem et Męnalon, et Erimãthon Arcadię eẽ montes iam ſępius diximus. **Elim** Elim vero eiuſdem Arcadię vrbem ab Eleo Tantali filio appellatam.

RAPH. SOL Erat a tergo, exponit Arethuſa, quo modo cognouerit ſibi Alpheum imminere ac ꝓpinquũ eẽ. Sol inquit poſt terga erat, eoq; ante me vmbras iaciebat. **Niſi ſi** Niſi ſi timor illa videbat, niſi forte, inquit, perterrita mihi eam vmbram videre videbar. Notandũ aũt ſi coniunctionẽ interdum cũ niſi eleg̃ter copulari, q̃uis ſenſui neceſſaria nõ videatur. Videbat, videre faciebat, timore nanq; oculi ſępenumero decipiuntur. Ingens anhelitus, maximus ſpiritus. Feſſa labore fugę, o fatigata inquit fugiendi labore Dianam rogaui vt mihi opitularet. **Deprehendere** Deprendimur, cõprehendimur. Deprehẽdi.n. ꝓprie dicimẽ q mali aliqd cõmittẽtes inuenimẽ. **Armigerę** Armigerę tuę, proprię

prie vixit,nam armigeri non oẽs milites dicunt (vt vulgus putat) ſed q principibus arma gerunt

Arethuſa in fontẽ. in pugnaq; ſubminiſtrant. Ferre,ferendos.verbũ enim pro pcipio poſitũ eſt.Sic Virgi.Magnũ dat ferre talentũ. Me ſup iniecit, ἀντιστροφη, ppoſitio.n.q̃ pponi debet poſtpoſita eſt. Luſtrat,circũit me inqt nube coopertam Alpheus q̃rẽs circuivit. Ignarus,vbi eẽm.

An Ne An ne φ agnę,an et ne interdum qdem a poetis copulantˀ,ſed frequentius ſeparatum ponuntur.

Vepres. Qui vepre latens, occultus in ſpinis.vepres nãque ſpinę dicuntur.

Nõ tñ abſcedit, Alpheus. Seruat,cuſtodit. Occupat obſeſſos,pulchraphantaſia fingit poeta Arethuſaʒ in aquã fuiſſe conuerſam. Qui.n.plus ęquo ſudat,facile in aquaʒ videtur reſolui.

Sudoris frig. Sudor frigidus, ſudor qui ex nimio labore pueniẽt calidus eẽ ſolet.q vero ex nimio timore,frigidus. In latices,in aq̃s.

Os oris. Poſito ore, depoſita figura,ac forma virili,

Delia. Delia, Diana vna cuʒ Apolline in inſula Delo nata. Cęcis cauernis,occultis terrę foraminibus. Hoc autem idcirco fingitur,quia Alpheum per ſubterraneas vias(vt diximus) ad Ortygiã vſq; inſulam,vbi Arethuſa vocatur puenire fuit obſeruatum.

Ortygia Aduehor Ortygiam,Ortygia et Delos dicitˀ, φ in ea primus Ortyges fuerint viſę,vt qbuſdam placet,ẽ Inſula Sicilię adiacẽs. Quidam vero aiũt vtranq; ab Ortygia oppido Ætolię denominatã fuiſſe φ illinc profecti coloni vtranq; tenuerint.

Cognomine Diuę, Dianę, nam et Delia et Ortygia ab eadem inſula Diana cognominatur.

Fabulę.viiij.quinti libri argumentum.

Biſq; locũ, quo me Dea texerat, inſcius ambit.
Et bis Io Arethuſa, Io Arethuſa vocauit.
Quid mihi tunc aĩ miſerę fuit? an ne φ agnę
Si qua lupos audit circũ ſtabula alta fremẽtes?
Aut lepori? qui vepre latens hoſtilia cernit
Ora canũ,nullosq; audet dare corpore motus?
Nõ tamen abſcedit,neq; enim veſtigia cernit
Longius vlla pedum, ſeruat nubẽq;, locumq;.
Occupat obſceſſos ſudor mihi frigidus artus,
Cęruleęq; cadunt toto de corpore guttę.
Quaq; pedẽ moui, manat locus, eq; capillis
Ros cadit, & citius, q̃ nunc tibi fata renarro
In latices mutor. ſed enim cognoſcit amatas
Amnis aquas, poſitoq; viri, qđ ſumpſerat,ore
Vertitˀ in proprias. vt ſe mihi miſceat, vndas.
Delia rupit humũ, ceciſq; ego merſa cauernis
Aduehor Ortygiã, quę me cognomine Diuę
Grata mihi ſuperas eduxit prima ſub auras.



Hac Arethuſa tenus,geminos Dea fertilis angues
Curribus admouit, freniſq; coercuit ora.
Et medium cęli, terręq; per aera vecta eſt.
Atq; leuem currum Tritonida miſit ĩ vrbem
Triptolemo, partimq; rudi data ſemina iuſſit

LACT. HAC Areth.etc.Triptolemus a Cerere fruges diuidendas accepit p terras,curruq; draconibus iunctum cũ feciſſet,nouiſſime delatus eſt in Scythiã, et a Lynco rege exceptus hoſpitio,cui cũ expoſuiſſet qualiter a Dea eẽt honoratus,inuidia honoris inſtinctus dormientẽ,vt interficeret aggreſſus eſt. Dea memor nuncq fui,vt quem dignũ habuerat diuini honoris conſeruaret, antequam occideretur,hoſpitem in lyncem feram cõuertit.

RAPH. HAC Arethuſa tenus. hactenus inqt Arethuſa fuit locuta,Lynci autem Scythię regis metamorphoſim in lynca ferum.eleganter cũ ſuperiore fabula connectit poeta. Ceres enim recepta filia Arethuſaq; auditis Athenas aduolauit, curruniq; a draconibus alatis vectum Triptolemo donauit, quo frumenti vſum et agriculturam mortales doceret.Is igitur cum ad Scythiam vſq; perueniſſet,Lynco Scytharum rege hoſpitio ſuſceptus, paulus adfuit quin interficeretur.Nã Lyncus cum aduentus cauſas pcepiſſet, Triptolemi glorię inuidens

Triptolemus. eus ſomno oppreſſum aggreſſus eſt. Quare Ceres idignatam Lyncuʒ in lynca feram cõmutauit.Hac autem gloria Triptolemuʒ Ceres affecit,φ (vt pauſanias narrat) filię Celei,Cererem ipſaʒ laſſam ẽ triſtẽ.φ q̃rens filiam in puteum nomine floridũ qui in Attica religionis gratia monſtrabatur,ociderat,a Nili ſpecie tanquam Arginã mulierem ad matrem Meganiram deduxerunt, quę quidem illi Triptolemum filiuʒ tradidit educandum.Ceres autem per noctem igne puerum fouebat,vt ipſum efficeret immortalem . Sed ma-

ter excitata illũ ex igne extraxit, ita dea voto fruſtrata, vt ſaltem hoc mõ ipm clariſſimũ redderet, ꝯceſſit illi currũ ſuũ, quo frumẽti ſationem ꝑmus oium mortalibus idicaret. Dea fertilis, ceres dea

RAPH. fertilitatis. In vrbẽ Tritoni. periphraſis eſt Athenaꝝ, q̃ ab Athena, hoc eſt pallade, q̃ ẽ Tritonia, ẽ. Tritonis dr, fuit cognominata.

Lyncus in lyncẽ **Tritonis** **Triptolemus** Triptolemo, Triptolemus filius fuit Celei et Meganirę vel (vt qdã aiunt) Menalines vel (vt alij) Deiopes, q (vt Trogus ſcri.) primus oium in Attica ſerẽdi frumenti rõnem monſtrauit. Itaq; locus fabulę datus. quã in iiij. Faſtoꝝ pleniſſime exequr poeta.

Rudi humo. incultę terrę. Et Aſida terrã, Aſiã. Scythicas oras, ad ſeptẽtrionem.

Scythę Scythę nãq; populi ſunt ad ſeptentrionẽ, quos vulgus Tartaros vocat.

Qua veniat, per q̃ loca, et quo modo. Peruius ęther, penetrabilis aer. Dona ce. ꝑiphraſis eſt frumẽti. Barbarus inuidit, q2 Barbarus inuidia motus ẽ. Ferro, enſe p metonymiã. Ferrum. n. ex quo conficitur enſis pro ipſo ponit enſe. Figere, transfigere.

Lynx Lynca, accuſatiuus eſt grecus. Lynx autem fera eſt maculoſa Baccho dicata. Mopſopius iuuenem, Athenienſes. Attica. n. etiam Mopſopia a Mopſopo

Mopſopia **Athenarum nomina** rege fuit appellata. Nã (vt Strabo refert) Athenaꝝ vrbis varia nomina fuerunt, nã ab Actęone Acticã. ab Attide Cranai filia Attidẽ ẽ Atticã, a quo et inquilini Cranai vocant. Mopſopiam a Mopſopo, Ioniam a filio Xuchi Ione. Poſſidoniã, ſiue Neptuniam a Poſſidone, ſiue Neptuno. Athenas ab athena. i. Minerua, denominatas fuiſſe aiunt. Sacros iugales, dracones eidem iugo ſubiectos.

Fabulę. x. quinti libri argumentum.

LACT. FINIerat doctos etc. Pieri, q Macedoniã poſſedit et Euipes nouẽ filię inſolẽti dum gloriarent muſas

Spargere humo, ꝑti poſt tpa longa recultę.
Iam ſup Europen ſublimis, et Aſida terram
Vectus erat iuuenis, Scythicaſq; aduertit oras,
Rex ibi Lyncus erat, regis ſubit ille penates
Qua veniat, cauſamq; vię, nomenq; rogatus.
Et patriã. patria ẽ clare mihi dixit Athenę.
Triptolemus nomẽ, veni nec puppe p vndas
Nec pede p terras. patuit mihi puius ęther.
Dona fero Cereris, latos q̃ ſparſa p agros
Frugiferas meſſes, alimẽtaq; mitia reddant.
Barbarus inuidit, tantiq; vt muneris auctor
Ipſe ſit. hoſpitio recipit, ſomnoq; grauatum
Aggreditur ferro. conantẽ figere pectus
Lynca Ceres fecit, rurſuſq; p aera iuſſit
Mopſopiũ iuuenem ſacros agitare iugales.
Finierat doctos e nobis maxima cantus.
At nymphę viciſſe Deas Helicona colentes
Concordi dixere ſono. conuitia victę
Cum facerent, quĩ dixi certamine nobis
Supplicium meruiſſe parũ eſt, maledictaq; culpę
Additis, & non eſt patientia libera nobis,
Ibimus in pęnas, qua vocat ira, ſequemur.
Ridẽt Emppędes, ſpnuntq; minãtia verba,
Conatęq; loq, & magno clamore ꝓteruas
Intẽtare manus, pẽnas exire per vngues
Aſpexere ſuos, opiri & brachia plumis.
Alteraq; alterius rigido concreſcere roſtro
Ora videt, volucreſq; nouas accedere ſiluis.
Plangere dũq; volũt p brachia mota leuatę.
Aere pendebant nemorũ conuitia picę.
Nunc q̃3 in alitibus facundia priſca remanſit,
Raucaq; garrulitas, ſtudiũq; imane loq̃ndi.

in certamia ꝓuocarũt, cãtuq; q̃uaꝝ vna carmen exorſa ẽ, q gigãtes aduerſus Deos ꝯtenderint, ex qbus Tipheus terrigena deformitate terruiſſet Deos cõpulſos i Ægyptũ, vbi Iuppiter ob metũ in arietem verſus ẽ. Apollo in coruũ. Liber i caprã. Diana i ſilẽ. Iuno i vaccã. Venus in piſcẽ. Inuicẽ ãt muſę cũ Cereris laudes ceciniſſent, ẽ q̃r Typhoeus Ætnę montis Sicilię ſubiectus eſt. Pierides victę in picas ſunt transfiguratę.

RAPH. Finierat doctus, Pieri filię nympharũ ſnia a Calliope muſaꝝ ꝓſtãtiſſima ſupatę cęperunt ẽ nymphas, et muſas ipſas ꝯuicijs inſectari, quã rẽ qdẽ ęgre ferẽtes muſę, eas in picas ꝯuerterũt, q̃ ingenitã retinuiſſe vrũt loquacitatẽ. Deas Helicona co. muſas Heliconẽ habitãtes. Cõcordi ſono, vna omniũ ſnia. Maledicta, ꝯuicia, ꝯtumelias. Et nõ eſt patiẽtia libera nobis, hoc ẽ qm̃ has ꝯtumelias pati nõ poſſumus.

Ibimus in pęnas, vos pęnis ac ſupplicijs afficiemus. Ridẽt Euippe. Euippes filię, patronymica nãq; eſt forma. legit ẽt pęonides. Spernũt. ꝯtẽnunt.

Intentare Intẽtare, in nos frequenter intẽdere, qd̃ minãtes facere ſolent. Cõcreſcere, coaleſcere. Accedere, adijci, adiungi. Plangere dũq; volunt, dum inquit pectora ſua

Pierides in picas manibus plangere vellẽt, in aera leuatę pẽdere cęperũt. Nemoꝝ conuicia, q̃ in nemoribus conuicia iactare non deſiſtunt. Facundia priſca, loquacitas priſtina. Studiumq; immane, maxima cupiditas.

Fabulę primę ſexti libri argumentum.

LACT. PRębuerat etc. Arachnes Lydia Idmonis filia, cuius mř genitu Hipellis ſtudio lanificij famã ꝯſequerat, cũ materna induſtria cunctas ſuꝑaſſet in opere faciẽdo iſtis diebus inſolentius gloriata ẽ mortalẽ decuit, elocuta eſt. Nã Minerua a q̃ docta fuerat ad certamẽ ꝓuocauit. Quę in anũ verſa in hi ad

eam uenerat, ut audacię impetum ocio ſuturum compeſceret. Quam cum uidiſſet in certamine ꝑmanentem, reuerſa in ſuam ſpeciem opere ꝓpoſito in certamen deſcendit, et ſingula quę ſequunt inſeruerunt telę. Tandem prius Mineruа, dehinc Arachne. Sunt enim quędam neceſſaria poſita inter uerſus quę repreſentant opus utriuſq.

RAPHAELIS Regij in Metamorphoſeos Ouidij Libꝝ enarratões.

RAPH. PRęberat dictis certamina muſarum cum Pieri filiabus cum Pallas audiſſet, forte ei in mentem uenit, qua pęna et ipſa Arachnen Lydiam puellá, quę ſe pallade ipſa lanificij peritiorem eſſe contendebat, afficere deberet. Si autem et librum libro, et fabulam fabulę eleganter poeta connectit.

Tritonia Tritonia, Pallas a Tritonide palude Libyę, ubi primum in uirginali habitu apparuit (ut Herodo. in quarto narrat) Tritonia fuit cognominata. Vnde aiunt Palladem Neptuni ē Tritonidis paludis fuiſſe filiam, eam autem neſcio quid a patre reprehenſam donaſſe ſe Ioui, ac Iouem ſibi illam filiam aſciuiſſe. Steſichorus autem primus aſſeruit palladem armatam ex

Triton capite Iouis ꝓſiluiſſe eoq; Tritoniá appellatam, ꝙ τριτω caput uocatur. Sane Triton palus eſt et fluuius Beotię et Libię, apud quarum alterum pallas uidetur nata, ut ſcribit

Arachnes Argonauticon enarrator. Vnde et Tritonia, et Tritogenia uocatur, quamuis quidam ωπο του τρειν, hoc eſt a terrendo ꝙ aduerſarijs

terrorem incutiat, Tritoniá dedinari putent, vel ꝙ τριτη, id eſt tertiam poſt Apollinem et Dianam genita ſit, vel ꝙ τριταια. i. tertia die menſis appareat. Eadem enim cum Luna putatur. Tertiam vero menſis diem τριτομηνιδα vocabant, qua quidem die pallas nata eſſe videtur. Vnde et Feſtus is dies, vt ipſius natalis agebat Athenis, quemadmodus Romę quinquatria.

Aonidum, muſarum.

Probauerat, laudauerat. Tum ſecum, dixit aut locuta eſt ſubaudiatur.

Laudare parꝝ eſt, non ſatis eſt inquit alios laudare, niſi et nos laudémur. Męonię, Lydię a Męone rege. Arachnes Arachne Lydia fuit puella Idmonis Colophonij filia Lanificij ꝑitiſſima, quę cũ ſe palladi anteferret, eamq; in certamen ꝓuocare auſa eſſet, ab ipſa quidem in Vetulam conuerſa admonet, vt ab incępto deſiſtat, ac temeritatis ſuę veniam a Dea ſuppliciter petat. Cęterꝝ Arachne ea admonitione inſolentior facta nullo pacto Minerue cedere animum inſtruxit. Quare Dea Idignata depoſita vetulę forma, ē in certamen deſcendit, et Arachnen ſuperatam in araneá cõmutauit, q pristinę artis nõ imemor tenuiſſimas telas nunquá ꝓtexere deſiſtit. Hoc vero in deſcribẽdo certamie poeta multas exponit transformationes. Ná vtraq; telá, quá cõficit, varijs imaginibus diſtiguit, qs apte poeta deſcribit. Lanificę ar. lanificij. Colophõius Id. Colophõ Lydię vrbs ē Apollinis oraculoꝰ clara. Męonia Colophõ



P. Ouidij Naſonis Metamorph. Liber VI.

PRębuerat dictis Tritonia talibus aures,
Carminaq; Aonidum, iuſtá probauerat iram.
Tum ſecum, Laudare parum eſt, laudemur ꝗ ipsę.
Numina nec ſperni ſine pęna nr̃a ſinamus,
Męonięq; aium ſatis intendit Archanes,
Quam ſibi lanificę non cedere laudibus artis
Audierat. non illa loco, nec origine gentis
Clara, ſed arte fuit. pater huic Colophonius Idmon
Phocaico bibulas tingebat murice lanas
Occiderat mater, ſed ꝗ hęc de plebe, ſuoq;
Aequa viro fuerat. Lydias tamen illa ꝑ vrbes
Quęſierat ſtudio nomen memorabile, q̃uis
Orta domo ꝑua ꝑuis habitabat Hypępis.
Huius vt aſpicerent opus admirabile ſępe
Deſeruere ſui nymphę vineta Tymoli.
Deſeruere ſuas nymphę pactolides vndas.
Nec factas ſolum veſtes ſpectare iuuabat,
Tunc q̃z cum fierent, tantus decor affuit arti
Siue rudem primos laná glomerabat í orbes,
Seu digitis ſubigebat opus, repetitaq; longo
Vellera mollibat nebulas ęquantia tractu,

Phocaico mu. phocaica purpura. Eſt enim murex piſcis, ex cuius ſanguine purpureus conficitur color. Phocea autem et Ionię et Carię vrbs eſt a Phocea Phocis, quę Ionicę conditores ſecutę dicuntur, appellata. Vnde ſoluta diphthongo Phocaicus decli Phocaicus natur. Æqua, par et ęqualis. Paruis Hy.

Confeſſa iram, prę ſe ferens et oſtendens indignationem. Vultibus vultuis mutationibus obſcuram Pallada, ſub figura anus latentem. Reſecuta eſt, proſecuta eſt, ac reſpondit. Mentis inops; ſtolida ac demens. Confecta, exhauſta, euacuata omnibus et animi et corporis viribus.

Hypepa Hypępa Lydię vrbs eſt monti adiacens. Vnde etiam nomen fuit inditum, quaſi υποχιονος, hoc eſt ſub cacumie et vtice ea dono Veneris pulcherrimas mulie Tymolus res dicitur ferre.

Tymoli, Tymolus, qui et Tmolus dici Pactolus tur mons eſt Lydię vitibus conſitus.

Pactolides, Pactoli lydię fluuij harenis aureis clariſſimi filię. Tunc quoque cum fie. Sed eſt ſubaudiendum, vt intelligamus, Sed tunc quoque cum fierent ſpectare iuuabat.

Tantus decor, acclamatio eſt admirationem artis ſignificans. Subigebat, domabat.

Mollibat, mollia reddebat. Longo tractu, longa productione. Lanę enim ille ſic protrahebantur, vt nebulę videri poſſent. Seu verſabat, voluebat, hoc eſt filabat. Scires, ſcire poſſes. Offenſa, indignata. Tanta magiſtra, quanta eſt pallas. Nihil eſt quod victa recuſem, nullam eſt inquit pęnam quam ego victa recuſare velim.

RAPH. Pallas in anum PALLAS anum ſimulat, Mineruę in veculam Metamorphoſis aperte deſcribitur.

Siue leui teretem verſabat pollice fuſum,
Seu pingebat acu, ſcires a pallade doctam.
Quod tñ ipſa negat, tantaq; offenſa magiſtra,
Certet ait mecum. nihil eſt quo victa recuſem
Pallas anum ſimulat, falſosq; in tpe canos
Addit, & infirmos baculo q̃3 ſuſtinet artus.
Tunc ſic orſa loqui, nō omnia grandior ętas
Quę fugiamus h3. ſeris venit vſus ab annis,
Conſilium ne ſperne meum. tibi fama petat,
Inter mortales faciendę maxima telę.
Cede deę. veniamq; tuis temeraria dictis
Supplice voce roga. veniā dabit illa roganti.
Aſpicit hanc toruis, inceptaq; fila reliquit,
Vixq; manus retinēs, cōfeſſaq; vultibus iram
Talibus obſcurā reſecuta eſt Pallada dictis.
Mentis inops, longaq; venis confecta ſenecta
Et nimium vixiſſe diu nocet. audiat iſtas,
Si qua tibi nurus ē, ſi qua eſt tibi filia, voces.
Conſilij ſatis eſt in me mihi, ne ve monendo
Profeciſſe putes, eadem eſt ſententia nobis.
Cur nō ipſa venit? cur hęc certamina vitat?
Tunc Dea venit, ait, formāq; remouit anilē,
Palladaq; exhibuit, venerāt numina nymphę
Mygdonidesq; nurus. ſola eſt iterrita virgo.
Sed tñ erubuit, ſubitusq; inuita notauit,
Ora rubor, rurſusq; euanuit, vt ſolet aer
Purpureus fieri, cū primū aurora mouetur,
Et breue poſt tēpus candeſcere Solis ab Ortu.
Perſtat in incępto, ſtolideq; cupidine palmę
In ſua fata ruit. neq; enim Ioue nata recuſat,
Nec monet vlterius, nec iā certamine differt.
Haud mora. cōſiſtunt diuerſis ptibus ambę,
Et gracili geminas intendunt ſtamine telas.
Tela iugo iūcta ē, ſtamen ſecernit harundo.
Inſeritur medium radijs ſubtegmen acutis,

Et ni. vixis. diu no. eā ſigt delirare. Palladaq; exhi. ſe tulit, ac oñdit ſe palladē eſſe. Migdonidesq; nu. Migdonia Macedonię pars ē, et phrygię a Mygdone cognominata, e phrygia vero multę conuenerant mulieres, vt Arachnes opera ſpectarēt, q̄ oēs pter vnā Arachnen, venerate ſunt deam. Inuita ora, hyppallage eſt, nam ipſius inuitę ora intelligunt nolebat. n. Arachne pudens videri. Euanuit, repente et ſubito abijt. Cū primū Aurora mouet, qñ primū Aurora incipit oriri. Cādeſcere, candidus fieri. Perſtat in incęp. pſeuerat in incępta ptinacia, vt cū pallade ptendat.

Migdonia

Euaneſcere

Stolidę pal. ipſa ſtolida ē. n. hyppallage.

In ſua fa. in finem ſibi fatorꝫ lege ſtatutū. Intendunt dirigunt, ordinunt. Gracili ſta. tenui, ſubtili.

Tela iugo iuncta eſt, miranda vtriuſq; oſtendit celeritatem Iugum autem dr̃ lignum illud cui ſtamia appendunt et alligant. Secernit diuidit et diſtinguit.

Iugum

Sub teg. i. qd̃ ſtamini inſerit, qd̃ ēt trama vocatur.

Falſos, ſimulatos. Infirmos ar. membra quę infirma eſſe fingebat. Grandior ęt. ſenectutis eſt periphraſis. Vſus peritia rerum. Recte autem ſenilem commendat ętatem, vt maior ſibi fides adhibeatur. Cede Deę, ne contendas cum Dea. Vixq; ma. re. a verberanda Dea ſubintelligatur.

Radijs acu. radius inſtr̃ ē q̄ textores ſubtegmē iſerūt ſtamini. Elegāter āt oia deſcribit poeta, q̄cunq; i pficiēda tela fieri ſolēt. Expediūt aptāt, accōmodāt. Atq; iter ſta. du. piphraſis ē ſubtegminis. Id. n. dētibus pectinis iculcat. Eſt āt pectē textoriū inſtrm notius q̄ vt ſit deſcribendū. Cinctęq; ad pectora veſtes, morem textricus exprimit, ad pectus enim vsq; veſtes ſubducunt.

Palladis tela

Radius

Pecten

cunt. Studio, vincendi cupiditate. Illic et Tyrium, purpura ingt Tyria nobiliſſima intexitur. Nã Tyrus phenicie inſula eſt a Tyro phenicis filio appellata, vbi olim p̃cioſiſſima purpura fiebat.

Tyrus

Et tenuium. ex varijs coloribus vmbre ꝯficiunt quo imagines extare videant, qđ in pingẽdo diffi cillimũ eſſe putatur.

filias ob inſolentiam ab eadẽ Dea in gradnũ templi ſui lapidẽ mutatas, p q̃ exempla frangi poſſet de Minerue numine, fineq; operis ſui explicuit, Is modus eſt, operisq; ſua facit arbore finem.

CECropia arce, Athenienſi, a Cecrope Athenarum rege. Scopulũ Mauortis, ariopagum dicit, q Martis villa interp̃tatur, ἄρειος nãq; Martius, πάγος villa dr̃. Eſt at̃ Athenis promontoriũ idcirco a Marte cognominatũ, q Halirthothius Neptuni filiũ eo in loco interfecit ꝓpter Alcippen eius filiã, vt Philochorus ſcribit in ſecundo de attica libro. Telam autem palladis primũ deſcribit poeta, in cuius initio et Ariopagus erat depictus, ẽ Dij iudices erãt effecti, q ſententijs decidederent, vtrum pallas an neptunus vrbi illi ꝯditę nomẽ imponere deberet. De hoc enim ꝯtendebat. Dij aũt ſic ſtatuerũt, vt q rem humano generi cõmodiorem inueniſſet, is vrbi nomen imponeret. Cũ igit Neptunus tridẽte pcuſſiſſet terram, equus exiluit. Pallas vo haſtę cuſpide terra pcuſſa oliuas in luces eduxit, q̃ mortalibus commodior indicata Palladem victricem effecit.

RAPH. Ariopagus

Rhodope et hemus in montes. Pygmea in gruẽ. Antigõe in ciconiam. Cynarę filię i ſaxa.

Ab ibre. poſt pluuiã. hac at̃ ſimilitudine oñditur q̃ varijs telę illę coloribus diſtinctę forent. Solibus, Solis radijs. Arcus, Iris. Lõgũ cę. longi aeris ꝑtem. Trãſitus, vnius ingt coloris ad aliũ tranſitus oculos decipit. q cũ ſint diuerſi, ijdem t̃n eſſe vĩr. Vſq; adeo, qđ tangit idẽ eſt, inuicẽ ingt is qui alij coniungitur color ſimilis ei eſt, vt idem eſſe videat, cũ tamẽ diſtet et differat. Eſt autem accla matio artificis continens admirationẽ.

Lentum au. flexibile. Vetus ar. antiqua fabula. Deducitur, effingitur. ꝓprie autem deduci et fila et carmina dicũtur, et quicqd in lõgum protrahitur.

Deduci. Arachnes cũ pal[la]de certa[me]n.

Certamen Minerue ſub vno capite.

Fabulę primę certaminis Minerue argumentum.

LACT. CECRopia Pallas etc̃. Minerua incipit, itaq; telę ſuę intexuit ꝯtentionem Athenarum inter ſe Neptunumq; habitas, qui lacu falſo in arce edito ſuam poſſeſſionẽ vẽdicabat, ipſa oliua a ſe arbore inuẽta.

Neptuni cum pal[la]de certamen.

Quod digiti expediũt, atq; interſtamina ductũ
Percuſſo feriunt inſecti pectine dentes.
Vtraq; feſtinat, cinctęq; ad pectora veſtes,
Brachia docta mouent ſtudio fallente laborem.
Illic & Tyrium, quę purpura ſenſit ahenum
Texitur, & tenues parui diſcriminis vmbre.
Qualis ab imbre ſolet pcuſſus ſolibus arcus
Inficere ingenti longum curuamine cęlum,
In quo diuerſi niteant cum mille colores,
Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit.
Vſq; adeo quod tangit idẽ eſt. t̃n vltima diſtãt
Illic & lentum filis immittitur aurum.
Et vetus in tela deducitur argumentum.
Cecropia Pallas ſcopulum Mauortis in arce
Pingit, & antiquam de terrę nomine litem.
Bis ſex cęleſtes medio Ioue ſedibus altis
Auguſta ſua grauitate ſedent ſua quẽq; Deorum,
Inſcribit facies. Iouis eſt regalis imago.
Stare Deum pelagi, longoq; ferire tridente
Aſpera ſaxa facit, medioq; e vulnere ſaxi
Exiluiſſe ferum, quo pignore vindicet vrbem,
At ſibi dat clypeũ, dat acutę cuſpidis haſtam,
Dat galeam capiti, defenditur ęgide pectus
Percuſſamq; ſua ſimulat de cuſpide terram
Edere cum baccis foetum canentis oliuę.
Mirariq; Deos. operis victoria finis.
Vt tamen exemplis intelligat ęmula landis,
Quod precium ſperet pro tam furialibus auſis,
Quattuor in ptes certamina quattuor addit.
Clara colore ſuo breuibus diſtincta ſigillis.

Fabulę ſecundę argumentum.

THReiciam etc̃. Item Rhodopen Threiciã & Hemum, q pari inſania et amore coniugij iouis ac Iunonis abuſi erant nolbus transfigurati ſunt.

Fabulę tertię argumentum.

Altera etc̃. Pigmea caſu ab Iunone in gruẽ v̾ſa ẽ.

Fabulę quartę argumentum.

Pinxit et Antigonen etc̃. Itẽ antigonen Laomedontis filiam, quę cum Ioue coiſſet ob amiſſum Iuno eam transfigurauit in Ciconiam.

Fabule quintę argumentum.

Qui ſupereſt etc̃. Cinarę regis Aſſyriorum p̃terea

RAPH. AVGuſta graui. ſacra maieſtate. Auguſtum. n. dr̃ augurio ꝯſecratũ. Sua quemq; Deorum Inſcr. fa. hoc eſt vnuſqſq; Deorum ꝓpria effingit̃ figura. Stare Deũ pelagi, Neptunum, ingt ſtantẽ pingit. Ferum, equũ.

Auguſtũ

Vindicet, ſuam ac ꝓpriam eẽe affirmet. At ſibi dat clypeũ, Pallas ita ſeipſam in tela effingit, vt et clypeo & ęgide et haſta et galea armata videat. Sic. n. Minerue ſimulachrum Athenis erat effigiatum vt Pauſanias ſcri. Ægide, ęgis munimentum eſt pectoris Minerue cum capite Meduſę, quo in bello potiſſimum vtit. Edere, emittere, Cum baccis, baccę fructus ꝓprie dñr oliuę, et ſimilium arborum, q et exigui ſunt, et rari, ac a ſe inuicem ſeparati naſcuntur. Canentis, quę cana ac ſubalba videtur. Eam autem oliuam, quę ex ictu haſtę palla

palladis ſimulachrum.

Baccę.

Oliua palladis

et victoriam peperit arſiſſe aiunt (vt Pauſanias narrat) cum Medoꝝ incendio Athenę ꝯflagrarēt, cunſtamq; eodē die in duoꝝ cubitoꝝ ꝓceritatem germinaſſe. Nã ſupra q̃tuor cubitoꝝ amplitudinem Athenis effingebat. Operis victoria finis,in fine inqt telę victoriam ſuam Pallas effinxit. Eſt autem verbum qđ eleganter ſepenumero ꝓtermittit,eſt ſub audiendum. Vt tñ exemplis, q̃bus inqt victoria Palladis operi finem impoſuerit, adiecit tñ in q̃tuor telę angulis exēpla quorundam in Deos impioꝝ, ex q̃bus facile cognoſcere poſſet Arachne, quam pęnam ē ipſa expectare deberet.

Quod ꝓtium,quã pęnam. Speret,expectare debeat.

Pro tam furialibus auſis, pro tam furioſa temeritate.

Breuibus ſigillis, ꝑuis ſignis. Threiciam Rhodopen,Hemus (vt hinc colligere poſſumus) rex fuit Thracię potentiſſimus, qui Rhodopen Strymonis fluuij filiam,ex qua Neptunus iam Athogigantem ſuſtulerat,duxit vxorem qui in tantam arrogantiã elati ſunt.vt Hemus ſe eē Iouem,Rhodope vero Iunonem ꝓdicarent,ac vt Deos ſe adorari iuberent,qua inſolentia Iuppiter indignatus in montes eos cõmutauit.Rhodope autem (vt Stephanus ſcribit) etiam Ionię vrbs eſt,vnde Rhodopeus et Rhodopeius deriuat. Sũmoꝝ Deoꝝ,Iouis et Iunonis. Altera pygmeę, in ſecundo inquit telę angulo depicta erat mutatio Pygmęę mulieris in gruem,q ſe vt pulchriorem Iunoni anteferre auſa foret. Fatum miſe. ſortem miſerabilē. Pygmęę ma.Pygmęę mulieris.Pygmei nanq; ſunt ppl̃i (vt ſcribit Pli.) montana Indię incolentes,quoꝝ longiſſimi pedes duos non excedũt.Hi aſſiduum cũ gruibus bellũ gerere dicuntur. Suis,pygmeis,a quibus ipſa originem ducebat. Pinxit et Anti.Antigone Laomedontis filia fuit formoſiſſima, quę cum ſe Iunone pulchriorem eſſe iactaret,ab ea in ciconiam fuit cõuerſa.ad quod alludere vĩ Virg.in primo Æneid. cũ inqt.Spretęq; iniuria formę. Qui ſupereſt ſo. Cy.Cynaras Aſſyrioru rex filias habuit pulcherrimas,q̃ ſe Iunoni ꝓferre auſę fuerunt,quare indignata Iuno eas gradus tēpli ſui cõmutauit,ac patrē gradus ipſos ꝓ filiaꝝ corporibus amplectētē indē in ſaxum cõmutauit. Orbum,liberis priuatum.

Iacēs,adhęrens.Pacalibus,paciferis,ac pacē ſignificantibus. Modus,finis. Sua arbore,oliua.

Pygmei.

Threiciã Rhodopē h̃z angulus vnus, & Hemũ,
Nunc gelidos montes, mortalia corpa q̃ndam
Numina ſummoꝝ ſibi qui tribuere Deorum
Altera Pygmęę fatum miſerabile matris
Pars habet. hanc Iuno victã certamine iuſſit
Eſſe gruem, populiſq; ſuis indicere bellum.
Pinxit & Antigonem auſam cõtendere q̃ndã
Cum magni conſorte Iouis, quã regia Iuno
In Volucrem vertit, nec profuit Ilion illi,
Laomedõte pater, ſumptis qui candida pēnis
Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia Roſtro.
Qui ſupeſt ſolus Cynaran h̃z angulus orbum.
Iſq; gradus templi natarum membra ſuaꝝ
Amplectens, ſaxoq; iacēs lachrymare videtur.
Circuit extremas oleis pacalibus oras,
Is modus eſt, operiſq; ſua facit arbore finem,
Męonis eluſam deſignat imagine tauri
Europam veꝝ tauꝝ. freta vera putares.

Item Arachnes certamen ſub eodem capite.

Fabulę primę certaminis arachnes argumē.

Męonis eluſam etč. Arachne āt vt videret ꝑ opera reſpondiſſe contentionem telę intexuit Iouem in taurum verſum ob Europę amorem. LACT.

Fabulę ſecundę argumentum.

Fecit et Aſterien etč. Eundemq; fecit in aquilã,vt comprimeret Aſterien.

Arachnes tela ē varię. Ionis metamor.

Fabulę.iij.arg.

Fecit olerinis etč. Eundem in colorē, vt Ledam Teſti filiã comprimeret.

Fabulę.iiij.argu.

Addidit vt Satyri etč. Eundem in ſatyrum,vt Nycteida Nyctei filiam comprimeret.

Fabulę.v.argu.

Amphytrion fuerit etč.Eũdē in Amphitryona vt Alcmenam Electrionis filiam compriment.

Fabulę.vi.argu.

Aureus vt Danaen etč. Eundem in aurum,vt Danaen Acriſii filiam comprimeret,vt Aſopidas in ignē, duo ſenſus iſti in vnum verſum continentur.

Fabulę ſeptimę argumentum.

Memnoſynen paſtor etč.Eundem in paſtorem vt Memnoſynen comprimeret, in ſerpentem,vt deoidã,et hi duo ſenſus in vnũ verſus veniunt.

Fabulę octauę argumentum.

Te quoq; mutatum etč.Neptuni etiã cupiditatē inſcrit,ita vt doceret eũ in iuuencum eē mutatũ, vt Æoli filiã ſtupraret.In amnem Enipeũ,vt Æoliã.In arietem,vt Biſaltidam cõprimeret, hi tres ſenſus in tribus verſibus aliter cadere nõ poſſunt.

Fabulę nonę argumentum.

Et te flaua comas etč.Eundē in equũ volucrē, vt Cererē,ē Gorgonē Meduſam,ex qua equus Pegaſus ꝓdiĉ fuiſſe.In delphinum,vt Melãtho cõprimeret,hi ſenſus ꝯtinentur in tribus verſibus.

Fabulę decimę argumentum.

Omnibus etč.Apollinis ꝓtera in eadem ꝯtentione amoris furta intexuit reddita,indicat eum in accipitrem,interdum in leonem,alias in paſtorē, vt Iſſen Macarei filiam comprimeret.

Fabulę vndecimę argumentum.

Liber vt Erigonen etč.Liber pater quoq; in vuã verſus,vt Erigonen comprimeret.

Fabulę duodecimę argumentum.

Vt Saturnus equo etcetera.Saturnus pręterea verſus in equum, vt Phylitam Oceani filiam,ex qua Chirona centaurum videtur procreaſſe, comprimeret.

Ipſa videbatur terras ſpectare relicta,
Et comites clamare ſuas, tactumq; vereri
Aſſilentis aquę. timidaſq; recondere plantas.
Fecit & Aſterien aquila luctante teneri.
Fecit olorinis Ledam recubare ſub alis.
Addidit vt Satyri cęlatus imagine pulchra
Iuppiter implerit gemino Nycteide foetu.
Amphitryon fuerit cum te Tirynthia cępit.
Aureus vt Danaen, Aſopida luſerit ignis.
Mnemoſinen paſtor, variusq; Deoida ſerpens.
Te quoq; mutatum torno Neptune iuuenco
Virgine in Aeolia poſuit. tu viſus Enipeus
Cignis Aloidas. aries Biſaltida fallis.
Et te flaua comas frugum mitiſſima mater
Senſit equum. te ſenſit equum crinita colubris
Mater equi volucris. ſenſit delphina Melantho.
Omnibus his faciemq; ſuam, faciemq; locorum
Reddidit. eſt illic agreſtis imagine Phębus.
Vtq; mō accipitris pennas, modo terga leonis
Geſſerit. vt paſtor Macareida luſerit Iſſen.
Liber vt Erigonen falſa deceperit vua,

Fabulę decimętertię argumentum.

Vltima pars telę et c. Poſtquam Arachne ordinata tela cum contumelia a Dea pulſa eſſet, ſuſpendio ſe affecit. Sed in vltimo caſu propter ſtudium, quod a Dea acceperat in araneam verſa., vt opere inutili nullum ſui effectum capere poſſet. Plura vero opera Arachnes poeta retulit fuiſſe q̄ Mineruę, vt hanc ſcientia artis, quę potior eſt, illam labore contendiſſe demonſtraret.

RAPH. MÆonis clu. fabulas in Arachnes tela depictas exequitur poeta, celebres quidē ac nondum expoſitas copioſius, ignobiles vero ac minus celebratas paucis attingens. Męonis, Arachne Męonia ſiue Lydia. Europę vero raptus in. ij. volumine fuit a poeta pleniſſime expoſitus Iupiter autem idcirco in taurum conuerſus Europam rapuiſſe fingitur, q̄ nauis quę eſt in Cretam vecta picto tauro fuit inſignita. Timidas re. plan. hyppallage poetę familiaris. Europa. n. timida videbatur retrahere pedes ab aquę tactu. Fecit et

Aſterie Aſte. Aſterie fuit Cei Titanis filia, ac Latonę ſoror quam Iuppiter tam ardenter amauit, vt eam in coturnicem verſam per aquilam rapuiſſe dicat. Fecit ol. Iuppiter Ledę amore captus in cygnum

Lede mutatus ea potius eſt, quę ouum dicitur peperiſſe ex quo Caſtor et pollux et Helena orta eſſe finguntur. De Ledę aūt pria et parentibus varię ſunt antiquorum opiniones. Ibicus nanq; Pleuroniam, Hellanicus autem Calydoniam illam fuiſſe ait, Theſpij vero filiam fuiſſe plerīq; aiunt ex Androdice, Eumelus autem ex Glauco Siſyphi filio et Pantidyia natam eſſe ſcri. narrans Glaucum poſt equas amiſſas Lacedęmona perueniſſe, ibiq; rem cum Pantidyia habuiſſe, quę poſtea Theſpio nupſerit. Sicque Ledam quę glauci fuerit Theſpij exiſtimatam, appellatamq; fuiſſe Pherecydes vero ex Laophonte, Pleuronij filia Ledam et Altheam a Theſpio ſuſceptas fuiſſe ait, Polluem quidem ex Ioue, Caſtorē autem ex Tyndaro generatos ferunt. Olorinis, cygneis. Nam olor eſt, quem gręci ac iam latini

Olor quoq; cygnum appellant. Addidit ut Sa. cę. ima.

Antiopa pul. Iuppiter in Satyrum conuerſus Antiopiam Nyctei filiam compreſſit, quę geminos Amphionem et zethum fingitur peperiſſe. Antiope vero ſic a Ioue corrupta. Nyctei patris minas timens Sycionē ad Epopeum ꝯfugit. Vbi cū Amphionē et Amphionē zethū peperiſſet illos in Cytherone expoſuit, cuidāq; tryon paſtori cōmendauit. Nycteus aūt pp filię audaciā dolore affectus interijt, cū prius Lycū fratrem orasſet, ne filiam negligeret. Ver. Sycionē ꝓfectus illius miſereret. Lycus igit et vrbem expugnat et Epopeus interficit et Antiopen captiuā Dirce vxori ſuę tradit cuſtodiendā. Hęc. aūt fugit, captaq; iterum ſuis ipſius filijs Amphioni et zetho tradit, qbus paſtor, q̄ facta erant oīa aperit. ipſi vero Antiopen qdem ꝯſeruant, Dircen vero fero tauro alligantes diſcerpſerunt. Ac Lycum accerſentes tanq̄ Antiopen traditurī interemiſſēt, niſi a Mercurio ꝓhibiti fuiſſēt qui quidem ipſum Amphioni et zetho regno cedere iuſſit. Amphitryon fuerit Iuppiter Almenę amore captus, in Amphitryonem illius maritus ꝯuerſus cum ea ꝯcubuit, Herculēq; ex eo ꝯcubitu ſuſcepit. Amphitryon āt Alcęi Thebani filius fuit, q Alcmenā Electrionis filiam vxorem duxit. Tirynthia, Alcmena, a Tirynthe Tyrins vrbe dicta. nā Tiryns vrbs eſt Pelopōneſi a Tirynthe Hali filia, quę Amphitryonis fuit ſoror, vn̄ et Tyrinthius Hercules Tirynthius appellaē. Aureus vt Danaē Danae Danae Acriſij Arginorum regis filia a Ioue in aureas guttas mutato cōpreſſa, Perſeū genuiſſe in. iiij. narraē, Hoc aūt fingiē, q̄ Danaen violaturus Iuppiter aureos nummos largiter in ſinum eius infudit. Hęc (vt ſcribit Lactā.) merces ſtupri fuit. Aſopida luſerit ignis, Æginam Aſopi filiā. nam Iuppiter in ignem conuerſus Æginam Aſopi fluuij filiā ꝯpreſſit, exq; ea Æacū ſuſcepit. Varius Deoida Ægina ſerpens, ſic qdem legiē et ego hanc olim ſecutus lectionē, vt q aliam non videram, expoſui Deoida nympham videri fuiſſe, quę a Ioue in ſerpentem verſo vitiata ſit. Nuper vero in vetuſto exemplari aduerti Deoida ſine litera. i. caſtigate ſcriptum eē Deois Nam Deois Proſerpina eſt Cereris filia, quę Δηω quoque a gręcis nominatur, vnde foemininum patronymicum Deois declinatur. Ceres autem Dio Varię appellata fuit (vt Gręci tradunt) παρα το δηω, Neptuni quod ſignificat inuentio. Quando enim Ceres metamor. quęrens filiam varia loca circuibat, omnes bene illi ominantes dicebant δηεις, hoc eſt inue-

nies. Hinc factum eſt, vt Δηὼ vocaretur, quamuis alię quoque huius nominis origines ferantur, quę breuitatis cauſa videntur prętermittendę. Iouem autem in Draconem verſum cum Proſerpina cõcubuiſſe in ſecundo libro de preparatione euangelica teſtatur Euſebius, cum inquit (vt eorum verbis qui in latinum verterunt vtar) Ceres peperit, educatur puella, Perephatem nõnulli appellant, cui Iuppiter, qui genuit draco factus coniũgitur, vnde in ſacrorum myſterijs Draco in ſpiram conuolutus ad factorum memoriam ac potius in teſtimonium tantę turpitudinis adhibetur. Hęc Euſebius, ex quibus apertiſſime colligitur Proſerpinam Cereris et Iouis filiam, quam Ouidius Deoida vocat, ab Ioue ipſo in ſerpentem mutato fuiſſe vitiatas. Quare non Deolida vt eſt fere in exemplaribus deprauatum, ſed Deoida contenderis eſſe legẽdũ.

apollinis muta. mor.

Bacchus in vuaꝫ

ſaturnus in equus

Vt Saturnus equo geminũ Chirona creauit.
Vltima pars telę tenui circundata limbo
Nexilibus flores hederis habet intertextos.
Non illud Pallas, non illud carpere liuor
Poſſit opus. doluit ſucceſſu flaua virago
Et rupit pictas cęleſtia crimina veſtes.
Vtq; Cytoriaco radium de monte tenebat,
Ter, quater Idmonię frontẽ pcuſſit Arachnes
Non Tulit infelix, laqueoq; animoſa ligauit
Guttura. pendentem Pallas miſerata leuauit.
Atq; ita. viue quidem. pende tñ ĩproba, dixit,
Lexq; eadem pęne, ne ſis ſecuri futura,
Dicta tuo generi, ſeriſq; nepotibus eſto.
Poſtęa diſcedens ſuccis hecateidos herbę
Sparſit, & extemplo triſti medicamine tactę
Defluxere comę, cum quis & naris, & aures.
Fitq; caput minimum, totoq; eſt corpe parua.
In latere exiles digiti pro cruribus hęrent.
Cętera vẽter habet, de quo tamen illa remittit
Stamen, & antiquas exercet aranea telas.

di corpora qui manibus magnum reſcindere cęlum Agreſſi, ſuperiſq; Iouem detrudere regnis.

Aries Biſaltida fallis, Neptunus in arietem tráſfiguratus Biſaltidem vitiauit, de qua nil meminĩ me alibi legiſſe. Et te flaua comas, Neptunus in equum mutatus cũ Cerere et Meduſa concubuit.

Frugum mitiſſima mater periphraſis eſt cereris, ex qua Neptunus Arionem equũ et Teleſto filias ſuſtulit, vt Pauſanias narrat. Ceres nanq; filiá quęrens, vt Neptuni ſuum ɔcubitũ appetentis iſidias fugeret, ſe in equam mutauit, ac vna cũ Onci equabus in paſcua exibat. Quod cum Neptunus reſciuiſſet in equum et ipſe conuerſus illas iniuit. Id vero cum Dea ſenſiſſet, adeo indignata fertur, vt Erinnys fuerit cognominata. Nam ερινύειν Arcades iraſci dicunt. Crinita colubris, pro crinibus colubros ac ſerpentes hñs. Mater equi volucris Meduſa mater Pegaſi equi alati. Senſit del. Melan. Melantho Deucalionis filia fuit (vt Lycophronis interpres ſcribit) quã Neptunus in Delphinum conuerſus cognouit, ac filius nomine Delphum ſuſcepit. Eſt illic agreſtis imagine Phębus, Apollo diuinitate priuatus propter interfectos Cyclopas Admeti regis Theſſalię armenta pauiſſe fingitur. Vtque modo acci. pẽ. Apollo interdum in accipitrem, interdum in leonẽ ſe commutaſſe in Arachnes tela videbaẽ. Macareida iſſẽ, Macareiſi Iſſe liam, quã Apollo in paſtorali habitu vitiauit, vt illo loco poeta narrat. Vt Sat. equo, Saturnus cum Phylira Oceani filia ɔcumbẽs, veritus ne Opis vxoris aduentu depꝛehenderetur, in equũ ſe ɔmutauit, ſicq; centaurum

Melantho

RAPH. TE quoque mutatum, Neptuni varias deſcribit transfigurationes, nam modo in iuuencum modo in Enipeum fluuium, modo in arietem, modo in equum, modo in delphinem conuerſus fuiſſe narratur.

Æolia, Æoli filia. Quę vero hęc Æolia virgo fuerit, non meminí me legiſſe.



Enipeus fluuius eſt Theſſalię Enipeus, in quem mutatus Neptunus Tyro Salmonei filiam circa fluuium ſpatiantem rapuit, ex eaque ſuſcepit Peliam et Neleum. Gignis Aloidas Neptunus in eundem fluuiũ conuerſus Iphimediam Aloi vxorem compreſſit, ex qua nati ſunt, Othus et Ephialtes qui Aloidę a poetis vocantur. Virgilius in ſexto. Hic et Aloidas geminos immania vi-

Tyro

Aloidę.

Lydia tota fremit, Phrygię per oppida facti
Rumor it, & magnũ ſermõibus occupat orbẽ.
Ante ſuos Niobe thalamos cognouerat illam,

Tunc cũ Mçoniam virgo Sipylumq colebat.
Nec tñ admonita ẽ pçna popularis Arachnes
Cedere cçlitibus, verbisq; minoribus vti.
Multa dabãt animos. ſed eni nec cõiugis arces,
Nec genus amborũ, magniq; potentia regni
Sic placuere illi, quamuis ea cuncta placerent,
Vt ſua progenies, & felicisſima matrum
Dicta foret Niobe, ſi non ſibi viſa fuiſſet.
Nam ſata Tireſia venturi prçſcia Manto
Per medias fuerat diuino concita motu
Vaticinata vias. Iſmenides ite frequentes,
Et date Latonç, Latonigenisq; duobus.
Cum pce thura pia, lauroq; innectite crinem.
Ore meo Latona iubet. paretur. & omnes
Thebaides iuſſis ſua tempora frondibus ornãt,
Thuraq; dant ſanctis, & verba pcantia flãmis.
Ecce venit comitum Niobe celeberrima turba
Veſtibus intexto phygijs ſpectabilis auro,
Et quantum ira ſinit formoſa, mouensq decoro
Cũ capite imiſſos humerũ p vtrũq; capillos?
Conſtitit, vtq; oculos circuntulit alta ſuperbos,
Quis furor auditos inquit prçponere viſis
Cçleſtes? aut cur colitur Latona per aras?

Centaurum genuit Chironẽ. Vnde Virg. lib. Geor. iij. Talis et ipſe iubam ceruice effudit equina. Coniugis aduentu pernix Saturnus ẽ altus Pelion hinnitu fugiens implevit acuto.
Chiron Geminũ Chirona, centaurum, q ab anteriore parte homo, a posteriore
Limbus equus videbat. Tenui lim. ſubtili faſcia. Eſt. n. limbus faſcia vltimã veſtis ptem ambiens. Virgi. Sidoniam picto chlamydẽ circũdata limbo. Flaua virgo, Pallas formoſa. Cçleſtia crimina, Deorum flagitia. hoc ẽt prexto Pallas peſtes illas merito di laceraſſe videt. De
Cytorus. mõte Cytoriaco, Cytorus mons eſt Pãphlagõie breuis abũdans, qq Cyreriaco corrupte ſere legat. Ter quater, ſepius. Idmonię, Idmonis filię: poſſeſſiuum enim p patronymico poſitum. Lexq eadem penę. eadem inquit pena etiam poſteri tui afficiantur. Dicta eſto, ſit
Hecate ſtatuta. Hecatidos herbę. ab Hecate Medeę matre inuentę, quę prima venenoſas herbas inueniſſe narratur, illisq; Perſeum patrem pereniſſe. Hecate ẽt Proſerpina dicit et Luna et Dia-
Hecates na. quęnam vero hecates ſit herba, non memini
herba me legiſſe. Cętera veneficijs apta ẽ videt. Triſti, noxio. Exiles, tenues, ſubtiles. Et antiquas exer. aranea telas, hoc eſt priſtinas conficit telas, q quidem et ipsę Araneę dicuntur. Araneus vero ma-
Aranea
Araneus ſculini generis ſemper de animalia dicitur. Catullus in furium. Furi cui neq; ſeruus eſt, neq; arca, neq; cimex, neq; araneus, neq; ignis. Virg. quoq; in Culice diminutiuum protulit. Atque vt Araneoli tenuem formauimus orſum.

LACTA. Fabulę ſecundę ſexti libri argumentum.

LYDIA tota fremit etc. Niobe Tantali filia Sipylo Lydię orta ob inſolentiam Apollinis ac Dianę numẽ experta eſt. Nã ex Amphione ſeptẽ filijs, totidemq; virginibus editis duo comitata gauderet, et quodam tempore Manto Tireſię filia miſſo monuiſſet Thebanos, vt Latonę ẽ liberis eius pces thura redderent, ſola extitit, q ſacrificio intereſſe noluerit, pdicans potentiorem ſe numine Deę ac liberis eius eſſe. Itaq; oratione iſtructa Latona queſta cũ filijs q ſuarũ iniuriarũ nõ exiſterent vltores, confeſtim itaq; Apollo et Diana tecti nubibus (vt peperat genitrix) Thebas venerunt, ac Niobes filios cũ in campo eqs exercerent, ſagittis necauerunt. Quorũ noĩa hęc ſunt. Iſmenius. Sipylus. Phędimus. Tantalus. Archenor. Damaſitton. Ilioneus. Pr Amphion poſt necem filiorum ferro ſe interfecit. Nec minor violentia defuit eſſe Niobes, q Diana indigne tulit nam virgines pari calamitate affecit, vita nouiſſime Niobe fletus deceſſit, turbineq; ventorũ in patriam Sipylum delata eſt, ceſſitq; in ſilicem voluntate Apollinis et Dianę.

LYDIA to. fre. hęc R I P X.
ideo a poeta inſeritur, vt commodius
Niobe Niobes mutationem in ſaxũ cũ ſupiore fabula piungat. Niobe nãq; Tãtali filia cũ ex Amphione marito ſeptẽ filios, ac totidẽ filias genuiſſe, ſe potius q Latonam venerandã eſſe ptendebat, phibebatq; ne quis i ſuo regno Latonę ſacrificare auderet. Quare idignata Latona Apollinẽ ac Dianam rogauit, ne ſe tanta iniuria affici paterent. Sumptis autem arcubus et ſagittis ad vnum oẽs primum Niobes filios interemerunt, qd quidẽ Amphion cũ ferre non poſſet, ſeipſum interfecit. Niobe vero morte filiorũ idignata cum dijs male dixiſſet, et filias ſagittis confectas vidit, et ipſa in ſaxũ qd ẽt nunc lachrymare videt fuit cõmutata. An ſu. Nio. tha. aũ ſuas nuptias. Nã
Niobes oratio. antequã Amphioni traderet Niobe, in Phrygia et Lydia cum Tãtalo pře, qui illic regnabat, habitauit, vbi facile Arachnẽ cognouit. Mçoniã, Lydiam. Mçonia vero dicta eſt a Mçone fluuio, qui p illã fluit. Si pylumq; cole. Sipylus vrbs eſt et mons
Sipylus Phrygię. Vnde Sipylenũ marmor cognominatur.
Sipylenũ marmor. Popularis, non plebeię, ſed quę de illius populo fuerat. Minoribus, humanioribus. Multa da. ani. multa inquit illam reddebant ſuperbam.

Nec cõ. ar. Amphion maritus Niobes rex Thebarũ fuit, cuius vrbis muros, arceſq; ędificaſſe fert. Horatius: Fertur et Amphion Thebanç conditor arcis Saxa mouiſſe ſono teſtudinis, et pce blanda Ducere quo vellet. Nec ge. am. nam ab Ioue am
Amphiõ bo ducebant genus. Amphion. n. Iouis ex Antiopa filius fuiſſe di. Niobe vero Iouis ipſius Neptis cum tantali filia fuerit. Nam ſata Ti. Man.

Manto Mantua Manto filia fuit Tyreſię vatis paternę artis peritiſſima, a qua Mantua vrbs fuit appellata. Iſmenides, Thebanę mulieres ab Iſmeno fluuio dictę. Date thura, ſacrificate, et rogate. Latonigenis duo. Apollini et Dianę. Lauroq; in cri. caput lauro coronate. Ore meo la. in. ac ſi diceret, ore meo Apolline, pherecydes a muſis traditam fuiſſe ait. Cómiſſa, compoſita, conſtructa. Aduerti, conuerti. Accedit eodem, ad idem adiungit. Genitam Ti. Cęo, Latona filia fuit Cęi gigantis, quę a Ioue compreſſa Apollinem ſimul et Dianam cócepit, quod quidem adeo ęgre tuliſſe Iuno dr, vt

Latonę genus

Latona loquit, hoc que vobis mandat.

Spectabilis Spectabilis, ſpectatu digna ppter veſtes auro intextas: vt que oculis inal. ſuper. hypallage eſt familiaris. Suppõa. n. oculos alios turgidiſſe Niobe intelligenda eſt. Alta, elata. Quis fu. an. oro indignatiõis plena Niobe dementer attribuit, vt quę adeo erat ſuperbe elata, vt ſe Latonę auderet pferre. Auditos ce. auditos Deos. Viſis, Dijs quos quotidie videas. Certior. n. auris arbiter ẽ oculus, nimiũ autem ſuperbe ſe quoq; Deã eſſe, ac mariti Deũ Niobe ait. Numẽ adhuc ſin thure me. ſim ſ. et copula ſubaudiat. Sine thu. ſine cultu, ſine ſacrificio. Mihi Tanta. auctor pater, Niobe enim Tãtali filia fuit. Cui li. ſoli, cui ex hominibus ſoli conceſſũ fuit epulis Deorum accũbere. Pleiadum ſo. ẽ ge. mea,

Taygeta Tãtalus Niobes mater Taygeta fuit vna ex Pleiadibus Atlantis filiabus. Iuppiter al. au. paternus, nã Tantalus Iouis fuit filius ex Plote. Socero

Numẽ adhuc ſine thure meũ ẽ. mihi Tãtalus
Cui licuit ſoli ſuporũ tangere menſas. Cauctor,
Pleiadum ſoror eſt genitrix mea maximus Atlas
Eſt auus etherium qui fert ceruicibus axem.
Iuppiter alter auus: ſocero quoq; glorior illo:
Me gentes metuunt phrygię, me regia Cadmi
Sub domina eſt, fidibusq; mei cõmiſſa mariti
Mœnia cum populis a meq; viroq; reguntur.
In quancunq; domus aduerti lumina partẽ,
Immenſę ſpectantur opes, accedit eodem
Digna Dea facies, huc natas adijce ſeptem.
Et totidem iuuenes, & mox generoſq; nuruſq;.
Quęrite nũc habeat quã noſtra ſup bia cauſam
Quoq; modo audetis genitam. Titanida Cęo
Latonam pręferre mihi, cui maxima quondã
Exiguam ſedem pariturę terra negauit?
Nec cęlo, nec humo, nec aqs dea vr̃a recepta ẽ.
Exul erat mundi, donec miſerata vagantem
Hoſpita tu terris erras, ego dixit in vndis,
Inſtabilemq; locum Delos dedit. illa duorum
Facta parens. vteri pars hęc eſt ſeptima noſtri.
Sum felix. qs enim neget hoc? felixq; manebo.
Hoc quoq; quis dubitat? tutam me copia fecit.
Maior ſum, q̃ cui poſſit fortuna nocere.
Multaq; vt eripiat, multo mihi plura relinquet.
Exceſſere metum mea iam bona. fingite demi
Huic aliquid populo natorum poſſe meorum,
Non tamen ad numerũ redigar ſpoliata duorũ.
Ite ſacris propere ſacris, laurumq; capillis
Ponite. deponunt, & ſacra infecta relinquunt.
Q d̃q; licet, tacito venerantur murmure numẽ.
Latonę turba quantum diſtabat ab orba.

pythonem immiſerit ſerpẽtem, q eam per totum terrarũ orbem inſectaret, nec vſq; parere permitteret. Fugiens igit Latona ab Aſterie ſorore (quę ẽ ipſa a Ioue amata primum in Ortygiam, hoc eſt in coturnicem, deinde in ſcopulũ mobilem, atq; inſtabilẽ fuit conuerſa) ſuſcepta ſtatim Apollinẽ ſimul et Dianam peperit, qui et pythonẽ ſerpentem ſagittis cõfixerunt, et inſulam in qua nati erant, immobilem reddiderunt, quę quidẽ poſtea Delos fuit appellata, q cum diu ſub aquis latuiſſet, tandẽ apparuiſſet, ſeq; oſtendiſſet. δῆλος nãque manifeſtus interpretatur. Titanida, nepotem Titanum, a quibus gigantes originẽ traxere. Maxima quõdam exiguam, antitheton, hoc ẽ cõtrarium. Maxima enim exiguę opponitur. Ita autem Iuno nuſquã in tota terra locum inuenit Latona, ubi parere poſſet. Nec cę. in nullo elementorum Latona locum inuenit, ubi parere poſſet.

Latonę oratio

quoq; glo. illo, Amphion. n. filius fuit Iouis ex Antiopa. Fidibusq; mei cõmiſſa mariti, Amphiõ tantum muſica valuiſſe narratur, et cithara vt ſaxa illum ſequerent, quibus omnium primus Thebas vna cum Zetho fratre muniuit, vt Homerus quoq; ſcribit. Pherecydes vero etiam cauſam aſſignat, qua moti Amphiõ et Zethus muro Thebas

Amphyonis lyra cinxerint, Phlegyas. n. hoſtes regnanti Cadmo timebãt. Quod autem ſaxa Amphionis lyram ſpõte ſint ſecuta, narrat etiam Antimenidas, ac lyrã Amphioni a muſis dono datam. Diſcorides ab

Delos fet. Dea veſtra, cum quodam contemptu hęc a Niobe dicuntur. Exul erat mundi, a toto exultabat mundo. Inſtabilemque locum Delos dedit, Delos (vt dixit) quę et Ortygia fuit appellata ideirco inſtabilis fuiſſe dicitur, q crebro terremotibus quateretur, donec oraculo admoniti illic cadauera deſierunt ſepelire. Ite ſacris, diſcedite a ſacris exercendis, vt Virgi. Auri ſacra fames. Infecta, non facta, non finita, quodque licet, quod poſſunt etiam Niobe prohibente. Turba quantum diſtabat ab orba, Latona inquit tam ẽ indigna

ta,quam ipſa Niobe propter liberorum multitudinem ab orbitate aberat,per quod ſignificatur vehementer indignatam fuiſſe. Ab orba a muliere liberis carente. Orbus enim dicitur aliqua re chara priuatus. Vnde et oculis et filijs priuati; orbi vocantur. Turba, multitudine liberorum. Summo que in vertice, in alto cacumine.

Orbus

gauit. Deiectura preces,cum hec inquit Latona retuliſſet, preces adiectura erat.

Phebe,Diana,que eadem eſſe cum Luna dicitur. Cadmeida arcem, Thebanam arcem a Cadmo extructam. Cadmeis autem non ſolum arx Thebana vocatur,ſed interdum pro tota Beotia accipitur,vt Thucydides narrat.

Cadmeis

Indignata Dea e,ſummoq; in vertice Cynthi
Talibus eſt dictis gemina cum prole locuta.
En ego veſtra parens.vobis animoſa creatis,
Et niſi Iunoni nulli ceſſura Dearum,
An dea ſim dubito,perq; omnia ſecula cultis
Arceor,o nati niſi vos ſuccurritis,aris.
Nec dolor hic ſolus,diro conuicia facto
Tantalis adiecit,voſq; eſt poſtponere natis
Auſa ſuis,& me,quod in ipſam recidat, orbam
Dixit,& exhibuit linguam ſcelerata paternam
Deiectura preces erat his Latona relatis,
Deſine Phebus ait.pene mora longa querela eſt.
Dixit idem Phebe.celeriq; per aera lapſu
Contigerunt tecti Cadmeida nubibus arcem.
Planus erat.lateq; patens ppe menia campus
Aſſiduis pulſatus equis,vbi turba rotarum,
Duraq; mollierat ſubiectas vngula glebas.
Pars ibi de ſeptem genitis Amphione fortes
Conſcendunt in equos,tyrioq; rubentia ſucco
Terga pmũt.auro grauidis moderant̃ habenis.
E quibus Iſmenos,qui matri ſarcina quondã
Prima ſue fuerat,dum certum flectit in orbem
Quadrupedis curſum,ſpumantiaq; ora coercet
Hei mihi conclamat,medioq; in pectore fixa
Tela gerit,frenisq; manu morente remiſſis
In latus a dextro paulatim deflnit harmo.
Proximus audito ſonitu per inane pharetre
Frena dabat Sipylus,veluti cũ pſcius imbres
Nube fugit viſa,pendentiaq; vndiq; rector
Carbaſa deducit,ne qua leuis effluat aura.
Frena tamen dantem non euitabile telum
Conſequitur,ſummaq; tremens ceruice ſagitta
Heſit,& extabat nudum de gutture ferrum.
Ille vt erat pronus per crura admiſſa,iubaſq;
Voluitur,& calido tellurem ſanguine foedat.
Phedimus infelix;& auiti numinis heres

Cynthus

Cynthi, Cynthus mons eſt Deli; vnde et Apollo Cynthius,et Diana Cynthia vocantur.

En ego veſtra parens, hac oratione Latona Apollinem ſimul et Dianam incendit ad vlciſcendam iniuriam a Niobe acceptam. En autem particula eſt affectus et indignationis plena. Animoſa, magnanima, ac ſuperba. An dea ſim dubitor, licentia poetica dubitor in paſſiua et voce, et ſignificatione poeta finxit,cum dubito verbum ſit abſolutum. Cultis aris,exornatis altaribus. Conuicia, contumelias.

Dubitor

Tantali, Tantali filia. cum quodam autem contemptu Tantalida Nioben Latona appellat,ac ſi diceret filia Tantali,qui propter impietatem in Deos detruſus ad inferos maximis afficitur penis. Orbam Dixit,carentem filijs vocauit.Hoc ait,Niobe non dixit,ſed dixit eos tantum illam liberos peperiſſe, id quod egerrime Latona tulerat,et ideo crimen amplificat.

Planus erat,topographia, hoc eſt loci deſcriptio, in quo Niobes filij et equos agitare, et ſe conſueuerant exercere. Aſſiduis equis, aſſiduo equorum curſu.

Niobes filiorum nex

Moliebat, in puluerem reſoluerat. Tyrio ſucco,purpura Tyria; ſignificat autem ephippia purpurea fuiſſe. Auro grauidis, grauibus auro e ornatis,atq; auratis. E qbus Iſmenos, maximus natorum Amphionis et Niobes Iſmenos fuit, ab Iſmeno Beotie fluuio appellatus. Prima ſarcina, primum ventri onus. Nam primogenitus erat.

Iſmenos.

Quadrupedis, equi. Defluit,decidit. Per inane, per aerem. Sipylus,a Sipylo vrbe cognominatus,cum ſagitte ſtridorem audiſſet,fugere cepit,ceterum Apollinis ſagittam vitare non potuit. Frena dabat,equum currere permittebat.

Sipylus

Preſcius preco gnoſces futuram tempeſtatem. Summa ceruice, in colli ſummitate. Extabat, eminebat,extra iſtabat, per quod ſignificat collum ſagitta fuiſſe transfixum.

Extare

Pene mora longa querela eſt, pena inquit in longum protrahitur iſtis querimonijs.

Linguam paternam, linguam inquit Tantali patris pre ſe tulit, qui Deorum arcana vul-

Per crura admiſſa, propinqua,iuncta,aſtricta. Fedat,maculat,inficit,deturpat. Soli-to labori,conſuete equorum agitationi. Ni-

Fedare

Tantalus, vt ſolito finem impoſuere labori,
Tranſierant ad opus nitidę iuuenile paleſtrę,
Et iam contulerant arcto luctantia nexu
Pectora pectoribus, cū tento concita neruo
Sicut erant iuncti, traiecit vtrunq; ſagitta.
Ingemuere ſimul. ſimul incuruata dolore
Membra ſolo poſuere. ſimul ſuprema iacentes
Lumina verſarunt. animam ſimul exhalarūt.
Aſpicit Alphenor, laniataq; pectora plangens
Euolat, vt gelidos complexibus alleuet artus,
Inq; pio cadit officio. nam Delius illi
Intima fatifero rupit præcordia ferro.
Quod ſimul eductū eſt, ps ē pulmonis in hamis
Eruta, cumq; anima cruor eſt effuſus in auras.
At nō itōſū ſimplex Damaſichthona vulnus
Afficit. ictus erat qua crus eſſe incipit, & qua
Mollia nodoſus facit internodia poples.
Dumq; manu tentat trahere exitiabile telum,
Altera per iugulum pēnis tenus acta ſagitta eſt.
Expulit hanc ſanguis, ſeq; eiaculatus in altum
Emicat, & longe terebrata proſilit aura.
Vltimus Ilioneus non profectura precando
Brachia ſuſtulerat. Dijq́; o communiter omnes
Dixerat ignarus non omnes eſſe rogandos,
Parcite. motus erat, cū iam reuocabile telum
Non fuit, arcitenens. minimo tamē occidit ille
Vulnere, non alte percuſſo corde ſagitta.
Fama mali, populiq; dolor, lachrymęq; ſuorū
Tam ſubitę matrem certam fecere ruinę.
Mirantem potuiſſe, iraſcentemq; quod auſi
Hoc eſſent ſuperi, quod tantum iuris haberent.
Nam pater Amphion ferro per pectus adacto
Finierat moriens pariter cum luce dolorem.
Heu quantū hęc Niobe, Niobe diſtabat ab illa,
Quę modo Latois populū ſummouerat aris,
Et mediam tulerat greſſus reſupina per vrbem
Inuidioſa ſuis, at nunc miſeranda vel hoſti
Corporibus gelidis incumbit, et ordine nullo
Oſcula diſpenſat natos ſuprema per omnes.
A quibus ad cęlum liuentia brachia tollens,
Sæuire crudelis noſtro Latona dolore,

palęſtra — tide paleſtrę, ſplendidę ꝓpter oleum, quo ſe luctatori perungebant. Paleſtra autem latine dicitur lucta dicta eſt autem a palęſtra filia Pandoci in triuio habitantis, omneſq; aduenientes interficientis, quem quidem Mercurius cum ad ipſum veniſſet, interemit admonitus a Palęſtra. Vnde ē hoſpitum habitacula pandoxeia vocant. Alij palęſtram deducunt ἀπὸ τῆς πάλης, hoc ē a puluere quo luctatorum corpora pfundebātur. Alij ἀπὸ τοῦ παλαίειν, hoc eſt a venando et obſeruando aliquam partem corporis aduerſarij, qua ipſum euertere ac in terram deijcere poſſit. Et iam contulerant, iam inquit luctari cęperāt.

Arcto nexu, ſtricto amplexu. Concita ſagitte, emiſſa, impulſa. Traiecit, transfixit. Lumina verſarunt, oculos voluerunt, vt ſolent morientes.

Exhalarunt, expirauerunt. Spondęus autem in quinto loco poſitus moram animę a corpore inuitę abeuntis ſignificat.

Laniataq; pectora plangens, hoc eſt lanians et percutiens pectora ſua ob mortem fratrum.

Alleuet, extollat.

Præcordia — Pręcordia, inteſtina, quę cordi ꝓtenduntur. In hamis, in hamato ſpiculo. Fatifero, mortifero. Cumq; anima, eorum videtur hoc loco poeta ſequi opinionem qui ſanguinem animę ſedem eē aiunt.

Intonſum Damaſichthona, comatum. Afficit, conficit, interficit. Ictus erat qua crus eſſe incipit, ſignificat illius genu fuiſſe percuſſum. Nam a genu crus incipit, protenditur enim crus a genu vſq; ad talos ex tibia et ſura conſtans, vnde cruſculum fit diminutiuum. Internodia poplites, internodium ſpatium dicitur inter duos nodos ſitum. Poples autem poſterior genu pars eſt. Quem quidem idcirco nodoſum vocat poeta, ꝙ totum genu ex oſſibus et neruis conſtat.

Crus. Cruſculū. Internodium. Poples.

Tentat, conatur. Trahere, extrahere. Exitiabile, peſtiferum, quod etiam exitiale dicitur. Pennis tenus, vſq; ad pēnas. Tenus autem poſtponitur quidem, ac fere ſi plurali numero coniūgitur cum genitiuo copulatur, vt Virgi. Et crurum tenus a mento palearia pendent. Cum ſingulari autem iuncta ablatiuum expoſcit, vt Capulo tenus abdidit enſem.

Exitiabile. Tenus.

Terebrata aura, perforato aere.

Ignarus non omnes eſſe rogandos, ſola nanque Latona cum Apolline & Diana placāda erat.

Motus erat arcite. Apollo inquit precibus Ilionei vltimi Niobes filij motus eſt, verum iam ſagittam miſerat irreuocabilē. Certā facere admonuere, quod in ſoluta oratione certiorem facere dicimus. Mirantem potuiſſe. Deos ſubintelligamus tot filios ſuos interficere. Tantum iuris, tantum poteſtatis. Adacto ferro, impulſo gladio. Amphion enim de filiorū morte certior factus doloris impatiens ſeipſum interfecit. Cū luce, cū

Certiorem facere.

luce, cum vita. Heu quantum Niobe, miseretur poeta Niobes, quę pauloante ſuperbiſſima, nunc abiectiſſima filiorum morte videtur eſſe facta.

Diſtabat, differebat. Latois aris, a Latonę altaribus. Nam Latous a greco nominatiuo Λητω deriuatur. Reſupina, ſuperba, elata. Inuidioſa,

omnibus priuata, id quod ipſa pauloante obiecerat Latonę. Exanimes inter natos, inter filios mortuos. Diriguit, rigida ac dura ē facta. Malis, infortunijs ac liberorum acerbiſſima morte.

Nullos, monet aura capillos, iam .n. in ſaxū fuerat cōmutata. Męſtis genis, genę et męroris et letitię ſunt indices.

Paſcere ait, ſatiaq, meo tua pectora luctu,
Corq; ferum ſatia; dixit per funera ſeptem
Efferor. exultat, victrixq, inimica triumpha.
Cur aūt victrix? miſerę mihi plura ſuperſunt,
Quā tibi felici. poſt tot quoq, funera vinco.
Dixerat, & ſonuit contento neruus ab arcu.
Qui prę̄ter Nioben vnam, conterruit omnes.
Illa malo eſt audax. ſtabant cum veſtibus atris
Ante toros fratrum demiſſo crine ſorores.
E quibus vna trahens hęrentia viſcere tela,
Impoſito fratri moribunda relanguit ore.
Altera ſolari miſeram conata parentem
Conticuit ſubito, duplicataq; vulnere cęco eſt,
Oraq; cōpreſſit, niſi poſtq̄ ſpiritus ibat.
Hęc fruſtra fugiens collabitur. illa; ſorori
Immoritur. latet hęc. illam trepidare videres.
Sexq; datis leto, diuerſaq, vulnera paſſis,
Vltima reſtabat, quam toto corpore mater,
Tota veſte tegens vnam. minimāq; relinque
De multis, minimam poſco clamauit, & vnā
Dūq; rogat, pro qua rogat, occidit. orba reſedit
Exanimes inter natos, natasq, virumq,
Diriguitq; malis. nullos monet aura capillos.
In vultu color ē ſine ſanguine. lumina męſtis
Stant immota genis. nihil eſt in imagie viuū,
Ipſa quoq; interius cum duro lingua palato
Congelat, & venę deſiſtunt poſſe moueri.
Nec flecti ceruix, nec brachia reddere geſtus,
Nec pes ire poteſt. intra quoq; viſcera ſaxū eſt.
Flet tamen, & validi circundata turbine venti
In patriam rapta eſt, vbi fixa cacumine mōtis
Liquit, & lachrymis ēt nūc marmora manāt.

in ſe inuidiam concitans. Vel hoſti, & inimicis, non ſolum amicis. Quod qdem maxime eſt miſerandum, vnde pueri ... in eos qui maxima patiuntur mala a grecis vſurpatur νιοβης παθη, hoc eſt Niobes paſſiones.

Gelidis, mortuis.

Liuentia, pallentia, nigricantia propter percuſſiones. Paſcere crudelis, Niobe morte filiorū in furorem acta Latonę inuidiam facit. Eſt autem repetitio eiuſdem verbi maxime indignantibus conueniens. Cor ferum, cor crudele. Efferor, ad ſepulturam feror. Videbat enim ſibi Niobe vna cum filijs efferri. (Efferre) Victrixque, voti cōpos. Hinc autem ſtulta Niobes ſuperbia colligitur, quę ne filiorum quidem morte ī Deos maledicta iactare deſinat. (Niobe in marmor) Miſerę felici, antithethō elegantem maxime reddens orationem. Hęc autem idcirco Niobe furioſa iactat, ꝙ ſeptem ei filię ſupererant. Atris, pullis nigris. Ante toros, ante lectulos fratrū,

Congelat, frigida ē dura fit. Et venę deſiſtunt poſſe moueri, poſſe palpitare deſinunt. carebant enim pulſu. Venę āt pro arterijs poſitę videntur. Sunt enim arterię concept[a]cula ſpiritus, vt venę ſanguinis. (Arterie) (Venę) (Ceruix) Ceruix, collum per synegdochen. Eſt enim ceruix pars colli poſterior. Intra quoq; viſcera ſaxum eſt, & inteſtina inquit ſaxea fuerunt effecta. Hic autem idcirco fictum eſt, ꝙ in liberorū ſepulchro Niobe ſibi lapideam ſtatuam erexiſſe narratur. Flet tamen, q̄. uis Niobe in ſaxum fuerit transformata flere tamē vr̄. (Turbo) Turbine va. ven. impetu vehementis vēti. Eſt enim turbo ventus cum fragore violentus proxima quęq; proſternēs. In patriam ra. eſt, hoc eſt, Sipylum delata eſt, vbi etiam nūc flere vr̄, qd idcirco fingit (Sipylenū mārmor) ꝙ Sipylenū marmor ſudare phibet. Liqt̄ liqfcit. Manant la. mittūt lachrymas.

Fabulę .iij. ſexti libri argumentum.

in quibus erant compoſiti, vt efferrētur. Demiſſo crine, diſſolutis capillis, vt fieri in luctu ſolet.

Viſcere, in viſceribus. Impoſito ore fratri, ſignificat eam inter oſculandum fratrem perijſſe. Duplicata, incuruata. Vulnere cęco, occulto, qd nō apparebat. Oraq; compſſit, os clauſit. Niſi poſt quā ſpiritus ibat, hoc eſt niſi dum ſpiritum emittebat, tunc enim os non cōpreſſerat, ſed apertum tenebat. Illa ſorori immoritur, inhęrens ſubaudiātur. Sexq; leto datis, ſex interfectis. Occidit, mortua eſt ea pro quā rogat. Orba reſedit, filijs

(LACT.) TVNC Vero &c. Latona Cei filia, cum Iunonis ira ob adulterium ex Ioue conceptos Apollinem et Dianam parere non poſſet, et nulla eam errantem regio reciperet, nouiſſime venit in Lyciam, et cum ex ardore ęſtus ac longitudine vię ſitim ſedare vellet, ab ijs qui vuluam et iuncum ſecundum lacum legerent, prohibita eſt propius accedere. Quamobrem accenſa ira digrediens petijt a Dijs vt accolę nunquam ſtagno carerent, auditis itaq; precibus eius Iuppiter agricolas in ſpeciem ranarum transfigurauit.

RAPH. TVNC Vero cum narrabimus poeta quomodo Latona a quibuſdam Lycię ruſticis bibere ꝓhibita eos in ranas verterit, more ſuo quędam interſerit, quibus commodius fabulę iungant. (Gemellipara) Gemellipare Diuę Latonę, quę gemellos pepit, Apollinem et Dianam. Vtq; fit, ac quemadmodum fieri ſolet. Renarrant, cómemorant Thebani. Lycię quoq; fertilis agris, Latona cum Apollinem, Dianamque peperiſſet, iram Iunonis fugiens ĩ Lyciam vſq; vna cum infantibus peruenit vbi feſſa, ſitiq; confecta cũ bibere e quodaȝ lacu vellet, a ruſticis quibuſdaȝ pedibus aquã proculcantibus probibita fuit, q̃ iniuria Dea indignata eos oẽs in ranas conuertit. (Lycia) Lycia autẽ eſt Aſię regio finitima Lydię. Sprevere, contempſerunt. Nó impu. non ſine ſupplicio, ſed cum maxima pęna. Nam in ranas omnes fuerũt cõuerſi. Ignobilitate vi. ruſtici nãque erãt viliſſimi. Prodigio, miraculo. Notum, nobilem. Impatiens vię, q vię laborem propter ſenectutem ferre nõ poterat. Lectos, electos, egregios Ducem ge. illius. ducẽ Lycium. Luſtro, circũeo ad eligendos boues. Sacrorum fauilla, ſacrificiorum cinere. Stabat erecta, erat Reſtitit, ſubſtitit.

cęli et terrę filiũ fuiſſe ꝓtendunt. (Indigenę) Indigenę ne Dei, qui non aliunde venerit, ſed ibi ortus ſit, vbi colit, vt hoĩes indigenę vocant, qui non aliunde venerunt, ſed in ipſis locis, quę habitant, origines habuerũt, quos gręci autochthóas appellant. Retulit, rñdit. Montanũ numen, qualis ẽ Faunus.

Tunc vero cuncti manifeſtam numinis iraȝ
Fęmina, virq; timent, cultuq; impenſius oẽs
Magna gemellipare venerant numina Diuę.
Vtq; fit a facto propiore priora renarrant.
E quibus vnus ait. Lycię quoq; fertilis agris
Non impune Deam veteres ſprevere colonii.
Res obſcura quidem eſt ignobilitate viroruȝ
Mira tamen. vidi pręſens ſtagnumq;, locumq;
Prodigio notum. nam me iam grandior ęuo,
Impatienſq; vię genitor deducere lectos
Iuſſerat inde boues, gentiſq; illius euti
Ipſe ducẽ dederas, cũ quo dum paſcua luſtro,
Ecce lacu medio ſacrorum nigra fauilla
Ara vetus ſtabat tremulis circundata cannis.
Reſtitit, et pauido faucas mihi murmure dixit
Dux meus, ⁊ ſimili faucas mihi murmurẽ dixi.
Naiadum, Fauni ne foret. tamen ara rogabaȝ,
Indigenę ne Dei, cum talia rettulit hoſpes.
Non hac o iuuenis montanũ numen in ara ẽ.
Illa ſuã vocat hanc, cui quondã regia coniunx
Orbem interdixit, quam vix erratica Delos
Errantem accepit tunc, cum leuis ĩſula nabat.
Illic incumbens cum Palladis arbore palmę.
Edidit inuita geminos Latona nouerca.
Hinc quoq; Iunonem fugiſſe puerpera fertur,
Inq; ſuo portaſſe ſinu duo numina natos.
Iãq; Chimęriferę, cum Sol grauis vreret arua,
Finibus in Lycię, longo Dea feſſa labore
Sydereo ſiccata ſitim collegit ab ęſtu,
Vberaq; ebiberant auidi lactentia nati.
Forte lacum mediocris aquę proſpexit in imis
Vallibus. agreſtes illic fruticoſa legebant
Vimina cum iuncis, gratãq; paludibus vluã.

Regia có. Iuno regis Deoȝ, boliumq; vxor. Nã Iuno (vt diximus) cũ reſciuiſſet Latonã ex Ioue concepiſſe, illam ꝑ totius terraȝ orbẽ exagitauit, ſic vt nuſq̃ ꝯſiſtere poſſet. (Interdicere) Orbẽ interdixit, cum interdico verbũ datiuo ẽ ablatiuo iungatur, orbe mihi legendũ vr, nõ orbẽ, vt eſt fere ĩ exẽplaribus deprauatũ Vt.n. aqua et igni ĩterdixiſſe alicui populum Romanũ legimus, ſic orbe Iunonem Latonę interdixiſſe poeta elegãter dixit. Erratica Delos, quã errare, inſtabilemq; eſſe ideirco poetę finxerunt, q crebro terręmotu vexabatur, donec ex oraculo Apollinis (vt ſcripſi) deſinerunt illic cadauera ſepelire. Leuis, cauſa ẽ, idcirco.n. nabat, q leuis erat. (Nare fluitare) Nabat, fluitabat. Nare.n. ꝓprie dr̃ alata. fluitare inalata. Cu Pal. ar. cum oliua. Significat aũt illam et palmę et oliuę innixã pepiſſe. Edidit, emiſit, peperit. Inuita no. ꝯ voluntatem Iunonis, q̃ nouerca eſſe videbatur Apollinis et Dianę,

(Naiades) Ex priſcorum autem conſuetudine nos quoq; ſacella pretereuntes Deos rogamus, vt nobis ſint adiumento. Naiadum, Fauni ne foret, merito dubitat et rogat cuiuſnam Dei ſit ara, q eſt peregrinus. Naiades autẽ (vt diximus) nymphę ſunt fontium, vt ait Heſiodus παρὰ τὸ νάω, quod eſt fluo, q influentis habitent. (Faunus) Faunus vero Deus eſt ſylueſtris, qui Pã gręce dicitur, Mercurij ex Penelope (vt alij ſcribunt) filius, vt vero Duris Samius, procorum, vnde et Pana fuiſſe appellatum. Quidam

cũ Iouis ſit vxor. Nã et Latona Iouis ipſius vxor eẽ vr̃. Tãetſi tres dũtaxat vxores Iuppiter habuiſſe ferat. Iunonẽ, Cererẽ, Themin, ex q̃ et Mineruã aiũt (Tres Iouis vxores) ſuſtuliſſe. (Puerpera) Puerpa, mulier a partu recens puerpa dr̃. Iãq; Chi. Chimęra mons Lycię carminibus poetaȝ notiſſimus. Fingit aũt a poetis fera eſſe pedes (Chimęra) bns ſerpentinos, capre ventrẽ, caput leonis flãmas vomẽs, eo q ad mõtis radices ſint ſerpẽtes, ĩ medio capre, leones ad verticẽ, q Ætnę mõ ardere dr̃. Sane chimerã gręci caprã vocãt. Chimęriferę, chi

Meras ſerentis.i.capras. Ab eſtu ſydereo,a calore Solis. Nam ſydus q̄uis pprie ſignum ex multis ſtellis pſtans vocetur, κατ᾽ ἐξοχὴν tñ interdum p ſole ponit. Ebiberāt,exhauſerant. Lactentia, lac emittentia. Mediocris aq̄,nec magnę, ne pue.

Sydus.

FRVTICoſa,parua,vt pote e fructibus naſcentia. Sunt enim frutices medij inter herbas et arbores.

Fructicoſum.

Frutex

Iuncus.

Vlua.

Legebant, colligebāt. Cū iūcis, iuncus herba eſt paluſtris ſine nodo.

Gratamq; paludibus vluas, vlua herba eſt in paludibus naſcens. Vnde etiā paludibus grata ab Ouidio perhibetur.

Poſitoq; genu, eleganter geſtum deprimit de lacu ore aquam haurire volentis. Ruſtica turba vetat, ruſticorum multitudo phibet.

Vſus communis aquarum eſt, iure gentium aquę omnibus hoībus ſunt communes. Nec Solem proprium, priuatum. Nec tenues vndas,nec labiles aquas. Ad publica munera veni, publica ſunt, q̄ nullius quidē ſunt, ſed omnium. Sed releuare ſitim,diminuere,et leuem facere.

Publica

Releuare

Os laſſis,os meus, quę vobiſcū loquor. Et fauces arent, ſiccę ſunt. Vixque ē via vocis,vix emittere vocem poteſt.

Hauſtus aquę,potus aquę mihi loco nectaris ac ſuauiſſimus erit. Simul vitā dederitis in vndis,poſtquam mihi vitam aquis inſtaurauerītis,videtur eſſe hemeſtichion Ennij poetę, vnde et dederitis verbi penultima eſt producta.

Acceſſit,poſitoque genu Titania terram
Preſſit,vt hauriret gelidos potura liquores.
Ruſtica turba vetat. Dea ſic affata vetantes,
Quid phibetis aquas? vſus cōmunis aquarū eſt
Nec Solem proprium natura,nec aera fecit,
Nec tenues vndas.ad publica munera veni.
Quę tñ,vt detis,ſupplex peto.non ego noſtros
Abluere hic artus,laſſataq; membra parabam
Sed releuare ſitim.caret os humore loquentis,
Et fauces arent,vixque eſt via vocis in illis.
Hauſtus aquę mihi nectar erit, vitāq; fatebor
Accepiſſe.ſimul vitam dederitis in vndis.
Hi quoq; vos moueāt,qui nrō brachia tendunt
Parua ſinu,& caſu tendebant brachia nati.
Quē non blāda Deę potuiſſent verba mouere?
Hi tamen orantem perſtant phibere,minasq;
Ni pcul abſcedat,conuiciaq; inſuper addunt.
Nec ſatis eſt,ipſos etiam pedibusq;,manuque,
Turbauere lacus,imoq; e gurgite mollem
Huc,illuc limum ſaltu mouere maligno.
Diſtulit ira ſitim,neq; enim iam filia Cęi
Supplicat indignis,nec dicere ſuſtinet vltra
Verba minora Dea,tollēsq; ad ſydera palmas
Aeternum ſtagno (dixit) viuatis in iſto.
Eueniunt optata Deę,iuuat eſſe ſub vndis,
Et mō tota caua ſummergere membra palude
Nunc pferre caput,ſummo mō gurgite nare.
Sępe ſuper ripam ſtagni conſiſtere,ſępe
In gelidos reſilire lacus,ſed nunc quoq; turpes
Litibus exercent linguas,pulſoq; pudore
Quāuis ſint ſub aq̄,ſub aqua maledicere tētāt:
Vox q̄; iam rauca eſt,inflataq; colla tumeſcūt,
Ipſaque dilatant patulos conuicia rictus.
Terga caput tangunt,colla intercepta videntur
Spina viret,venter pars maxima corpis,albet
Limoſoque nouę ſaliunt in gurgite ranę.
Sic vbi neſcio quis Lycia de gente virorum
Rettulit,exitium Satyri reminiſcitur alter,
Quem Tritoniaca Latous harundine victum

rum ętate moueantur. Tendunt,extendunt, porrigunt. Noſtro ſinu,e noſtro gremio. Prępoſitiones enim cum pretermittuntur,ſubaudiendę ſunt. Brachia,manus,in quas brachia terminant. Brachium autem qui maſculino genere βραχίων effertur a Gręcis,a breui dictum eſt, quod βραχὺ vocant Gręci. Hi tñ orantē,pulchre ruſticorū ſeruat decorū, q rogati contumacius, ſuꝑbiusq; ſe gerūt. Perſtant, perſeuerant,& inſtant. Conuicia, contumellas.

Lycij ruſtici i ranas.

Ranarū deſcriptio

Brachiū.

Mouere,cōmouerūt. Saltu maligno hypallage eſt.ipſi nāque maligni intelliguntur. Diſtulit ira ſitim,hoc eſt ira fuit cauſa differendę ac plōgādę ſitis.

Marſię pęna.

Filia Cęi,Latona. Vltra,vlterius. Minora Dea, humiliora,q̄ vt Deę cōueniētia ſint. Æternū,ſp̄,et i ęternū. nomē p aduerbio poſitū. Et mō tota.elegāter ranarū et nām et corpus deſcribit poeta. Sūmo gurgite,i ſūmitate gurgitis ē ſtagni. Turpes linguas, cōtumelioſas. Patulos rictus,hiātia ora. Colla intercepta,de medio reciſa nā ranę collo carēt. Spina viret,tergum viride eſt.

Fabulę.iiij. ſexti libri argumentum.

SIC vbi neſcio qs etc. Satyrus nomine Marſias dum cum Apolline tibijs cōtendit, quas Minerua inueniſſe pdit, p audaciā,q Deo cedēdū nō putaret ſuſpēſus acute eſt nudatus tergore,quē nymphę ac Satyri,cęteriq; ruris ſcolę ita flere cōſecuti ſūt,q eius cāta carituri eēnt,ita vt lachrymis eorū flumē inuenerit,qd eius noīe i Phrigia Marſias ſoribus nris nuncupari videtur.

LACTA.

Latonę verba

Ad ruſticos

Hi quoque vos moueant,infantes enim Apollinem,et Dianam illis oſtendit,vt ſaltem eorum ętate moueantur.

RAPH. SIC Vbi neſcio quis,ignobilem hac locutione eum fuiſſe ſignificat,qui ſuperiorem retulit fabulam. Exitium Satyri,calamitoſum exitum. Marſias autem Satyrus fuit tibias inflandi adeo peritus,vt cum Apolline certare ſit auſus,quem ſuperatum,indignatus Apollo pelle,atq; cute priauit.Ex eius vero corpore tantus deſluxit ſanguis,vt a terra exceptus in fluuium fuerit commutatus, qui a Satyri nomine Marſias fuit appellatus.Eſt autem Phrygię fluuius in Męandrum labens. Reminiſcitur, in memoriam reducit, commemorat. Latous,Apollo Latonę filius.

Tritoniaca harundine,tibia ex harundine Tritoniaca confecta, eſt enim metonymia. Tritonis autem palus eſt Libyę, iuxta quam Pallas in virginali habitu apparuiſſe fertur, vnde Tritonia vocatur. Affecit pęna, puniuit et victus eſt. Quid me mihi detrahis? cur mihi meam pellem deripis? Ah nó eſt tanti, vt ego hac pęna affici debeam.

MICANT,palpitant. Fibras,fibrę venulę ſunt minores. Armenta bucera,hoc eſt boues valde cornutos, βου nanque particula eſt intentiua, κέρας autem dicitur cornu. Concepit,excepit. Ripis declinibus, pronis,atque inclinatis. Liquidiſſimus,puriſſimus, limpidiſſimus.

Marſias.

Tritonis

Fibrę

Buceras

trucidarent, viſceraq; eius reliquis dapibus immiſcuit. Quo promerito punito,miſericordia Deorum qui conuiuij participes fuerant,partes viſcerum Pelopis compoſuerunt et humerus qui defuerat,effectus eſt de ebore.

Affecit pęna,quit me mihi detrahis inquit?
Ah piget,ah non eſt,clamabat,tibia tanti.



Clamanti cutis eſt ſummos direpta per artus,
Nec qcq̃ niſi vulnus erat,cruor vndiq; manat
Detectiq; patent nerui,trepidęq; ſine vlla
Pelle micant venę.Salientia viſcera poſſes.
Et perlucentes numerare in pectore fibras
Illum Ruricolę ſiluarum numina Fauni.
Et Satyri fratres,& tũc quoq; clarus Olympus,
Et Nymphę flerunt,et quiſquis montibus illis.
Lanigeroſq; greges,armentaq; bucera pauit.
Fertilis immaduit,madefactaq; terra caducas
Concepit lachrymas,ac venis perbibit imis.
Quas vbi fecit aquas,vacuas emiſit in auras.
Inde petens rapidum ripis decliuibus ęquor,
Marſia nomen hȝ,phrygię liqdiſſimus amnis.
Talibus exemplis redit ad pręſentia dictis
Vulgus,& extinctũ cũ ſtirpe Amphiona luget.
Mater in inuidia eſt hanc tũc quoq; dicit vnus
Fleſſe pelops,humeroq; ſuas a pectore,poſtq̃

RAPH. TALIBVS exemplis,hęc ad continuam fabularum connexionem a poeta narrantur. Ad pręſentia, mala et infortunia Amphionis,et Niobes. Mater in inuidia eſt,Niobes enĩ ſuperbia cauſa fuit mortis liberorum.

Fleſſe pelops, merito,cum Niobes frater eſſet. Pelops enim Tantali fuit filius,quem coctum pater Dijs epulandũ vt an omnia ſcirent experiretur,cum appoſuiſſet,omnes quidem pręter vnam Cererem ab eo abſtinuerunt, collectiſq; in vnus pelopis membris euocata a Mercurio anima eius ab inferis priſtinę ipſum vitę reſtituerunt.Sed cum ei ſiniſtrum deeſſe humerum animaduertiſſent,eburneum affixerunt, ſicq; pelops vitę integer fuit reſtitutus.Tãtalus vero ad inferos detruſus ſita in aquis, ac fame in ſumma pomorum copia laborat. Suas veſtes, purpureas ac ſibi cõuenientes, illis enim depoſitis lugubres ac pullas ſumpſit. Corporeus,ex carne,nam corpus proprie viuentium, caro mortuorum dicitur,a cadendo deducta,vt iam ſępius diximus. Cęſa mẽbra,trucidata.

Pelops.

Marſyas in fluuiũ

Eburneus pelopis humerus.

Fabulę quintę ſexti libri argumentũ.

BACTA. TALIBVS etc. Tantalus epulis Iouis cum intereſſet,et cum vellet experiri an futura proſpiceret, inuitato ad epulas pelope nothum ex filijs

Qui locus eſt iuguli,periphraſis eſt humeri,nam eſt medius inter iugulum et brachij ſummitatem. In vſum,in locum et officium. Partis non comparentis, humeri non inuenti. Illa facto,illo Deorum beneficio.

Fabulę

Dedux̃it veſtes, ebur oſtendiſſe ſiniſtro.
Cōcolor huic humerus naſcendi tēpore dextro,
Corporeuſq; fuit, manibus mox cęſa paternis
Membra ferunt iunxiſſe Deos, aliiſq; repertis,
Qui locus eſt iuguli medius, ſummiq; lacerti
Defuit, impoſitum eſt non comparentis in vſus
Partis ebur, factoq; pelops fuit integer illo.
Finitimi proceres coeunt, vrbeſq; propinquę
Orauere ſuos ire adſolatia reges,
Argoſq;, & Sparte, Pelopeiadeſq; Mycęnę,
Et nondum toruę Calydon inuiſa Dianę,
Orchomenoſq; ferax, & nobilis ęre Corinthos,
Meſſeneq; ferox, patręq;, humileſq; Cleonę,
Et Nelea pylos, nec adhuc pittheia Tręzen.
Quęq; vrbes alię bimari clauduntur ab Iſthmō,
Exteriuſq; ſitę bimari ſpectantur ab Iſthmo,
Credere quis poſſet? ſolę ceſſaſtis Athenę.
Obſtitit officio bellum, ſubiectaq; ponto
Barbara Cecropios terrebant agmina muros.
Threicius Tereus hęc auxiliaribus armis
Fuderat, & clarum vincendo nomen habebat.
Quem ſibi pandion opibuſq;, viriſq; potentē,
Et genus a magno ducentem forte Gradiuo,
Connubio prognes iūxit. non pronuba Iuno,

Fabulę ſextę et ſeptimę ſexti libri argumentum.

IACT. FINItimi &c. Tereus Martis filius, Thracum rex cum auxilia multis regibus ferret, Pādioni quoq; Athenis roganti cū a proximis ciuitatibus oppugnaretur non defuit. Quam ob rem filiam ſuam Prognem illi in matrimonium dedit, quę deportata in mariti regnum, cum ex intercapedine ſororē philomelam deſyderaret, petijt a Tereo, vt proficiſceretur Athenas, ſororem ſibi ad ſolēne ſacrificium vt adduceret. Qui vt Athenas peruenit, ſoceri vſus hoſpitio in philomelę incidit amorem, quā ſecum digreſſus mandato cōiugis duxit in Thraciam, & ſtabulis clauſit, vt ad eam ſine ſuſpitione cuiuſquam ſępius cōmearet, ac ne eloqui poſſet cōmiſſa, linguā truncauit, et coniugi eſt mentitus, dixit.n. ſororē eius interemiſſe. At philomela ea, quę lingua prodere non poterat, veſte intexuit notis literarum, quę ſorori tradit viri perferenda, qua inſpecta illa, cum coniugis libidinē, caſumq; germanę comperiſſet, conſtituit ſe ſacra celebrare Libero patri, & more bacchantis ad ſtabula venit, ſororemq; raptam in regiam duxit, filium Ityn interemit, et dapibus miſcuit. Quibus expletis Tereus filium cum deſyderaret Ityn, nouiſſime caput eius in ſinum abiecerunt, dicentes, Intus habes quē deſyderas. Tereus cum intellexiſſet ſcelus ſcelere vultus eē, pinge, et ſororem coniugis dū perſequitur Deorum voluntate verſi ſunt in aues. Progne in hirūdinē, Philomela in luſciniā, Tereus in vpupā, Itys ī phaſianū.

RAPH. FINITIMI Proceres coeunt, conueniunt, congregantur. Hęc autem idcirco narrantur, vt quas Metamor. eſt deſcripturus, cōmodius cum prioribus cōnectantur. Nā Tereus rex Thracum, cum Athenas obſidione liberaſſet accepta in vxorem Progne Pandionis regis filia in Thraciam rediſt, vbi cum iā filium ſuſcepiſſet, rogatus ab vxore, vt aut ſe Athenas deduceret, aut ſaltem ad ſe Philomelam ſororem accerſeret, profectus ipſe Philomelam quidem a patre accepit, ſed cum in Thraciam peruenijſſet, non ſolum ei vim intulit, ſed linguā etiā, ne vulgare ſcelus poſſet, amputauit, ac ſuis ſtabulis mancipauit. Cęterum philomela tanta crudelitate ſtimulata totum infortuniū ſuū in velo deſcriptum ſorori indicauit, Progne vero furijs accēſa, bacchi ſacra ſe celebrare ſimulans, vna cū Bacchis ad ſororē venit, eāq; ſecum pāpinis velatam in vrbem adduxit, in cubiculoq; ſuo occultauit. Perfectis vero Bacchi ſacrificijs progne Ityn cōem filium interemit, cuius carnes coctas patri appoſuit comedendas. Cum vero Tereus Ityn filiū inter cęnandū frequēter vocaret, Philomela cubiculo exiliēs caput filij ac pedes in Tereū proiecit, q ſtricto enſe cum ambas perſequeretur, ipſe quidē ī vpupā, Itys in phaſianū, Progne in hirundinem, Philomela in luſciniam conuerſi fuiſſe narrant. Orauere ire, poetica eſt locutio, nam orauere vt irent ī ſoluta oratiōe diceremus. Ad ſo. ad conſolationē pelopis, cuius ſoror Niobe cū oībus liberis fuerat extincta. Argoſq;, Argos vrbs eſt clariſſima pelopōneſi, quę varijs noībus eſt cognoīata. Nā et vrbs phoronica, et Ægialea appellatur, et Argos Hippoboton et Hippiū, quod Neptuni equos paſcua ſuppeditauit, Dipſion quoq; propter aquarum penuriā. Ab Argo autē conditore vrī eſſe dictū, vt ſcrib. Stephanus gręcus auctor in ope qd de vrbibus cōpoſuit. Vndecim vero vrbes hoc noīe appellantur. Eſt.n. Argos qd Amphilochicū dr̄ in Theſſalia. in Cilicia, q nunc Argiopolis appellatur. in Niſyro inſula, vna ex Cycladibus, iuxta trę zena, ī Macedonia, in Scythia qd Argos Oreſticū vocatur in Caria, Argos phęacū, Argos, Argolicū, ac fere oīs maritima planicies Argos vocatur. Et Sparte, regio Laconica ſparta fuit appellata. a ſpartis Cadmi, hoc eſt a ſeminatis a Cadmo, q eā tenuiſſe a Timagora ſcribunt. Pelopeiadeſq; Mycęnę, Mycęnę vrbs eſt pelopōneſi, a Mycęneo Spartonis phoronei fratris filio denoīatę, quas pelops auxiſſe fertur, vnde et pelopeiadas vocat eas poeta. Et nōdum Calydon, vrbs eſt Ætolię, a Balydone Endymionis filio cognominata. Nondū inuiſa, nōdū odio habita. Nondū.n. Oeneus Calydonię rex in ſe Dianā cōcitarat, nā cū dijs oībus alijs ſacrificaſſet. Diana irata aprum īmiſit, q totā Calydoniā deuaſtauit. Or-

Coire

Tereus

Argos

Sparta

Calydon

Oeneus

Non Hymenęus adeſt, illi non gratia lecto.
Eumenides tenuere faces de funere raptas.
Eumenides ſtatuere torum, tectoq; profanus
Incubuit bubo, thalamiq; in culmine ſedit.
Hac aue coniuncti progne, Tereusq;, parentes
Hac aue ſunt facti. gratata eſt ſcilicet illis.
Thracia, Diisq; ipſi grates egere: diemq;
Q uoq; data eſt claro pandione nata Tyranno.
Q uoq; erat ortus Itys, feſtum iuſſere vocari.
Vſq; adeo latet vtilitas. iam tempora Titan
Q uinq; per autumnos repetitis duxerat annis,
Cum blandita viro progne. ſi gratia dixit
Vlla mea eſt, vel me viſendam mitte ſorori,
Vel ſoror huc veniat. redituram tempore paruo.
Promittes ſocero, magni mihi muneris inſtar
Germanam vidiſſe dabis. iubet ille Carinas
In freta deduci, veloq; & remige portus
Cecropios intrat, pyręeaq; littora tangit.
Vt primum ſoceri data copia, dextera dextrę
Iungitur, infauſto committitur omine ſermo
Cęperat aduentus cauſas mandata referre
Coniugis, & celeres miſſę ſpondere recurſus.
Ecce venit diues magno philomela paratu,
Ditior forma, quales audire ſolemus
Naiadas, & Dryadas mediis incedere ſiluis,
Si modo des illis cultus, ſimilesq; paratus.
Non ſecus exarſit conſpecta virgine Tereus
Q uam ſiquis canis ignem ſupponat ariſtis?
Aut frondem, poſitasq; cremet foenilibus herbas.
Digna quidem facies, ſed & hunc innata libido
Extimulat, pronumq; genus regionibus illis
In Venerem, & flagrat vitio gentisq;, ſuoq;.
Impetus eſt illi comitum corrumpere curam,

Orchomenos — chomenosq; ferax, fertilis. Orchomenos vrbs ē Bęotię et Theſſalię, et Arcadię, et Ponti. Mons eſt etiā inter Macedoniā et Theſſaliā noīe Orchomenos, vt ſcribit Apollonij enarrator. Ab Orchomeno aūt Iouis et Heſiones filio nomē et vrbi et mōti inditū fuit. Et nobilis ęre Corinthos, clara ęreis vaſis
Corinthos — quę Corinthia vocitur.
Meſſene — Meſſeneq; ferox, Meſſene ē vrbs et regio eſt Peloponeſi, altera ē in Sicilia, vnde Meſſenius poſſeſſiuū declinat.
Patrę — Patręq;, corrupte triſyllabū legit, Patrę nāque biſſyllabū vrbs ē Achaię, de qua hoc loco ſentit Oui.
Cleone — Humilesq; Cleonę, vrbs eſt Arcadię parua.
Pylos — Et Nelea Pylos, vrbs eſt in Meſſenia, in qua regnauit Neleus Neſtoris pr.
Trezen — Nec adhuc Pittheia Trezen, Trezen vrbs eſt peloponeſi, a Trezene pelopis filio quę variis noībus eſt appellata. Nā ē Aphrodiſias et Saronia et Poſidonias et Apollonias, et Antanis fuit cognominata. Eā vero pittheiā inde dus fuiſſe ait, q pittheus Æthrę matris Theſei pater nondū ibi regnauerat.
Iſthmus — Ab Iſthmo bimari, Iſthmus breuis eſt terra inter duo maria cōſtituta. Iſthmus vero peloponneſi et Aegeo mari, et Ionio alluit. intra Iſthmus aūt ſunt peloponeſi vrbes, extra vero Achaię. Credere quis poſ. hęc interrogatio eo ſpectat, vt ſignificat Athenienſes et humaniſſimos, et officioſos maxime fuiſſe. Subiectaq; ponto, adiecta mari Euxino. Reges. n. Aſię bellum Athenienſibus indixerāt.
Gradiuus — Threicius Tereus, Thracius, Tereus autē filius fuit Martis, ac Thracię rex, vt diximus. Fuderat, fregerat, in fugā conuerterat. A magno Gradiuo, a magno Marte. Gradiuus. n. Mars a latis dictus eſt, q gradatim in bellum eat. Non pronuba Iuno, nubentibus feliciter puellis Iuno pronuba preeſſe credit. Hic autem facile colligit, quale ſum-

num ſit Terei et Prognes coniugium. Non Hymenęus, nuptiarū Deus, Nō Gratia, Gratię ſunt — Grę trę
tres Deę ppetuę Veneris comites, quę a Gręcis χάριτες vocātur, quarū nomina ſunt Aglaia, Thalia, Euphroſine. Illi lecto, illis nuptiis, a pte nāq; totū intelligimus per ſynecdochen. Eumenides tenue. fa. furię inqt infernales ſtulerunt faces nonę nuptę, quas de funere rapuerūt.
Bubo — Profanus bubo, execrandus, eſt nāq; auis peſſimi ominis bubo. Hoc aue, h augurio. Gratata eſt. s. illis Thracia,
Thracia — metonymia ē, Thracia. n. p Thracibus poſita ē. Thracia vero, quę et Thrace vocatur, a Thrace Oceani filia eſt cognominata, cū quā Saturnus concubuit, ac Doloncū ſuſtulit, vnū
Gratata — ppli eiuſdē Thracię Dolonci. Gratata, gratulata. Diisq; ipſi. Tereus et regię gratias Diis egerūt. Quaq; da. eſt, quo legēdū eſſe facile ex eo qđ infert adiectiuo colligi pt. Vſq; ad la. vt. acclamatorī bonis in ſcdm loco maxime conueniens. Iā tpa ti. h eſt iam quinq; tranſierāt anni Si gra. Vl. mea ē, ſi qd apud te poſſus.
Inſtar — Magni mu. in. eq. parationem magni muneris. Nam inſtar modo ad ſimilitudinē, mō ad cōparationē ſignificat, nec recipit ppōnem, eſtq; indeclinabile nomen.
Pyręeus — Cecrop. por. Athenienſes. Pyręeaq; li. ti. Attica. nā pyręeus pmontorium eſt Atticę vt ſcrib. Ptolo. Vn̄ Athenaꝝ portus pyręeus fuit appellatus. Vt pri. ſoc. da. co. cū primū inqt Tereus ad pādionē ſocerū fuit admiſſus, et dextrā dextrę iunxit, et pgnus mandata referre cępit. Recurſus cele. veloces reditus. Miſſę, Philomelę. Quę qdē nōdū fuerat miſſa, ſed ſi miſſa fuiſſet, celerē pollicebat Tereus reditū. Magno pa. ornatu. Forma pulchritudie. Naiadas ē Dryadas, nymphas, q̄ formoſiſſimę eſſe vnr. Nō ſecus phylomelę ardore Tereus fuerit illāmi-

Penulla

bus aperte his ſimilitudinibus declarat. Canis ari. ſtanis. Cremet, cōburat. Penulibus, foenilia foeni uī repoſitoria. Digna qdē facies, facies ſcīt philo melę digna qdē erat amari cū ab alijs oībus, tum p̄o a Tereo, q maxime ingenita libidine in mulieres ſtimulabat. Pronūq; genus, thraces.n. maxime in venerem ſunt proni. Curam, cuſtodiā. Ingentibus datis, maximis donis.

Et nihil eſt qd nō effreno captus amore Auſit, ſnīa eſt generalis, quis ad tereū p̄prie referri videat. Effreno amore, ab affectu, q̄ effrenatos ac diſſolutos homines reddat. Nec capiunt, iam.n. Terei amor ni philomelā detegebat. Cupido ore, hypallage eſt. Ipſe.n. cupidus intelligit ad mandata p̄gnes ore reuerti, id eſt ad cōmemoranda p̄gnes mādata.

Et agit ſua vota ſub illa, ſub ſimulatione inqt p̄gnes voluntatis ſuę vota peragere conat Tereus.

Facundum

Facundū faciebat amor, facundus dr̄ qui facit verbis qcqd vult. Vlterius iuſto, vltra q̄ honeſtus foret. Proh ſuperi, exclamatio i hominus cęcitatē. Quātum mortalia pectora cęcę Noctis habent? in quāta rerū diuum inſcitia homines verſant? Ipſo molimine, ipſa p̄paratione. Contra ſuam ſalutē, q a Tereo nō ſolum ſtuprata, ſed ēt lingua fuit priuata. Pręcontrectatq; vidēdo, hoc eſt ante oculis q̄ manibus ſibi eā cōtrectare vr̄. Neq; enim minus impius eſſet, nam ēt ſi pater eſſet cū filia rem haberet. Genitor, pr̄ pandion. Eſt āt cauſa

Nutricisq; fidem, nec non ingentibus ipſam
Sollicitare datis, totumq; impendere regnum,
Aut rapere, & ſęuo raptam defendere bello.
Et nihil eſt, quod non effreno captus amore
Auſit, nec capiunt incluſas pectore flammas.
Iamq; moras male fert, cupidoq; reuertitur ore
Mandata ad prognes, & agit ſua vota ſub illa.
Facundum faciebat amor, quotiesq; rogabat
Vlterius iuſto, prognen ita velle ferebat.
Addidit & lachrymas, tanq̄ mandaſſet & illas.
Proh ſuperi, quantum mortalia pectora cęcę
Noctis habent? ipſo ſceleris molimine Tereus
Creditur eſſe pius, laudemq; a crimine ſumit.
Quid? q̄ idē philomela cupit? patriosq; lacertis
Blanda tenens humeros, vt eat viſura ſororem
Perq; ſuam, contraq; ſuam, petit illa ſalutem.
Spectat eam Tereus, pręcontrectatq; videndo,
Oſculaq; & collo circundata brachia cernens,
Omnia pro ſtimulis, facibusq;, ciboq;, furoris
Accipit, & quoties amplectitur illa parentem,
Eſſe parens vellet, neq; enim minus impius eſſet.
Vincitur amborū genitor prece, gaudet, agitq;
Illa patri grates, & ſucceſſiſſe duabus
Id putat infelix, quod erat lugubre duabus.
Iam labor exiguus phębo reſtabat, equiq;
Pulſabant pedibus ſpatium declinis olympi.
Regales epulę menſis, et Bacchus in auro
Ponitur, hinc placido dant ſua corpora ſōno.
At rex Odryſius quamuis ſeceſſit ab illa,
Aeſtuat, & repetens faciem, motusq; manusq;,
Qualia vult fingit, quę nondum vidit, & ignes
Ipſe ſuos nutrit, cura remouente ſoporem.
Lux erat, & generi dextram complexus euntis
Pādion, comitem lachrymis cōmēdat obortis.
Vt voluere ambę, voluiſti tu quoq; Tereu,
Hanc ego chare gener, qm̄ pia cauſa coegit,
Do tibi, perq; fides, cognataq; pectora ſupplex,
Per ſuperos oro, patrio vt tuearis amore.
Et mihi ſollicito lenimen dulce ſenectę
Quā primū (oīs erit nobis mora lōga) remittas
Tu q̄s q̄ primum (ſatis eſt procul eſſe ſororē)
Si pietas vlla eſt, ad me Philomela redito.

ſa cur fuerit victus, morē.n. geriſſe q̄ pater. Amborū ſcz, Terei et philomelę. Succeſſiſſe, feliciter eueniſſe. Duabus, ſibi et p̄gne ſorori. Lugubre, triſte et luctus cā futurū. Iam labor exiguus phębo, ſigt finem diei aduenīſſe. Phębo, Apollini, q interdiu in regno Solis curſu occupatus eſſe, p no ctē vero qeſcere vulgo vr̄. Eſt ergo ſenſus ex opīone vulgari p̄ceptus. Equiq; pulſabit, equi inqt Solis iam p̄uenerāt in occidentalem cęli p̄tem. Spatium, p̄tē. Declinis olympi, cęli deorſum vergentis, quo cū p̄uenerunt eq Solis in Oceanum deſcēdere vīr.

Regales epulę mēſis, mira breuitate apparatū cęnę dſcribit, quę apud priſcos hora nona fieri ſolebat, quā eandē eſſe cū vigeſima prima, cū ex alijs multis, tū Plinij Epiſtolis colligimus. Bacchus, vinū. Inuentor.n. p̄ re inuenta frequenter ponit a poetis, vt illud terentianū. Sine Cerere et Libero friget Venus. At rex Orthyſius, ſic q̄dem fere legitur, ſed Odryſius ē legendū Odriſę eſt. nā Odryſę populi ſūt Thracię, et Odryſa vrbs eorum; quę et Odryſia dicitur, vnde Odryſius deriuatur. Eleganter autem amantum cogitationes deſcribit poeta. Eſtuat, ardet, hęc autem particula tamen eſt ſubaudiēda. Quę nōdū vidit, p̄rs corporis, quę veſtibus tectę erant accipiendę ſunt. Cura remouente ſoporem, amore ſomnum repellente. Lux erat, dies aduenerat.

Generi euntis, recedere cupientis. Terei.

QVoniam pia cauſa coegit, pium nanq; eſt ſo-
RAPH. rore ſorori mittere videndam. Tuearis, defen-
das, atq; cuſtodias. Mihi ſollicito, anxio de fi-
lię abſentia. Lenimen, ſolamen. Satis eſt pro-
cul eſſe ſororem, ſatis eſt inquit quod progne lon-
ge a me abeſt. Mandabat, mandata dabat.

lam, ꝙ Iouis ales raptor ſpectat ſua pręmia, cum
ipſe pdator depoſuit nido leporem aduncis pedi-
bus. reliqua per parentheſim leguntur. Iamque
iter eſſe. confectum, perfectum. Iam enim in thra-
ciam fuerant aduecti. Tametſi cus alij ſcriptores,
tum Strabo apud Daulida Phocidis vrbem, quam Daulin

Dextras vtraſque, et terei et Philome-
lę. Natamq; ne potemque, et Prognen et Itin. Pro
ſe, nomine ſuo, et ſuis verbis. Memori ore, memores ip-
ſi. eſt enim hypallage. Supremumque, et vltimo loco,
inquit, potuit dicere vale. Pleno ſing. ore, geſtum expri-
mit patris de filia a ſe recedente admodus ſollicit. Ita nā
que Pandion ſingultibus impediebatur, ut vix potuerit dice-
re vale. Pręſagia, diuinatiões. Eſt enī pręſagia mali mēs.
Admotumq; fretum re. hypallage eſt, mari nanq; remi, non
mare admouet remis. Tunc autem remi admoueri dicitur mari, cum remigatur nauiſq; remis
impellitur. Tellusq; re. eſt, ex vulgari hoc dictum eſt opinione, terra nanq;, quę eſt imobilis re-
tropelli a remigantibus videt. Vicimus excl. barbari, et ab omni ciuilitate alieni hominis mores expri-
muntur. Barbarus, cā eſt, cur vix differret ſua gaudia, quia barbarus et bonis moribus alienus.
Lumen, oculos.
Iouis ales. Iouis ales, aquila, quę nunꝙ fulmine tangitur ſub Iouis tutela ē phibet.
Spectat ſua pręmia. ordo eſt ē ſenſus, Non aliter Tereus ſpectabat Philomelam

Mandabat, pariterq; ſuę dabat oſcula natę,
Et lachrymę mites inter mandata cadebant.
Vt fidei pignus, dextras vtraſq; popoſcit,
Inter ſeq; datas iunxit, natamq;, nepotemq;
Abſentes pro ſe memori rogat ore, ſalutent.
Supremumq; vale, pleno ſingultibus ore
Vix dixit, timuitq; ſuę pręſagia mentis.
Vt ſimul impoſita eſt pictę Philomela carinę,
Admotumq; fretum remis, tellusq; repulſa eſt,
Vicimus exclamat, mecum mea vota feruntur.
Exultatq;, et vix animo ſua gaudia differt.
Barbarus, et nusꝙ lumen detorquet ab illa.
Non aliter, ꝙ cum pedibus prędator aduncis
Depoſuit nido leporem Iouis ales, ab alto
Nulla fuga eſt capto. ſpectat ſua pręmia raptor.
Iamq; iter effectum, iamq; in ſua littora feſſis
Puppibus exierant, cum rex, Pandione natam
In ſtabula alta trahit, ſiluis obſcura vetuſtis.
Atq; ibi pallētem, trepidamq;, et cuncta timētē,
Et iam cū lachrymis vbi ſit germana rogantē,
Includit, faſſusq; nefas, et virginem, et vnam
Vi ſuperat, fruſtra clamato ſępe parente.
Sępe ſorore ſua, magnis ſuper omnia Diuis.
Illa tremit velut agna tremens, quę ſaucia cani
Ore excuſſa lupi, nondum ſibi tuta videtur.
Vtq; columba ſuo madefactis ſanguine plumis
Horret adhuc, auidoſq; timet qbus hęſerat, ūgues
Mox vbi mens rediit, paſſos laniata capillos.
Lugenti ſimilis, cęſis plangore lacertis
Intendens palmas, o diris Barbare factis.
O crudelis ait, nec te mandata parentis
Cum lachrymis mouere pijs, nec cura ſororis,
Nec mea virginitas, nec coniugalia iura.
Omnia turbaſti, pellex ego facta ſororis.
Tu geminus cōiunx. hoſtis mihi debita pęna.
Quin aīaꝫ hāc (ne qđ facinus tibi pfide reſtet)
Eripis? atq; vtinam feciſſes ante nefandos
Cōcubitus, vacuas habuiſſem criminis vmbras
Si tamen hoc ſuperi cernunt, ſi numina Diuū
Sunt aliquid, ſi non perierunt omnia mecum,
Quandocunq; mihi pęnas dabis, ipſa pudore
Proiecto tua facta loquar. ſi copia detur,

et Dauliam vocatā eſſe ait, ea omnia ꝙ de Tereo, Progne, Philomela, et Ity fe-
runtur. geſta eſſe teſtantur, ibi nanque Tereum ipſum regnaſſe. Verum Ouidium regem thracię
fuiſſe ſcribit, illaque oīa in thracia fuiſſe perpetrata. Pandione natam, Philomelam. Faſſusq;
nefas, nefandum cōfeſſus amorem. Et virginem et vnam Vi ſuperat, maximā hominis barbariem
oſtendit poeta, ꝗ ſuſtinuerit virginem et ſolam ē ſibi creditam, et patrem et ſororem et in primis
Deos implorantem violare. Illa tremit velut agna pauens, virgineum amorem pulchre his ſimilitu-
dinibus ab oue et columba ſumptis poeta expreſſit. Excuſſa, eiecta. Cani lupi, epitheton eſt lu-
pi colori conueniēs. Lupi nanq; canicie infecti eſſe videtur.
Horret, tremit ꝗuis accipitres effugerit.
Auidos vngues, auidi accipitris, qui columbas maximē infeſtat. Paſſos laniata capillos ſy-
negdoche poetica, ſparſos enim capillos cum laniaſſet philomela intelligitur. Lacerare autem
crines in męroribus ſolent mulieres.
Cęſis lacertis, percuſſis brachijs. Diris factis, nefandis ſceleribus. Nec cō-

ingalia iura,nec matrimonij iura,quibus non li cet cuiquam cum duabus coire ſororibus.Coniugalia vero eſt legendum,vt ſex ſyllabarum ſit,nõ coniugalia,vt eſt in exemplaribus depranatum. Omnia turbaſti, omnia inquit iura et humana,et diuina confudiſti. Pellex ego facta

Luctantemq; loqui, conantem. Forcipe,forceps inſtrumentum eſt fabrile,quo ferrum vel ignitum facile et capitur et tenetur. Enſe fe.ipſe ferus et crudelis. eſt enim hypallage. Radix micat,palpitat,motatur. Ipſa iacet, lingua reciſa ſubaudiatur.

In populos veniam.ſi ſiluis clauſa tenebor,
Implebo ſiluas,& conſcia ſaxa monebo.
Audiat hoc ęther,& ſi Deus vllus in illo eſt.
Talibus ira feri poſtq̃ commota Tyranni,
Nec minor hac metus eſt,cã ſtimulatus vtraq;
Quo fuit accinctus, vagina liberat enſem,
Arreptamq; coma,flexis poſt terga lacertis
Vincla pati cogit.iugulum Philomela parabat
Spemq; ſuę mortis viſo conceperat enſe.
Ille indignantem,& nomen pr̃is vſq; vocantẽ,
Luctãtemq; loqui, comprenſam forcipe linguã
Abſtulit enſe fero.radix micat vltima lingue.
Ipſa iacet,terręq; tremens immurmurat atrę.
Vtq; ſalire ſolet mutilatę cauda colubrę,
Palpitat,et moriens dominę veſtigia quęrit.
Hoc quoq; poſt facinus (vix auſis credere) fert
Sępe ſua lacerum repetiſſe libidine corpus.
Suſtinet ad Prognen poſt talia facta reuerti,
Coniuge quę viſo,germanam quęrit.at ille
Dat gemitus fictos,commentaq; funera narrat
Et lachrymę fecere fidem.velamina Progne
Deripit ex humeris auro fulgentia lato,
Induiturq; atras veſtes,& inane ſepulchrum
Conſtituit,falſiſq; piacula manibus infert,
Et luget,non ſic lugendę fata ſororis.
Signa Deus bis ſex acto luſtrauerat anno.
Quid faciat Philomela?fugam cuſtodia claudit.
Structa rigent ſolido ſtabulorum mœnia ſaxo.
Os mutum facti caret indice,grande doloris
Ingenium eſt,miſeriſq; venit ſolertia rebus.
Stamina barbarica ſuſpendit candida tela,
Purpureaſq; notas filis intexuit albis,
Indicium ſceleris,perfactaq; tradidit vni,
Vtq; ferat dominę geſtu rogat.illa rogata
Pertulit ad Prognen,nec ſcit quid tradat in illis
Euoluit veſtes ſęui matrona Tyranni,
Fortunęq; ſuę carmen miſerabile legit,
Et (mirũ & potuiſſe) ſilet.dolor ora repreſſit,
Verbaq; quęrenti ſatis indignantia lingue
Defuerant,nec flere vacat.ſed faſq;,nefaſq;
Confuſura ruit,pęnęq; in imagine tota eſt.
Tẽpus erat,quo ſacra ſolent trieterica Bacchi

Pellex.

ſororis, pellex proprie dicitur,quę cum marito alterius concumbit. Tu geminus con.tu duabus es maritus, et mihi & ſorori.

Debita pena,te expectat ſubintelligẽdum videt. Quin eripis? cur non eripis mihi vitam.

Ne quod facinus, ne aliquid ſcelus tibi reſtet in me perpetrandum. Vacuas habuiſſem criminis vmbras,hoc eſt crimine caruiſſem.

QVANDOcunq; mihi penas dabis. aliquando mihi punieris. Proiecto pudore, abiecto, depoſito. Si copia detur,ſi potero. Audiat hoc ęther, cęlum. Feri Tyranni,crudelis, ab omnique humanitate alieni. Nec minor hac metus eſt, non minor eſt inquit metus ne a Philomela ſorori proderetur ſcelus q̃ ira.

Cauſa ſtimulatus vtraq;,et ira et timore impulſus.

Liberat enſem va.e vagina eripit enſem. Iugulum Philomela parabat, bene inſtitutę virginis morem exprimit poeta,quę violata nihil mortem recuſat,ſed vltro iugulum enſi obijciebat,quo citius interficeret. Spem ſuę mor.mortem nanque cupiebat Philomela. Vsque no. ſemper clamantem.

Forceps.

Mutilatus

Mutilatę co.inciſę ſerpentis in duas partes. Mutilati vero dicuntur,quibus aliquid membrum fuit reciſum. Palpitat, ſalit, frequenter mouetur. Hoc quoq; poſt fa. poſt extractum linguas.

Lacerum cor. lingua mutilatum.

Commenta fu. fictam Philomelę mortem. Et la. fe.fi.hoc eſt effecerũt lachrymę vt Progne mortem Philomelę veram eſſe crederet.

Atras ve. pullas, lugubres. Et ina. ſe cadauere vacuum,quod grçci cenotaphium dicunt.

Falſis ma. non veris, cum nondum Philomela mortua foret. Nõ ſic lu.vt mortua nõ erat lugẽda,ſz vt viua erat vindicãda,et ĩ libertatem aſſerenda.

Signa Deus bis ſex,iam inquit duodecim tranſierant menſes. Deus, Apollo,qui idem eſt cum Sole. Luſtrauerat, illuſtrauerat. quo.n.in ſigno Sol eſt,idẽ illuſtrauiſſe videtur, q̃q̃ circuierat quoque intelligere poſſumus. Quid faci.facere poſſit.

Cuſtodia

Cuſtodia, cuſtodes a Tereo appoſiti.Sic Virgil. cernis cuſtodia qualis.

Rigent, aſperę ſunt,ita ut inde niſi per ianuam exitus non detur. Mœnia, parietes. Os mu.fa.ca.indi.os inquit mutum ſcelus

Itys

Itylus

quitur,et minatur. Ad matrē veniebat Itys,Itys et appellatio ē qua rotę curruſue circūferentia ſignificat,et pueri Prognes et Terei filij nomē, q et Itylus fuit cognoīatus,qđ ſignū ē argumentū fuerit calamitatis,quę parentibus,ipſiq; euenit, τηλύνω enim gręci ſigna miſerię vocant. Quid poſ. ab. mo,omniq; virtute prędito rege. Cui ma.ac ſi diceret turpiſſimo omniumq; nefandiſſimo. De generas, ſuppliciū arguit Progne, quod a ſuis degeneret,ſi tantum ſcelus patiatur inultum. In coniuge Tereo, ſi eſſet ſoluta oratio, in coniuge Tereum diceremus.Pietate inquit vti in coniugē Tereum ſcelus eſt.

Triſte parat facinus,tacitaq; exęſtuat ira.
Vt tamen acceſſit natus,matriq; ſalutem
Attulit,& paruis adduxit colla lacertis,
Mixtaq; blanditus puerilibus oſcula iunxit,
Mota quidē eſt genitrix, infractaq; cōſtitit ira,
Inuitiq; oculi lachrymis maduere coactis.
Sed ſimul ex nimia mentem pietate labare
Senſit,ab hoc iterum eſt ad vultus verſa ſororis,
Inq; vicem ſpectans ambos, cur admouet inqt
Alter blanditas?rapta ſilet altera lingua?
Quā vocat hic matrē,cur nō vocat illa ſororē?
Cui ſis nupta vide Pandione nata,marito.
Degeneras:ſcelus eſt pietas in coniuge Tereo.
Nec mora traxit Ityn, veluti Gangetica ceruę
Lactentem fœtum per ſiluas Tigris opacas.
Vtq; domus altę partem tenuere remotam,
Tendentemq; manus,& iam ſua fata videntē,
Et mater,mater clamantem,& colla petentē,
Enſe ferit Progne,lateri qua pectus adhęret.
Nec vultum vertit,ſatis illi ad fata, vel vnum
Vulnus erat. iugulum ferro Philomela reſoluit.
Viuaq; adhuc,animęq; aliqd retinētia mēbra
Dilaniat.pars inde cauis exultat ahenis,
Pars verubus ſtridet. manant penetralia tabo.
His adhibet coniunx ignarum Terea menſis.
Et patrij moris ſacrum mentita,quod vni
Fas adire viro,comites,famulosq; remouit.
Ipſe ſedens ſolio Tereus ſublimis auito
Veſcitur, inq; ſuam ſua viſcera congerit aluū.
Tātaq; nox animi eſt.Ityn huc acceſſite, dixit.
Diſſimulare nequit crudelia gaudia Progne.
Iamq; ſuę cupiens exiſtere nuntia cladis,
Intus habes,quod poſcis ait,circumſpicit ille.
Atq; vbi ſit,quęrit quęrenti, iterumq; vocanti
Sicut erat ſparſis furiali cęde capillis
Proſiluit,Ityosq; caput Philomela cruentum
Miſit in ora patris,nec tempore maluit vllo
Poſſe loqui,& meritis teſtari gaudia dictis.
Thracius ingenti menſas clamore repellit,
Vipereasq; ciet ſtygia de valle ſorores,
Et modo ſi poſſet reſerato pectore,dirus

il. Admo.ē, quo malo ingt afficere Tereus poſſit ex Ityli aduentu cognouit, de illo nāq; interficiendo cogitare cępit.

Ha q̃,indignationi ſeruiens eſt illa interiectio hoc loco,alibi et miſerationi. Acceſſit, appropinquauit. Matriq; ſalu. Attu. hoc eſt matrem ſalutauit. Et puis ad.col. la. et matris colla paruis brachijs circūdedit. Eſt aūt hypallage, colla.n. adduci brachia dicitur potius q̃ e diuerſo. Triſta da.fa. cōem ſibi cū Tereo filiū interficere, et coctum pri epulandum apponere cogitat. Tacita ira,tecta,occulta, neque.n. Itylo ſe iratā eſſe oſtēdebat. Mota qdem eſt genitrix cōmota,q̄ mr̄ erat. Matres nāque filios natura charos hñt.

Infracta

Infractaq; cō ira,i ē ira quā ꝯceperat ī filium Progne ipſius blanditijs fracta eſt. Infracta nāq; hoc loco valde et penitus fracta intelligit. Inuitiq; oculi,ipſius inuite oculi. eſt.n. hypallage. Lachrymis coactis,a pietate mr̄na expſſit. Labare vacillare, et ad miſericordiā cōmoueri.

Ab hoc, ab huius Ityli aſpectu. Inq; vicem, viciſſim, per vices. Pādione nata, ſeipſam alloquit Progne, eſt aūt emphaſis. Ac ſi diceret ſe natā eſſe e Pādione viro generoſiſſi-

Nec mo. eſt ſubaudiat, hoc eſt cuꝫ primum aſſeruit ſcelus eſſe pietate in Tereū vti Ityn traxit in partem domus ſecretiorem. Gangetica ti. Indica a Gange maximo Indię fluuio.

Gangeticus

Cerue lac. foe. piphraſis eſt inuli. Tēdentem ma. ſuę plicantem. Adhęret, adiungitur, ſignificat autē Ityn a matre inter latus et pectus fuiſſe pcuſſum.

Nec ver. vul. magna matris ſeuitia atq; indignatio, quę circa vultus auerſionem filium necare ſuſtinuerit. Ad fata, ad mortem.

Exultat,feruet. Partem vero Ityos carnium dixam, partem toſtā fuiſſe ait.

Manant pe.ta.interiora ędium loca tabo et ſanie pueri occiſi fluūt. Ignarum.Tę.cędis filij inſcium. His mē.his epulis, continens.n. pro contento ſępenumero a poetis ponitur. Et pa. mo. ſa.Athenienſe ſacrificium,his autem veriſimilia reddit ea, quę a Progne et Philomela perpetrata fuiſſe narrantur.

Vni vi.ſoli marito

Remouit,amandauit, dimiſit. Solio aui.ſede auorū.

Sua viſcera, ſuas carnes, nam Itys ex Terei ſanguine fuerat conceptus. Tātaque nox animi eſt, acclamatio eſt.

Egerere inde dapes, demerſaq; viſcera geſtit.
Flet modo, ſeq; vocat buſtum miſerabile nati.
Nunc ſequitur nudo genitas Pandione ferro.
Corpora Cecropidum pennis pendere putares,
Pendebant pennis, quarum petit altera ſiluas,
Altera tecta ſubit, neq; adhuc de pectore cedis
Exceſſere notę, ſignataq; ſanguine pluma eſt
Ille dolore ſuo, pęnęq; cupidine velox
Vertitur in volucrem, cui ſtãt in vertice criſtę,
Prominet ĩmodicum pro longa cuſpide roſtru͂.
Nomen Epops volucri, facies armata videt̃.
Hic dolor ante diem, longeq; extrema ſenectę
Tẽpora Tartareas Pandiona miſit ad vmbras.
Sceptra loci, reru͂q; capit moderamẽ erechtheus
Iuſtitia dubium eſt, validis ne potentior armis.
Quattuor ille quidẽ iuuenes, totidẽq; crearat
Fęmineę ſortis, ſed erat par forma duarum.
E quibus Aeolides Cephalus te coniunge felix
Procri fuit, Boreę Tereus, Thraceſq; nocebant,
Dilectaq; diu caruit Deus Orithyia,
Dum rogat, & precibus mauult q̃ viribus vti.
Aſt vbi blanditijs agitur nihil, horridus ira,
Quę ſolita eſt illi, nimiumq; domeſtica vento,
Et merito dixit, quid enim mea tela reliqui?
Sęuitiam, & vires, iramq;, animoſq; minaces?
Admoniq; preces, quarum me dedecet vſus?
Apta mihi vix eſt. hac triſtia nubila pello,
Hac freta concutio, nodoſaq; robora verto,

in hominum ęcitatem. Accerſite, ad vocate. **Diſſimulare** Diſſimulare nequit. occultare non poteſt. Eſt.n. diſſimulare fingere id non eſſe quod ſit. Crudelia ga.lętitiam ex crudeli filij cęde, quem pa ter vorauerat.puenientem. Iamq;, ſtatimq;. In **Progne ĩ hirũdinẽ Philomela ĩ luſciniã Tereus ĩ vpupam** tus habes, intra teipſum habes. Vbi ſit, Itys ſubaudiat. Meritis di. puenientibus verbis. Thracius, Thereus Thracius tyrannus. Repellit, euertit. Ciet, vocat. Vipereas ſo. furias, quę pro crinibus viperas habere dñr. De ſty. u.ab inferis. Reſeràto pect. aperto. **Egerere** Egerere, eijcere, euomere. Geſtit, cupit. Demerſa, imerſa viſcera filij. Seq; vo. bu. ſepulchru͂ filij, carnes.n.illius ĩ ſtomacho hẽbat. Nũc ſe. modo perſequitur. Nudo fer. ſtricto enſe. Corp. ce. Atheniẽſium prognes ẽ philomelę. Pẽnis pẽ. pu. alis in aere aliquis pendere putaret, in aues nãq; iã fuerant transmutatę. Quarũ pe. al ſil. philomela, quę ĩ luſciniam fuit conuerſa. Altera te. ſu. progne, quę in hirundinem fuit transfigurata. Notę cę. ſigna cędis. Signataque ſan. plu. eſt, pluma inqt eſt maculis ſanguineis infecta ẽ hirundinum et luſciniarũ. Pęnę cu.q̃ prognem philomelamq; aſſlaeret. **Vpupa** Vpupã autem, quę a grecis epops appellatur, poeta deſcribit. Cui ſtant, erectę ſunt. Immodicum, maximum. Pro.lõ. cu. pro longo enſe, quo fugientes pſequebat̃. Facies ar. vĩ, ita.n. pẽnę circa oculos ſunt diſpoſitę, vt eos galea fere tectos habere videat̃, ideoq; toruo eſt aſpectu hęc auis. Hęc autem oĩa in Daulide, quę ſupra Cheroniam eſt, vbi Tereus regnauit, perpetrata fuiſſe Thucydides et Pauſanias ſcribunt, q̃uis Megarenſes affirment circa fontes, qui Megaridis vocant̃, illa fuiſſe geſta. Eorũ vero locorũ ditionem Tereus amiſit, pter ea quę ẽ ipſe in philomelam, et progne, philomelaq; aduerſus Ityn admiſerunt. Vnde Megaris ſibi ipſe mortem conſciuit Tereus, cui Megarẽſes et tumulum ſtatim erexerunt, et ſingulis quibusq; annis ſacra perſoluerunt, in quibus calculis pro hordeo vtuntur. Ibi vpupam auem primum, viſam aſſerunt. Mulieres autem Athenas rediſſe lugentes et q̃rentes quid paſſę eſſent, lachrymiſq;, ſe miſerabiliter confeciſſe. Vnde earũ in luſciniam et hirundinem transfigurationes confictę fuere, ea occaſione, q̃ hę aues neſcio quid miſerabile, et luctui ſimile canunt. Hic dolor ante diem, Pãdioni dolore, quem ex filiabus conceperat, mortuo, Erectheus a pallade educatus (vt ſcribit Homerus) et Atheniẽſibus rex traditus in regno ſucceſſit, cuius filiã Orithyiam amauit Boreas Thracię ventus et rapuit, in Thraciã amq; aſportauit, ex qua filios ſuſtulit zeten et calain, q pueri qdem ſine alis fuerunt, iuuenes vero alati effecti vna cu͂ alijs Argonautis ad vellus aureum rapiendum ſunt profecti. Tartareas ad vmbras, ad inferos. Vt autem Pauſanias in Attica ſcribit. Pandion omnino infelix in filiarum educatione fuit, neq; earu͂ filij relicti ſunt illi ĩiurię vltores, tametſi vt fortunam augeret cum Thrace rege Tereo affinitatem iunxerit, ſed nulla ẽ mortalibus euadendi via, quod adeo futurus eſt. Sceptra loci. Athenarum imperium. Rerum moderamen, regni gubernationem. Sed erat par forma duarum, e quatuor filiabus duas ęq̃les pulchritudine fuiſſe ait, Procrin, quę Cephalo Dionei filio nupſit, et Orithyiam, quę a Borea vento dicitur fuiſſe rapta. **Procis Orithyia** Tametſi Heſagoras in Megaricis ſcribat non a vento, ſed a Borea Strymonis filio Orithyiam fuiſſe raptã. Cherilus vero narrat Orithyiam flores colligentem iuxta fontes Cephiſi fuiſſe raptã, cui Simonides accedit, qui in Naumachia ſcribit ipſam ex Attica a Borea raptã, et in Thraciã ad Sarpedoniã vſq; petrã fuiſſe platã, vbi et rẽ cũ illa habuiſſe dr̃. Apollonius quoq; Orithyię raptũ eleganti ſſime ĩ primo Argonauticon deſcribit, quẽ Oui. potiſſimũ ſequi vr̃. E qbus Aeolides Cephalus. **Cephalus**

Cephalus (vt Strabo ait) Deionei filius quidem fuit, q ab Æolo genus duxiſſe vir, vnū et Æolides a poeta vocaſ, vt in oibus, quę mihi videre ɔtigit, ex.m plaribus legiſ. Sed quō ab Æolo ducat originem Cephalus nondū memini me legiſſe. Procri fuit, Procri vocatiuus eſt gręcus. ad ipſum.n. ſermonem puertit poeta.

gidiſſimus. Partuq; en. g. enixi proprie mulieres dicūr cū pariunt. Gemellos, zetē et Calain, nō hos āt ſolum Boreas ex Orithyia ſuſcepit, ſed et puellas Checnidē, et zetē, et Cleopatrā, q̄ phineo nupſit. Pennas ge. alas Boreę pr̄is. Nā venti cū alis ēt nūc pingunt. Subnixa, ſubiecta. Enixi

Boreę Tere. Tra. no. crudelitas inqt Terei ac Thraci Boreę ne Orithyias duceret vxorem nocebant. Boreas āt ventus, q latine Aquilo vocaſ, vt in primus plenius ſcripſimus. Boreas etiam Strymonis fuiſſe filius narraſ, a quo rapta fuit Orithyia. Sȝ poetę qō fuit hoīs opus ad ventum transferunt. Tamenſi quidā dicant Orithyiā ex alto ab Aquilone deiectam periſſe, indeq; a poetis fictam fabulam fuiſſe. Deus, Boreas. Horridus ira, terribilis indignatione. Boreę āt naturam deſcribit, eſt.n. ventus valde impetuoſus et violentus.

Boreas

Orithyię raptus.

Et me. di. merito Boreas ſeſe amei Orithyia ɔfeſſus eſt, qm̄ blandiciys q̄ viribus vti maluerit. Admoui, appoſui.

Quarum me decet vſus, qbus mihi turpe eſt vti: Cęlo apto, aere patenti, in quo venti ɔfligunt.

Tanto mo. lu. tātis viribus reſiſto.

Induroq; niues, & terras grandine pulſo.
Idem ego cum fratres cęlo ſum nactus aperto,
(Nā mihi campus is eſt) tāto molimine luctor
Vt medius noſtris concurſibus inſonet ęther,
Exiliantq; cauis eliſi nubibus ignes.
Idem ego cum ſubij conuexa foramina terrę,
Suppoſuiq; feros imis mea terga cauernis,
Sollicitos manes, totumq; tremoribus orbem,
Hac ope debueram thalamos petiſſe, ſocerq;
Nō orādus erat mihi, ſed faciendus Erichtheus.
Hęc Boreas, aut his non inferiora locutus
Excuſſit pennas, quarum iactatibus omnis
Afflata eſt tellus, latumq; perhorruit ęquor.
Puluereāq; trahens p ſumma cacumina pallā
Vertit humum, pauidāq; metu caligine tectus
Orithyiam adamans fuluis complectitur alis.
Dum volat, arſerunt agitati fortius ignes.
Nec prius aerij curſus ſuppreſſit habenas,
Quā Ciconū tenuit populos, & męnia raptor.
Illic & gelidi coniunx Actęa Tyranni,
Et genitrix facta eſt, partuq; enixa gemellos,
Cętera qui matris, pennas genitoris habebant.
Non tn̄ has memorāt vna cū corpore natas,
Barbāq; dum rutilis aberat ſubnixa capillis,
Implumes Calaisq; puer, Zetesque fuerunt.
Mox pariter pennę ritu cępere volucrum
Cingere vtrunq; latus, pariter flauescere malę.
Ergo vbi conceſſit tempus puerile iuuentę,
Vellera cum Minyis nitido radiantia villo,
Per mare non notum prima petiere carina.

Rutilis ca. flauis crinibus. Implumes, ſine plumis et alis. Zetes aūt legendū ē nō Zetus, aut fere in exēplaribus eſt deprauatum. Flaueſcere, flauę fieri lanugine naſcente. Ergo vbi cō. poſteaq̄ inqt iuuenes effecti ſūt, vna cū alijs Argonautis ad rapiendū vellus aureū nauigauerūt. ſed vn̄ Zetes et Calais venerint varię ſunt priſcorū opiones. Alij nāq; ex Thracia, vt Apollonius. Herodotus ex Danide. Duris vero et Phanodicus ex Hyperboreis ad Iaſonē veniſſe aiūt. Hęc āt ad ſeptimi libri initiū apte cum ſexti fine copulandū narrant. Cōceſſit, locū dedit. Vellera, pellē arietis aureā, quem Phrixus cū ab eo ad Colchos vſq; incolumis fuiſſet delatus, Ioui phrixio, hoc eſt fugę fauenti imolauit, ac eius pellem aurei velleris dicauit. Nā Athamas Æoli filius Cretheiq; frater, vt ſcribit Apollonius, ex Nephele vxore duos ſuſtulit liberos, Phrixum et

Vnde fulmina.

Vnde terremotus.

Vt me. no. phyſicorū ſniam ſequiſ, qui ex colliſione nubium et tonitrua aiunt commoueri, et fulmina emitti. Eliſi ignes, expulſi. eſt āt fulminum piphraſis. Idem ego cum ſu. terręmotus ex phyſicorū ſnīa fiunt a ventis in cauernis terrę clauſis, vnde ſine magno impetu exire non pn̄t. Sollicito, infeſto, pturbo. Excuſſit pen. ɔcuſſit alas, ex quarū iactatione maximum ventum excitatum fuiſſe ait. Puluerea̅m pal. puluerulentā veſtē, q̄ eleganter Boreę attribuit, qꝛ eo vēto flante maximus excitaſ puluis. Ignes, amores. Nec pri. ae. cur. nec prius inqt volare deſiuit, q̄ ad Ciconęs Thracię populos puenīſſet. Actęa. Athenienſis orithyia. Gelidi ty. Boreę venti, q ualde eſt fri-

Hellen. ſed Nephele mortua, Ino filijs nouercam ſuperinduxit, quę vt nouerca prioris filios vxoris odio p ſeq cępit cūq; agri illius incantamētis ſteriles facti eēnt, vates ſubornauit, q Athamāt referrēt agros nō añ fertiles futuros q̄ filij prioris vxoris interficerenſ. Cęterū Phrixus piculi iminentis admonitus arietē vna cū ſorore Helle aſcēdit, q mare ingreſſus cū ad Troicū Pelagus peruenīſſet, Helle in mare cadēs ei nomē dedit. inde.n. Helleſpōtus fuit appellatus. Phrixus āt in Scythiā uectus Ioue frixio, q eius ope nouercę inſidias fugerat, arietem ipſum imolauit, velluſq; aureū eidem dicauit, qꝺ quidem in luco Martis a puigili dracone, taurisq; p nares ignem efflantibus cum cuſtodireſ, ab Ia-

ſone raptum, atq; in theſſaliā fuit aſportatū. Euſebi. āt in Chronicis ait phrixū idcirco ab ariete vectum eē fingi, q: nouercales inſidias nauis, cuius (Minyę.) inſigne aries erat, fugit. Cū Mi. Minyę ppli fuerunt theſſalię antiqſſimi, a Minya Orchomenii (vt putaſ) et Hermippes, re vera āt Neptuni filio denolati. Demetrius āt Scepſius ait illos, q circa Iolcū habitarunt Minyas fuiſſe appellatos. Apolloni⁹ vo oēs Argonautas ſcribit Minyas fuiſſe, q plurimi et fortiſſimi quiq; eoꝝ ac in primis ipſe Iaſon a Minyę filiabus duxerunt originē. (Prima nauis.) Pria ca. prima naue. Nā argo pma oīum nauis longa fuiſſe phibeſ. Quidā tū aiunt Danaū ab Ægypto pſecutū oīum primum nauis longam ꝯſtruxiſſe, vnde etiā Danaida fuiſſe vocatam.

RAPHAELIS Regij in ſeptimū Metamorphoſeos Ouidij librum enarrationes.



Fabulę pmę libri ſeptimi argumētū.

FACT. IAMq; fretū etē. Iaſon Æſonis filius miſſus a Pelia Neptuni filio cū pceribus graioꝝ Colchon ad pellē aureā apportandā, adiutricibus Iunone ac Minerua vt Æetę Solis filij cōtigit regi i pulchritudine ſua ꝑculit Medeā aduerſus parentem, vt ſibi potius q̄ primę ꝯſuleret. Ergo obligatū Iaſonē coegit, vt fidē pſtaret ꝯiugij erga ſe, nā tauros ſpirantes ignē ē draconem cuſtodientē templū, et tergus auratū veneniis, atq; carminibus coegit parere Iaſoni, vt pro ſciſſo ſolo dētes obſereret ſerpentis, ex qbus genus armatoꝝ ꝯcreſceret, inter quos, vt eis ꝑceptū erat a Medea, iactato ſilice coegit eos inter ſe dimicare, q mutuo bello ꝯciderunt his geſtis Iaſon cū Medea Corinthū abyt.

P. Ouidij Naſonis Metamorphoſeos. Liber Septimus.

IAmq; fretū Minyę pagaſęa puppe ſecabant.
Perpetuaq; trahens inopem ſub nocte ſenectam
Viſus erat Phineus, iuuenesque Aquilone creati
Virgineas volucres miſeri ſenis ore fugarant.
Multaq; perpeſſi claro ſub Iaſone, tandem

RAPH. IAmq; fretum Minyę. Narraturus poeta quem admodum dentes ab Iaſone ſeminati in hoīes armatos fuerunt transformati, Apolloniū qui Argonautica ſcripſit potiſſimum ſequiſ, Argonautarūq; in Colchos pfectionē, Medeęq; amores elegantiſſime deſcribit. Cauſe autem illius Iaſonis peregrinationis hę fuiſſe narraſ. Tyro Salmonei filia Neptuno peperit Neleū et Peliā, deinde nupſit Cretheo Æoli filio, eiq; peperit Æſonem, pheretē, et Amythaonem. Ac ex Pherete qdem naſcitur Admetus, ex Amythaone Melampus, ex Æſone Iaſon qui & Chironi alendus, medicinaeq; docendus fuit traditus a pře, qui ſenio ꝯfectus, tantiſper dum filius creſceret, regnū Theſſalię Pelię fratri cōmendauit. Ceteꝝ Pelias oraculū ab Apolline acceperat, vt ſibi ab eo caueret, quē cū ſolo calceo ad ſe venientem videret, fore enī vt opera eius eſſet moriturus. Iaſon autem iam grādior effectus, cum ad patrium rediret, forte in ripa Anauri Theſſalię fluuij offēdit Iunonem vetulę ſimilem, q̄ videbaſ velle quidem fluuiū tranſire, ſed non audere. Quod vidēs Iaſon illam humeris ſuſcipiens in vlteriorem fluuij ripam tranſtulit, altero ex calceis in flumine amiſſo. Sicq; Iaſon ad Peliam cum altero calceo peruenit, q oraculi recordatus, veritusq; ne ab ipſo interficereſ, illi mandauit expeditionem in Colchos admodum periculoſam ad vellus aureus rapiendū, putans eū aut ab aliquo interfectum iri, aut certe in mari, aut naue, terra perituꝝ. Sed Iaſon omni collecta Grecię iuuētute, Argoq; naue fabricata, ad Colchos profectus, et vellus aureum opere Medeę regis Æetę filię rapuit, et Medeam ipſam ſecū in patriam reuexit. (Iaſonis expeditio in Colchos Medeę amores) Iamq; fretum Minyę. populi ſunt Theſſalię Minyę, a Minya Neptuni filio, q illis imperauit, denominati. (Minyę) Pagaſęa puppe, Argo naue iuxta Pagaſas promontorium fabricata. Sic aūt legendum eſt, non Pegaſęa, vt fere in exemplaribus eſt deprauatum. Pagaſę enim ſunt et promontorium et vrbs Theſſalię, dictę (Pagaſę) απο του πηγνυουσιν αργω, hoc eſt compingenda ē fabricanda Argo naue. Demetrius autem Scepſius απο των πηγων, ideſt a fontibus, quibus irrigatur locus, in quo etiam templum eſt Pagaſęi Apollinis. Viſus erat Phineus, Phineus Phę (Phineus) nicis et Caſſiepeę filius, ſiue Agenoris (vt quidam putant) rex fuit Thracię, qui (vt Dionyſius in Argonautis narrat) dimiſſa Cleopatra vxore, Harpallacen Scythicam, vt alij Idęam Dardani Scytharum regis filiam filijs ſuperinduxit nouercę

Contigerant rapidas limoſi Phaſidos vndas.
Dumq́; adeunt regē, Phrixeaq; vellera poscūt.
Voxq; datur Minyis magnoꝝ horrēda laboꝝ.
Concipit interea validos Aeetias ignes,
Et luctata diu, poſtquam ratione furorem
Vincere non poterat, fruſtra Medea repugnas,
Neſcio quis Deus obſtat ait. miruṁq; quid hoc ē,
An aliquid certe ſimile huic, qđ amare vocat,
Nā cur iuſſa patris nimiū mihi dura videntꝰ?
Sunt quoq; dura nimis, cur quē mō deniq; vi(di;
Ne pereat, timeo? q̄ tanti cā timoris?
Excute virgineo conceptas pectore flāmas,
Si potes, infelix. ſi poſſem, ſanior eſſem,
Sed trahit inuitam noua vis, aliudq; Cupido,

tam, cui vt gereret morem proprios filios Orythū
et Carambin prius ex Cleopatra ſuſceptos cũ excę
caſſet, ipſe quoq; a Dijs fuit oculis priuatus, atque
hac inſuper pœna affectus, vt ei harpyię foediſſimę
aues, eſcas et raperēt et foedarent, quas ſuſcepti ho
ſpitio cũ alijs Argonautis Zetes et Calais alati iu-
uenes, vt illi gratias
referrent, ſtrictis en
ſibus ex Thracia vſ-
que ad Plotas inſu-
las. quę poſtea a con
uerſione eorũ Stro-
phades fuerunt ap-
pellatę, pſecuti ſunt.
Sub no. cęcitate. De
Phinei vero cęcitatis
cauſa varię fuerunt
antiquoꝝ opiniões,
quidam. n. aiūt Phi-
neum fuiſſe excęca-
tum a Sole, ꝙ poti-
us longęuus eſſe, ꝗ
videre elegerat, alij
ꝙ Perſeo fuerit inſi-
diatus. Sophocles au
tem ꝙ ex Cleopatra
filios Orythum ē Carambin a nouerca calumnia
tos excęcarit. Apollonius vero, ꝙ olbus vulgo vati
cinaret, ac Deoꝝ mentes aperiret. quo fiebat, vt ho
mines nihil Deorum indigere viderent. Impera-
uit autem Phineus vſq; ad Boſphoꝝ Thracius ol-
bus Thracibus, quę ſunt in Aſia. Virgineas vo-
lucres, harpyias, quę virgineas facies habebant.
Phaſis Limoſi Pha. Phaſis fluuius eſt Colchoꝝ, vñ Pha
ſiani fuere denominati. Phrixea vellera, a Phri-
Vellus xo Ioui Phrixio conſecrata. Vellera au. quod q-
aureum dem idcirco fictum eſt (vt Strabo ait) ꝙ apud Col
chos torrentes dñr aurum deferre quod Barbari
perforatis tabulis et laniſis pellibus excipiunt, vñ
aurei velleris fabula eſt conficta, quę huiuſmodi
Athamas eſſe fertur. Athamas Æoli filius Crethei frater Ne-
phelen duxit vxorem, ex qua quidem Phrixum ē
Hellen ſuſtulit. Nephele vero mortua ſecundam
duxit vxorem Ino appellatam, quę Nepheles fi
lios odio habens perſuaſit agricolarum vxoribus
vt ſemina torrerent, ne terra fructum vllum emit
tere poſſet. Quod quidem cũ accidiſſet, Athamas
agroꝝ ſterilitatis cauſam ignorans, qui conſule-
rent Apollinem Delphos miſit Ino autem eos qui
miſſi fuerant donis corrumpens induxit, vt refer
rent Deum iuſſiſſe, Phrixũ et Hellen immolandos
eſſe, ita nāq; ſterilitatis liberationem futuram.
Hoc vero Athamas cum credidiſſet, Phrixũ, Hel-
lenq; ad aram iugulandos adduxit, ſed Deoꝝ mi
ſericordia aurei velleris arieti impoſiti per aerem
aſportati fuerunt. Vnde Helle metu percuſſa ĩ Hel
leſpontum ab ipſa denominatũ cecidit. Phrixus
vero in Colchidam terram incolumis peruenit,
vbi Ioui Phrixio arietem immolauit, ꝙ nouercę in
ſidias effugiſſet. Vxorem aũt duxit Chalciopē Æe-
tę Colchoꝝ regis filiā, ex qua cũ filios quatuor ſu-

ſtuliſſet, Argon, Cytiſſocon, Melanã, Phrontin, mor
tuus eſt, vt Herodotus ſcribit, vt vero Heſiodus et
Acuſilius narrāt filios illos ex Iophoſſa Æetę filia
ſuſcepit, quibus quidem et quintum nōie Preſbo-
nem Parmenides addit. Herodotus autem narrat
Athamantis et Themiſtus filios fuiſſe Schęneum,
Erythrium, Leuco-
nem, Ptoum, nouiſſi
mos vero Phrixum
ē Hellen, hosq; ꝑpter
Inus nouercę īſidi-
as ex patria aufugiſ
ſe. Hellen autẽ circa
Pactyen periſſe etiam
Hellanicus ait. Inus
vero ē Athamantis
filii fuerunt Clear-
chus et Melicerta. De
ariete aũt velleris au
rei varię ſunt priſco
rum opiniones. Alij
nāq; verũ fuiſſe arie
tē ſcribunt. Alij Phri
xi et Helles fuiſſe pę-
dagogũ nōie Crium
qui latine aries vo-
catur, cuius conſilio Phrixus et Helle nouercę inſi
dias fugerint. Alij aufugiſſe ipſos in naue, q̄ in ꝓ
ra arietem picturam habuerit opinant. Voxq; da
tur Æeta Iaſonis aduentu indignatus ſe quidem el
vellus aureũ permiſſuꝝ promiſit, ſi quę ꝓponerē-
tur certamina ſubiret. Vox ergo datur, hoc ē re-
ſponſum dat ab Æeta magnos ineſſe labores in
rapiendo vellere aureo ſignificans. Nam et tauri
ignē naribus, oreq; efflantes erāt domandi, iugo-
q; ſubijciendi, et dentes draconis ſeminādi, ē im-
petus gigantũ armatoꝝ ex draconis dētibus na
toꝝ ſuſtinendus, et puigil draco velleris aurei cu-
ſtos ſopiēdus. Magnoꝝ la. magnoꝝ certaminũ.
Cōcipit ĩ. Iuno et Pallas (vt in. iij. narrat Apolloni
us) de Iaſone ſollicitę ꝓp certamina tā periculoſa illi
ab Æeta ꝓpoſita Veneri pſuaſerūt, vt Cupidinē ad
Medeā mitteret, q Iaſonis amore ipaꝫ īflāmaret.
Opa ĝ Veneris et Cupidis maximos ardores Medea
ꝯxit. Aeetias, Medea Aeetę regis Colchoꝝ filia. Aeetias
Sane Aeeta pria cũ ę diphthōgo ſcribit, nō cũ oe,
et vt qdā pcipiūt, et fere in exēplarib9 ē deprauā
tũ. Et lu. diu. poſteaq̄ diu amori repugnauit Ele
gāter aũt virgīs amore captę cogitatiões exponit.
Furorē, amoris rabiē. Fruſtra Me. re. ſeipſam
Medea alloquit, adeo aũt amoris īperita vř, vt cũ
Iaſonis amore capta ſit, an amet tñ addubitet.
Aut ali. cer. aut qdē legit, ſed an fortaſſe legēdũ ē,
q̄ pticula et dubitātes et īterrogātes ē ſoluētes vti-
tur. Cũ. n. Medea addubitaſſet, qd illł eēt, an aliqd
eſt īqt amori ſilē, ac deide amorē eē oñdit. Nā. c.
ius. pa. colligit ex his Medea ſe captā eē Iaſōis amo
re, et ꝙ q̄ mādarat Iaſoni Aeeta nimiũ difficilia
factu videbāt, ē ꝙ illi quē paulo añ vidiſſet, adeo
timebat. Sunt quo. du. ni. nō ſolū videri, ſed eſſe
quoq; nimiũ dura, q̄ Iaſoni Aeetę iuſſa erāt pagē

da, aſſeuerat Medea. Nam et indomitos tauros ignem ore, naribusq; efflantes iugo ſubijcere, et tot boium armatorq; impetus ſuſtinere, et puigilé draconem debellare, quę imperauerat Æeta, dijſicillima ſunt factu. Modo de.nunc ſolū. Tan ti ti.tanrę ſollicitudinis. Excute vir. ſeipſas Medea alloqur tāq̄ alij verba faciat. Noua vis, magna amoris potentia mihi nunquā ante hac expta.

Terrigenasq; ſc.homines e terra natos. Inſopitumq; dra.peruigilem, q nunq̄ ſopit. Prodā ne. diſtrahit Medeę animus tum ab amore, tum ab honeſto, vt vtri parcat, ignoret. Neſcio qs ap.ac ſi diceret ignotus quidam peregrinus. Vt per me ſo.vt opera mea inqt ſaluus et incolumis me relicta diſcedat in patriāq, ſuā reuertat.

Mens aliud ſuadet. video meliora, proboq;,
Deteriora ſequor. quid in hoſpite regia virgo
Vreris? & thalamos alieni concupis orbis?
Hęc quoq; terra pōt, qd̄ ames dare. viuat. an ille
Occidat, in Diis eſt. viuat tamen, idq, precari
Vel ſine amore licet. quid enim cōmiſit Iaſon?
Quem niſi crudelem non tangat Iaſonis ętas?
Et genus & virtus quem non, vt cętera deſint,
Forma mouere pōt? certe mea pectora mouit.
At niſi opem tulero, taurorum afflabitur ore,
Concurretq; ſuę ſegetis tellure creatis
Hoſtibus, aut auido dabitur fera pda draconi.
Hoc ego ſi patiar, tunc me de tigride natam,
Tunc ferrū, & ſcopulos geſtare in corde fatebor.
Cor non & ſpecto pereuntem? oculosq; videndo
Conſcelero? cur non tauros exhortor in illum?
Terrigenasq; feros, inſopitumq; draconem?
Dii meliora velint. q̄q̄ non iſta precanda,
Sed facienda mihi. prodā ne ego regna parentis?
Atq, ope neſcio quis ſeruabitur aduena noſtra?
Vt per me ſoſpes ſine me det lintea ventis?
Virq; ſit alterius? pęne Medea relinquar?
Si facere hoc, aliamue poteſt pręponere nobis,
Occidat ingratus, ſed non is vultus in illo.
Non ea nobilitas animo eſt, ea gratia formę,
Vt timeam fraudem, meritiq; obliuia noſtri.
Et dabit ante fidem, cogamq; in foedera teſtes
Eſſe Deos. quid tuta times? accingere, & omnē
Pellem moram, tibi ſe ſemper debebit Iaſon.
Te face ſolemni iunget ſibi, perq, Pelasgas

Aliudq; c. aliud inqt amor, aliud rō mihi oſtendit. Video me, cognoſco, hinc aūt colligit Medea ſe non errore, ſed ſcdita opa amori idulgere. Quid in hoſpite inqt cum ſis filia regis, peregrini amore ardes? Regia, regis filia.

Thalamus — Thalamos, nuptias, nam thalamus pprie dr̄ ſponſi et ſponsę cubiculum παρα το θαλλειν, q ſpōſus et ſponſa maxime in illo vigeāt et vireſcant. Alieni or.alienę regionis.

In Diis eſt, i Deorum manu ac poteſtate. Quid.n.cōmiſit Iaſon? qd mali fecit. Non tan.nō cōmoueat. Lucretius de deo loquens. Nec bene pro meritis capit, nec tangit ira.

Tāgere — Virtus — Virtus, fortitudo, et corpis robur. Vt cę. deſint, vt cętera deeſſe concedā.

Taurus — Mouere, pellicere ad amandū. Taurorum affla.ore, taurus απο του τεινειν την ουραν, hoc eſt ab extendenda cauſa dr̄. Oportebat āt Iaſonem tauros ignē naribus efflantes iugo ſubijcere, bene vero amans ſollicita eſſe fingit de periculis amato impendentibus. Concurretq; confligetq;, inqt, cum hoībus natis ex dentibus draconis ab ipſo ſeminatis. Suę ſeg. ſementis ab ipſo factę. Auido dra.inſatiabili. Hoc ego ſi patiar vt draconi obijciat Iaſon. Tunc me de tig.na. tunc inqt me crudeliſſimam eſſe fatebor. Crudeles enim et de tigride nati, et ferrum in corde geſtare dr̄r. Conſcelero, ſceleratū efficio, eſt aūt pulchra ironia, qua ſibi talia non eſſe facienda ppo nit Medea. Exhortor, incantationibus ſtimulo.

Det lin. ven.nauigando recedat, nam dare lintea et vela ventis eſt nauigare. Pęne, aut dolori quo afficiar exilium amore, aut ſupplicio, qđ de me pr ſumet. Occidat ingratus, moriat q̄ ingratus, eſt.n. cā qua dignus morte videat.

Is vultus, talis vultus, quē gręci προσωπον vocant. Et — Vultus

da.ante fi.et āq̄ illi opem ferā iureiurādo pmittet me ſibi vxorem futurā. Naz dare fidez eſt ſanctę aliqd promittere. — Dare fid

Quid tu. ti. ſeipſaz reprehendit Medea, qp ea timeat, quę non ſunt metuēda. Accingere, pparare ad opem Iaſoni ferēdā. Tibi ſe ſemper debebit Iaſon. Ia.hoc eſt Iaſon ſemper tuus erit. Iaſon aūt απο του ιασεως, hoc eſt a medicina, quā a chirone didicit, fuit appellatus.

Face ſo. legitimo matrimonio, a pie nanq; tuū intelligimus. Quinq; aūt faces rıus Romāo nonis nuptis pferebant. Seruatrix cele. iuuentutis Gręcę ſeruatrix laudibus extolleris. Ergo ego, hactenus Medea amori eſt obſcura, nunc ad honeſti cogitationē, ita redit, vt ſtatim illā abijciat. Ergo — Ergo, affectui ſeruit hoc loco, et indignationi hęc particula ergo. Indignat nāq; Medea q ſororē, fratrem, patrē, ac priam relinquere poſſit. Germanam, Chalciopē hanc vocat Apollonius. Pherecydes vō ait Euenie illi nomen fuiſſe, cognominatam aūt Chalciopē et Iophoſſam. Fratrē, Abſyrtum, q Phaethon quoq; ab Apollonio vocat. Vētis abla.nauibus auecta, q̄ vētis agunt. Relinquā, relinquere poſſim, eſt aūt cū interrogatione legendum. Nēpe pr̄ ſę.obiectionibus ita rūdet Medea, vt colligat

vt colligat omnino Iaſonem eſſe iuuandū, ſibiq́ʒ ꝯiugio copulandū. Nempe, ꝑfecto. Stant me. vo. ſoro. hoc eſt ſoror Chalciope mecum ſentit. Nā Chalciope, quā Phrixo diximus nupſiſſe, Iaſoni fauebat pp filios ſuos, qui e Cholchis in gręciā nauigantes ad pr̄ia bona repetenda iuxta Aretiadē inſulā naufragium fecerunt, in q̄ qdem aues eē feruntur pēnas ferreas iaculantes. Ab argonautis āt illic inuēti in Colchos illis vię duces fuerunt, a qbus deinde i gręciā Orchomeniūq́ʒ reuecti sūt,

ēē ſurata in fretū Siculū ꝓiecta loco nomē dedit.

Nunc redderet, reijcere, reuomere. Nā quę abſorbet apud Tauromīnium Siculę vrbē reijcere memorat. Scylla rapax, Scylla phorci filia veneris circes in monſtrum conuerſa ſe in fretum Siculum pręcipitauit, vbi nauibus fingitur inſidiari. Scylla.

Seruatrix vrbes matrum celebrabere turba.
Ergo ego germanam, fratrēq́ʒ, patrēq́ʒ, Deosq́ʒ,
Et natale ſolum ventis ablata relinquam?
Nēpe pater ſęuus. nēpe eſt mea Barbara tellus.
Frater adhuc infans. ſtant mecum vota ſororis.
Maximus intra me Deus eſt. nō magna relinq̄
Magna ſequar titulum ſeruatę pubis Achiuę
Notitiamq́ʒ loci melioris, et oppida, quorum
Hic quoq́ʒ fama viget, cultusq́ʒ, artesq́ʒ virorum,
Quemq́ʒ ego cū rebus, quas totus poſſidet orbis.
Aeſoniden mutaſſe velim, quo coniuge felix
Et Dijs chara ferar, & vertice ſydera tangam.
Quid? q̄ neſcio qui medijs incurrere in vndis
Dicunt montes? ratibusq́ʒ inimica Charybdis
Nunc ſorbere fretū, nūc reddere, cinctaq́ʒ ſęuis
Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo?
Nēpe tenens qđ amo, gremioq́ʒ ī Iaſonis hęrēs
Per freta lōga ferar, nihil illū amplexa timebo
Aut ſiquid metuam, metuā de coniuge ſolo.
Coniugium ne putas? ſpecioſaq́ʒ nomina culpę
Imponis Medea tuę? quin aſpice quantum
Aggrediare nefas, & dum licet effuge crimen.
Dixit, & ante oculos rectū, pietasq́ʒ, pudorque
Conſtiterant, & victa dabat iam terga Cupido,
Ibat ad antiquas Hecates perſeidos aras,
Quas nemus vmbroſum, ſecretaq́ʒ ſilua tegebat.
Et iam fractus erat, pulſusq́ʒ, reſederat ardor.
Cum videt Aeſoniden extinctaq́ʒ flāma reluxit
Et rubuere genę, totoq́ʒ recanduit ore.
Vt ſolet a ventis alimenta reſumere, quęq́ʒ
Parua ſubinducta latuit ſcintilla fauilla,

Chalciope igit̄ de filiorum ſalute ſollicita Medeā rogauit, vt Iaſoni, filijsq́ʒ opitularet̄. Maximus De Cupido. Titulum, gloriam. enumerat āt Medea q̄bus potitura eſt, ſi Iaſonē fuerit ſecuta, q̄ quidē ipſi maiora videntur, q̄ quę relinquit. Loci me. cultioris. Fama, gloria. Viget, floret. Cultus, ornatus. Quē ego, magno amore illum Medea ꝓſeqt̄, quē cum omnibus totius orbis rebus non ꝑmutaret. Et ver. ſy. tā. illi vertice ſydera tangere dnr, q ſibi felices vident̄. Sic Horatius. Quod ſi me lyricis vatibus inſeris, ſublimi feriam ſydera vertice. Sydera tangere

Quid? q̄ neſcio q, alias cām aſſignat Medea q̄ Iaſonem ſequendum eſſe ſibi ꝑſuadet. Multa nāq́ʒ noua pericloſaq́ʒ ſe viſuram ait, q̄les ſunt cyaneę petrę ad Thracium Boſphorum, quę inter ſe ꝯcurrere dnr. Neſcio q mo. mo. cyaneas petras innuit q̄ et ſymplegades dnr, q̄ concurrere ac ꝯcuti videntur. Nam (vt ipſe poeta in. xv. ait) quo tpe illac Argo tranſiuit mobiles erant et concurrere videbantur, poſtea vero imobiles ſunt factę. Timuit concurſibus Argo Vndarum ſparſas ſymplegadas eliſarum. Quę nunc imotę ꝑſtant, ventisq́ʒ reſiſtunt. Cyaneę.

Ratibusq́ʒ ini. ch. vorago eſt in freto Siculo naues ad ſe trahens, atq́ʒ abſorbens. Fertur āt Charybdis vetulam fuiſſe rapaciſſimā, q̄ cum boues Her. Charybdis.

Sunt āt loca in freto Siculo valde periculoſa Scylla ē Charybdis, quorum alter Italię, Scylla vero adiacet, Siculę. Siculo ꝓfun. in Siculo freto. Cincta ſęua. circundata rabidis canibus. Nam illius inguina in canes tranſmutata fuerunt. Coniugium ne putas, rōne a ſcelere Medea reuocat̄. Se autem ipſa reprehendit, q̄ facinori ſuo honeſtum matrimonij nomen ꝑtendat. Specioſa, pulchra, et honeſta.

Quin, imo. Aſpice, ꝯſydera. Dum licet dum potes. Rectum, honeſtum.

Pietas, in parētes, et patriam amor.

Et victa dabat, iā ingt cupido ab honeſto ē pietate victus a Medeę mente recedebat. Ibat ad antiquas Hecates ꝑſeidos aras, Hecate (vt ſcri. Dionyſi. Mileſius) filia fuit perſei Solis filij. In illis nanq́ʒ locis duo ſolis filij nati ſunt, Perſeus, et Æeta, quorum alter Cholchis circa Męotidē paludē imperauit. Perſeus vero in Taurica regione regnauit, qui cum grandior natu eſſet, vxorem duxit vnā ex incolis nymphis ex qua Hecaten filiam ſuſcepit, quę cum virgo eſſet, ac venatrix, prima dr̄ peſtiferas herbarum radices inueniſſe, peritiſſimaq́ʒ et venenorum, et eorum quę homini opitulantur fuiſſe, propriumq́ʒ pr̄em veneno necaſſe. A patruo vero Æeta in Cholchos accerſita vxor eſt ducta, ex qua et Chalciopē ē Medeam ſuſcepit. Apollonium āt ſequitur Ouid. qui perſei filiam Hecaten fuiſſe ait. Sed alij Iouis, alij cereris alij Ariſtei ꝑorius, Muſęus Aſterię et Iouis fuiſſe filiam ſcribit. Hinc vero coarguitur eorum Hecate

Error q. error qui dicunt Hecaten Perſida idcirco vocari, quondam q perſeus in Dianę ſacrificijs innocabatur. Ad antiquas aras ad vetuſta templa. Hecates perſci. Perſei filię. Eſt etiam Hecate eadem cum proſerpina et Diana. Reſederat, requieuerat. Vt ſolet a ventis, pulchra ſimilitudine oſtendit poeta, quo modo Medea itum cępit amore Iaſonis ardere. eſt ât ardo, Vt parua ſcintilla, q̃ ſuperinducta fauilla ſolet reſumere alimenta a ventis et creſcere. Specie, pulchritudine.

Preſentis, Iaſonis. Et ca. et forte inqt. Iaſon illo die formoſior fuit q̃ ↄſueuerat. Poſſes igno. amanti, vnusquiſq; amanti Medeę dare veniam poſſet. Eſt enim ſecunda pſona pro tertia poſita vel certe ad lectores oro ↄuerſa. Amanti, amore Iaſonis captę. Tum

Deniq; de. tunc ſolum. De-

Demum mum enim et deniq; interdum ſolū, aliquando tandem ſignificant. Nec ſe declinat, nec oculos ſuos ab illo auertit ſpectando. Submiſſa vo. ne ab alijs quę dicebant pciperent.

Toro lectū nuptialē, ac nuptias ipſas. Triformis Deę, Hecates, q̃ et Luna, et Diana, et pſerpina crediſe. Lucoq; fo. qd nu. in il. per ppoſitio ſubintelligatur. hoc eſt per numen Hecates perſei filię, q̃ in illo loco colebatur. In templo ât Hecates (vt narrat Apollonius) Iaſon cū Medea conuenit, ab eaq; et medicamenta accepit, et q̃ modo aduerſus gigantes e dentibus draconis orituros ſe gereret, cognouit ita preter omnes Aetę

ſpetū omnibus propoſitis certaminibus ſuperior euaſit. Perque patrem ſoceri, per Solem Aetę patrem, quem ſibi ſocerum Medeę cōiugio cupiebat. Cernentem cuncta, omnia aſpicientem, nam (vt tertio Iliados libro ait Homerus) Sol omnia et audit ē videt. Et tā. pi. q̃ta erat ſubiturus.

Creditus Cre. dimus, cōtra loquendi ↄſuetudinem hoc participio vſus poeta eſſe videtur. Res enī credita elegāter dicitur. Iaſon vero creditus non ita, niſi pro cōmiſſo accipiatur, q̃q; creditus ēt gratus intelligi poſſit. Cantatas. herb. incantatas. Neq; n. Medea Hecate matre minor fuit venefica. Sacrum Ma. in ar. in ſacrus Martis lucū. In illo nāq; vellus aureum ſuper phago arbore collocatum a peruigili dracone ſeruabatur. Medio agmine, media multitudine.

Purpureus Purpureus, purpuratus, a purpura ornatus. purpu-

Purpuratus reum enim dicimus, q totum ex purpura ↄſtat, purpuratum vero purpura ornatum.

Adamantis Adamanteis nari. quę ne igne quidem poterant domari. Adamas namque lapis eſt, q nulla alia re q̃ hircino ſanguie domatur, vnde ē nomen accipit N̄ δαμάζω domo ſignificat, a vero particula eſt priuatiua.

Aeripedes Aeripedes, ęre pedes armatos

Caminis hñtes. Pleni cami. plenę carbōibus ignitis fornaces. Silices ſo. p plnuſis ē calcis, q̃ fit lapidibus ita excoctis, vt nihil hūoris retineat, vt quoſdā ſi imittātur aq̃ ſus quod in ſtridore

Creſcere, & in veteres agitata reſurgere vires,
Sic iam lenis amor, iam quē languere putares,
Vt vidit iuuenem, ſpecie pręſentis inarſit.
Et caſu ſolito formoſior. Aeſone natus
Illa luce fuit. poſſes ignoſcere amanti.
Spectat, & in vultu veluti tum deniq; viſo,
Lumina fixa tenet. nec ſe mortalia demens
Ora videre putat, nec ſe declinat ab illo.
Vt vero cępitq; loqui, dextramq; prehendit.
Hoſpes, & auxilium ſummiſſa voce rogauit,
Promiſitq; torum. lachrymis ait illa profuſis,
Quid faciam, video, nec me ignorantia veri
Decipiet, ſed amor. ſeruabere munere noſtro.
Seruatus promiſſa dato. per ſacra triformis
Ille Deę, lucoq; foret quod numen in illo.
Perq; patrem soceri cernentem cuncta futuri,
Euentusq; ſuos, & tanta pericula iurat.
Creditus accepit cantatas protinus herbas,
Edidicitq; vſum, lętusq; in tecta receſſit.
Poſtera depulerat ſtellas Aurora micantes
Conueniunt populi ſacrum Mauortis in aruū,
Conſiſtuntq; iugis medio rex ipſe reſedit
Agmine purpureus, ſceptroq; inſignis eburno.
Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant
Aeripedes tauri, tactęq; vaporibus herbę
Ardent, vtq; ſolent pleni reſonare camini,
Aut vbi terrena ſilices fornace ſoluti
Cōcipiunt ignem liquidarū aſpergine aquarū,
Pectora ſic intus clauſas voluentia flammas,
Gutturaq; vſta ſonant. tamē illis Aeſone natus
Obuius it, vertere truces venientis ad ora
Terribiles vultus, pręfixaq; cornua ferro,
Puluereumq; ſolum pede pulſauere biſulco,
Fumificiſq; locum mugitibus impleuere.
Diriguere metu ſubito Minyę, ille nec vllos
Senſit anhelatus, tantum medicamina poſſunt,
Pendulaq; audaci mulcet palearia dextra,
Suppoſitoſq; iugo pondus graue cogit aratri
Ducere, & inſuetum ferro proſcindere campum.
Mirantur Colchi, Minyę clamoribus augent,
Adijciuntq; animos, galea tum ſumit ahena
Vipereos dentes, et aratos ſpargit in agros.

re et ignem concipiunt, et diſſoluuntur. Aſpergine, aſperſiōe. Vſta, combuſta. vt per quę ignea flamma tranſeat. Truces, torui aſpectu. Ad ora: ve ad faciem Iaſonis venientis. Pręfixa fer. in ſummitate ferrum habentia ſixum. Biſulco pe. biſidis pedibus, quales boum eſſe videmus. Fumificis, fumum efficientibus. Spondeo autem i quinta carminis ſede eſt vſus poeta, vt boum magitus exprimeretur.

Dentes
Blæ...
Proles
Armatos

Diriguere, exhorruere, expalluere.

Vllos anhe. vllos ſpiritus flammę exeuntis ex ore taurorum. Anhelatus ſecundum regulam ab anhelādo deriuauit, quā uis anhelitus frequētius vſurpetur. Anhelare autem eſt difficulter reſpirare. Tātum me. poſſunt, parenthesis acclamationes in herbas medicas continens, in quarum vires incredibilis rei cauſas poeta refert. Pendula pa. pelles quę a gutture boum pendent palearia dicuntur.

Anhelatus
Anhelare

Ferro. pro. vomere, exarare. Mirantur. Col. ſtupeſcunt rei nouitate. Colchi autem Scythię ſunt populi Aegyptiorum coloni, vt Apollonius ait, et Hero. confirmat, qui et pudendorum circumciſione meminit, et de lini textura, et legibus Aegyptiorum illos vti ait. Vipereos dentes, ſerpentis illius dentes quē in tertio poeta narrauit a Cadmo fuiſſe interfectū. Nam vt phe recydes narrat pars illorum dentiū a Marte et Palla de Cadmo tradita fuit, altera Aeetę Colchorum regi, vt ante diximus. Spargit, diſſeminat. Semina prętincta, infecta potenti veneno, ut ex quibus homines armati ſint nati. Sati, ſeminati.

Palearia
Peruigil
Draco
Sopor

Noua corpora, magna hominum armatorum corpora. Vtque hominis ſpeciem, hac ſimilitudine declaratur quomodo dentes ſerpentis figuram contraxerint humanam. Perque ſuos numeros, per ſuas omnes particulas. Conſurgit, coori

Semina mollit humus valido pręcincta veneno,
Et creſcunt, fiuntq; ſati noua corpora dentes,
Vtq; hominis ſpeciem materna ſumit ī aluo,
Perq; ſuos intus numeros componitur infans,
Nec niſi maturus communes exit in auras,
Sic vbi viſceribus grauidę telluris imago
Effecta eſt hominis, foeto conſurgit in aruo,
Qđq; magis mirū ē ſimul edita cōcutit arma.
Quos vbi viderunt pręacutę cuſpidis haſtas
In caput Aemonij iuuenis torquere parantes,
Demiſere metu, vultumq;, animumq; pelaſgi.
Ipſa quoq; extimuit, quę tutum fecerat illum,
Vtq; peti vidit iuuenem tot ab hoſtibus vnū,
Palluit, & ſubito ſine ſanguine frigida ſedit.
Ne ne parū valeant a ſe data gramina, carmen
Auxiliare canit, ſecretaſq; aduocat artes.
Ille grauem medios ſilicem iaculatus in hoſtes,
A ſe depulſum Martem conuertit in ipſos.
Terrigenę pereunt per mutua vulnera fratres,
Ciuiliq; cadunt acie. gratantur Achiui,
Victoremq; tenent, auidiſq; amplexibus hęrēt.
Tu quoq; victorem complecti Barbara velles,
Obſtitit incępto pudor, at complexa fuiſſes,
Sed te ne faceres, tenuit reuerentia famę.
Quod licet, affectu tacito lętaris, agiſq;
Carminibus grates, & Dijs auctoribus horum,
Peruigilem ſupereſt herbis ſopire Draconem,
Qui criſta, linguiſq; tribus pręſignis, & vncis
Dentibus horrendus, cuſtos erat arboris aureę,
Hunc poſtq̄ ſparſit Lethęi gramine ſucci,
Verbaq; ter dixit placidos facientia ſomnos,
Quę mare turbatū, quę cōcita flumina ſiſtūt,

tur. In ar. foe. in agro foecundo, qui tot armatos peperit. Arma ſimul edita, ſimul nata cum illis hominibus. Torquere, cum impetu mittere. Pelaſgi. Minyę Theſſali. Ipſa quo. Medea. Et ſubito ſine ſanguine, qui timent et pallidi et frigidi fiunt. Timore namque ſanguis ad cor a phyſicis refugere perhibetur. Gramina herbę. Carmen auxiliare, incantationem opitulantem, Secretas artes, magicas artes, occultas. Martem, bellum. Ciuili acie, pugna ciuili. Terrigenę, ex terra geniti. Gratant, lętantur, gratulanturque Iaſoni uictori. Victoremque tenent, amplectuntur, quia uictorem. Affectu tacito, amore occulto. Et Dijs auctoribus horum, Dijs inferis. Hecatique in primis. Peruigilem, ſemper uigilantem. Supereſt, reliquum eſt ex iis quę iuſſerat Aeeta. Sopire, in ſomnum adducere. Eorum autem ſequitur opinionem Ouidius qui aiunt dracone ſopito uellus aureum a Iaſone fuiſſe ablatum. Pherecydes namque draconem ſcribit a Iaſone fuiſſe interfectum. Herbis, herbarum uiribus. Pręſignis, inſignis. Aureę arboris, in qua uellus aureum ſuſpenſum erat. In phago namque arbore ſuſpenſum a uaſto, et monſtroſę magnitudinis dracone cuſtodiebatur. Eſt autem ſynerēſis et coagmētatio duarum uocalium in unam ſyllabam, niſi malimus dicere uerſum eſſe hypermetrum, cum pręſertim ſequens uerſus incipit a uocali. Lethęi ſucci, Lethus ſi ſomnum, obliuionemque inducentes, λήθη enim ſtere unde Lethęus declinatur, obliuio dicitur. Verba facientia, carmina inducentia. Siſtunt, ſtare faciunt. Auro, aureo uellere. Fere autem om̄es aureum fuiſſe uellus ſcribūt. Simonides uero modo album, modo purpureum illud uocat. Heros

Torquere
Peruigil
Sopire
Lethus

Æſonius, Iaſon Æſonides. poſſeſſiuum enim pro patronymico poſuit. Muneris auctorem, Medeam, quę auctor et cauſa fuit, vt Iaſon vellere potiretur. Victor, voti compos. Colchiacos portus ſic qdē ſere legit, ſicq; legendus, eē ego quoq; olim contendi, nunc cū in vetuſto exéplari adnimaduerterim Iolciacos ſcriptum eē, facile in eam ſum adductus opinioné, vt ſentiam Colchiachos in Iolciacos eē commutandus. Eſt

Iolcos enim Iolcos (quę et Ioolcos dī ab Homerus. vrbs Theſſalię Iaſonis patria ab Iolco Amyri filio dicta, vt Stephanus de vrbibus ſcribit.

Iolciacus Vnde Iolcius et Iolciacus declinat. Tamēſi is, q hoc egregium opus e latina in gręcam linguam tranſtulit, Cecropias turres legat, hoc eſt κεκροπιους πυργους ſed ē ipſe in depravatus inciderat exēplar. De Iolco autem meminit et Seneca, An maris vaſti domitrix Iolcos.

Fabulę ſecundę libri ſeptimi argumentum.

LACT. ÆMoniæ matres etc. Iaſon poſtq̄ Medeam abductam parentibus in Grecias ducit, et pmiſſo ꝯiugio ſibi copulauit, multas rebus expertus ingenium huius petit parentē Æſonem ſenectute eluſum in adoleſcentiā perduceret. At illa amore nondum depoſito, quem ex iuuentute cęperat, nihil negando ei alienum conſtituit, herbarumque genera, quarum ſcientiā habebat varijs regionibus quęſita incoquens, poſtquā animaduertit ſtipites quo verſabat herbas in arbores oleam oneratam bacis eſſe conuerſum, maturatum tempus exiſtimans, quę deſpumata ahena in terram deciderant, in lętiſſimam herbam eſſe ꝯuerſa, Æſonem interemptum madentibus herbis immiſcuit, et vt promiſerat ꝯingium ex ſenectute in priſtinū rigorem, ſiue vigorem vī perduxiſſe.

Somnus in ignotos oculos vbi venit, & auro
Heros Aeſonius potitur, ſpolioq; ſuperbus
Muneris auctoré, ſecum ſpolia altera portans
Victor Iolciacos tetigit cum coniuge portus.



Aemonię matres pro natis dona receptis,
Grandęuiq; ferunt patres, congeſtaq; flamma
Thura liquefaciunt, indutaq; cornibus aurum
Victima, vota facit. ſed abeſt gratātibus Aeſon
Iam propior leto, feſſusq; ſenilibus annis.
Tum ſic Aeſonides. o cui debere ſalutem
Confiteor coniunx, q̄q̄ mihi cuncta dediſti,
Exceſſitq; fidem meritorum ſumma tuorum,
Si tn̄ hoc poſſunt (qd eni3 nō carmina pñt?)
Deme meis annis, ⁊ demptos adde parenti.
Nec tenuit lachrymas. mota ē pietate rogātis,
Diſſimilemq; animū ſubiit pr̄ Aeeta relictus,
Non tamē affectus tales confeſſa, quod inquit
Excidit ore tuo cōiunx ſcelus? ei go ego cuiquā
Poſſe tuę videor ſpatium tranſcribere vitę?
Nō ſinat hoc Hecate. nec tu petis ęqua? ſed iſto
Quod petis experiar maius dare munus Iaſon
Arte mea ſoceri longum tentabimus ęuum,
Nō annis renouare tuis. modo Diua triformis
Adiuuet, & pręſens ingentibus annuat auſis.
Tres aberant noctes, vt cornua tota coirent.

RAPH. Theſſaliæ nomina ÆMonię matres, Theſſalę. nam Theſſalia varijs nominibus fuit appellata. Siquidem et Æmonia, et Pyrrhonia a pyrrha Deucalionis vxore fuit cognominata. Hęc vero ad copulationem ſequentis Metamor. narrantur. Iaſon enim cum Medea a Colchis reuerſus, cum Æſonē patrem ſenio confectū offendiſſet, vxorē Medeam rogauit, vt ſibi ademptos annos patri apponēret. Medea vero maius q̄ petebatur pollicita, varijs vndique herbis collectis, vnaque ꝯcoctis Aeſonem iam decrepitum ad quadraginta annorum ętatem reuocauit. Dona ferunt, templis ſubandiat. Dijs enim ſacrificabant propter filiorū reditum. Induta aurum, induta habens cornua auro. Victimarum nāq; cornua inaurabantur. Vota facit, peragit vota. Gratātibus, gratias Dijs agentibus. Iam ꝓpior leto, iam morti ꝓpinquus. Tūc ſic Aeſonides, dixit ſubaudiatur. O cui debere ſalutem, gratum ſe oſtendit eſſe Iaſon, quo facilius id quod vult, impetrare poſſit. Eſt autem ordo et ſenſus, O coniux, cui me cō fiteor debere ſalutē, quāq̄ mihi cuncta dediſti ē ſumma ac magnitudo tuorū meritorum fidem ſuperauit, tamen de me mihi annos et demptos appone meo patri, ſi carmina hoc efficere

hoc efficere poſſunt, reliqua per parentheſim le-guntur. Diſſimilem animum, inipiũ, qui nulla parentis pietate moneri ſolitus eſt. Non tamen affectus tales, non tamen inquit ſe vlla teneri pa-tris Aeetę pietate ꝯfeſſa eſt Medea. Ergo ego cui-quam, amantis ſeruat decorũ mulieris, quę amãti annos ꝓducere po-tiusquam abbreuia-re ſemper cupit. Quare indignatur Medea, ꝙ Iaſon tam parum ab ip-ſa ſe amari putet, vt poſſit ipſi deme-re annos, quos alij attribuat. Ergo autẽ hoc loco affectui ẽ indignationi ſeruit. Sic Auguſtus, Ergo ne ſupremis potuit vox improba verbis. Tranſcribere, tran-ſponere. Cuiq̃ ali-cui, q mihi te ſit cha-rior. Nec tu petis ęqua, honeſta. Di-na triformis, Heca-te veneficiorũ, car-minumque auctor. Preſens, propitia. Annuat ꝯſentiat. Vt cornua tota coirent, hoc ẽ vt cor-nua Lunę tota cõ-plerentur, atq; con-iungerentur, vt ple-nilunũ fieret. Nu-dos humeris infuſa capillos, synegdoche poetica, hoc eſt ꝑ nu-dos humeros ſpar-ſos capillos habens. Soluerat alta qes, intempeſtam, nudi-amq; noctem fuiſſe oſtendit, quo tempo-re omnia in ſom-nis animalia reſol-uunt. Irrorauit, inſperſit. Ternis et hiatibus ora Soluit, ter os inqui aperuit. Summiſſo popli-te, ſubmiſſis genibus ac flexis. Nox it arcanis fidiſſima, I-uocationes. preceſq; Medeę deſcribit poe-ta veneficę maxime conueniens. Diur-nis ignibus. Sol.

Ergo

Efficerentq; orbem. poſtq̃ pleniſſima fulſit,
Et ſolida terras ſpectauit imagine Luna,
Egreditur tectis veſtes induta recinctas,
Nuda pedem, nudos humeris infuſa capillos,
Fertq; vagos medię per muta ſilentia noctis
Incomitata gradus. homines. volucreſq;, ferasq;
Soluerat alta quies nullo cum murmure ſerpẽs
Sopito ſimilis nullo cum murmure ſerpit,
Immotęq; ſilent frondes. ſilet humidus aer.
Sydera ſola micant, ad quę ſua brachia tendẽs
Ter ſe conuertit, ter ſumptis flumine crinem
Irrorauit aquis, ternis & hiatibus ora
Soluit, & in dura ſummiſſo poplite terra,
Nox ait arcanis fidiſſima, quęq; diurnis
Aurea cum Luna ſuccedutis ignibus aſtra,
Tuq; triceps Hecate, quę cęptis. conſcia noſtris
Adiutrixq; venis, cantuſq;, arteſq; Magorum,
Quęq; Magos tellus pollentibus inſtruis herbis,
Aurę, & venti, monteſq;, amneſq;, lacuſq;,
Dijq; oẽs nemorũ, Dijq; omnes noctis adeſte,
Quorum ope cũ volui, ripis mirãtibus amnes
In fontes rediere ſuos, concuſſaq; ſiſto,
Stantia concutio cantu freta, nubila pello,
Nubilaq; induco, ventos abigoq;, vocoq;.
Vipereas rumpo verbis & carmine fauces,
Viuaq; ſaxa, ſua conuulſaq; robora terra,
Et ſyluas moueo, iubeoq; tremiſcere montes,
Et mugire ſolum, maneſq; exire ſepulchris.
Te quoq; Luna traho, quãuis temerata labores
Aera tuos minuant, currus quoq; carmine nr̃o
Pallent, ac pallet noſtris aurora venenis.
Vos mihi taurorũ flammas hebetaſtis, et vnco,
Haud patiens oneris colluuri preſſiſtis aratro.
Vos ſerpentigenis in ſe fera bella dediſtis,
Cuſtodemq; rudem ſomno ſopiſtis, & aurum
Vindice decepto Graias miſiſtis in vrbes.
Nunc opus eſt ſuccis, ꝑ quos renouata ſenectus
In florem redeat, primoſq; recolligat annos.
Et dabitis, neq; enim micuerunt ſydera fruſtra,
Nec fruſtra volucrum tractus ceruice draconũ
Currus adeſt, aderat demiſſus ab ęthere currus.

Triceps Hecate, Luna quę eadem eſſe cum Dia-na, ac Proſerpina, dicit, idcircoq; et triceps et tri-formis vocat. Sic quidem fere exponitur hic locus, ſed videtur poeta tricipitem Hecatem vocaſſe ad Orphei imitationem, qui in Argonauticis ipſam τρικέφαλον appellat, ꝙ tria habebat capita, equinũ dextrum, medium hominis ſilueſtris, ſiniſtrum caninum. Veneficarum autem Dea eſt Hecate, quę ab Apollonio etiam brimo vocatur pro Brimo ꝑter Deę horrorem. Cantus, incanta-menta. Adeſte, au-xilio eſte. Cõcuſſaq; ſiſto, agitata ſtare facio. Stãtia freta, maria quieta, nun-quam enim ſtat ma-re. Te quoq; Luna traho, de cęlo detra-ho. Nã veneficę fin-guntur carminibus Lunam e cęlo detra-here. Hoc autem ſibi facere videbãt Theſ-ſalę mulieres olim de-ceptę ab Aglaonice hegemonis filia, q̃ cum aſtrologię peri-ta eſſet, defectuſque Lunę cognoſceret ia-ctabat ſe Lunam de cęlo detrahere, eo tẽ-pore quo deficiebat. Quare in maximas Icidit calamitates tã-tę impietatis pęnas lu-ens, vnde et prouer-bium ortum eſt, Lu-na detrahitur, in eos qui a calamita-tibus vexentur. Te-merata ęra, percuſ-ſa ęrea vaſa. Teme-rare autem ſignifi-cat violare. Vaſa ve-ro tum cum pulſan-tur violari videntur. Creditur autem vul-go Luna veneficarũ carminibus defice-re, quę ne ad ipſam poſſint peruenire, tinnitu ęreorum va-ſorum, occurritur. Currus quoq; tui ſubaudiantur. Nã et Luna currum vt

Cur bi-ceps heca-te

Brimo

Cur Lu-na de cę-lo

Temera-re

carcheſiũ mero libans carcheſia Baccho. Carcheſia etiam dicuntur ſummę nauis mali partes, per quarũ foramina funes immittuntur. Poſcit, inuocat. Vmbrarum regem, Plutonem. Rapta cum coniuge, cum Proſerpina in Sicilia a Plutone rapta. Fraudare, priuare. Effoetum, viribus

virum ſoluti, lupi etiam inquit ſe ſoliti in hominem conuertere particulę huic medicamento additę fuerunt. Proſecta, inteſtina a proſecando et recidendo dicta. Alludit autem ad id quod de lupis Plinius inquit. Homines in lupos verti, rurſusque reſtitui ſibi falſum eſſe exiſtimare debemus, (Proſecta)

Tum ſuper inuergens tepidi carcheſia lactis,
Alteraq; inuergens liquidi carcheſia mellis
Verba ſimul fundit, terrenaq; numina poſcit,
Vmbrarumq; rogat rapta cum coniuge regẽ,
Ne properent artus anima fraudare ſenili.
Quos vbi placauit, pcibusq; & murmure lõgo
Aſonis effoetum proferri corpus ad aras
Iuſſit, & in plenos reſolutum carmine ſomnos
Exanimi ſimilem ſtratis porrexit in herbis.
Hic pcul Aeſoniden, pcul hic iubet ire miniſtros,
Et monet arcanis oculos remouere profanos.
Diffugiunt iuſſi, ſparſis Medea capillis
Bacchantum ritu flagrantes circuit aras,
Multifidasq; faces in foſſa ſanguinis atra
Tingit, & infectas geminis accedit in aris.
Terq; ſenẽ flãma, ter aqua, ter ſulfure luſtrat.
Interea calido poſitum medicamen aheno
Feruet, & exultat, ſpumisq; tumentibus albet.
Illic Aemonia radices valle reſectas,
Seminaq;, & flores, & ſuccos incoquit atros.
Adijcit extremos lapides oriente petitos,
Et quas Oceani refluum mare lauit harenas.
Addidit exceptas Lunę de nocte pruinas,
Et Strigis infames, ipſis cum carnibus, alas,
Inq; virum ſoluti vultus mutare ferinos
Ambigui proſecta lupi, nec defuit illis
Squamea Cinyphei tenuis mẽbrana chelydri
Viuacisq; iecur Cerui, quibus inſuper addit
Ora, caputq;, nouem Cornicis ſecula paſſę.
His & mille alijs, poſtq̃ ſine nomine rebus
Propoſitũ inſtruxit mortali Barbara munus,
Arenti ramo iampridem mitis oliuę
Omnia confudit, ſummisq; immiſcuit ima.
Ecce vetus calido verſatus ſtipes aheno
Fit viridis primo, nec longo tempore frondes
Induit, & ſubito grauidis oneratur oliuis.
At quacunq; cauo ſpumas eiecit aheno
Ignis, & in terrã guttę cecidere calentes, (gũt.
Vernat humus, floresq;, & mollia pabula ſur-

euacuatum. Plenos, perfectos. Porrexit, extendit. Carmine, incantatione. Profanos, non initiatos. Bacchantũ ritu, baccharum more. Flagrantes, ardentes. (Multifidus) Multifidas, in multas partes fiſſas. Tingit, madefacit. Terq; ſenem flamma, ter inquit ſenes purgat, (Purgationum genera) igne, aqua, ſulfure, hęc enim tria purgationibus ab antiquis adhibebantur. Aemonia valle, in vallibus Theſſalię. extremo oriente, ex vltima orientis parte.

Pruinas Lunę, quę a Luna generantur. Humiditatum enim auctor eſt Luna. Et ſtrigis infames, (ſtrix) ſtrix auis ē nocturna magno capite, roſtro et vnguibus aduncis, vt in ſexto faſtorum deſcribit Ouidius. Vulgus autẽ putat ſtriges non eē aues ſed vetulas, quę ſe veneficio quodam I aues conuertunt, infantesq; dormientes aggrediuntur, ac eorũ ſanguinem ita exſugunt, vt aut mortui inueniantur in cunis, aut diu viuere non poſſint. Vñ et poeta h loco ſtrigis alas Iſames ait, et vulgus veneficas omnes ſtrigas vocat. Sane ſtriges a ſtridẽdo ſunt cognominatę, vt facile ex his Ouidij carmibus cõſtat. Eſt illis ſtrigibus nomen, ſed nominis huius cauſa, q̊ horrenda ſtridere nocte ſolent. Inque

aut credere omnia quę fabuloſa tot ſeculis comperimus. Inde tamen ait verſipellos fuiſſe verſipelles. (Verſipellis) Cyniphei chelydri, ſerpentis Lybici. nam Cynips (cinyps) fluuius eſt Lybię qui inter duas ſyrtes in mare Libycum exit. Chelydri vero teſtudines aquaticę dicuntur, nam chelone teſtudo vocatur et chelys. (chelidri chelone chelys) vnde et cithara chelys appellatur, quod ex teſtudine fuerit a Mercurio confecta. Viuacis cerui, diu viuẽtis. Ceruis enim (vt ſcribit Plinius) vita in confeſſo longa poſt centum annos aliquibus captis cum torquibus aureis, quos Alexander magnus addiderat, adopertis iam cute in magna obeſitate. Nouem ſecula, tot enim annos cornices viuere dicuntur. Mortali, Aeſoni, quem ex ſene, ac decrepito potius iuuenem Medea erat affectura. (Nutrices bacchi iuueneſcũt)

Mitis oliuę, ab effectu, quod oleum omnia initia reddat, ſiue quod paci dicata eſt oliua, quę mites ac manſuetos homines reddit.

Ecce vetus, repente aridum oliuę ramum viridem eſſe factum oſtendit.

Vetus ſtipes, aridus oliuę ramus. Hanc aũt in tráscurſu Metamorphoſin ſignat. grauidis, ſucco plenis. At quacunq; cauo ſpumas eiecit aheno,

aliam item Metamorphoſin deſcribit poeta. naꝫ
Guttę aquę in flores — guttę ſpumęq; vi ignis ex aheno feruenti in terras eiectę in varios flores fuere conuerſę. Vernat humus, varijs operitur floribus. Tunc enim humus vernare dicitur cum varijs veſtitur herbis. Surgunt oriunt. Recludit, aperit. Rapuere, celeriter accepere, contraxere. Situs, squallor. eſt enis
Situs — ſitus foeda quędam lanugo ex humo procreata in locis pręſertim Sole carentibus. Virgilius, per loca ſenta ſitu. Inde fit vt corpora illota ſituum contrahere dicamus, et squalorẽ, qui etiam pedor vocatur. Supplentur, implentur. Adiecto corpore, adiecta carne rugę tolluntur. Luxuriant, laſciuiunt. tunc
Luxuria re — autem membra luxuriare dicuntur, cum valde pinguia atq; nitida videntur. Aeſon miratur, ſtupeſcit. Et olim Ante quater denos, hoc eſt ſe ante quadraginta annos natum fuiſſe recordatur, per quod ſignificat Aeſonem ex decrepito ſene in virum quadraginta annos natum fuiſſe conuerſum. Diſſimilem animum, nã animus vna cum ętate mutatur. Alius eſt enim animus iuuenis, alius viri, alius ſenis. Acta te relicta, depoſita ſenectute.

ius auctoritate illa compulſa eisdem remedijs q- Aeſon ex decrepito iuuenis bus Aeſonem in primitias reduxit, liberoq; ętnũ beneficium dedit.

VIDERAT Ex alto, Bacchus cum vidiſſet ex decrepito ſene iuuenem factum Aeſonem, Medeam rogauit, vt nymphas quoque ſuas nutrices iuuenilibus annis reſtitueret, quod facile a Medea impetrauit. Hoc autem ab Aeſchilo ſumpſiſſe videt Ouidius. Is enim in comędia, q̃ inſcribitur nutrices Bacchi cum ſuis viris recoctas iuuenili ętate a medea fuiſſe reſtitutas ait. Suis nutricibus nymphis q̃ (vt vidimus) ĩfantem Bacchum educarunt. A Cholchide, a Medea. RAPH.

Quę ſimul ac vidit, ſtricto Medea recludit
Enſe ſenis iugulum, veteremq; exire cruorem
Paſſa, replet ſuccis, quos poſtq̃ combibit Aeſon
Aut ore acceptos, aut vulnere, barba, comęq;
Canicie poſita nigrum rapuere colorem.
Pulſa fugit macies. abeunt pallorq;, ſitusq;,
Adiectoq; cauę ſupplentur corpore rugę,
Membraq; luxuriant. Aeſon miratur, et olim
Ante quater denos hunc ſe reminiſcit annos
Diſſimilemq; animum ſubijt, ętate relicta.
Viderat ex alto tanti miracula monſtri
Liber, & admonitus iuuenes nutricibus annos
Poſſe ſuis reddi, capit hoc a Colchide munus.
Neue doli ceſſent, odium cum coniuge falſum
Phaſias aſſimulat, Peliçq; ad limina ſupplex
Confugit, atq; illã, qm̃ grauis ipſe ſenecta eſt,
Excipiunt natę, quas tempore callida paruo
Colchis amicitię fallacis imagine cępit.
Dumq; refert inter meritorũ maxima deptos
Aeſonis eſſe ſitus, atq; hac in parte moratur,
Spes eſt virginibus pelia ſubiecta creatis
Arte ſuum parili reuireſcere poſſe parentem.
Idq; petunt iuuenes pretium, ſine fine paciſci.
Illa breui ſpatio ſilet, & dubitare videtur.
Suſpenditq; animos ficta grauitate, rogantus.
Mox vbi pollicita eſt, quo ſit fiducia maior
Muneris huius ait, q veſtras maximus ęuo eſt
Dux gregis inter oues, agnus medicamine fiet
Protinus innumeris effętus laniger annis
Attrahitur flexo circuꝫ caua tempora cornu,
Cuius vt Aemonio marcentia guttura cultrõ
Fodit, et exiguo maculauit ſanguine ferrum,
Mẽbra ſimul pecudis, validosq; venefica ſuccos
Mergit in ęre cauo, minuunt ea corpis artus.
Cornuaq; exurunt, necnon cũ cornibus annos,
Et tener auditur medio balatus aheno.
Nec mora balatum mirantibus, exilit agnus,
Laſciuitq; fuga, lactentia vbera quęrit.
Obſtupuere ſatę pelia, promiſſaq; poſtquam

Fabulę tertię ſeptimi libri argumentum.

LACT. Aridus olim ę ramus reuireſcit — VIDErat ex etc. Liber pater animaduertit Aeſonem ſenectutem remedijs Medeę expuliſſet, petit, vt proinde nutricibus ſuis ferret auxilium, easq; in adoleſcentię vigorem reduceret, quę

Fabulę quartę ſeptimi libri argumentum.

NEVE etc. peliades pelię filię herbis ĩpulsę poſt q̃ viderũt arietem grandęuum ętate, in agni ſpeciẽ transfiguratũ, ambitioſius a Medea patere cęperunt, vt Pelię patri eaꝝ reſtitueret, quã tpis paſſiõe amiſiſſet iuuentutẽ, qđ vt illa accepit, cupiẽs inimicũ Iaſonis data occaſiõe puniré, ĩpulit eas, vt parẽtẽ interficerẽt, ẽ laceratũ in ahenũ feruens dimitterẽt, qđ vt factũ eſt, curru draconibus iũctũ ꝓſcẽdit ẽ ꝑ aera elata ꝯſpectũ inimicoꝝ ꝓfugit. LACT.

NEVE doli ceſſẽt, Medeę ſubintelligat. Narrat aũt quẽadmodũ Medea ſenio ꝯfectũ arietẽ agnũ qdes effecit, Peliã vo interemit. Nã Medea cũ pelia in Iaſoni inimicũ eſſe cognoſceret, quo facilius eũ ꝑdere poſſet, et ſe a Iaſone odio hẽl ſimulauit, et pelię filias ſibi ꝯciliauit, q̃ cũ vidiſſent arietẽ vetulũ in agnũ conuerti, RAPH.

conuerti, impenſius a Medea petierunt, vt peliam ſibi parentem reſtitueret ętati iuuenili. Ipſa vero eis perſuaſit, vt ipſum interficerent, ac in vaſe aquę pleno coquendum imponerent, quod quidem cũ perpetraſſent, ipſa a draconibus in aerem ſublata aufugit, Corinthumq; tandem peruenit. Phaſias, a phaſi colchorum fluuio declinata. Quoniam grauis ipſe ſenecta eſt, rõ cur eã pelias nõ exceperit. Cępit, ſibi conciliauit, & decepit.

Aries in agnum

REFert, cõmemorat. Situs, qualores, et ſeniũ. Subiecta, iniecta, proprie nanq; ſpes iniici dicitur. Parili arte, pari artificio. Pretium ſine, ſine paciſci, cęperunt ſubaudiendum. Sine fine, maximum & immenſus. Ficta grauitate, ſimulata rei difficultate. Rogatum, Pelię filiarum.

Dux gregis, aries, qui ouium dux eẽ vr. Innumeris annis, quam plurimis annis. Effętus, viribus euacuatus.

Pecudis, arietis. Nã pecus omne aĩal dicitur, humana effigie carens. Validos ſuccos, magnę potentię ſuccos, vt q̃bus interfectus aries non ſolũ vitę fuerit reſtitutus, ſed ẽt magnus effectus. Ea illi herbarũ ſucci.

Et tener balatus, hoc eſt teneri agni balatus. Balare aũt verbum eſt factitiũ, ab ouium voce declinatum. Lactentia vbera, lacte plena.

Exhibuere fidem, tum vero impenſius inſtant.
Ter iuga phębus eqs in Hibero flumine merſis
Dempſerat, & quarta radiantia nocte micabãt
Sydera cum rapido fallax Aeetias igni
Imponit purum laticẽ, & ſine viribus herbas.
Iamq; neci ſimilis reſoluto corpore, regem
Et cum rege, ſuos cuſtodes ſomnus habebat,
Quẽ dederant cãtus, magicęq; potẽtia linguę,
Intrant iuſſę cum Colchide limina natę.
Ambierantq; torum. quid nũc dubitatis inertes?
Stringite ait gladios, veteremq; haurite cruorẽ.
Vt repleam vacuas iuuenili ſanguine venas.
In manibus veſtris vita eſt, ętaſq; parentis.
Si pietas vlla eſt, nec ſpẽs agitatis inanes,
Officium pręſtate patri, teliſq; ſenectam
Exigite, & ſaniem coniecto emittite ferro.
His, vt quęq; pia ẽ hortatibus, ĩpia prima eſt.
Et ne ſit ſcelerata, facit ſcelus. haud tamen ictus
Vlla ſuos ſpectare poteſt, oculoſq; reflectunt,
Cęcaq; dant ſęuis auerſę vulnera dextris.
Ille cruore fluens, ſubito tamen alleuat artus,
Semilacerq; toro tentat conſurgere, & inter
Tot medius gladios pallentia brachia tendens,
Quid facitis natę? quis vos in fata parentis
Armat ait? cecidere illis, animiq;, manuſq;
Plura locuturo, cum verbis guttura Colchis
Abſtulit, & calidis laniatum merſit in vndis.
Quę niſi pennatis ſerpentibus iſſet in auras,
Non exempta foret pęnę. fugit alta, ſuperq;
Pelion vmbroſum, philyręaq; tecta, ſuperq;
Othryn, & euentu veteris loca nota Cerambi.
Hic ope nympharum ſublatus in aera pennis,
Cum grauis infuſo tellus foret obruta ponto,
Deucalioneas effugit inobrutus vndas.

Exhibuere fidem, fecere fidem. Ter iuga, tres inquit tranſierant dies. Nã Phębus demere iuga fingit equis currus Solis trahentibus nocte adueniente. In Hibero flumine, Hiberus Hiſpanię ẽ fluuius, quẽ pro Oceano Atlãtico ponere vr poeta. Fallax Ææetias, Medea fallẽtia plena. Dederant, effecerant. Exigit, expellit. Et ſaniem, ſanioſum ſanguinem. Et ne ſit ſcelerata, adeo acutum eſt hoc dictum, vt contraria reli‑ neri videatur, ne qua inquit ſit ſcelerata et impia non emittendo ſanguinem patris ſanioſum, ſcelus perpetrat ipſum interficiendo. Haud tamen ictus, decorũ ſeruat poeta piarum in patrem filiarum, quarum nulla potuit ſuſtinere, vt ſpectaret vulnera patris. Cęca vulnera, quę ipsę filię non videbãt. Abſtulit, ademit, recidit. Colchis, Medea. Calidis in vndis, archaiſmos eſt, et antiqua loquendi figura, ſi enim eſſet oratio ſoluta calidas in vndas diceremus.

Fabulę quintę libri ſeptimi argumẽtum.

LACT. QVÆ Niſi pennatis &c. Medeam fugientem docet Heſiodus Othryn montem Theſſalię petijſſe, in quem diluuio Deucalionis Cerambus nympharum auxilio pennis delatus ſit, et in montem Parnaſum, qui eſt altiſſimus.

RAPH. QVÆ Niſi pennatis, ceraſtibus nympharum ope diluuij tempore in auem cõuerſus altiſſimos Theſſalię mõtes aſcẽdit, ſicq; aquarum inundationem vitauit. Pennatis, alatis. Philyręa tecta, Chironis domũ, quem philyra nympha ex Saturno (vt diximus) peperit.

Veteris Cerambi, antiquiſſimi, quippe qui ante diluuiũ fuerit. Obruta, cooperta. Deucalioneas vndas diluuium quod fuit tempore deucalionis et pyrrhę.

Fabulę.vi.libri ſeptimi argumentum.

LACT. AEOliam &c. Hinc pitanen vrbem Aeolię re linquentem vidiſſe draconem in ſaxum eſſe transfiguratum.

Fabulę ſeptimę libri ſeptimi argumentum.

IDęum &c. Deinde Idęum nemus adiſſe, in quo Liber pater iuuencum transfiguratum in cerui figuram ſubtraxit.

Ceram bus in auem.

Draco i ſaxum

Iuuẽcus in ceruũ

Fabulę octauę libri ſeptimi argumentum.

QVaque &c. Nec minus patrem corythi parno condito ſepulchro.

Fabulę nonę libri ſeptimi argumentum.

Coę mulieres cornutę

ET Quos &c. Item Męram in figuram canis eſſe conuerſam.

Fabulę decimę libri ſeptimi argumentum.

EVRypyliq; etc. Ab his regionibus digreſſam Eurypyli vrbem contigiſſe, in qua coę matronę in cornutas boues transfiguratę ſunt, propter effectum qđ veneri formam ſuā antepoſuerunt.

Fabulę vndecimę libri ſeptimi argumentum.

PHOEbeamq; etc. Dehinc Telchinas Ialiſios transgreſſam, quos Iuppiter propter odium coniugis ſuę Iunonis ſubiecit mari.

Fabulę duodecimę libri ſeptimi argumentum.

TRANſit et antiquę Carthęia etc. Quorum regione relicta cęam vrbem perueniſſe, in qua alcidamantem ſcribit ex filia vidiſſe columbas procreatam eſſe.

RAPH. Pitane

AEOliam Pitanen, Pitane vrbs eſt Æolica, vnde et Æoliam poeta appellat, non quod ibi Æolus regnarit, vt quidam putant. Ex Pitana arceſilaus

Arceſilaus

Academicus fuit, qui cum Zenone apud Polemonem didicit. Tradunt apud Pitanam lateres ſuper aquis fluitare.

Lateres fluitare

Factaq; de ſaxo, Metamorphoſin ſerpentis in lapidem ſignat. Hic autem videtur eſſe ille draco, qui ſpectantibus Gręcorum ducibus apud Aulidem ſignificauit decimo tandem anno Troiam eſſe capiendam, cum enim in arborem aſcendiſſet, in qua auicularum nidus erat nouem pullos primum, deinde eorum matrem deuorauit. Quod cum vidiſſet calchas decimo demum anno Troiam capi poſſe prędixit. Serpens vero illa ad perpetuam rei memoriam in ſaxeam Draconis imaginem fuit cõmutata.

Idę duę

Idęumq; nemus, Idas duas eſſe certum eſt. Alteram in Creta, alteram in Phrygia, de Phrygia nũc videtur poeta ſentire. Quo nati fu. Thyoneus

Thyoneus

Bacchi filius (vt quidam aiunt) iuuencum phrygiis paſtoribus abegerat, eum cum paſtores perſequerentur, Bacchus Thyoneum quidem in venatorem, iuuencum vero in ceruum conuertit, qđ cum ruſtici vidiſſent, a perſequendo Thyoneo deſtiterunt. Thyoneus autem bacchus quoq; dicitur a Thyone vel matre, vel nutrice, vel (vt quidam

Aeoliam Pittanen a leua parte reliquit,
Factaq; de ſaxo longi ſimulachra Draconis,
Idęumq; nemus, quo nati furta, iuuencum
Occuluit Liber falſi ſub imagine Cerui.
Quaq; pater Corythi parua tumulatus harena
Et quos męra nouo latratu terruit agros,
Eurypyliq; vrbem, qua Coę cornua matres
Geſſerunt, tunc cum diſcederet Herculis agmẽ.
Phębeamq; Rhodon, & Ialyſios Telchinas,
Quorum oculos ipſo mutantes omnia viſu
Iuppiter exoſus, fraternis ſubdidit vndis.
Tranſit & antiquę carthęia męnia Cęę,
Qua pater Alcidamas placidā de corpore na-
Miraturus erat naſci potuiſſe columbā (tę
Inde lacus Hyries videt, & Cygneia Tempe,
Quę ſubitus celebrauit olorinā Phyllius illic
Imperio pueri, volucreſq;, feruumq; leonem

aiunt) a ϑυέειν ϑύειν, hoc ē a ſacrificando. Quaque pater, quis Corythi pater fuerit, aut vbi ſit ſepultus non memini me legiſſe. Sic quidē olim ingenue pfeſſus ſum. Nunc vero a Lycophronis enarratore admonitus video patrem Corythi paridem fuiſſe. Nam paris ex Oenone filium Corythum ſuſcepit, quem mater a Paride relicta ducem itineris euntibus aduerſus Troianos Gręcis dedit, id quod apud Lycophronem caſſandra futurum eſſe vaticinatur. Paris autem ipſe in cebrina troadis vrbe ſepultus fuiſſe ſcribitur a Strabone.

Pater Corythi Paridis ſepulchrum

Męra Icarus Erigone

Et quos Męra ſuo latra. Męra (vt ſcribit Iginus) Icari Athenienſis Erigones patris fuit canis, quę Icarum a ruſticis occiſum ſuis vlulatibus Erigone indicauit, quorum caſum Iuppiter miſeratus in aſtris corpora eorum deformauit. Itaq; Icarum Booten, Erigonem Virginem, canem autem ſua appellatione et ſpecie caniculam dixerunt, quę a gręcis ꝙ ante maiorem canem exoritur, Procyon appellatur. Eurypylique

Canicula

vr. Eurypylus Herculis fuit filius, qui in Co inſula regnauit, augur peritiſſimus, de quo Virgi. Suſpẽſi Eurypylum ſcitatum oracula phębi Mittimus.

Eurypylus

Qua Cęę cor. matres, Cos inſula eſt ęgei, a qua Cous deriuatur, non Cęus, vnde coę mihi legendum videtur. Mulieres autem coę cum ęgre tulient ab Hercule armenta Geryoni erepta per agros ſuos fuiſſe acta Iunoni dicuntur conuiciatę. Quare Iuno indignata eas omnes in vaccas transfigurauit. Sane Eurypyli tres fuerunt a poetis decātati, quorum primus Telephi filius regioni Theutranię Caico vicinę imperauit. alter Ormeni nepos, nā Ormenus duos procreauit filios Amyntorem et Euenbrem, e quorum altero Phęnicem, ex altero Eurypylum ortos eſſe Strab refert, tertius Herculis filius. Eurypyli vero vrbem Cõ eſſe accipiendam admonet etiam Home. in Catalogo, cum inquit. Quiq; Niſyron habent celſam, Carpathũq;, Caſumq;, Eurypyliq; vrbem Cõ, ęquoreaſque Calydnas. Phoebeamque Ro. phębo conſecratam.

Cos

Telchines ſubmerſi

puella in columbā

Eurypyli tres

Et Ia. Tel. Ialyſus vna eſt ex Rhodi vrbibus. Telchines autem Rhodi populi fuerunt, qui cum omnia ſuo aſpectu in peius commutarent, ab Ioue fuere ſubmerſi. Vnde et Rhodos prius Telchinis fuit appellata. Nam ophiuſa primum et Aethręa fuit dicta, deinde Telchinis, eo ꝙ Telchines inſulam incolerent, quos nonnulli faſcinatores

Ialyſus

et maleficos fuiſſe aiunt, ꝙ ſtygiam aquam animalibus et ſtirpibus pernicieſi gratia aſpergerent. Nonnulli contrarium ſentiunt, ꝙ artibus preſtātes a ſimilibus artificibus inuidia haberentur, vñ hanc infamiam (vt Strab. refert) ſunt aſſecuti, et primum ex Creta in Cyprum venerunt, poſtea in Rhodon, primiq; ferrum et ęs in vſu habuiſſe dicuntur. Nā etiam harpē Saturno fecerunt. Telchis quidē vrbs eſt ęthiopię iuxta Libyam, vnde Telchites, ē Telchinius deducuntur Creta quoq; et Sicyon Telchinia fuit appellata, eiusq; incolę Telchines. Antiquę Cęę, Cęa inſula eſt, quę a grecis et Cos et Hydrusa vocatur, auulſa Euboeę, vt ſcribit Plin. ſed Ouidi. aliam eſſe a co inſula ſentit. Qui gentis longa ſtadijs fuit quondam, mox quatuor fere partibus, quę ad Bęotiam vergebant mari denominatis. Oppida (vt dixi) quatuor habebat, Iulida, Carthęa, Coreſſam, Phocaſſam, ex quibus duo interciderunt Coreſſa et Phocaſſa. Ex hac profectam delectationi foeminis veſtem auctor eſt Varro. Carchęſia męnia, ſic quidem legitur, ſed corrupte, vt mihi videtur, carthęia vero eſt legendum. Nam carthęa vna eſt ex quatuor vrbibus Cęę inſulę a carthęo ibi mortuo cognominata. Carthęa item vrbs eſt Iberię.

Telchis

Cęa

Carthea

Fabulę. xiij. libri ſeptimi argumentum.

LACTA. Inde &c. Poſt hęc lacum Hyries et Cygni Tempe, in quibus locis cum graui amore pueri teneretur, et imperio eius volucres indomitas, ac leonem magnum pati coegiſſet, taurumq; viciſſet, neque ideo labor eius potiendi merces extitiſſet, indignatus ex pręcipiti loco cum ſe odio laborum iaceret, in volucrem olorem conuerſus eſt.

Fabulę. xiiij. libri ſeptimi argumentum.

At genitrix etc. Hyrie autem mater eius flendo aſſidue caſum filij ſui, in ſtagnum dehiſcit miſericordia Deorum, quod eſſet ſui nominis.

Hyries filius Cygnum

Fabulę. xv libri ſeptimi argumentum.

Adiacet etc. Ab his digreſſam Pleorona perueniſſe, in qua vrbe Iambe cum Phasnei filij occideretur, Deorum miſericordia effectum eſt, vt in auem transformaretur.

Hyrie in lacum
Cōbe in auem

Fabulę. xvi. libri ſeptimi argumentum.

Inde etc. Ab his Calaurean Lathonum regem cum coniuge in volucrem.

Ceix cū Alcyone in aues

Fabulę. xvij. libri ſeptimi argumentum.

Dextera etc. Deinde Cyllenē adijſſe, hic Menephrōne cum matre concumberet, ab Ioue eſt transfiguratus in feræ ſpeciem.

Menephron

Fabulę. xviij. libri ſeptimi argumentum.

Cephiſon etc. Poſt horum caſum vidiſſe Cephiſon nepotis exitio deflentem, qui ab Apolline in Phocen transfiguratus eſt.

Puer in Phocam

Traddiderat domitos, tauruq; quoq; vincere iuſſus
Vicerat, & ſtricto toties iratus amori
Pręmia poſcenti taurum ſuprema negauit.
Ille indignatus, cupies dare, dixit, & alto
Deſiluit ſaxo. cuncti cecidiſſe putabant.
Factus olor niueis pendebat in aere pennis.
At genitrix Hyrie ſeruatum neſcia, flendo
Deliquit, ſtagnumq; ſuo de nomine fecit.
Adiacet his Pleuron, in qua trepidātibus alis
Ophphias effugit natorum vulnera Combe.
Inde Calaurę Latoidos aſpicit arua,
In volucrem verſi cum coniuge conſcia regis.
Dextera Cyllene eſt, in qua cū mr̄e Menephrō
Concubiturus erat ſęuarum more ferarum.
Cephiſon procul hinc deflentem fata nepotis
Reſpicit in tumidā Phocen ab Apolline verſi.
Eumeliq; domum lugentis in aere Natam.

Fabulę decimanonę libri ſeptimi argumentum.

Eumeliq; etc. Item Eumeli domū adijſſe lugentis filiam in volucrem ceſſiſſe.

Puella in auem.

Fabulę vigeſimę libri ſeptimi argumētum.

Tandem etc. Aliquando etiam Ephyren contigiſſe verſam pennis viperęis, in qua vrbe primum ex fungis edita eſtimantur corpora.

Fungi in homines

Fabulę vigeſimeprimę libri ſeptimi argumentum.

Sed etc. Indicat Colchis cum parente Creonte Creuſam conſumptam venenis arſiſſe. Nec minus natos a ſe interemptos Iaſone relicto. Inſpectis itaq; caſibus miſerorum veniſſe etiam Athenas.

Medea ad Ęgeū

Fabulę. xxij. libri ſeptimi argumentum.

Iunctamq; nouis etc. Item neptem Pholyphemonis volucrum expleſſe numerum.

Phineus et pipbas in aues

INDE La. Hyr. Hyrie fluuius eſt Bęotię, de quo Home. in ſecundo Iliados. eſt et Hyria regio iuxta Aulidem, eſt et vrbs Iſaurię iuxta Seleuciam, eſt etiam in Iapygia Cretenſium opus, ſed lacus Hyries iuxta tempe eſſe innuit poeta, ſic dictos a caſu Hyries, quę flendo amiſſum filium in fontem ſui nominis conuerſa fuit. Nam Phyllius quidam amore filij Hyries captus, cum multa imperio pueri peregiſſet, ei taurum domitum negauit. Quod quidem ęgre ferens puer, ſe ex alto monte pręcipitem dedit, ſed miſeratione Deorum in cygnum fuit conuerſus. Deliquit, ſic quidem legitur, ſed cum a deliqueſcendo veniat, deliquit per c ſcribendum videtur, vt intelligamus eam in liquorē fuiſſe reſolutam. Adiacet his Pleuron in qua, Pleuron Ętolię vrbs eſt, vñ Pleuronicus. Ophphias Combe, Ophphij filia, quę perperam Iambe ab interprēte greco dicta, in nanē ne a filiorū multitudine (ad centū .n. ferē peperiſſe) mulieribus ꝯficeret, fuit cōmutata. Hęc oīum prima ęs in Euboea inueniſſe narrat, unde et Calchis ακο του χαλκου .i. ab ęre fuit appellata. Inde calaurę Latoidos. Calaurea inſula eſt iuxta Cretam a Calauro Neptuni filio dedinata. Eſt & vrbs Locrorū in q̄ maxie Latōa colebat, vñ et Latois nocat. In no. ver. hic

RAPH. Hyrię

Deliquere

Pleuron

fuiſſe videt Cęis rex Trachinę, qui cum tẽpeſtate in mari perijſſet, Halcyoneq; ipſius vxor Aeoli filia flendo perire vellet, ambo in aues Halcyonides conuerſi fuerunt. vt in. xi. poeta plene deſcribit.

Cyllene Dextera Cyl. eſt. Cyllene mons eſt Arcadię Mercurij natiuitate notiſſimus, a cyllene nympha

ciem ſuam occultabat, huic Medus filius regni ſucceſſor regioni nomen fertur impoſuiſſe. Colchis, Colchicis. Noua nupta, Creuſa Creontis corinthiorum regis filia. Vlta male, quoniam cum mater eſſet, communes filios interfecit.

Titaniacis draconibus, qui ex Titanum ſanguine nati eſſe dicuntur. Palladias arces, athenas vbi Phineus, Periphas, et Polyphemonis nepos in aues fuere cõuerſi. Hę vero, fabulę mihi ſunt ignotę.

Tandem vipereis Ephyren Pirenida pennis
Contigit. hic quo veteres mortalia primo
Corpora vulgarunt pluuialibus edita fungis.
Sed poſtq̃ Colchis arſit noua nupta venenis,
Flagrantemq; domum regis mare vidit, vtroq;
Sanguine natorum perfunditur impius enſis.
Vltaq; ſe mater male, Iaſonis effugit arma.
Hinc titaniacis ablata draconibus, intrat
Palladias arces, quę te iuſtiſſime phineu,
Teq; ſenex Peripha pariter videre volantes.
Innexáq; nouis neptem Polyphemonis alis.
Excipit hanc Aegeus facto dãnandus in vno.
Nec ſatis hoſpitiũ eſt. thalami q̃z foedere iungit
Iamq; aderat Theſeus proles ignara parenti,
Qui virtute ſua bimarem pacauerat Iſthmon
Huius in exitium miſcet Medea, quod olim
Attulerat ſecum Scythicis Aconiton ab oris.
Illud Echidnęę memorant e dentibus ortum
Eſſe canis, ſpecus eſt tenebroſo cęcus hiatu.
Eſt via decliuis, per quam Tirynthius heros
Reſtantem, contraq; diem, radioſq; micantes

cognominatus. Eſt etiam cyllene Eleuſinum nauale. In qua cum ma. me. taxat Menaphrona quẽdam poeta, quẽ cum matre coire non puduit.

Ciphiſus Cephiſon pro. hinc, Cephiſus fluuius ẽ Beotię prẽterlabens delphos, cuius filius ab Apolline in Phocas, hoc eſt vitulum marinum, fuit conuerſus.

Eumelius Eumeliq; do. Eumelus filius fuit Admeti regis Theſſalię, cuius filiam in auem conuerſam fuiſſe ait Ouidius.

Ephyre Pirene Ephyren Pi. Corinthum in q̃ fons eſt Pirene. ſcite autem Pirenida adiecit, nam multę vrbes eodem nomine vocantur, vt diximus. Apud corinthum vero antiquitus hoies ferunt ex fungis ortos eẽ.

Creuſa Sed poſtq̃ colchis, Medea dolẽs Creuſas Creõtis corinthiorũ regis filiã a Iaſone ſibi fuiſſe prẽlatam quo die nuptię celebrabantur, coronam ex naphta, quę igni vel longius poſito ſtatim accenditur, confectas, velut muneri nouę nuptę miſit, quę ex funalibus ignem concipiens cũ totam regiam combureret, Medea ſpectante Iaſone filijs laniatis a draconibus alatis in aerem

Medeę filiorum laniatio ſublata Athenas aduolauit, vbi Aegeus eam non hoſpitio ſolum, ſed etiam lecto ſibi copulauit, ex qua cum iam Medum filium ſuſcepiſſet, Theſeus ipſius quidem Aegei filius, ſed quem pater nondum viderat, Athenas aduenit, quem cum et ſibi et filio valde Medea timeret aconitum venenum, quod e cerberi ſpuma natum eſſe aiunt, prẽparauit, Aegeoq; perſuaſit, vt illi tanquam hoſti prebe ret, id vero cum Theſeus foret hauſturus, capulo enſis viſo agnitus a patre prohibitus eſt. Quare Medea nubes carminibus excitauit, quibus tecta vna cum filio Medo Theſei gladium fugiens in Aſiam aduolauit. Vbi (vt Strabo narrat) a quibuſdam dicitur cum Iaſone regnaſſe, ac veſtem tenuiſſimam, qua vtebatur de ſuo nomine Medeam appellaſſe. cum enim pro rege exiret ſa

Fabulę vigeſimętertię ſeptimi libri argumentum.

LACT. EXCIPIT hanc Aeg. etc. Ab ijs nouiſſime excipit ab Aegeo, nec minus iungit foedus, inter hęc Theſeus Aegei filius errore et laboribus plenus excipitur a patre, cui protinus Medea parat venenum, quod aconitum appellant. Hercules enim cum ad inferos deſcendiſſet miſſus ab Euryſtheo, vt canem tricipitem ad ſuperos perduceret, poſtquam eum in regionem Ponticam perduxit, territum animaduertit ex nouitate aeris vomitum profudiſſe. Notato itaque loco ſpumam eius in venenum eſſe conuerſam, quod gręci aconitum nominant, q2 naſcit in cautibus.

Spuma cerberi aconitum Aconiti vnde.

RAPH. EXCIPIT hanc Aegeus facto, Aegeus rex Athenarũ conſuluit oraculum, quo modo prolem virilem ſuſcipere poſſet, a quo cum accepiſſet vt prius quam Athenas reuerteretur, cum muliere coiret, ad Pittheum Trœzenis regem profectus ei oraculum communicauit. Quo cognito Pittheus ei filiam Aethram a Neptuno vitiatam copulauit,. Inde vero Aegeus diſceſſurus vxorem iam grauidam ad ſaxum ſolam cum adduxiſſet, illi calceos, gladiumque ſubiecit. Vxori deinde mandauit, vt ſi maſculum pareret, eum ad ſe non antemitteret, quam adultus ipſe per ſe reuoluto ſaxo gladium et calceos tollens ſecum ferret. Hinc enim Aegeus ſe cogniturum ſperabat an quem Aethra foret paritura, ſibi filius eſſet. Theſeus igitur ex illa natus Aegei quidem filius putatus eſt cũ neptuni foret, vt Iſocrates in helenes laudatione ait. Is ṽo cũ adoleuiſſet iudicante mr̃e ẽ ſaxum reuoluit.

Aegeus

ſinum reuoluit, et calceos et gladium ſuſtulit, Athenasq; pficiſcens multos latrones Iſthmum obſidētes interfecit, cū vero Athenas puenisſet, non ante a pr̄e agnitus eſt, q̄ capulū gladij ſui, quem ſaxo pr̄ ipſe ſubiecerat, aſpexit. Quo cognito poculū venenatum ſtimulante Medea iā porrectū e filij manibus excuſſit. Facto in vno, in hoc vno facto, quo Medeā hoſpitio ſuſcepit. Proles ignara, ignota legendum mihi vr̄, q̄uis fere ignara legatur.

Aconitū

Aconiton, herba eſt p̄ſentiſſimi veneni Aconitū, ἀπὸ τῆς ἀκόνης, hoc eſt a cote dictum, q̄ i cotibus naſcat̄, vt non ſolū Plini. ſed ipſe q̄s ſcrib. Ouid. Echidneę canis, cerberi canis tricipitis. Nā (vt refert Pli. l. xxvij. Nāalis hiſto.) fabulę narrant aconitū e ſpumis cerberi canis ortum, extrahente eū ab inferis Hercule. Idq; apud Heracleā Ponticā, vbi mōſtratur eius ad inferos aditus gigni. Euphorion aūt et Herodotus enarrant Cerberū ex inferis ab Hercule extractū atrā bilē euomuiſſe, ex qua aconitū ſit natum.

Acheruſias

Specus eſt, iuxta Heracleam Ponticā, vbi Herculis ad inferos deſcenſus monſtrat̄. Nam (vt in ſcdo Argonauticō Apollonius ait) iuxta Heracleā Ponticā eſt Acheruſias promontoriū, ex cuius vaſto ſpecu per quē deſcendit̄ ad inferos, Acheron orit̄. Tirynthius heros, Hercules a Tirynthio pr̄ia cognominatus. Reſtātem, reſiſtentē.

Reſtare

Nexis adamante cathenis, hoc eſt ex adamante ꝯfectis, ac p̄ hoc firmiſſimis. Ternis latratibus, q̄ tria hr̄ capita. Quę q̄ naſcunt̄ ſic et Pli. q̄uis aliā quoq; noīs originem aſſignet, his q̄dem verbis. Naſcit̄ in nudis cautibus, q̄s aconas vocant, et inde aconitū dixere, nullo iuxta ne puluere q̄dem nutriente. Hanc aliq rōnem noīs attulere. Alij q̄m vis eadem in mortē eſſet, q̄ cotibus ad ferri aciem deterenda, ſtatimq; admota velocitas ſentiret̄. Coniugis aſtu, vxoris aſtutia. Ignara de. ipſe inſcius. Facinuſq; exc. venenū ab ore filij repulit.

FACT.

Fabulę. xxiiij. ſeptimi libri argumentum.

At genitor &c. Poſt hęc referunt feſtos dies agētes laudes Theſei, quēadmodū taurū Marathoniū

Obliquantē oculos, nexis adamante cathenis
Cerberon attraxit, rabida qui concitus ira
Impleuit pariter ternis latratibus auras.
Et ſparſit virides ſpumis albentibus agros.
Has concreuiſſe putant, nactasq; alimēta feracis;
Fęcundiq; ſoli, vires cępiſſe nocendi.
Quę quia naſcuntur dura viuacia caute,
Agreſtes Aconita vocant. ea coniugis aſtu
Ipſe parens Aegeus nato porrexit, vt hoſti.
Sumpſerat ignara Theſeus data pocula dextra,
Cum pater in capulo gladij cognouit eburno
Signa ſui generis, facinuſq; excuſſit ab ore.
Effugit illa necē nebulis per carmina motis.
At genitor quāquam lętatur ſoſpite nato,
Attonitus tamen eſt geniti diſcrimine paruo
Committi potuiſſe nefas, fouet ignibus aras,
Muneribuſq; Deos implet, feriuntq; ſecures
Colla toroſa boum vinctorum cornua vittis.
Nullus Erechthidis fertur celebratior illo
Illuxiſſe dies. agitant conuiuia patres,
Et medium vulgus, necnon & carmina vino
Ingenium faciēte, canunt. te maxime Theſeu
Mirata eſt Marathon Cretęi ſanguine tauri,
Quodq; ſuā ſecurus arat Cremyona colonus,

intermiſſet, vt et Procruſtē, Cercyoniſq; necē, q̄ trabes opponebat poſtibus ita, vt victi exanimarent̄ ab eis. Scyronē quoq; Neptuni ſcluū iter facientibus tendere inſidias qui poſtq̄ a Theſeo eſt interfectus, eius fluctibus agitatū pp̄ crudelitatem ſcopulo inhęſit, vnde Scironides petrę ſunt nominatę ab eius nomine.

RAPH.

At Genitor q̄q̄. Theſei geſta commemorat Poeta, quo commodius Metamorphoſin Scyllę Iames cum ſuperiore fabula conectere poſſit. Diſcrimine par. parua diſcrimina. Paulū .n. abfuit q̄n venenū Theſeus hauriret. Colla toro. craſſa ac pinguia. Nā torus interdum p̄ pulpa eminentiore accipit̄, vt Virg. in Geor. Luxuriatq; toris animoſū pectus. Interdū p̄ ſede a tortis herbis. Virg. ij. Ęnei. Inde toro pr̄ Æneas ſic orſus ab alto. Vinctorum cornua, hn̄tiū cornua vittis colligata. Nullus Erechthidis, Athenienſibus, ab Erechtheo rege dictis. Ea aūt feſta Theſeia, a Theſeo vocata fuerunt, q̄ in illius honorē cū p̄pter alia multa, tū q̄ primus oīum ſtatū populārē Athenis ꝯſtituit, qui tantiſper durauit, dū Piſiſtratus Tyrānidē occupauit, vt Pauſanias ait.

Torus

Erechthidę

Theſeia feſta

Agitant, celebrāt. Vino ingeniū faciēte, ſic Hora. Fęcundi calices, quē nō fecere diſertū? Te maxime Theſeu, carmina refert, q̄ in Theſei laudē canebant̄. Theſeus n. Aegęi filius ex Æthra Pitthei filia tot p̄clara geſſit, vt inter Hercules unus numeret̄. Nā et taurū ab Euryſtheo imiſſum Atticā totā vaſtātē in Marathone interfecit, et varios Gręcię latrones ſuſtulit. Marathon, Marathon aūt cāpus eſt, et ſilua iuxta Athenas a Marathone heroe (ut Pauſanias ſcribit) cognominatę, uñ Marathonius declinat̄. Cretęi tau. Cretenſis, ex Creta .n. ab Hercule ad Euriſtheū ductus eſt. Nā Minos (vt fertur) Neptuno ſacrificaturus victimā optauit maieſtate illius dignā, cui Neptunus taurum obtulit pulcherrimū. Et cū ſeruare vellet Minos, iratus Neptunus tauro furorē imiſit, a quo tota fere iſula fuit deuaſtata. Ad eū domandū miſſus eſt Hercules, quē victū ad Euryſtheū duxit. Ab eo vero dimiſſus, cū Atticā deuaſtaret, a Theſeo fuit interfectus.

Theſeus Theſei geſta

Marathon

Taurus Cretenſis

Oſſa Scironis i ſcopulos

Munus,opusq; tuum eſt. tellus Epidauria p te
Clanigeram uidit Vulcani occumbere prolem,
Vidit & immitem Cephiſias procuſten.
Cercyonis letum vidit Cerealis Eleuſis.
Occidit ille Scinis magnis male viribus vſus,
Qui poterat curuare trabes,& agebat ab alto
Ad terram late ſparſuras corpora pinus.
Tutus ad Alchatoen Lelegia mœnia limes
Compoſito Scirone patet,ſparſiſq; latronis
Terra negat ſedem, ſedem negat oſſibus vnda,
Quę iactata diu fertur duraſſe vetuſtas
In ſcopulos,ſcopulis nomen Scironis inhęret.
Si titulos,annosq; tuos numerare velimus.
Facta prement annos,pro te fortiſſime vota
Publica ſuſcipimus,Bacchi tibi ſumimus hau
Cōſonat aſſenſu populi.ꝑcibusq; ſanctū (ſtus.
Regia,nec tota triſtis locus vllus in vrbe eſt.
Nec tñ(vſq; adeo nulla eſt ſyncera voluptas,
Sollicitumq; aliquid lętis interuenit)Aegeus
Gaudia percepit nato ſecura recepto.

Cremyon Quodq; ſuā Cre. Cremyon uicus eſt iuxta Corin
Cremyo- thū,q diu a Cremyonia ſue mrē et Calidonij et Eri
niaſus manthij aprorum fuit uexatus, q̄ a Theſeo interfecta
ſecuros illius loci colonos pſtitit. Eſt et Cremyon
urbs Libyę,uñ Cremyonius briuaſ. Cremyon qdē
a gręcis p duplex m ſcribiſ, ſ3 alterum ab Ouidio uer
ſus gīa ꝑtermiſſum
uſ. Tellus Epidau-
ria, Epidaurus urbs
ē Peloponeſi Æſcula
Epidau- pij tēplo nobilis,quę
rus (ut Strab. refert)Epi-
daurus antea uoca-
Periphi- baſ. Clanigerā ꝓlē
tus latro Vulcani, piphitaſis ē
Periphiti latronis,q
iuxta Epidaurum cus
hoſpites pimeret cla-
Coryne- ua quadā, q̄ coryna
tes uocabaſ. Corynetes
Procru fuit cognōiatus. Is a
ſtes Theſeo tandē(ut ſcri
bit Diodo.)fuit inter
fectus. Vidit ē imi
tē,Procruſtes (ut idē
ſcrib.Diod.)eo in lo-
co terrę Atticę, qui
Curdalus dr̃, latroci
nia exercens,cogebat
hoſpites ſupra lectum
aliquē aſcēdere, quo
ſi lōgiores fuiſſent,
pars ſupeminēs am-
putabaſ, q vero bre-
uiores fuiſſent,pedibus diſtendebanſ,aqua re Pro
cruſtes ēt fuit cognominatus,nam προκρούω,uñ
declinaſ,ſigt̃ ipello. Is quoq; a Theſeo fuit interfe-
ctus. Immitē,crudelē. Cephiſias ora,regio,quę
Cercyon a Cephiſo Bœotię fluuio alluiſ. Cercyonis letū,Cer
cyon itē latro Arcadicus,q apđ Eleuſinā uiatores
ad certamē ꝓuocabat,uictosq3 interficiebat, a The-
ſeo fuit itēreptus. Eleuſis, Eleuſis aūt uicus eſt et
Eleuſis urbs Atticę, ubi Cereris eſt tēplū, a q̄ Cerealis fuit
Myſteria cognominata. Apud Eleuſina aūt Cereris myſte-
maiora ria cognomento maiora celebrabanſ,ſicut Argis
qui et ipſe Atticę uicus eſt,minora in honorē Pro
ſerpinę, in Herculis grām inſtituta cū maioribus
initiari,q: ciuis,et indigena nō eſſet, legibus ꝓhi-
bereſ. Eſt ēt Eleuſis Alexādrię uicus, in quo Calli-
machus lr̃as narraſ fuiſſe edoctus. Occidit ille
Scinis Sci. Scinis latro fuit Iſthmum obſidens.(ut in qui-
to refert Diodo.) q duas pinus flectebat , ac utriq3
huīs brachia alligabat, deinde ſurſum emittēs cor
pus ui diſcerptū maximo cruciatu afficiebat, iſtū
Alcathoe q3 Theſeus interemit. Tutus ad Alcathoē,Alcathoe
eadē eſſe uř cū Megaris, urbs media inter Pelopō
neſum,Atticā,et Bœotiā, q̄ ab Alcathoo Pelopis fi-
lio,q Megareo regi,(ut Pauſanias ſcribit) i regno
Leo Ci- ſucceſſit,fuit denī ſata. Cū.n.leo quem Citheroniū
theroniū appellarunt,Euippū Megarei regis filiū inte fecis-
ſet,Megareus ipſe et filię nuptias et regnū ſucceſſio

nehi ei pposuit,q leonē Citheroniū ſtrauiſſet, Al-
cathous uero Pelopis filius, cum pp cędis Chryſip- Alcathō
pi fratris ſuſpitionē Megarā ꝓfugiſſet, ferā aggreſ- us
ſus cū uictor euaſiſſet,regnū ſuſcepit,ac inter alia,
quę geſſit,templū ędificauit,qđ agrēſtis et Apolli-
nis et Dianę uoluit appellari. Lelegia mœnia, a Leleges
Lelege ędificata.
Nā (ut idē Pauſani
as narrat) Megaren-
ſes aiunt duodecim,
poſt Cara Phoronei
filium ſeculis Lelega
ex Ægypto ꝓfectū re
gnū obtinuiſſe, eoq3
regnante ſe Leleges
uocatos fuiſſe, qđ q-
dē et Strabo ſigt̃, cum
ingt. Cares cū prius
Leleges et inſulares
eſſent, ſauētibus Cre-
tenſibus,q Miletū cō
didere,in ꝯtinēte ha- Cōpoſito
bitare cępiſſe. Cō- Sciron
poſito Scirone,inter- Scironia
fecto,ſublato. Nā cōponere interdū ſinia- ſaxa
re ſigt̃,q aūt necanſ,
finiunt. Sciron āt la
tro fuit, q ea Mega-
ridis loca habitauit,
Quę ab eo Scyronia
ſaxa uocanſ. Is pegri
nos illac trāſeuntes
cogebat ſeipſos de ꝓ
cipiti loco iactare,uel deductos ſupra ſcopulū ab-
ruptū ipſe calce in mare ꝓiiciebat. Theſeus aūt in
de illū in mare deiecit,unde multos añ ipſe detur
bauerat,ut ex ſtatua q̄ Athenis in regia ſpectabaſ,
colligi potuit. Nā Theſeus Scironē in mare ꝓii-
ciens effictus erat,ut Pauſanias refert. Scopu- Scirōides
lis nomen Scironis inhęret,ut refert Strabo. Sci- petrę
ronides petrę Atticis finibus iminent, iuxta mare Caurum
trāſitū nō relinquētes. Supra eas āt uia eſt in Atti Scirona
cam,atq3 Megara ab Iſthmo ducens. Caurum quoq3 vocari
uentū ab illis ſaxis flantē,ꝓcellaſq3 cientē Scirona
Athenienſes uocant. Fingit aūt poeta oſſa Sciro-
nis in mare ꝓiecti fuiſſe in ſcopulos ꝯuerſa. Fa
cta ꝓment annos, hoc eſt geſta tua numero an-
nos ſupabunt. Pro te fortiſſime uota, Theſeia ſigt̃
quę feſta in Theſei honorē Athenięſes inſtituerūt.
Vſq3 adeo nulla eſt parentheſis eſt ſniani loco
maxime accōmodatā ꝯtinens. Sumpta aūt hęc
ſnia eſſe uř ex quarto Argonauticon Apollonij,
ubi Iaſonis Medeęq3 nuptię in Cercyrę Antro ce
lebratę deſcribunſ. Semper enim inquit miſeroꝝ
hoīum lętitijs amara aliqua ineſt triſtitia.
Fabulę xxv. ſeptimi libri argumentum.
BELLA Parat Mi. &c. Arne cū inſulā Sithon, LACT
in q̄ genita eſſet, hoſti Athenas oppugnāti capta
pulchritudine auri uēdidiſſet priam,ne ꝓ meritis
ſupplicia pēderent,in uolucrē monedulā eſt trāſfig

gurata, q̄ adhuc amore ſplendoris eius tenetur.

ANAPH.

BElla parat Mi. Minoē Iouis filiū ex Europa re gē fuiſſe Cretę notius ē, q̄ vt ſit exponēdū. Huic Androgeus filius fuit Athletico certamīe clarus, q cū Athenis ex palęſtra victoriā reportaſſet, maximā i ſe inuidiā ɔcitauit. Quapp īſidijs Ægei Atheniēſiū regis occiſus cū domū non rediret, Minos

Minos

pr̄ aduerſus Atheniēſes bellū mouit, ipſis et peſtilentiā ē famē imp̄cans, vt Androgei cędē vlciſcerēt, auctores Plutar. ē Diodo. aūt q̄ oppugnare cępiſſet Athenas, varia ſibi auxilia cō parauit, q̄ſdā iſulas expugnauit, q̄s enūerat poeta, ac ſi q̄ in his Metamorphoſis fuit facta deſcribit. Firmiſſimus, ferociſſimus. Ira pa. pr̄i ɔueniēte ob filij cędē. Iuſtis ar. bello iuſto, quippe qđ fuit ſuſceptus p filij cęde vlciſcenda. Quaq; pa. adi. quocunq; nauibus poterat pueni re. Hinc Ana. ſi. iū.

Anaphe

Anaphe inſula ē in Cretico pelago vna ex Sporadibus, iuxta Therā, q̄ a Mēbliaro qui vna ex Cadmo ad' q̄rendā Europā nauigauit, Mēbliaros fuit appellata. Deinde Argonautis a tēpeſtate vexatus, caligineq; optis, ſtatim Apollis ope (vt Apollonius in q̄rto narrat) cū apparuiſſet Anaphe, απο του αναφαινειν fuit cognoiata. Et hinc ſtymphalea regna, Stymphalus qdē vrbs eſt Arcadię, ſed de hac mihi poeta ſentire nō vr̄, cū inſulas enumeret ſibi a Minoe ɔciliatas. Forſitan aūt deprauatus eſt hic verſus, q hinc aduerbio craſſo, Aſtypalea expoſcere vr̄. Eſt. n. Aſtypalea inſula,

Aſtypalea

vna ex Cycladibus ab Aſtypalea Ancęi mr̄e denominata. Nā antea a Caribus hitata Pyrrea pmū, deinde palęa, tū θεων τραπεζ. hoc eſt Deoꝝ mēſa, fuit appellata. Eſt aūt ēt alia eiuſdē nois cū vrbe inter Rhodon et Cretā. Eſt et nomen duaꝝ vrbiū, quaꝝ altera eſt in Co inſula, altera in Samo, vn̄ Aſtypalęeus et Aſtypalęata deriuant. Hinc hu.

Mycone

Myconij calui

Myco. Mycōe, q̄ et Myconus a Stra. vocat, vna eſt ex Cycladibus. In ea vō inſula dr̄ iacere nouiſſimi gigāū ab Hercule lapidibus obruti. Fere antē Myconij ſunt calui. Cretoſaq; rura Tymoli, ſic q

Cimolus

dē corrupte. Cimoli vō p c recte legit. Eſt. n. Cimo



Bella parat Minos, qui quāq̄ milite quāquam
Claſſe, valet, patria tamen eſt firmiſſimus ira,
Androgeiq; necem iuſtis vlciſcitur armis.
Ante tamen bello vires acquirit amicas,
Quaq; patent aditus volucri freta claſſe pererrat.
Hinc Anaphen ſibi iūgit. & Aſtypaleia regna.
Promiſſis Anaphen. regia Aſtypaleia bello.
Hic humilē Myconen, cretoſaq; rura Cimoli,
Florentēq; Cythnon, Scyron, planāq; Seriphō,
Marmoreāq; Paron, quāq; impia pdidit Arne
Sithonis accepto, qđ auara popoſcerat, auro,
Mutata eſt in auē, quę nunc quoq; diligit auꝝ

Cimolia terra

lus, q̄ et Echinuſa dr̄, inſula in Cretico mari, vna ex Sporadibus, a q̄ terra Cimolia nūcupat, vt Stra. ſcrib. Ad qđ alludēs poeta cretoſa Cimoli rura appellat. In illa nāq; effodit̄ creta, q̄ Cimolia dr̄ purgādis veſtibus apta. Florentēq; Tyron, Cypron, hic quoq; vſus mihi vr̄ eſſe deprauatus. Cū. n. poeta enumeret iſulas Cretę vicinas, q̄s ſibi Minos adiunxit, ipe rite admodū Sporadibus atq; Cycladibus Tyron, quę Phœnicię adiacet, ac Cypron, q̄ Syrię, admiſcent. Forſitan aūt nō Tyron ac Cypron, ſed Cythnon et Scyron eſt legēdū. Cythnos. n. iſula

Cythnos

eſt Cimolo ppinqua viſu ſpectabilis, a Cythno Sanio dicta Nā añ illuꝫ Merobe vocabatur et Acis vt Pli. ſcri. Scyros āt vna

Scyros

eſt et ipſa ex Cycladibus pr̄ia Lycomedis Achillis, et Deidamyę nuptijs clara. Planāq; Seriphon, Seri

Seriphus

phos vna eſt ex Cycladibus adeo lapidoſa, vt q Seriphijs ɔuinciant. id inſpecta veniſſe Gorgone cēnt. Nā (vt refert Stra.) ī illa facta vulgant, q̄ a poetis ficta fuerunt. Dictyē piſcatorē arcā adduxiſſe retibus in q̄ Perſeus cuꝫ mr̄e Danae ɔtinebat, cū vtrūq; pr̄ Acriſius in mare pieciſſet. In illa vō inſula Perſeus educatus fuiſſe pdit̄, qui

Paros

cum caput Gorgonis allatū Seriphijs oñdiſſet, vniuerſos mutaſſe in lapides, idq; in matris vltioneꝫ factitaſſe, q: illis adiutoribus Seriphi rex Polydectes nuptijs inuitā adegiſſet. Marmoreāq; Pa. Paros ēt vna eſt ex Cycladibus, primo platea, deinde Minois appellata, q̄ lapidē pducit, quē pariū vocant, ad marmoreas ſculpturas aptiſſimū. Ex ea natus eſt Archilocus poeta, q corrupte apud Stra. Antilochus eſt ſcriptus. Ad qđ alludens Hora. inquit, Parios ego primus iambos Oſtendi Latio.

Quāq; im. pro. Ar. Si quenā fuerit illa Sithonis puella, quę accepto auro hoſtibus Arnē inſulam prodiderit, atq; in monedulam auem auri maxime furacem ɔuerſa fuerit, non memini me legiſſe. Sithōis, Thracia mulier, ē. n. Sithōia Thra

Sithonis

Sithonia

monedula

cię pars Macedonię finitima, vn̄ Sithonię niues apud Virg. dicunt̄. Velata mo. tecta, cooperta. Monedula nerouanis eſt e graculorum genere,

ſic dicta, quaſi monetula, ꝙ monetę et pecunię amore capiatur. Nã (vt Pli. ſcri.) huic ſoli aui mira ingenita eſt furacitas auri et argenti. Sũt aũt cornicibus ſimiles, niſi ꝙ ſunt nigriores, quibus pedes ſunt roſtra rubẽt, quare nõ Nigra pedes, ſed Rubra forſitã ab Ouidio ſcriptũ fuit, quauis nigra i exẽplaribus legatur.

Strabonem eſt mendum, oenonam legẽdum eſt. Nã ꝙ inſula poſtea Aegina fuit appellata, ab Ægina Aeaci matre quã Iuppiter (vt ſcri. Dio.) ex Phliunte raptam in illam inſulam tranſtulit, ante a Oenona (vt Stephanus ẽt ſcri.) appellabatur, unde Oeneus, Oeniuq; declinatur. Deniq; apud Græcorum quẽ ꝙ non memini me Oenopiã legiſſe. Fuit aũt inſula nobiliſſima, vt quę et maris olim tenuerit imperiũ, et Aeacidarum origo fuerit. Sane Aegina locus eſt & Epidaurię terrę. Sed ipſe Aeacus Aeginã, Aeacũ Iouis fuiſſe filium cõſtat, cui tres filij fuerũt, Telamõ, Peleus, Phocus. Admonitus patrij luctus, paternę mœſtitię, quã de filio cõceperat. Populorum cẽtum, nã Creta centũ olim vrbes habuiſſe fertur. Pro nato, pro vlciſcenda filij cęde.

Aegina

Aeacus

Pię militię, quę pro filij nece vindicãda ſuſcepta eſt. Tumulo, filij ſepulchro.

Huic Aſopiades, Æacus Aſopi nepos. Ægina.n. Aſopi mẽ filia fuit Aſopi fluuij. Petis irrita, vana et mihi non faciẽda. Ea foedera nobis, ſunt ſubaudiẽdũ, vt amici ſimus, & nos inuicẽ iuuemus.

Fabulę. xxvi. ſeptimi libri argumẽtũ.

LACT. AT Non Oliaros Didymeq; etc. Æacus Iouis et Æginę filius cũ Aſopidẽ inſulam ꝓ regis nomine incoleret, et graui peſtilẽtia Iunonis ira ꝑpl's amiſiſſet, ꝑcibus et miſericordia a Ioue impetrauit, vt vaſtata inſula, quot formicę in ea apparuiſſent, tot verſę in hominum facies deſyderatam multitudinem explerent. Neq; immerito, ſiquidem ex huiuſmodi aĩalibus creuerant, Myrmidones ſunt appellati. Formicę.n. grece Myrmices appellãtur. Porro aũt hos ſenſus Cephalo ſciſcitãti edocet Aeacus.

Nigra pedes, nigris velata monedula pennis.
At nõ Oliaros, Didymeq;, & Tenos, & Andros
Et Gyaros, nitideq; ferax Peparethos oliuę
Gnoſiacas iuuere rates. latere inde ſiniſtro
Oenopiam Minos petit Aeacideia regna.
Oenopiam veteres appellauere. ſed ipſe
Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit.
Turba ruit, tantaq; virum cognoſcere fama
Expetit. occurrunt illi Telamonq;, minorq;,
Quam Telamon, Peleus, & ꝓles tertia Phocus.
Ipſe quoq; egreditur tardus grauitate ſenili
Aeacus, & quę ſit veniendi cauſa requirit.
Admonitus patrij luctus ſuſpirat, & illi
Dicta refert rector populorum talia centum.
Arma iuues oro pro nato ſumpta, pięq;
Pars ſis militię. tumulo ſolatia poſco.
Huic Aſopiades petis irrita, dixit, & vrbi
Non facienda męę. neq; enim coniunctior vlla
Cecropidis hac eſt tellus, ea foedera nobis.
Triſtis abit, ſtabuntq; tibi tua foedera magno,
Dixit, & vtilius bellum putat eſſe minari,
Quam gere rẽ, atq; ſuas ibi pręconſumere vires
Claſſis ob Oenopijs etiã nunc Lyctia muris
Spectari poterat, cum pleno concita velo
Attica puppis adeſt, & portus intrat amicos,
Quę Cephalũ, patrięq; ſimul mandata ferebat.

RAPH. Oliaros Didyme AT Nõ Oliarios Didymeq;, inſulę ſũt Ægei ex Cyclapibus, quę Minoi aduerſus Athenienſes auxilium nõ tulerunt. Oliaros aũt ꝑ i non ꝑ e in aũ penultima ſcribit, Inſula eſt vna ex Cycladibus Sidoniorum colonia, vt Heraclides Ponticus ſcribit. Didymeq;, Didyme inſula eſt ex Cycladibus vna, a figura ſic appellata, gemella namq; videt. Didymi enim gemelli dicũtur eodem nomine inſula eſt in freto Siculo vna ex Aeolijs. Et Tenos, inſula eſt vna ex cycladibus Tenos (vt Strabo refert) vrbem non ſane magnam habens, verum Neptuni fanum ampliſſimum in luco extra muros ſpectatu dignum. in ea capaciſſima diſcũbentiũ co[n]u[i]uarum ędificata ſunt triclinia, quod ſignum eſt frequentem finitimorum multitudinẽ eo conuenire ſolitam, qui vna Neptuno ſacrificia celebrarent. Et Andros, vna ex Cycladibus Andros, ab Andro Anij filio cognominata. Et Gyaros, Gyaros autem vna eſt ex Sporadibus. Nitideq; ferax Peparethos oliuę Peparethos inſula eſt vna ex Cycladibus oleo abundans. Oenopiam Minos petit, ſic quidem in omnibus, quę mihi videre contigit, exemplaribus legitur. Sed niſi apud

Didymi

Tenos

Andros

Peparethos

Oenona quę

Triſtis abit, mœſtus inquit diſceſſit Minos, quia ꝙ volebat nõ ĩpetrauit. Stabunt magno cõſtabunt. Lyctia, cretenſis, a Lycto cretę vrbe a Lycto Deucalionis filio cognominata. Veteris formę, priſtinę pulchritudinis. Nai Cephalus (vt ẽt Pauſanias ſcribit) formoſiſſimus fuit. Popularis oliuę, in Attica natę, populo ac gratę. Maior habet, cauſa cur a dextra leuaq; Cliton et Butẽ haberet. Maiores.n. nato in medio minores incedere ſolent. Hic aũt Pallas vnus e filijs Pãdionis Athenarum regis fuit, quatuor enim filij (vt ſcri. Strabo) Pãdioni fuerũt, Aegeus, Lycus, Pallas, Niſus. Peragit mandata, exponit mandata, quę ab Athenienſibus acceperat.

Lyctia

Cephalus

Mos ciuilis

Pallas Pãdionis filij. iiij.

Fœduſq; refert, cõmemorat foedus a ſuis maioribus cum Aeginetis percuſſum. Imperium, regnum. Totius Achaidos, Achaię et Grecię. Peti, appeti a Minoe. Hoc autem ait, quo facilius Aeaco perſuadeat, vt Athenienſibus contra Minoem ferat auxilium. In capulo regni, in ſceptro.

ATHENę,Athenienſes,athenis.n.pro contento frequenter ponitur a poetis. Aeaci autem oro maximã prę ſe fert in Athenienſes et beneuolentiam et benignitatem. Et ols eat,veniat vobiſcum ſubaudiat. Robora,vires. Superat mihi miles & hoſti,hoc eſt mihi milites ſuper ſunt, et adiuuandos amicos,et ad repellendos amicos,et repellendos hoſtes.

Gra Dijs,ſit ſubaudiat. Dijs.n. gratias agit Aeacus. Felix et inexcuſabile tempus,mihi eſt ſubintelligatur. hoc autem verbum eſt, ſępenumero eleganter prętermittitur. Obuia proceſſit,obuiam venit. Inde,ex ijs. Hęc ãt narrant,vt conueniunt ad formicarum Metamorphoſin in hoies exponẽdã deſcendat. Memorare,pluxim narrare. Sine vllo ordine,ſine vllo pemio.

Lõga ambage,ſuperflua ctone. Deſcribit ãt poeta formicarũ mutationẽ in Myrmidonas. Cum enim Iunonis ira Aeginę incolę peſtilẽtia fuiſſent abſumpti, Aeacus Iouẽ patrem rogauit,vt aut ſibi populum ſuum reſtitueret,aut ſe quoq; vita priuaret.Cum autem magnã formicarũ multitudinem in vetuſta quercu vidiſſet Iouem rogauit,vt ſibi totciues,quot illę formicę erant pcederet.Iuppiter.vo Aeaci precibus motus, ẽtquot formicę in illa q̃rcu erãt,in homines cõmutauit, qbus Aeacus: ipi agros diuiſit. Oſſaq; cinisq; iacent, mortui ſunt. Et quota pars,ac ſi diceret minima. Dira lues, iſanabilis peſtis, cui nihil remedij poterat aſſerri. Exosę,

Peſtilentię deſcriptio.

odio perſequentis. Dictas terras, denominatam inſulam. Nã Oenona inſula (vt diximus) Aegina ab Aeaco ex matris nomine fuit appellata.

A pellice,Aegina,quã Iuno od.o pſequebať, ęp pe cũ q̃ Iuppiter coiuiſſet,Elegãter ãt, ſcita q; ea oia deſcribit poeta,quę tempore peſtis accidere ſolent.

Aeacidę iuuenes longo poſt tempore viſum
Agnouere tñ Cephalum,dextraſq; dederunt,
Inq; patris duxere domum. ſpectabilis heros,
Et veteris retinens etiã nunc pignora formę
Ingreditur,ramumq; tenens popularis oliuę,
Et dextra,læuaq; duos ętate minores.
Maior habet Clyton,& Buten Pallante creatos.
Poſtq̃ congreſſi primi ſua verba tulerunt
Cecropidę, Cephalus peragit mãdata, rogatq;
Auxiliumq;,fœduſq; refert,& iura parentum,
Imperium peti totius Achęidos addit.
Sic vbi mandatam iuuit facundia cauſam,
Aeacus in capulo regni nitente ſiniſtra
Ne petite auxilium,ſed ſumite dixit Athenę.
Nec dubię vires,quas hęc hз inſula, veſtras
Ducite,et omnis eat rerum ſtatus iſte mearum
Robora nõ deſunt.ſuperat mihi miles,& hoſti,
Gratia Dijs,felix,& inexcuſabile tempus.
Immo ita ſit cephalus,creſcat tua ciuibus opto
Vrbs ait,adueniens e quidẽ modo gaudia cępi,
Cum tam pulchra mihi tam par ętate iuuẽtus
Obuia proceſſit,multos tamen inde requiro,
Quos quondã vidi veſtra prius vrbe receptus
Aeacus ingemuit,triſtiq; ita voce locutus.
Flebile principium melior fortuna ſecuta eſt.
Hanc vtinã vobis poſſem memorare. ſine vllo
Ordine nũc repetã,ne lõga ãbage morer vos
Oſſa,ciniſq; iacent,memori quos mẽte requiris,
Et quota pars illi rerum periere mearum?
Dira lues populis ira Iunonis iniquę
Incidit exoſę dictas a pellice terras.
Dum viſum eſt mortale malum,tãtęq; latebat
Cauſa nocens cladis,pugnatũ eſt arte medẽdi.
Exitium ſuperabat opes,victęq; iacebant.
Principio cęlum ſpiſſa caligine terras
Preſſit,& ignauos incluſit nubibus ęſtus.
Dumq; quater plenis expleuit cornibus orbem
Luna,quater plenum tenuata retexuit orbes,
Letiferis calidi ſpirarunt ęſtibus Auſtri.
Conſtat & in fontes vitium veniſſe,lacuſq;,
Milliaq; incultos ſerpentum multa per agros
Erraſſe,atq; ſuis fluuios temeraſſe venenis.

Mortale malum, humanum. non ãt a Iunonis ira miſſum. Cauſa necis, ira Iunonis quę in cauſa erat tantę calamitatis. Pugnatum eſt, repugnatũ peſti. Exitium,clades. Opes, auxilia.

Preſſit, oppreſſit, occupauit. Et ignauos ęſtus, ab effectu q ignauos hoies reddãt,ac pigros. Dũq; quater plenis, per quatuor inquit menſes Auſtri venti morboſi ſpirarũt. Luna.n. ſingulis qbuſq; menſibus creſcit ac decreſcit. Tenuata,diminuta. Retexuit,diſſoluit. Letiferis ęſtibus.peſtiferis feruoribus. Vitium, aeris corruptionem.

Temerare.

Tenuiſſe,corrupiſſe. Strage canũ primo, hęc ex pmo Iliados ſumpta eſſe vĩr.nam Homerus peſtem in exercitus grecorum Apollinis ira immiſſam deſcribens aſſerit primo canes, muloſq; interiiſſe. Miratť,q: mali cãm ignorat. Inter opus,inter arandum. Recũbere,pcũbere cadere. Lanigeris gregibus,ouibus,q̃ proprie balare dĩr. Eſt autem factitium verbum.

Balare.

Tabent.putreſcũt, ac macilentę fiunt. Magnęq; in puluere fame,in certaminibus, in quibus maximus puluis excitatur. Degenerat a generoſitate ſua recedit. Palmę,vi-

glorię. Veterum honoris, antiquę glorię. Nō aper naſci meminit, prozeugma eſt. Meminit enim verbum ad duos qui ſequuntur nominatiuos eſt referendum. Incurrere, impetum facere. Omnia langor habet, omnia inqt animalia languida et infirma ſunt effecta. Corpora foeda, cadauera foetentia. Odoribus, cadaueꝝ foetoribus, quāquā odores fere in bonā accipiunt partem, ac pro iis quę nares delectant, ponantur.

in funere morbi, ordo eſt et ſenſus, ſinemq; morbi in funere et morte vident. Indulgent animis, id eſt faciunt quicquid ipſis libet. Quid vtile, hoc verbum ſit ſubintelligatur, vt ſit ſenſus, et nulla cura eſt quid ſit vtile. Haurit, bibit. Et illas, etiā illas cadaueribus infectas, in quibus multi moriebant. Tantaq; ſūt miſeris, adeo autem inqt inuiſos habent lectos, vt ex illis pſiliant. Aut ſi prohibent, id eſt ſi cui ſūt tam exiguę vires, vt ſtare nō poſſit, atq; e lecto deſilire, deuoluit ſe quoquo modo poteſt in humū.

Indulgere als

Odores

Fatiſcere

Strage canū primo, volucrūq;, ouiumq;, boūq;
Inq; feris ſubiti deprenſa potentia morbi eſt.
Concidere infelix validos miratur arator
Inter opus tauros, medioq; recumbere ſulco.
Lanigeris gregibus balatus dantibus ęgros
Sponte ſua, lanęq; cadunt, & corpore tabent.
Acer equus quondā, magnęq; in puluere famę
Degenerat palmę, veterumq; oblitus honorum
Ad pręſepe gemit morbo moriturus inerti.
Non aper iraſci meminit, nec fidere curſu
Cerua, nec armentis incurrere fortibus vrſi.
Omnia languor habet ſiluis, agriſq;, vijſq;
Corpora foeda iacent. vitiantur odoribus aurę.
Mira loquar. non illa canes, auidęq; volucres,
Non cani tetigere lupi. dilapſa liqueſcunt,
Afflatuq; nocent, & agunt contagia late.
Peruenit ad miſeros damno grauiore colonos
Peſtis, & in magnę dominatur męnibus vrbis
Viſcera torrentur primo, flammiſq; fatiſcunt.
Indicium rubor eſt, & ductus anhelitus igni.
Aſpera lingua tumet, tepidiſq; arentia ventis
Ora patent, auręq; graues captantur hiatu.
Non ſtratum non vlla pati velamina poſſunt
Dura ſed in terra ponunt pręcordia. nec fit
Corpus humo gelidū, ſed humus de corpe feruet
Nec moderator adeſt, inq; ipſos ſęua medentes
Erumpit clades, obſuntq; auctoribus artes.
Quo propior quiſq; eſt, ſeruitq; fidelius ęgro,
In partem leti citius venit, atq; ſalutis
Spes abit, finemq; vident in funere morbi.
Indulgent animis, & nulla quid vtile cura eſt.
Vtile enim nihil eſt. paſſim, poſitoq; pudore
Fontibus, & fluuiis, puteiſq; capacibus hęrent.
Nec ſitis eſt extincta prius, q̄ vita, bibendo.
Inde graues morbo nequeūt cōſurgere, & ipſis
Immoriuntur aquis, aliquis tn̄ haurit & illas,
Tantaq; ſunt miſeris inuiſi tędia lecti.
Proſiliunt. aut, ſi prohibent conſiſtere vires,
Corpora deuoluūt in humū, fugiuntq; penates
Quiſq; ſuos. ſua cuiq; domus funeſta videtur.
Et quia cauſa latet, locus eſt in crimine notus.
Semianimes errare vijs, dum ſtare valebant,

Et agunt contagia late, corruptionem inquit lōge mittūt. Liqueſcunt, reſoluūt. Flamisq; fatiſcūt, hoc eſt ardore quodam inteſtino reſoluuntur. eleganter āt omnia deſcribit poeta, quę peſte laborātibus ſolent euenire. Indicium rubor eſt, rubor faciei inqt indicat viſcera eē inflāmata. Tumet, inflatur. Arentia ora, arida, et ſicca. Ventis tepidis, auſtris. Patent, aperta ſunt et tenentur. Aurę graues, pnicioſę. Non ſtratū, lectum. Dura prę cordia, corpora inflata et aſpera, vt a parte totum intelligamus. Sunt. n. pręcordia (vt Plinius li. vndecimo Naturalis hiſtorię ſcri.) mēbranę tenuiſſimę, q̄bus exta homini ab inferiore viſcerum parte ſeparantur, ſic dicta, q̄ cordi phrenas appellant, q̄ illis ſubtilitas mentis accepta ferat. Moderator, rector, medicus. Erumpit, inuadit. Obſuntq; auctoribus artes, medicinę inquit artes ſuis profeſſoribus nocent. Peſte. n. medici quoq; corripiebātur. Leti, mortis. Finemq; vident

Pręcordia

Funeſta, peſtifera, mortifera. Funeſtū etiam dr̄ funere inquinatum. In crimine, in culpa. Semianimes, ſemimortui. Pendentis, impendentis, imminentis. Hic illic, paſſim et vbiq;. Exhalantes, expirātes. Quid animi, q̄lis animus. Vt vitam odiſſe, qualem animum habere debuerit Æacus ipſe exponit. Talem inquit animum debui habere, vt vitā odiſſe, ac mortuus eſſe cuperem. Flexerat, cōuerterat. Putrida poma, nimis matura et corrupta. Contra e regione. Sublimia, alta. Irrita thura, vana nihilq; conferentia. Non exoratis. Dijs ſubaudiatur. Admoti templis, adducti in templa. Dum vota ſacerdos concipit, dum ſacerdos pcatur Deos. Purum vinum, merum, ſine aqua. mero nāq; in ſacrificijs quemadmodū et nos priſci vtebantur. Haud expectato vulnere, non expectato ictu. Fibra quoq; ęgra, vitiata. Fibras autem vicli

Funeſtū

Putridā

marum haruſpices inſpiciebant,quo pdicere futu ra poſſent. Notas veri,ſigna quibus verum co gnoſcitur. Monitus,admonitiones Deorum. Triſtes morbi,ab effectu,q triſtitiam pariant morbi,triſtes vocantur. Ad viſcera,ad inteſtina corrumpenda. Ante ſacros poſtes,ante ſacras té plorum ianuas. cubuiſſe cum Aegina Aſopi filia.Hic át verſus ali quid vitij contraxiſſe videtur,quod qdem ſi opus poeta emendaſſet,facile ſuſtuliſſet. Forſitan autẽ ſic eſſet legendum.Iſſe ſub amplexus Aeginę. Aſo pidos olim.Nam Aſopus ſecundam producit.Sic autem verſus mendis caret.In quodá tamen exé

Pars animam laqueo claudunt,pars inquit ſe ſuſpendũt et ſtrangulant. Venientia fata,venientem mortem. Feruntur,efferunt.ná extra vrbem cadauera ſepeliebantur. Nullis funeribus, nullis exequiarũ honoribus. Nam funus eſt pompa exequiarũ, a funalibus dictum,quę cadaueri preferebant. Noctu enĩ mortui efferebantur ad ſepulturam. Neq; enim capiebãt funera portę, incredibilẽ funerum multitudinem fuiſſe. Aeacus oſtendit,cum p vrbis portas efferri non poſſent. Aut inhumata premunt terras, aut inſepulta iacẽt in terra. Vnt dantur in altos Indotata rogos,aut inquit ſine vllo. ſepulturę honore in ignes mittuntur.Naз cadauera apud antiquos cũ ſuis ornamentis comburebant. In tumulos,ad ſepulchra facienda. In ignes,i rogos extruẽdos.per quę ſignificatur cadauerum maximam fuiſſe multitudinem. Tanto turbine,tanta perturbatione, et inuolutione rerum. Falſa,falſo.nomen enim pro aduerbio eſt poſitum. Loquuntur .s. homines. Iſſe ſub amplexus quondaз Aſopidos Aeginę,co

Aſpiceres,flentes alios,terraq; iacentes,
Laſſaq; verſantes ſupremo lumina motu.
Membraque pendentis tendunt ad ſydera cęli
Hic.illic,vbi mors deprenderat,exhalantes.
Quid mihi tũc animi fuitſant quid debuit eẽe?
Vt vitam odiſſem,& cuperem pars eſſe meorũ.
Quo ſe cũq; acies oculorum flexerat illic
Vulgus erat ſtratum,veluti cũ putrida motis
Poma cadunt ramis,agitataq; ilice glandes.
Templa vides contra gradibus ſublimia longis
Iuppiter illa tenet.quis non altaribus illis
Irrita thura dedit?quoties pro cõiuge coniunx,
Pro nato genitor,dum verba precantia dixit,
Non exoratis animam finiuit in aris?
In manu thuris pars inconſumpta reperta eſt?
Admoti quoties templis,dum vota ſacerdos
Concipit,& fundit purum inter cornua vinũ,
Haud expectato ceciderunt vulnere tauri?
Ipſe ego ſacra Ioui pro me,patriaq;,tribusq;
Cum facerem natis,mugitus victima diros
Edidit,& ſubito collapſa ſine ictibus vllis
Exiguo tinxit ſubiectos ſanguine cultros.
Fibra q̃з ęgra notas veri,monitusq; Deorum
Perdiderat,triſtes penetrant ad viſcera morbi.
Ante ſacros vidi proiecta cadauera poſtes.
Ante ipſas,quo mors foret inuidioſior,aras.
Pars aĩam laqueo claudunt,mortiſq; timorem
Morte fugant,vltroq; vocant venientia fata,
Corpora miſſa neci nullis de more feruntur
Funeribus.neq; enim capiebant funera portę,
Aut inhumata pmunt terras,aut dant ĩ altos
Indotata rogos,& iam reuerentia nulla eſt.
Deq; rogis pugnant,alieniſq; ignibus ardent.
Qui lachryment,deſunt,Indefletęq; vagantur
Natorũq;,matrumq; animę,iuuenũq;,ſenũq;
Nec locus in tumulos,nec ſufficit arbor in ignes
Attonitus tanto miſerarum turbine rerum
Iuppiter o dixi,ſi te non falſa loquuntur
Aeginę amplexus quondam ſub Aſopidos iſſe,
Nec te magne pater noſtri pudet eſſe parentẽ,
Aut mihi redde meos,aut me q̃з conde ſepulchro
Ille notã fulgore dedit,tonitruq; ſecũdo. Crebro

plari ſic ſcriptum legitur.Aeginę amplexus quondam ſub Aſopidos iſſe,quę lectio ſi tibi placet,accipe. Aſopidos ęginę,aſopi filię.Eſt.n. aſopus Bęotię fluuius in ſinum Corinthium labens. Notam,ſignũ. Fulgore,fulgoris ſplendore. Tonitru ſecundo,proſpero. Quę das mihi pignoris omen, q̃ mihi pro pignoris ſigno oſtẽdis. De ſemine Dodonęo,Iaus a loco. Dodona enim vrbs eſt Moloſſidis ĩ Epiro,iuxta quam fuit ſilua Ioui dicata,in qua columbę reſpõſa dabant. Dicta eſt autem Dodona, vel a Dodona vna ex Oceãi nymphis, Vel a Dodono Iouis et Europę filio, vel a Dodone fluuio, vt Stephanus ait.Vnde Dodonius, Dodonę uſq; deriuatur.Hinc eſt prouerbium.Aes Dodonęum, in eos qui nimium multa loquuntur. Frugi legas,fruges ac grana colligẽtes. Grãde onus exiguo,antitheton eſt, grande namq; exiguo opponitur. Rugoſo cortice,aſpero. Inania mœnia, euacuata, hominibus vacua. Sine flamine,ſine vento. Stabant,erectę erant. Nox ſubit,ſubſequitur. Exercita,defungata.eſt autem ſententia generalis. Granifera agmen, multitudi-

Aſopus

Dodonę

Frugilegus

Accipio,ſuntq; iſta precor felicia mentis
Signa tuę,dixi, quę das mihi pignoris omen.
Forte fuit iuxta patulis rariſſima ramis
Sacra Ioui quercus de ſemine Dodonęo.
Hic nos frugilegas aſpeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes,
Rugoſoq; ſuum ſeruantes cortice callem.
Dum numerũ miror.totidẽ pater optime dixi
Tu mihi da ciues,& inania męnia ſupple.
Intremuit,ramisq; ſonus ſine flamine motis
Alta dedit q̃rcus.pauido mihi mẽbra timore
Horruerant.ſtabantq; comę.tñ oſcula terrę,
Roboribusq; dedi.nec me ſperare fatebar,
Sperabam tñ,atq; animo mea vota fouebam.
Nox ſubit,& curis exercita corpora ſomnus
Occupat.ante oculos eadẽ mihi quercus adeẽ,
Et rami totidem,totidemq; animalia ramis
Ferre ſuis viſa eſt, pariterq; tremiſcere motu,
Graniferũq; agmen ſubiectis ſpargere i aruis.
Creſcere quod ſubito.maius,maiusq; videtur,
Ac ſe tollere humo,rectoq; aſſiſtere trunco,
Et maciẽ,numerumq; pedũ,nigrũq; colorem
Ponere,& humanam mẽbris inducere formã.
Somnus abit.damno vigilans mea viſa,quęrorq;
Inſuperis opis eſſe nihil,at in ędibus ingens
Murmur erat,voceſq; hoĩm exaudire videbar
Iam mihi deſuetas.dũ ſuſpicor,has quoq; ſõni
Eſſe,venit Telamon ꝓperus,foribusq; recluſis
Speq;,fideq;,pater dixit maiora videbis.
Egredere egredior,qualeſq; in imagine ſomni
Viſus eram vidiſſe viros,ex ordine tales
Aſpicio,noſcoq;,adeunt,regemq; ſalutant.
Vota Ioui ſoluo,populisq; recentibus vrbem
Partior,& vacuos priſcis cultoribus agros
Myrmidonasq; voco,nec origine noĩa fraudo.
Corpora vidiſti.mores,quos ante gerebant,
Nunc q̃ʒ hñt.parcũ genus eſt, patienſq; laborũ,
Quęſitiq; tenax,& quod quęſita reſeruet.
Hi te ad bella pares annis, animiſq; ſequentur,
Cum primum,qui te feliciter attulit, Eurus
(Eurus.n. attulerat) fuerit mutatus i Auſtros
Talibus,atq; alijs longum ſermonibus illi
Impleuere diem.lucis pars optima menſę,
Eſt data.nox ſõnis iubar,aureus extulerat Sol.
Flabat adhuc Eurus,reditumq; vela tenebat.
Ad Cephalum Pallante ſati,cui grandior ętas.
Ad regem Cephalus,ſimul & Pallante creati

nem formicarũ grana ferentiũ. Spargere in aruis ſubiectis,ſi eſt ſoluta oratio in arua ſubiecta diceret. Recto trũco,corpore erecto & pectore. Mea viſa, mea ſomnia. Speque, fideq; maiora, hoc eſt maiora q̃ vt ſperanda, credẽdaq; ſint. Adeunt,accedunt adꝰ me. Vota Ioui ſoluo,gratias Ioui ago & ſacrifico. Partior, diuido,diſtribuo. Myrmidonasque voco, ἀπὸ τοῦ μυρμήκων, hoc eſt a formicis q̃dem Myrmidonas appellatos fuiſſe ait poeta, vt qui fabulę aſtipulet. Strabo autem ſcribit Æginenſes myrmidonas dictos, nõ vt in fabulis canit, ꝙ magna inualeſcente peſtilẽtia formicę Æaco ꝓcante in hões verſę fuerint,ſed q2 formicarũ more terrã fodientes ad petras eã apportarent,vt agri colendi mãm haberent,ac foſſas incolerent,ne latericiam facere, atq; ędificare cogerent. Fraudo priuo. Pares annis,eadem ꝰnãq; nocte oẽs nati eſſe videbant. Eurus.n.attulerat, parentheſis eſt expoſitionem cõtinẽs a poeta īſerta. Fabulę.xxvij.ſeptimi libri argumentum.

TALibus &c. Cephalus de donis refert inuicem Æaco de Procride cõiuge, et cur aut vnde telũ gereret,cum in mõte Himeto Atticę regionis venaret, ab aurora ob ſpeciem raptus eſt, quem vt comperit Dea Procridis prioris cõiugis implicitum a ſe velle diuerti, fecit, vt mutata ſpecie remiſſus Cephalus Athenas ꝑtenderet,vt eas pollicitis,muneribusque tentaret,an pudicitiam ꝑuus poſſit ſeruare. Plurimis itaq; rebus ad vſus fœminarũ comparatis, qbus capi poſſet,fallacia mentem elicuit, quod vt illa comperit a marito ſe eſſe deceptam,pudore exterrita vt cõſpectum eius vitare poſſit,altis ſe recondit ſaltibus.Hic cum aſſidue Dianę ſtudio feras perſequeretur,et ambigua vox refrigerantis Cephali ad eam eſſet perlata, qui ex nimio ęſtu auram ſępius inuocaret, non immemor ꝑſtini amoris,dum virgultis ſe recondit,vt ſpeculare an eſſet aliqua Aura nõie, cuius ille cupiditate impulſus a ſe alienaretur. Cephalus ꝓcul ſpeculatus vehementius moueri virgulta, dum latere feram exiſtimat eo loco recõdită iaculo emiſſo cõiugem imprudens interfecit. Fert autẽ et telũ cum cane ab eadem cõiuge procide Cephalo tributũ, cuius vim ob iram Aurorę ſibi vt ferę ab eo percuſſę maxĩmo cum luctu viri experta eſt.

MENSę, cęnę, cõuiuio. Iubar,ſplẽdorẽ diei. Aureus Sol,pulcher,ac ſplendidus. Cui gr. ęt. ci cur filij pallantis ad Cephalum cõuenerint.Ille enĩ maior natu erat. Ad re.

Vñ,Myrmidones

RAPH.

RAPH.

Æacum

Cephalus Aeacum. Fraterq;,peleus. Cum quis,qbuſcum. Aeoliden,Cephalum Aeoli nepoté.Cephalus enim Deionei filius fuit (vt pauſanias ait) Aeoli vero nepos.Nam Dioneus.Salmoneus, et Cretheus Aeoli filij fuiſſe ſcribuntur.Quare decipiunt, qui putát aliter q̄ Aeoliden eſſe legendum. Sum ne.ſtu.Ē eſt venationibus delectator,et ferarum cęde. Silua, arbore, ꝯtinés.n.p ꝯténto poſitum eſt. Si cor.no Cornus dus ineſſet, cornus enim nodoſa eſt arbor. Vnde ſit,ex q̄ arbore ſit. Telū ia. ꝑiphraſis eſt iaculi. Actęis, Athenienſibus. Spé,pulchritudine. Vſum,vtilitatem. Fortunaque mis. Non regit,hoc ē nulli ſubijcit fortunę.Fruſtra.n. nunq̄ Phocus mittitur. Iuuenis Ner.Phocus nerei nepos,nā Aeacus cū ex pſamathe Nerei filia ſuſtulit. Quis auctor,qs fuerit dator tam magni muneris. Ille re.cephalus. Et cę.no.pu.ordo eſt et ſenſus,et ſilet ac reticet cephalus ob pudorem cętera q̄ nota erant,q̄ Iaculum mirandū mercede illud iaculū ab vxore accepit. Neq;.n.refert cephalus ſe ob pulchritudinem ſuam ab vxore accepiſſe. Tulerit,accepit. Tactusque do. commotus. Nate Dea,phocus ques alloquit cephalus,filius fuit Aeaci ex Pſamathe nympha. Quis poſ.cre. parentheſis eſt, qua ſignatur non eſſe credibile cephalum ob illud iaculū flere,qđ tantę ſit vtilitatis. Procris Procris er.Procris Erechthei Athenienſium regis filia fuit q̄ cum Cephalo nupſiſſet Aurorę odio q̄ cephalum in ſuos amplexus conuertę

re nequiuit,ſub forma alieni viri muneribus a cephalo ipſo tentata fidem marito datam fracturā videbat,dum āt ſe cephalus indicaſſet, aufugiēs ſiluas petit,ac dianę comes effecta tandem a cephalo placat,domumq; reuerſa marito et canem nomine Lęlapa,et iaculum admirandę pulchritudinis, virtutiſq; donauit.Cū autem cuiuſdam indicio cōperiſſet cephalus cū quadā nympha nomine Aura cōgredi ſolitum clam eū in ſiluas ſecuta, ab inſcio marito eo telo, qđ ab ipſa dono acceperat, fuit interfecta. Magnę Ori. Orithyia thyię, pręclarę, vt q̄ ia ſua pulchritudine a Borea vento rapta fuiſſe fingitur. Orithyia vero ꝯcita in montibus interpretari pōt. Nam ab ꝟ datiuo ορει et θυω, qđ eſt concito, Orithyia componitur,o breui in ω longum mutato. Cōferre,cōparare. Dignior ipſa rapi, antepōnit Cephalus Procrin Orithyię,q̄uis ob pulchritudinē Orithyia a Borea vēto rapta Hymettus fuiſſe ferat. Ipſa,Procris.ſcilicet.n. Cephalus ꝓcrin fuiſſe Orithyia elegantiorē,atq; formoſiorem. Pī hac mihi iūxit Erec. hāc mihi ingt Erechtheus pī vxorē ddit. Erechtheus āt (vt diximus) Athenarum rex fuit,vñ Athenięſes interdū Erechthidę vocant. Hanc mihi iunxit amor, repetitio ē maxime affectui amātis ꝯuenięs. Nō ita Dijs viſum eſt,nō ita Dijs placuit,vt eſſes felix. Poſt ſacra iugalia, poſt nuptias celebratas. Semp florentis Hymetti, Hymettus mōs eſt Atticę regionis,thymo ſemp flo

Cōueniūt,ſed adhuc regē ſopor altus habebat.
Excipit Aeacides illos in limine phocus.
Nam telamon,fraterq; viros ad bella parabant
Phocus in interius ſpatium,pulchroſq; receſſus
Cecropidas duxit, cum quis ſimul ipſe reſedit.
Aſpicit Aeoliden,ignota ex arbore factum
Ferre manu iaculum, cuius fuit aurea cuſpis.
Pauca prius medijs ſermonibus ille locutus,
Sum nemorum ſtudioſus ait,cędisq; ferinę,
Qua tamen a ſilua teneas haſtile recisum
Iamdudum dubito,certe ſi fraxinus eſſet,
Fulua colore foret.ſi cornus,nodus ineſſet.
Vnde ſit,ignoro,ſed non formoſius iſto
Viderunt oculi telum iaculabile noſtri.
Excipit Actęis e fratribus alter,& vſum
Maiorem ſpecie mirabere,dixit,in iſto.
Conſequitur qdcunq; petit,fortunaq; miſſum
Non regit,et reuolat nullo referente cruentum
Tum vero iuuenis Nereius omnia quęrit.
Cur ſit,& vnde datum.qs tāti muneris auctor.
Quę petit,ille refert,& cętera nota pudore,
Qua tulerit mercede,ſilet,tactusq; dolore
Coniugis amiſſę lachrymis ita fatur obortis.
Hoc me nate Dea (quis poſſet credere) telum
Flere facit,facietq; diu,ſi viuere nobis
Fata diu dederint.hoc me cum coniuge chara
Perdidit,hoc vtinam caruiſſem munere ſemp
Procris erat.ſi forte magis peruenit ad aures
Orithyia tuas,magnę ſoror Orithyię.
Si faciem,moreſq; velis conferre duarum,
Dignior ipſa rapi.pī hāc mihi iūxit Erechtheus
Hanc mihi iunxit amor,felix dicebar,eramq;.
Non ita Dijs viſum eſt.at nūc q̄ forſitan eēm.
Alter agebatur poſt ſacra iugalia menſis,
Cum me cornigeris tendentem retia ceruis
Vertice de ſummo ſemper florentis Hymetti
Lutea mane videt pulſis aurora tenebris;
Inuitumq; rapit.liceat mihi vera referre
Pace Deę,q̄ ſit roſeo ſpectabilis ore,
Quod teneat lucis,teneat confinia noctis,
Nectareis q̄ alatur aquis,ego procrin amabam
Pectore procris erat.procris mihi ſemp in ore.

rēs,vbi et mel optimum conficitur, et pulcherrimum marmor effoditur. Lutea an.rubicunda Cephalus autem tanta pulchritudine fuiſſe fertur, vt ab aurora fuerit raptus atq; aſportatus vt ſcribit pauſanias.Vnde inter alias fictiles ſtatuas, quę in regia Athenis viſebantur.Aurora quoq; erat cephalum aſportans.

Cephali pulchritudo

re inſiſtare. Ineo,intro. Fide,fidei antiquorum more,vt Virg.Libra,die,ſomniq; pares vbi fecerit horas. Male continui,vix me continui, vt non faterer me cephalum eſſe. Quin,vt non, interdum cur non ſignificat. Vt oportuit vt honeſtum et conueniens fuit. Calebat,ardebat,anxia erat. Deſyderio,abſentia.

Cephalus in aliam figuram

Sacra tori,coituſq; nouos,thalamoſq; recentes,
Primaq; deſerti referebam foedera lecti.
Mota dea eſt,& ſiſte tuas ingrate querelas.
Procrin habe,dixit.q̄ ſi mea prouida mens eſt,
Non habuiſſe voles,meq; illi irata remiſit.
Dū redeo,mecumq; Deę memorata retracto,
Eſſe metus cępit,ne iura iugalia coniunx
Non bene ſeruaſſet,facies,ętaſq;,iubebant
Credere adulterium,phibebāt credere mores.
Sed tñ abfueram.ſed ꝛ hęc erat, vnde redibam,
Criminis exēplū,ſed cuncta timemus amātes.
Quęrere quod doleam ſtatuo,doniſq; pudicam
Sollicitare fidem.fauet huic aurora timori,
Immutatq; meam (videor ſenſiſſe) figuram,
Palladiaſq; in eo non cognoſcendus athenas,
Ingredior,q; domum.culpa domus ipſa carebat
Caſtaq; ſigna dabat,dominoq; erat anxia rapto
Vix aditus per mille dolos ad erechthida factus.
Vt vidi,obſtupui,meditataq; pene reliqui
Tentamenta fide.male me, quin vera faterer
Continui male quin,vt oportuit,oſcula ferrē.
Triſtis erat,ſed nulla tamen formoſior illa
Eſſe poteſt triſti,deſyderioq; calebat
Coniugis arrepti.tu collige,qualis in illa
Phoce decor fuerit,quam ſic dolor ipſe decebat.
Quid referā,quoties tentamina noſtra pudici
Repulerint mores? quoties ego dixerit vni
Seruor, vbicunq; eſt.vni mea gaudia ſeruo.
Cui non iſta fide ſatis experientia ſano
Magna foret?nō ſum cōtentus, & in mea pugno
Vulnera, dum cēſus dare me pmitto loquēdo.
Muneraq; augēdo,tandem dubitare coegi.
Exclamo mala.pectora detego. tectus adulter.
Verus eram coniunx.me perfida teſte teneris.
Illa nihil.tacito tantummodo victa pudore
Inſidioſa malo cum coniuge limina fugit.
Offenſaq; mei genus omne peroſa virorum
Montibus errabat ſtudijs operata Dianę.
Tum mihi deſerto violentior ignis ad oſſa
Peruenit,orabāt veniam,& peccaſſe fatebar?
Et potuiſſe datis ſimili ſuccumbere culpę
Me quoq; muneribus, ſi munera tāta darent.

Spectabilis

Roſeo, pulchro. Spectabilis,digna q̄ ſpectetur. Quod teneat lucis, nā Aurora media eſt inter diem et noctem. Sacra tori,lecti et nuptiarum. Prima foedera, nam procri dederat fidem ſe cū alia muliere nō coiturum. Deſerti lecti, derelictę vxoris. Mota Dea eſt,cōmota ē indignata. Siſte,contine. Procrin,habe,ironice cū quadam indignatione legendum,vt illud Virg.Perſequere Italiā ventis. Ingrate,mihi in amore nō reſpondens,vt q̄ me a qua amaris,non redamas. Quod ſi mea prouida mens eſt,ſed ſi inquit prouideo futura, cupies nunq̄ habuiſſe Procrin. Mecū retracto,mecum cogito. Memorata Deę verba et dicta aurorę. Eſſe metus cępit,zelotypus Aurorę ira cephalus eſt effectus. Facies, ętaſq;,iubebant, formoſa inquit facies,et iuuenilis ętas perſuadere me inducebāt,vt crederem ipſam adulterium comiſiſſe. Mores autem caſti me illud ſuſpicari non pmittebant. Vnde redibā,a qua veniebā. Criminis exemplum,adulterij. Aurora nanq; vnde redibat,exemplo erat, q̄ facile mulieres in adulterium cadant. Sollicitare, tenta-

Conjugis arepti, mariti,quem putabat ab Aurora fuiſſe raptū. Tu collige,conclude,ratiocinare, id quod gręci συλλογίζειν dicūt. Vni, ſoli cephalo. Cui ſano,ſapienti. Fide,p fidei.eſt.n. genitiuus.Sic Virgi. Libra die,ſomniq; pares vbi fecerit horas. In mea vulnera,in meos dolores. Cēſus, amplas diuitias. Mala,o mala mulier. Pectora detego,me ipſum inquit indico. Tectus adulter,ſimulatus.inquit eram adulter,ſed verus maritus. Perfida, proprie,nā pfidi, qui fidem violant,dicuntur. Illa nihil, vel dixit,vel reſpondit, vel huiuſmodi verbum eſt ſubaudiendum. Inſidioſa limina,in quibus ſibi ſtructę īſidię fuerāt. Offenſaq; mei,q̄ me offendiſſet.offenſa.n.actiue offenſio paſſiue accipi ſolet. Peroſa,odio hñs. Operata, occupata,dedita. Violentior ignis, amor vehementior. Reddītur mihi, ad me redit. Sua Cynthia, ſua Diana. Muneris alterius, canis a procri vxore dona-ti.Si autem coniunctio eſt ſubaudiēda, vt intelligatur,ſi reg ris. Exponit autem mutationem et ferę Themidis indignatione in Thebanum

Colligere

Perfidus

Offenſa

Offenſo

Vulpes & canis in ſaxa

agrum immiſſe, et canis nomine Lęlapis in ſaxa. Nam Thebani cum vidiſſent Naiadas, ac nymphas futura predicare, Themidis Deę obſcura dantis reſponſa templum deiecerunt. Illa vero indignata feram immiſit vulpẽ (vt greci narrant) q̃ et pecora et agreſtes vexaret, ad eam opprimendam cũ alia Grecię iuuentute ꝯuenit et Cephalus cum Lęlapa cane, qui cum in feram ineuitabile iaculum foret conjecturus, vtrunq; aſpexit in ſaxa commutatum. Accipe mirandum, audi rem admiratione dignã.

enim funes conficiuntur. Poſitarum plagarũ tentorum retium. Copula, vinculum quo canes colligantur. Et cętum, canum multitudinẽ. Non ſegnior alite, velox vt auis. Ludit, deludit, decipit. Innuit autem poeta vulpem illam feram fuiſſe. Vulpes enim circumcurrendo maxime canes eludunt.

Copula

Hęc mihi confiſſo leſum prius vlta pudorem
Redditur, et dulces concorditer exigit annos.
Dat mihi pręterea, tanquam ſi parua dediſſet
Dona, canẽ munus, quẽ cum ſua traderet illi
Cynthia, currendo ſuperabit dixerat omnes.
Dat ſimul et iaculũ, manibus quod cernis hẽre.
Muneris alterius quę ſit fortuna requiris,
Accipe mirandum, nouitate mouebere facti.
Carmina Naiades non intellecta priorum
Soluunt ingenijs, & pręcipitata iacebat
Immemor ambagum vates obſcura ſuarum
Scilicet alma Themis, nec talia liquit inulta.
Protinus Aonijs immiſſa eſt bellua Thebis,
Ceſſit & exitio multis, pecorumq; ſuoq;
Ruricolę pauere feram vicina iuuentus
Venimus, et latos indagine cinximus agros.
Illa leui velox ſuperabat retia ſaltu,
Summaq; tranſibat poſitarum lina plagarũ.
Copula detrahit canibus, quos illa ſequentes
Effugit, & cętum non ſegnior alite ludit.
Poſcor & ipſe meum conſenſu Lęlapa magno.
(Muneris hoc nomẽ) iãdudũ vincula pugnat
Exuere ipſe ſibi, colloq; morantia tendit.
Vix bñ miſſus erat, nec iã poteramus, vbi eẽt,
Scire. pedum calidus veſtigia puluis habebat.
Ipſe oculis ereptus erat. non ocyor illo
Haſta, nec expulsę contorto verbere glandes,
Nec Gortyniaco calamus leuis exit ab arcu.
Collis apex medij ſubiectis imminet aruis.
Tollor in hunc, capioq; noui ſpectacula curſus.
Quo mõ deprehendi, modo ſe ſubducere ab ipſo
Vulnere viſa fera eſt. nec limitẽ callida recto,
In ſpaciumq; fugit. ſed decipit ora ſequentis,
Et redit in gyrum, ne ſit ſuus impetus hoſti.
Imminet hic. ſequiturq; parẽ; ſimilisq; tenẽti
Non tenet, & vanos exercet in aere morſus.
Ad iaculi vertebar opem, quod dextera librat
Dum mea, dum digitos amentis addere tento;
Lumina deflexi. reuocataq; rurſus eodem
Retulerã, & medio (mirũ) duo marmora cãpo
Aſpicio fugere hoc, illud latrare putares.
Scilicet inuictos ambo certamine curſus

Naiades, nymphę. Carmina, vaticinia, ꝑdictiones. Soluunt, exponunt. Pręcipitata, deiecta, exempta. Ambagũ, dictorum ambiguorum. Alma Themis, ſancta. Nam Themis (vt põpeius ait) dea fuit, quę hominibus pręcipiebat id petere, qđ honeſtum ẽ fas eẽt. Vnde et pro eo quod nos fas dicimus, θεμιϛ frequenter ponit a grecis. Inulta, impunita. Aonijs thebis, Bęotijs. Aonia enim pars eſt Bęotię ſcite vero epitheto diſtinxit. Nam Thebę multarum vrbium nomen eſt, vt diximus. Ceſſit et exitio multis. pernicioſa multis fuit. Pecorumq; ſuoq;, agricolę, inq̃t, illam ferã et ſuã ẽ pecorũ mortẽ pauerunt multos n. ex illis deuorauit fera. Indagine, multitudine hominum inquirentiũ. Sic Virgilius Saltusq; indagine cingunt. Indagãtium vnde indaginẽ declinamus, eſt diligenter ingredi. Summa lina, ſummos funes, metonymia eſt, ex lino

Ambages. Themis

Aonia

Indago

Indagarẽ

Lęlaps

Lęlapa, a velocitate et impetu nomen hoc inditum fuit cani, λαιλαψ enim Turbo dicit, qui ventus eſt maxime impetuoſus. Pugnat exuere, conatur detrahere. Morantia, remorantia, retinentia. Tẽdit, contendit, conatur. Vix bene miſſus erat, quanta fuerit velocitate canis ille, aperte declarat Cephalus, quem vix dimiſſum non poterant videre. Miſſus, dimiſſus. Veſtigia pedum, ſigna pedum. Habebat, tenebat. Expulsę glandes, emiſsę funda glandes plumbeę. Contorto verbere, contorta funda. Calamus, ſagitta ex calamo confecta. Gortiniaco ab arcu, Cretenſi. Nam Gortyn, quę et Gortys dicitur, vrbs eſt Cretę, a Gorty heroe dicta. Hęc et Lariſſa et Crẽnia fuit appellata. Apex, vertex. Tollor in hunc, in illius verticem aſcendo. Quo, curſu. Modo, interdũ. Deprehendi, cõprehendi. Modo ſe ſubducere, interdum ſe ſubtrahere. Callida, aſtuta. Limite recto, itinere. In ſpacium, re ctum ſubaudiatur. Quo, in quo cer ſu. In gyrum, in orbem. Hoſti, cani

Gortyn

lapſ. Imminet,inſtat. Vanos morſus, inanes,quia feram comprehendere nõ poterat. Ad iaculi vertebar opem, volebam inquit mittere iaculum. Quod dextera librat, geſtum exprimit iaculum emittere volentis. Amentis addere,imponere. Amenta aūt ſunt lora, qbus iacula faciliꝰ, longi vſq; emittunt.

Amenta

pro̾is periphraſis. Cacumina,montium ſummitates. Iuueniliter, iuuenum more. Naribus acres odori. Lina nodoſa, retia. Aura lenis, ſuauis,iucunda. Eſt aūt pulchra anadiploſis cum repetitione,qua ſignificat Cephalus auram illam ſibi gratiſſimam fuiſſe. Releuare ęſtus,leues facere Solis feruores.

Lumina deflexi, oculos remoui a cane et fera. Eodem, ad eundē locū.

Fera ē canis in ſaxa

Mirum,res miranda. Eſt aūt interiectio affectui ſeruiens.

Duo marmora ſigna. Sic qdem Oui. alij aūt ſcribunt Cephali canem in cęlū fuiſſe ſublatum, ſyduſq; effectum, quē gręci Sirium, latini caniculam vocant.

Sirius

Canicula

Affuit,auxilio fuit.

Hactenus,locutus eſt cephalus ſubaudiatur. Iaculo qđ crimen in ipſo eſt? quę inquit in iaculo eſt culpa? Memor enim phocus eorū quę cephalus dixerat, merito ipm rogat, cuius mali cauſa fuerit iaculū illđ, quo ſe cephalus cū coniuge perditū fuiſſe aiebat. Reddidit, ridendo expoſuit.

Gandia principiū, carmen eſt antitheſis exornatum. Naꝫ gaudium dolori opponit. Referas,narrabo. Iuuat o meminiſſe beati Tēporis Æacide,ſententia eſt catholica et generalis. Rite ſe.pfecte felix. Amor ſo. ab effectu qđ ſocios reddat. Thalamos Io. nuptias Iouis. Venus ipſa, quę eſt pulchritudinis Dea ē venuſtatis. Æquales ſlimę, par amor.

Venus

Sole fere radijs,matutino, inquit,tēpore in ſiluas ad venādum ire ſolebas. Eſt enim matutini tem

Eſſe Deus voluit; ſi quis Deus affuit illis.
Hactenus.& tacuit.iaculo q̃ crimen in ipſo eſt?
Phocus ait.iaculi ſic crimina reddidit ille.
Gaudia principium noſtri ſunt phoce doloris.
Illa prius referam.iuuat o meminiſſe beati
Temporis Aeacide, quo primos rite ꝑ annos
Coniuge eram felix. felix erat illa marito.
Mutua cura duos,& amor ſocialis habebat.
Nec Iouis illa meo thalamos pręferret amori,
Nec me quę caperet,nõ ſi Venus ipſa veniret,
Vlla erat.ęquales vrebant pectora flammę.
Sole fere radijs feriente cacumina primis
Venatum in ſiluas iuueniliter ire ſolebam,
Nec mecū famuli, nec equi, nec naribus acres
Ire canes,nec lina ſequi nodoſa ſolebant.
Tutus eram iaculo.ſed cum ſatiata ferinę
Dextera cędis erat,repetebā frigus, & vmbras,
Et quę de gelidis exibat vallibus,auram.
Aura petebatur medio mihi lenis in ęſtu.
Auram expectabam.requies erat illa labori.
Aura(recordor enim)venias cantare ſolebam;
Meq; iuues,intresq; ſinus gratiſſima noſtros.
Vtq; facis,releuare velis,quibus vrimur ęſtus.
Forſitan addideram(ſic me mea fata trahebāt)
Blanditias plures,& tu mihi magna voluptas.
Dicere ſum ſolitus.tu me reficiſq;,fouesq;.
Tu facis,vt ſiluas,vt amem loca ſola, meoq;
Spiritus iſte tuus ſemper capiatur ab ore.
Vocibus ambiguis deceptam prębuit aurem
Neſcio quis,nomenq; aurę tam ſępe vocatum
Eſſe putat nymphę.nympham mihi credit amari.
Criminis extēplo ficti temerarius index (ri:
Procrin adit,linguaq; refert audita ſuſurra.
Credula res amor eſt.ſubito collapſa dolore,
Vt mihi narratur,cecidit,longoq; refecta
Tempore ſe miſeram,ſe fati dixit iniqui.
Deq; fide queſta eſt,& crimine concita vano,
Q đ nihil ē,metuit,metuit ſine corpore nomē.
Et dolet infelix veluti de pellice vera.
Sępe tamen dubitat,metuitq; miſerrima falli,
Indicioq; fidem negat,& niſi viderit ipſa,
Damnatura ſui non eſt delicta mariti.

Et tu mihi magna voluptas,blāndimentia ſunt blādiciae, quibus vtebat Cephalus ad auram. Loca ſola, deſerta. Vocibus ambiguis,verbis dubijs,ſique tum ad auram, tum ad amicam poterāt referri. Extemplo, ſubito. Criminis ficti,falſi. Temerarius,inconſyderatus Index, delator,nā indices proprie criminum dr̄r delatores. Lingua refert, narrat, exponit. Eſt aūt pleonaſmos,lingua enim redundat

Index

Suſurra,murmura et voces,qbus auram vocabat. Credula res amor eſt,cā eſt cur Procris ſubito collapſa ceciderit. Amantes nanq; facile omnia dicunt, qui facile et nimius credunt. Refecta, recreata. Fati iniqui, infelicis ſortis.

Suſurra

Credula

Deque fide queſta eſt, lamentata eſt, inquit, q̃ illi fidem datam fregiſſem. Concita, commota. Sine corpore, aura nanq; corpore carere vulgo videtur. Metuit falli,timet ne decipiatur ab indice. Indicioque fidem negat,fidem inquit delatori et indici non adhibet. Siluaſque peto,in ſiluas vado. Victor,voti compos.multas nanque confecerat feras. Medere, ſuccurre. Neſcio quos gemitus, quędam ſuſpiria.

Poſtera depulerant Auroræ lumina noctem.
Egredior,ſiluaſq; peto, victorq; per herbas
Aura veni dixi,noſtroq; medere labori.
Et ſubito gemitus inter mea verba videbar
Neſcio quos audiſſe veni tamē optima dicēs,
Fronde leuem rurſus ſtrepitum faciente caduca
Sum ratus eſſe feram,telumq; volatile miſi.
Procris erat.medioq; tenens in pectore vulnus
Hei mihi conclamat, vox eſt vbi cognita fidę
Coniugis,ad vocem preceps, amensq; cucurri.
Semianimē,& ſparſas foedātē ſanguine veſtes,
Et ſua(me miſe rũ)de vulnere dona trahentem
Inuenio,corpusq; meo mihi charius vlnis
Mollibus attollo,ſciſſaq; a pectore veſte
Vulnera ſęua ligo, conorq; inhibere cruorem,
Neu me morte ſua ſceleratum deſerat, oro.
Viribus illa carens,& iam moribunda coegit
Hęc ſe pauca loqui.per noſtri foedera lecti,
Perq; Deos ſupplex oro,ſuperoſq;,meoſq;,
Per ſi quid merui de te bene,perq; manentem
Nūc quoq;,cū pco,cūn mihi mortis, amorem,
Ne thalamis Auram patiare incumbere nr̄is.
Dixit,& errorem tum deniq; nominis eſſe
Et ſenſi,& docui.ſed quid docuiſſe iuuabat?
Labitur,& paruę fugiunt cum ſanguine vires.
Dumq; aliquid ſpectare pōt,me ſpectat, & i me
Infelicem animam, noſtroq; exhalat in ore.
Sed vultu meliore mori ſecura videtur.
Flētibus hęc lachrymās heros memorabat, & ec
Aeacus ingredit' duplici cū prole,nouoq; (ce
Milite,quē Cephalus cū fortibus accipit armis.

Inter mea verba,inter loquendum. Fronde caduca,quę ab arbore ceciderat. Telum volatile,iaculus velox. Tenens, habens. Semianimē, ſemimortuā. Me miſerũ, interpoſitio affectui et dolori ſeruiens.Flens enim hęc narrabat Cephalus. Trahentem , extrahere conantem . Vlnis mollibus, brachijs tenellis. Sua dona, iaculum,quod mihi dono dederat. Inhibere,cobibere. Iā moribunda, moriens. Coegit hęc ſe pauca loqui, hoc eſt ſibi fecit, vt hęc pauca loqueretur. Significat autem Cephalus illam ſic viribus fuiſſe defectam , vt ſine maxima difficultate loqui non poſſet. Meoſque, inferos Deos intelligit procris,qui morientium Dij eſſe perhibentur. Per ſi qd merui de te bene.Id ſubaudiatur , vt per id oro intelligamus, ſi quid gratum tibi feci , ſignificat autē procris ſe marito in omnibus mores geſſiſſe.Sic Dido apud Virgilium . ſi bene quid de te merui. Perque manentem amorem,permanē tem,perſeuerantem. Cauſam mortis, ἐξήγησις et expoſitio . Incumbere noſtris thalamis, noſtros thalamos occupare , auram autem nympham eſſe putabat procris. Senſi, cognoui. Labit,moritur. Exhalat, expirat. In noſtro ore,archaiſmos eſt et figura loquendi vetuſta.Nunc enim , in ſoluta preſertim oratione, diceretur in noſtrum os. Secura , pellicis cura liberata. Iam enim ex cephalo cognouerat auram non eſſe nympham , vt ipſa putabat, ſed lenem ventorum flatum. Vultu meliore, lętiore. Fletibus,Phoco et filijs Pallantis. Duplici cum prole,cum duobus filijs Telamone et peleo, qui militum delectum habuerant. Nouoque milite, cum nouis militibus.Eſt enim synegdoche,non ſolum poetis,ſed hiſtoricis quoque familiaris.

Fabulę primę octaui libri argumentum.

LACT. IAM Niſidum &c. Minos Iouis et Europę filius cum propter filium Androgeum interemptum ab Athenienſibus pęnas repeteret,Megaram in qua vrbe Niſus regnabat continue cum Athenienſibus acceſſit, qua ex pugnata animo cōceperat occiſis preſidijs hoſtium victoriam conſecuturus. Inter quę Scylla Niſi filia ſępe murum aſcendi delectandi gratia propter lapidem vocalem, qui Apollinis citharę poſitus ſonum adiecerat,vt animaduertit Minoem aſſidentem vrbi cultu regali,belliciſque rebus intereſſe , pulchritudine eius exarſit , et cum potiendi nullam viam inueniret, vt victorem hoſtem faceret glorioſum, crinē purpureum abſcidit genitori dormienti, quo fata patrię continebantur . Quem cum reſeratis portis accepto hoſte ad Minoem perduxiſſet, ille impium facinus aduerſatus nouiſſime eam nauigio recipere noluit, patre iam in auem transfiguratio,quam Gręci Alieton dicunt, et perſequente filiam, illa quoque in volucrem cirinem transfigurata eſt.

Publij Ouidij Naſonis Metamorphoſeos Liber ſeptimus explicit.

RAPHAELIS REGII IN OCTAVUM Metamorphoſeos Ovidij librum enarrationes.



Pub. Ovidi. Naſonis Metamorphoſeos. Liber octavus.

IAM Nitidum retegente diem, noctiſq; fugante
Tempora Lucifero cadit Eurus, & humida ſurgunt
Nubila, dant placidi curſum redeuntibus auſtri
Aeacidis, Cephaloq;, quibus feliciter acti
Ante expectatum portus tenuere petitos.
Interea Minos Lelegeia littora vaſtat,
Pretentatq; ſui vires Mavortis in urbe
Alcathoe, quã Niſus habet, cui ſplendidus oſtro
Inter honoratos medio de vertice canos
Crinis inherebat magni fiducia regni.
Sexta reſurgebant orientis cornua Lune,

RAPH. IAM Nitidum retegente diem. Reditum Cephali cum auxilijs ab eaco acceptis poeta deſcribens concinne octavum cum ſeptimo libro connectit. Regente autem fere legitur, ſed corrupte, ut mihi quidem videtur. Nam retegente ut legatur et ſenſus expoſcit et metri ratio, et celeritas, qua Cephalum cum militibus ab Aeaco traditis Athenas rediſſe poeta oſtendit. Solẽt enim poete rerũ nature, quas deſcribũt, ita cõpoſitionem accõmodare, ut ſi quid celeriter factum velint, pedibus utant̃ plures syllabas breves habentibus et cõtra. Retegente igitur legatur, ut intelligamus aperiẽte et oſtẽdente. Nam retegere Retegere eſt oſtẽdere atq; aperire, ut diximus.

Noctiſq; fugante, utrũq; ab altero pendet. Cum.n. retegitur dies, nox fugatur, et contra. Lucifero, Lucifer luciferant ſtella eſt Veneris quinque errantium infima, terreq; proxima, ut ſcribit Cice. in lib. de na. Deo. que φωσφόρος grece vocatur. Cadit Eurus, flare deſinit. Placidi Auſtri, Auſter lenes, non vehementes. Auſter autem vẽtus eſt nubiloſus.

Curſus, celerem navigationem. Ante expectatus, antequã expectarentur. Portus petitos, Athenienſes portus, quo pervenire cupiebant.

Interea Minos, cũ Megara Minos oppugnaret. Scylla Niſi regis filia Minois Muri vocales ipſius amore capta, ei patriam prodere decrevit. Patri igit̃ dormienti purpureum capillũ in quo patris ſalus continebatur, recidit, quẽ cum ad Minoem pertuliſſet, cõniugis repulſa, atq; contempta in Scylla in avem Cirin fuit converſa, cum iam pater Niſus in Halyetum avem fuiſſet cõmutatus. Lelegia littora, Megarenſia, a Lelege Neptuni filio (ut diximus) condita, a quo Megarenſes leleges fuerunt ap- Niſus in halyetum Leleges pellati, qui primum inſulares fuerunt, deinde in continentem migrarunt. Careſq; appellati fuerũt, ut Herodo. narrat. Cares Sui Mavortis, ſui belli. Alcathoe, urbs eſt que eadem eſſe cum Megaris videt̃, Alcathoe ab Alcathoo Pelopis filio qui Megareo in regno ſucceſſit, cognominata. Altera quoq; ex Megarenſium arcibus Alcathoe vocat̃, utpote ab Alcathoo edificata, cuius cum iaceret fundamenta Dijs qui veſtibulares dicuntur, primus omnium ſacrificaſſe fert̃.

Quã Niſus habet, Niſus poſſidet. Niſus.n. ex quatuor pandionis Athenarum regis filiis unus fuit, cui (ut Strabo narrat) in regni diviſione a Pãdione facta Megara obtigerunt. Niſus ẽt Megarenſiũ ẽ mons a Niſo rege ibi ſepulto cognominatus.

Oſtro, Purpura.

Magni fiducia regni, q̃diu.n. crinem illum haberet, privari nõ poterat regno.

Sexta reſurgebant ſexto menſe poſt ceptam obſidionẽ Megara prodita fuiſſe ait. Pendebat, ſuſpẽſa erat. Inter utrũque, Minoem et Niſum. Dubijs pen. dubio eventu. Incertus nãque ſemper eſt belli eventus, alatam autem victoriã victori alata effingit poeta, quod modo huc, modo illuc volare videtur.

Regia turris erat, turrim deſcribit, cuius muri tunc vocales fuerunt effecti, cũ ibi Apollo operam ad murum edificandum Alcathoo p̃ſtiturus auratam depoſuit lyram, nam lyre ſonus in parietes tranſiuit. Siquis nanq; calculo feriat, haud aliter inſonat (ut Pauſanias ſcribit) q̃ cithara pulſata. Vocalibus, reſonantibus, vocem reddentibus. Proles Latonia, Apollo. Petere, contere. Mora belli, diuturnitate belli. Procerum, ducum. Cydoneas, cretenſes. Cydonia.n. Cydon urbs eſt Crete, que prius Apollonia fuit vocata, a Cydone Apollinis, et Acalidis filie Minois filio cognominata. Ducis Euro. Minois Iovis et Euro

pę filij. Nam ex Europa Iuppiter tres liberos ſuſcepit, vt ſcribit Dio. Minoa, Rhadamantum, Sarpedonem. Plus etiã ꝙ noſſe ſat eſt, nã eũ etiã amabat. Abdiderat, occultauerat, texerat. Criſtata caſſide, galea criſtis ornata, eſt.n. nomen participio ſimile. Torſerat, iaculatus fuerat, nam torquere eſt cum impetu iacere, vnde etiã tormenta dicta sũt inſtrumẽta bellica, quibus lapides iaciunt. Adductis lacer. retroductis. morem autem exprimit iaculantium, q brachia reducere ſolent. Sinuauerat, curuauerat, contraxerat. Dempto ęre, depoſita galea. Purpureus, purpuratus.

Stratis pictis, ephippijs varioꝝ colorum. Terga premebat equi, equitabat, eleganter autem virginis amore captę mores, verbaque effingit poeta. Vix ſua, hoc ẽ vix in ſua erat poteſtate. Liceat modo, modo poſſit. Ferre virgineos gradus, ideſt ire. Gnoſſia caſtra, cretẽſia. Gnoſſus.n. vrbs eſt Cretę. Recludere, apire. Aeratas portas, ęre et ferro munitas, et tectas. Vel ſiquid Minos, ſignificat Scylla Minoi in omnibus quęcunq; ipſe vellet, morem fuiſſe geſturam. Dictęi regis, Cretenſis. Nam Dicte mons eſt Cretę, vnde Dictęus declinatur.

Lęter ait, doleam ne, cogitationes Scyllę Minois amore ca-

Et pendebat adhuc belli fortuna, diuq;
Inter vtrunq; volat dubijs victoria pennis.
Regia turris erat vocalibus addita muris,
In quibus auratam proles Latonia fertur
Depoſuiſſe lyram; ſaxo ſonus eius inhęſit.
Sępe illuc ſolita eſt aſcendere filia Niſi,
Et petere exiguo reſonantia ſaxa lapillo,
Tunc cum pax eſſet. bello quoq; ſępe ſolebat
Spectare ex illa rigidi certamina Martis.
Iamq; mora belli, procerꝫ quoq; nomina norat,
Armaq;, equosq;, habitusq;, Cydóeasq; pharetras
Nouerat ante alios faciem ducis Europęi.
Plus etiam, quã noſſe ſat eſt. hac indice Minos
Seu caput abdiderat criſtata caſſide pennis,
In galea formoſus erat. ſeu ſumpſerat ęre
Fulgentem clypeũ, clypeum ſumpſiſſe decebat.
Torſerat adductis haſtilia lenta lacertis,
Laudabat virgo iunctam cum viribus artem,
Impoſitis calamis patulos ſinuauerat arcus,
Sic phębum ſumptis iurabat ſtare ſagittis.
Cum vero faciem dempto nudauerat ęre,
Purpureusq; albi ſtratis inſignia pictis
Terga premebat equi, ſpumãtiaq; ora regebat,
Vix ſua. vix ſanę virgo Niſeia compos
Mentis erat. felix iaculum, quod tangeret ille,
Quęq; manu premeret, felicia frena vocabat,
Impetus eſt illi (liceat modo) ferre per agmen
Virgineos hoſtile gradus, eſt impetus illi
Turribus e ſummis in Gnoſſia mittere corpus
Caſtra, vel ęratas hoſti recludere portas,
Vel ſi quid Minos aliud velit. vtq; ſedebat
Candida Dictęi ſpectans tentoria regis
Lęter ait, doleam ne geri lachrymabile bellũ,
In dubio eſt. doleo ꝙ Minos hoſtis amanti eſt.
Sed niſi bella forent, nunq̃ mihi cognitus eẽt.
Me tamen accepta poterat deponere bellum
Obſide, me comitem, me pacis pignus hẽret.
Si quę te peperit, talis pulcherrime regum,
Qualis es ipſe, fuit, merito Deus arſit in illa.
O ego ter felix, ſi pennis lapſa per auras
Gnoſſiaci poſſem caſtris inſiſtere regis,
Faſſaq; me, flammasq; meas, qua dote, rogarem,
Vellet emi. tantum patrias ne poſceret arces.
Nam pereant potius ſperata cubilia, q̃ ſim
Proditione potens. quamuis ſępe vtile vinci
Victoris placidi fecit clementia multis.
Iuſta gerit certe pro nato bella perempto,

ptę, tã aperte a poeta deſcribuntur, vt nullam fere exigant enarrationem. In dubio eſt, mihi ſubaudiatur. Dubitat enim Scylla, vtrum potius lętari bello aduerſus patrẽ ſuum pro, an dolere debeat. Sed niſi bella forent, colligit ſibi potius lętandum eſſe bello, ꝙ dolendum Scylla, niſi enim bellum fuiſſet, nunquã Minoem cognouiſſet. Me obſide accepta, obſides dicunt, qui i foederibus imperio alterius ea cõditione traduntur, vt ſi dator obſidis a fide recedat, recipientis ſit ius in corpus et vitam illius, qui obſes traditus eſt.

Obſides.

Si quę te peperit. Europa. Merito Deus arſit in illa, hoc eſt merito Iuppiter illam amauit.

Ter felix, perfecte beata. Ternarius enim numerus eſt perfectus. Faſſaq; meas, ordo eſt & ſenſus. Et ego confeſſa me filiam eſſe Niſi regis, et amores meos, rogarem ipſum qua dote vellet emi, et eſſe meus. Se autem omnia Minoi tradituram Scylla ait, pręterquam patris regnum. Tantum patrias ne poſceret arces, tantum, inquit rogarem ne patris regnum dotem poſtularet. De proditione autem iam incipit cogitare Scylla. Sperata cubilia, ſperati concubitus, qui in lectis et cubilibus fiunt. Quam ſim proditione potens, quam ſim voti com-

Ternarius numerus

pos prodendo patrem. Quamuis ſępe utile uinci, labaſcit ſcylla, ac de prodendo hoſtibus patre ratiocinatur. Pro nato, pro filio Androgeo. Et cauſaque ualet, iuſtiorem cauſam fouet. Vt puto uincemur, colligit Scylla ex iuſta cauſa et minois potentia patrem omnino uictum iri, eoq; ſatius eſſe, ut ſine cęde et ſanguine Minoi urbem tradat. Suus mauors, ſua potentia, et uis bellica. Referet, aperiat. Medius ſine cęde, iam utilitatem minois, et ſalutem procurat Scylla paternę pietatis oblita. Impenſa ſui cruoris, eſt fuſiōe ſui ſanguinis. Immitem haſtam, hypallage eſt, nam ille immitis intelligit. Cępta placent, cōſilia ſubaudiatur. Stat ſententia, placet, firmaq; ac conſtans eſt ſententia. Dotalē priā, idest priā pdere, ut me accipiat, ſecū; auehat. Aditus, portarum īgreſſus. Cuſtodia, cuſtodum turba. Clauſtra, por. claues portarū urbis. Mea uota, meam cupiditatem. Moratur, remoratur. Sibi quiſq; profecto. Eſt Deus, adeo impia eſt Scylla, et amore cęca ut deos eſſe neget. Vnumquemq; autem ſibi Deum eſſe; ac idcirco nullo Deorum opus eē auxilio, cum unuſquiſq; id a ſeipſo petere poſſit. Ignauis pcibus, ignauorum, qui ſunt puſillanimes. Succenſa, inflammata. Tanto Cupidine, tam magno amore. Perdere, e medio tollere. Et cur ulla foret, eſſe debeat. Seipſam autem reprehendit Scylla q aliq ſe audacior inueniatur. Nec in hoc tamē

Referre

Stare

Cuſtodia

Ignauus

Et cauſaq, ualet, cauſamq; tuentibus armis,
Vt puto, uincemur, qui ſi manet exitus urbē,
Cur ſuus hęc illi reſeret mea męnia Mauors?
Et non noſter amor? melius ſine cęde, moraq;
Impenſaq; ſui poterit ſuperare cruoris.
Nam metuo certe, ne quis tua pectora Minos
Vulneret īprudens, quis enim tā durus, ut ī te
Dirigere immitem non inſcius audeat haſtam?
Cępta placent, eſt ſtat ſententia tradere mecum
Dotalem patriam, finemq; imponere bello.
Verum uelle parum eſt. aditus cuſtodia ſeruat,
Clauſtraq, portarū genitor tenet. hunc ego ſolū
Infelix timeo, ſolus mea uota moratur.
Dij facerent, ſine patre forem. ſibi quiſq, pfecto
Eſt Deus. ignauis precibus fortuna repugnat.
Altera iam dudum ſuccenſa Cupidine tanto
Perdere gauderet, quodcunq, obſtaret amori.
Et cur ulla foret me fortior? ire per ignes,
Et gladios auſim. nec in hoc tñ ignibus ullis,
Aut gladijs opus eſt. opus eſt mihi crine pt̃no.
Ille mihi eſt. auro pretioſior. illa beatam
Purpura me, uotiq, mei factura potentem.
Talia dicenti curarum maxima nutrix
Nox interuenit, tenebriſq; audacia creuit.
Prima quies aderat, qua curis feſſa diurnis
Pectora ſōnus hēt. thalamos taciturna pt̃nos
Intrat, eſt (heu facinus) fatali nata parētem
Crine ſuum ſpoliat, prędaq, potita nefanda
Fert ſecum ſpolium ſceleris, progreſſaq; porta
Per medios hoſtes (meriti fiducia tanta eſt)
Peruenit ad regem, quem ſic affata pauentē eſt.
Suaſit amor facinus proles ego regia Niſi
Scylla tibi trado patriamq, meoſq; penates.
Pręmia nulla peto, niſi te. cape pignus amoris
Purpureū crinem. nec me nunc tradere crinē,
Sed patrium tibi crede caput. ſcelerataq; dextra
Munera porrexit. Minos porrecta refugit,
Turbatuſq; noui reſpondit imagine facti
Dij te ſummoueant o noſtri infamia ſecli
Orbe ſuo, telluſq, tibi. pontuſq; negetur.
Certe non ego patiar Iouis īcunabula Creten
Qui meus eſt orbis, tantū contingere mōſtrum.

īgnibus ullis, a facili argumentatur Scylla. Heu facinus, exclamatio cū qdā poetę dolore ī ſcyllę īpietatē, q ſuſtinuerit pntem illo crine fraudare, in quo regni fatū ptinebat. Fatali cri. in q urbis fata ptinebat. Spoliū ſceleris, crinē purpureū, quo ſcelerate nimiū patrē ſpoliarat. Progreſſa, egreſſa. Meriti, beneficij, quo minoem proſequebat, eſt autem parentheſis acclamationē admirationis plenam continens. Pauentem, nouitate rei ſtupeſcentem. Suaſit amor facinus, remotione criminis in ſe excuſanda utitur Scylla, nam in amorem crimen refert. Scylla Niſi, filia ſubaudiatur. Pręceptum eſt enim ut genitiui nominibus proprijs hominum iuncti ad patres, mariroſue referant, ut apud Virgi. Hectoris Andromache, et hoc loco Scylla Niſi. Illic enim uxor, hic filia intelligitur. Patrium caput, paternam uitā, ab illo namq; crine fata Niſi pendebat. Minos porre. refugit, minos tāta fuiſſe iuſtitia apud ſuperos fertur, ut apud īferos iudex fuerit cōſtitutus. Pulchre igitur decorum ſeruat poeta, quo ubiq; minoem iuſtum eſſe oſtendit. Imagine, cogitatione. Noui facti, inſitati ſceleris. Dij te ſubmoueant, pęnam et ſupplicium quo olim parricidę afficiebantur, Scyllę Minos imprecatur. In corio namq; inſuebantur cum Simia, Gallo, et Serpente, ac in mare fluminue proijciebant, ne aut cęlum aſpicere, aut ī terra, aquaue quieſcere poſſent, ut ad legē Pompeiam ſcribunt iuriſconſulti. Summoueant

Minos

moueant, repellant. Incunabula Iouis, vbi nutritus, educatusq; fuit Iuppiter. Incunabula nāq; dicuntur lectuli, in qbus infantes geſcunt. Creten, Crete inſula eſt maxima altero latere ad auſtrum, altero ad ſeptentrionē verſa inter ortum, occaſumq; porrigit, centum olim vrbibus clara,

Inhoſpitalis. Eſt autem tropus metonymia. Contīnens.n. pro contento poſitum eſt. Accolę nāq; syrtium ſiti ſunt ē peregrinis infeſtiſſimi. Auſtro, vero, ſpecie.n. pro genere poſuit. Agitata, vexata Exige penas, ſume pęnas. Inſequeris, pſequeris. Officium, beneficium. Te vero coniuge digna eſt, Paſiphae Minois vxor tauri amore capta opera Dędali in lignea vacca incluſa cum eo coire ſuſtinuit, ex quo concubitu Minotaurus ē natus, qui partim Minoem, partim taurum repſentabat. Toruus taurum, terribilem aſpectu. Ligno, lignea vaccę forma. Diſcordē foetum, differentem partum. Nā vir et taurus videbatur Minotaurus. Ecquid ad aures? an ne inquit mea verba audis? Dubitat enim Scylla an verba ſua ad aures Minois perueniant. Ecquid autem particula eſt interrogatiua affectui et indignationi ſeruiens. Iā iam Paſiphaen, anadiploſis et conduplicatio indignanti maxime conueniēs. Properare iuuat, me inquit delectat feſtinare. In volucrem nāq; conuertebat. Diuulſa, diſcuſſa, percuſſa. Mea terra cedit, recedere vī nauibus abeuntibus, hoc autē ex opinione vulgari eſt dictum. Inſilit vndis, in vndas ſalit et aquas. Comes inuidioſa, in Minoem maximam concitans inuidiam. Halyętus, ſpēs eſt aqlę clariſſima oculorū acie

Accolę Syrtium

Paſiphae Minotaurus

Ecquid

vnde Heccatópolis a grecis fuit appellata Vir. Creta Iouis magni medio iacet inſula põto. Mons Idęus vbi et gentis cunabula noſtrę. Centum vrbes habitant magnas vberrima regna. Dicta eſt autē Creta, vel a Crete Iouis et Idęę nymphę filio, vel a Crete vna Heſperidum. Non ſolum aūt Creta, ſed alijs quoq; noībus fuit appellata. Nam et Aeria et Idęa et Chthonia et Curetis et Macaria, hoc eſt felix perhibeē cognominata. Qui medius eſt orbis, tam ampla eſt Crete inſula, vt merito orbis poſſit appellari. Tantum, monſtrum, quę ↄtra nām fiunt mōſtra vocanē. Patrem autē pdi a filia maxime ↄtra nām eſſe vī. Claſſis retinacula, quę orę dñr. Paſſis capillis, ſparſis, diſſolutis. Et ſcelus, q2 pdidit patrem. Et meritum, q2 victorē effecit Minoē. Congeſta, collata. Nam quo deſerta reuertar, elegans figura qua et rogat, et ſibi ipſa reſpondet Scylla. Colligit autē nihil ſibi loci eſſe relictum, quo reuerti poſſit. Deſerta, abs te derelicta. Patris ad ora. Quę tibi donaui? reuertar ne, inquit, Scylla in conſpectum patris, cuius vitam et fortunā tibi dono dedi? Finitimi exēplum metuunt, vicini inqt timent, ne mei exemplo filię ſuę parentes pdant. Obſtruximus, clauſimus. Vt Crete ſola pateret, vt in Creten ſolam venire poſſem. Sed inhoſpita Syrtis,

Monſtrum

Dixit, & vt leges capitis iuſtiſſimus auctor
Hoſtibus impoſuit, claſſis retinacula ſolui
Iuſſit, & ęratas impleri remige puppes
Scylla freto poſtq̄ deductas nare carinas,
Nec preſtare ducem ſceleris ſibi pręmia vidit,
Conſumptis precibus violentam trāſit in iram
Intendensq; manus paſſis furibunda capillis,
Quo fugis, exclamat meritorum auctore relicta
O patrię prelate meę, prelate parenti
Quo fugis immitis? cuius victoria noſtrum
Et ſcelus, & meritū ē, nec te data mūera, nec te
Noſter amor mouit, nec q̄ ſpes omnis in vnū
Te mea congeſta eſt, nam quo deſerta reuertar?
In patriam? ſuperata iacet. ſed finge manere,
Proditione mea clauſa eſt mihi. patris ad ora,
Quę tibi donaui? ciues odere merentem.
Finitimi exēplum metuunt. obſtruximus orbē
Terrarum nobis, vt Crete ſola pateret
Hanc quoq; ſi phibes, & nos ingrate relinquis.
Non genitrix Europa tibi ē, ſed inhoſpita Syrtis
Armenięue tigres, Auſtroq; agitata Charybdis
Nec Ioue tu natus, nec mater imagine tauri
Luſa tua, eſt generis falſa eſt ea fabula. verum
Et ferus, & captus nullius amore iuuencę
Qui te progenuit, taurus fuit, exige pęnas
Niſe pater. gaudete malis modo prodita noſtri
Męnia. nam fateor merui, & ſum digna perire.
Sed tamen ex illis aliquis, quos impia lęſi,
Me perimat. cur qui viciſti crimine noſtro,
Inſequeris crimen? ſcelus hoc patrięq;, patriq;.
Officium tibi ſit. te vero coniuge digna eſt,
Quę toruum ligno decepit adultera taurum,
Diſcordemq; vtero foetum tulit. ecqd ad aures
Perueniunt mea dicta tuas? an inania venti
Verba ferunt, idem tuas ingrate carinas?
Iam iam Paſiphaen non eſt mirabile taurum

Halyętus, vt Pli. ſcribit, librans ex alto ſeſe, viſoq; piſce in mari preceps in eum ruens, et diſcuſſis pectore aqs rapiens. Ciris, απο του κειρειν, hoc eſt atondendo fuit appellata, quę autem de Niſo et vrbis captiuitate a poeta memoranē, Megarenſes (vt Pauſanias ſcri.) vera fuiſſe negant. Nolunt enī

Halyętus Niſus in auem Scylla in auē vñ Ciris

iis aſſentiri,qui vrbẽ ſuã Niſo regnante captam fuiſſe aiunt.Sed Megareum Niſi generꝫ in regnũ ſucceſſiſſe,et deinceps Alchathoum Megarei filius aſſerunt. Videtur quidem Alcathous eo tempore ex Elide veniſſe,inquit,quo Niſus mortuus eſt Megarenſium rebus afflictis,cuius rei argumentum eſt,quod ſtatim murum ędificauit,ꝙ vetus iam dirutus erat a Cretenſibus.

Fabulę ſecundę libri octaui argumẽ.

LACT. VOTA Ioni Mi. etc.Minos victor cũ Athenienſibus ſtipẽdium impoſuiſſet, vt nobiliũ liberi quotannis ad Labyrinthum a Dędalo factum mitterent,qui Minotauro obijcerent,quem Paſiphae Solis filia Minois vxor eiuſdem Dędali fabri ope iuncta tauro enixa fuerat. Tertio ſtipẽdio Theſeus Ægei et Æthrę filius in inſulã Cretas deuectus.Ariadnę Minois et Paſiphaes filię,q̃ pulchritudine eius exarſerat amore piculum capitis effugit.Digrediens itaq; Athenas cũ virgine adducta vt Diã inſulam contigit,Liberꝫ patrem habuit in malis,deſertam enim a Theſeo ſibi copulauit Deus memoria vt amoris exiſteret,corona in noĩe eius inter sydera eſt.

RAPH. VOTA Ioni Minos,deſcripturus quẽadmodũ ariadnę corona in sydus fuit conuerſa, breuiter commemorat ea,q̃ de Minotauri cęde feruntur.Minos enim victor hoc tributo Atheniẽſes preſſit,vt nono quoq; anno quatuordecim nobilium liberi,hoc eſt ſeptem pueri,ac totidem virgines ſorte ducti mitterent in Cretam minotauro obijciendi.Theſeus igitur Ægei regis filius,cum ſors ad eum perueniſſet,ſiue (vt Iſocrates in Helenes laudatione teſtatur) cum tm̃ dedecus, tantãq; ſuorum calamitatem ferre non poſſet, ſponte in

Pręposuiſſe tibi.plus tu feritatis habebas.
Me miſeram,properare iuuat, diuulſaq; remis
Vnda ſonat,mecumq; ſimul mea terra recedit.
Nil agis o fruſtra meritorum oblite meorum,
Inſequar inuitum,puppimq; amplexa recuruã
Per freta longa trahar.vix dixerat.inſilit vndis,
Conſequiturq; rates faciente Cupidine vires,
Gnoſiacęq; hęret comes inuidioſa carinę,
Quam pr̃ vt vidit (nam iam pẽdebat in auras
Et modo factus auis fuluus Halyętus in alis)
Ibat,vt hęrentem roſtro laceraret adunco.
Illa metu puppim dimiſit,et aura cadentem
Suſtinuiſſe leuis,ne tangeret ęquora,viſa eſt.
Pluma fuit.plumis in auem mutata vocatur
Ciris.& a tonſo eſt hoc nomen adepta capillo



Vota Ioni Minos taurorꝫ ſanguine centum
Contigit,& ſpolis decorata eſt regia fixis.
Soluit,vt egreſſus ratibus Curetida terram
Creuerat opprobrium generis,foedũq; patebat
Matris adulterium monſtri nouitate biformis.
Deſtinat hũc Minos thalami remouere pudorẽ

Cretam pfectus,Ariadnę Minois regis filię amore ſuo captę auxilio ſeruatus eſt. Nã quo modo et Minotaurum interficeret monſtrauit, et filo ad ianuam fixo e Labyrintho a Dędalo extructo egrederetur,oſtendit.Quare occiſo Minotauro Ariadnen,vna cum Phędra ſorore abducens in Diam inſulam primum enauigauit, vbi ab ingrato Ariadna relicta,cum ſe deſertã quereretur, opemq; Deorum inuocaret, Libero patri ita placuit,vt et eam ſibi deſpõſarit,et vt ęterna illius amoris memoria eſſet,eius coronas in cęlum miſerit, cuius gemmę in ſtellas conuersę sydus coronę ſimile effecerunt. Taurorum centum,heccatonben ſignificat,qđ erat centum boum ſacrificium. Curetida terram,Cretenſes. nam Curetes antiqꝫ ſunt Cretę ppli fuerunt, vnde Curetis Creta fuit cognominata. Opprobriũ, dedecus, Minotaurus. Nam Paſiphae Cretis et Solis filia ac Minois vxor, Veneris impulſu in tauri amorem incidit, cui cum Dędali opa ſe ſuppoſuiſſet, Minotaurꝫ peperit,qui partim Minoi, partim tauro ſilis erat. Qua ex re facile Paſiphaes matris adulterium fuit deprehẽſum. Vt autem ſcribit Diod.ferunt Minoem ſingulis quibusq; annis ſolitum fuiſſe taurum omnium ſpecioſiſſimũ Neptuno ſacrificare. Cum autem ei foret taurus forma pręſtantiſſimus,alium multo inferiorem ſacrificauit, quare iratus Minoi Neptunus Paſiphae vxori illius tauri amorem iniecit. Palęphatus vero ſcribit Paſiphaen,cum Minos teſticulorum morbo laboraret,formoſiſſimi iuuenis nomine tauri amore captam fuiſſe,ex eoq; puerum ſuſcepiſſe, qui tandem cum ferociſſimus euaſiſſet, a Theſeo fuerit interfe

Labyrinthus

Curetes

Paſiphae

Multipliciq; domo cęcis includere tectis.
Dędalus ingenio fabrę celeberrimus artis
Ponit opus, turbatq; notas, & lumina flexu
Ducit in errorem variarum ambage viarum.
Nec ſecus ac liqdis Phrygius Męādros in vndis
Ludit, & ambiguo lapſu refluitq;, fluitq;,
Occurrensq; ſibi venturas aſpicit vndas,
Et nunc ad fontes, nunc ad mare verſus apertas
Incertas exercet aquas, ita Dędalus implet
Innumeras errore vias, vixq; ipſe reuerti
Ad limen potuit. tanta eſt fallacia tecti.
Quo poſtq̄ geminam tauri, iuuenisq; figuram
Clauſit, & Actęo bis paſtum ſanguine monſtrū
Tertia ſors annis domuit repetita nouenis,
Vtq; ope virginea nullis iterata priorum
Ianua difficilis filio eſt inuenta relicto,
Protinus Aegides rapta Minoide Diam
Vela dedit, comitemq; ſuam crudelis in illo
Littore deſtituit. deſertę, & multa querenti,
Amplexusq;, & opem Liber tulit, vtq; perēni
Sydere clara foret, ſumptam de fronte coronā
Immiſit cęlo. tenues volat illa per auras.
Dumq; volat gēmę, nitidos vertunt in ignes,
Conſiſtuntq; loco ſpecie remanente coronę,
Qui medius, nixiq; genu eſt, anguemq; tenētis.

[Dæ]dalus ſectus. Cęcis, occultis. Dędalus ingenio, Dędalus (vt narrat Diod.) genere Athenienſis ex iis vnus, qui Erechthidę vocantur, adeo pręclarus fuit architectus, vt et opera quędam miranda effecerit, et ſtatuas quę aſpicere, ambulareq;, et ſpirare videbant effinxerit, adeo nanq; compoſitio membrorum apta erat, et ſuis partibus perfecta, vt oēs in admirationem alliceret. Ponit, extruit, ędificat. Notas, ſigna, quibus loca facile diſcernuntur.

Meandros Meandros, fluuius eſt Phrygię Meādros qui ſępenumero in ſe redire videtur. Illi ſimilem ait Labyrinthum fuiſſe. Ad mare verſus apertū, interdum inquit ad fontem verſus redire, interdum ad mare ſpatioſum verſus fluere videtur Meandrus. Verſus autem quāuis participium pleriſq; videatur, hoc loco tamen prępoſitio eſt, quę eleganter cum ad et in prępoſitionibus connectitur, vt Ad forum verſus mihi ire in animo eſt. Actęo ſanguine. Athenienſiu. Tertia ſors, ſorte enim ducebantur, qui mittendi erāt. Tunc autem Theſeus fuit eductus. Annis nouenis, poſt nouem annos. Vtq; ope virginea, poſteaquā inquit auxilio virginis Ariadnes e Labyrintho Theſeus eſt egreſſus nauem conſcendit. Nullis ite. prio. ad quas nemo eorū, qui prius miſſi fuerant ab Athenienſibus in Cretam vnquam redire potuit. Dia Rapta Mi. Ariadna Minois filia abducta. Diam, inſula eſt Dia vna ex Cycladibus, haud longe diſtans a Creta Ariadnę et Bacchi amoribus clariſſima, quam et Naxon, et Strōgylen, et Dionyſiada a vinearum fertilitate, et Siciliam minorem, et Calliopolim appellatam fuiſſe Plini. ſcribit. Multę quoq; vrbes Dię fuerunt vocitatę. Eſt.n. Dia vrbs Theſſalię ab Æaco ędificata, ē Thracię altera iuxta Athon montem, tertia eſt Euboeę, qrta eſt inſula cum vrbe Peloponneſo adiacens, qnta eſt Luſitanię, ſexta Italię iuxta Alpes, ſeptima Scythię, octaua Carię, nona Bithinię iuxta Pōtū. Diā, verſus ſiue ad ppōnes, ſiue potius vtręq; ſubintelligant. Deſtituit, dereliqt. Sumptā de fronte co. illa corona dī a Vulcano facta ex auro et indicis gemmis, per q̄s Theſeus exiſtimat de tenebris Labyrinthi ad lucē veniſſe. qd̄ auri et gēmę in obſcuro fulgorē luminis efficiebāt. Hāc aūt coronā (vt ait Higinus) quo tpe Bacchus ad Minoa venit, Ariadnę muneri dedit, q̄ delectata ſtupri ꝯdōnē nō recuſauit. ſed alię quoq; ſunt priſcorū de hac corona opiones. In ni. ig. in ſtellas ſplendētes. Specie co. figura. nā illud ſydus qd̄ ē Iter engonaſi ē Ophiuchon ob ſilitudinē corona vocat. Qui me. ni. ge. coronę ſydus mediū eſſe ait, et eius q engonaſi a grecis vocat, hoc eſt in genibus. et eius, q vocat ophiucos. i. anguem tenens. Nixiq; ge. de hoc varię ſunt antiquorū opiniōes, nā Eratoſthenes illū Herculē eſſe ait paratum ad decertandū, ſiniſtra manu pellē leonis, dextra clauā tenentē. Conat nāq; interficere dracones Heſperidū cuſtodē, q nunq̄ oculos opiuiſſe ſōno coactus exiſtimat, quo magis cuſtos eſſe demonſtret. Horū igit pugnas Iuppiter admiratus inter aſtra ꝯſtituit. Hēt. n. draco caput erectū. Hercules aūt dextro genu nixus, ſiniſtro pede ꝑ lato, capitis eius dextram ptē opprimere conat, dextera manu ſublata vt feriēs ſiniſtra vero ꝓiecta cum pelle leonis, vt is q̄maxime dimicans appareat. Qui plura de hoc videre cupit Higinū legat, varias opiones referentē. Anguemq; te. Ophiuchi eſt interp̄tatio, q anguitenens a nr̄is vocat, tenens manibus angues mediū corpus eius implicantē. Hunc alij Phorbanta Triopę filiū, alij Æſculapiū, alij Glaucū Minois filiū, q Aeſculapij opa dī reuixiſſe, eſſe aiunt. Anguē vo hac de cā tenere dī, q cū Glaucū ſanare cogeret, ꝯcluſus quodā loco ſecreto, baculū tenens manu, cum quid ageret, cogitaret, dī anguis ad baculum eius arrepſiſſe, quē Æſculapius mente cōmotus interfecit baculo fugientē ſępius feriens. Poſtea ferē alterē anguis eodē veniſſe ore ferens herbā, et in caput eius impoſuiſſe, quo facto illico fugiſſe, quare Aeſculapium vſum eadem herba Glaucum ad vitā reuocaſſe. Itaq; anguis, et in Æſculapij tutela, ē in aſtris dicitur collocatus, quia conſuetudine ductā reliqui medici anguibus vtuntur.

Nixus genu

Ariadnę corona i ſydus

Ophiuchus

LACT. Fabulę tertię octaui libri argumentum.

DÆDAlus interea Creten &c. Dędalus Eupalmi filius ſupradictus cum ꝓpter cõmiſſa Minoem a quo clauſus tenebat fugere vellet, pēnas ſibi et filio Icaro aptauit, quibus vt volucres ꝓfugerent regis imperium. Quorum Icarus, q: pręceptis parentis obtemperare nequiuit, in inſulas maris decidit, quę eius nomine Icarea dicta eſt. Dędalus autem i ſiciliam ad Cocalum regem ſepulto filio ꝓfugit, cuius caſum Perdix Catai filius Athenienſis pro gaudio tulit. Nam dum is cum a matre ꝓpter cognationē danus eſſet in diſciplinam, q: primus ſerrę inuentor fuerat, ob inuidiam ingenij ex muro a Dędalo ꝑcipitatus eſt, cui in malis Minerua decidenti opem tulit, ante enim q̃ terrã contingeret ab ea i volucrem eſt verſus, quę a nomine eius Perdix vocatur.

RAPH. Talus puer in perdicem

DÆDAlus interea, Tali pueri Athenienſis transmutationes in Perdicem auē poeta narraturus, quę deuolatu Dędali, atque Icari ferunt, ꝓmittit. Nam Dędalus Athenienſis Eupalmi filius, cum Talum ſororis filium optimę indolis iuuenem per inuidiam, quod et ſerram, et circinum inueniſſet, interemiſſe diceret, indicij euentum timens in Cretam aufugit, eius vero opera et Paſiphae in lignea vacca incluſa cum tauro coiuit, & Ariadna Theſeum ſeruauit. Quę cum Minos reſciuiſſet, illum in labyrinthum vna cum Icaro filio coniecit. Dędalus vero ingenio pollēs pennas ad ſe varij generis afferri curauit, ex quibus et ſibi et filio alas ꝯfecit, itaq; aptauit, vt auium more e Creta euolarint. Ac Dędalus quidem quo voluit, incolumis peruenit. Icarus vero patris mandatorum neglector, cum altius q̃ pater euolare gauderet, reſolutis calore pēnis, in mare cecidit, quod ab eo Icarium ex ſententia Ouidij fuit cognominatum. Cum vero Dędalus filium ſepeliret, forte Perdix noua tunc auis ipſum inſpiciens mœrentem valde eſt gauiſa. Cum enim eſſet iuuenis ingenioſiſſimus, iamq; ſerram, circinumq; inueniſſet a Dędalo inuidia moto ex Palladis arce deiectus auxilio ipſius Palladis in auem ſui nominis fuit cõ-

Dędali volatus

Icari caſus

Dędalus interea Creten, longumq; peroſus
Exilium, tactusq; loci natalis amore,
Clauſus erat pelago, terras licet, inqt, & vndas
Obſtruat, at cęlum certe patet, ibimus illac.
Omnia poſſideat, non poſſidet aera Minos,
Dixit, & ignotas animum dimittit in artes,
Naturamq; nouat nam ponit in ordine pēnas
A minima cęptas, longam breuiore ſequēte,
Vt cliuo creuiſſe putes. ſi ruſtica quondam
Fiſtula diſparibus paulatim ſurgit auenis.
Tum lino medias, & cęris alligat imas.
Atq; ita compoſitas paruo curuamine flectit,
Vt veras imitetur aues. puer Icarus vna
Stabat, & ignarus ſua ſe tractare pericla
Ore renidēti modo, quas vaga mouerat aura,
Captabat plumas, flauam modo pollice cęram
Mollibat, luſuq; ſuo mirabile patris
Impediebat opus. poſtq̃ manus vltima cępto
Impoſita eſt, geminas opifex librauit in alas
Ipſe ſuum corpus, motaq; pependit in aura.
Inſtruit & natum, medioq; vt limite curras
Icare ait, moneo, ne ſe demiſſior ibis,
Vnda grauet pennas, ſi celſior, ignis adurat.
Inter vtrunq; vola. nec te ſpectare Booten,

mutatus. Loci natalis, patrię i qua natus erat. Cęlum

Obſtruat, claudat. At cęlum certe patet, tamē aer apertus eſt. Cęlum enim frequenter ꝑ aere ponitur. Omnia poſſideat, Licet coniunctio ſubaudiat. Naturamq; nouat, rem nouam in naturam excogitat. Nam homo qui natura volare non pōt, ingenio Dędali aptus ad volatū effectus eē vr̃. Vt cliuo creuiſſe putes, vt poſſis eas putare cliuo aliquo creuiſſe propter ipſarum inęqualitatē. Tū lino medias, deinde inquit mediam pēnarum partem filis, infimã vero cęris alligauit Dędalus. Paruo curuamine flectit, Parū inflectit, vt verę auiū alę eſſe viderentur.

Ore renidenti, hylari et lęto renidēti.

Mollibat, mollem faciebat. Poſtquam manus vltima cępto impoſita eſt, poſteaq̃ alę completę fuerunt. Nam īponere manum vltimam operi, eſt opus ipſius finire. Opifex, artifex Dędalus. Librauit, ſuſpendit. In aura mota, in aere alis agitato. Inſtruit et natum, alis ſubaudiatur, hoc eſt apponit etiam filio alas. Demiſſior, inferior.

Molire

Impőere vltimas manum

Grauet, graues reddat madefaciendo. Inter vtrunq; et ſummum et infimum locum, hoc eſt per medium. Nec te ſpectare Booten, Icarum ad monet Dędalus, vt ſe ſequatur. Neq; n. opus eſſe vt volatum ſuum dirigat ad syderum rationem, quę nautę maxime obſeruant. Bootes autem sydus eſt, qui et Arctophilax dr̃, qui agitare plauſtrum videtur, vnde et a bobus nomen accepit. Septētriones autem ſignificat, quos nautę potiſſimum reſpiciunt. Aut He. Helice vero maior eſt vrſa, ſic dicta ab Helice vrbe Arcadię, in qua Caliſto nata eſſe fertur. Dicta eſt autem Helice (vt Stephanus ait) vel ab Helice Lycaonis filio, vel ab Helice Iouis vxore, Selinuntis autem filia. Strictumq; Orionis enſem, Orion ἀπὸ τοῦ οὔρου, hoc eſt ab vrina fuit cognominatus, quod et Iouis et Mercurij vrina fingatur natus, vt in quinto Faſtorum copioſe narrat Ouidius. Is venator tantis viribus fuit, vt feris ſe ceſſurum iactaret. Quare terra permota Scorpionem maximum emiſit, qui illum interficere conaretur. Iuppiter autem vtriusq; animum

Grauat

Bootes

Orion

admiratus

admiratus et Scorpium ſponte,et precibus Dianę Orionem in sydera ſuſtuliſſe narrat. Referunt tñ et alię de Orione opiniones ab Hygino. Sydus vero Orionis ita figuratur,vt enſem nudum in manu tenere videat. Damnoſas,ar.pnitioſas qd exitu ꝓbatũ eſt. Tremula arun.hamo ab arundine tremula dependente.

ſtatus eſt. Et tellus a nomine dicta ſepulti, Icaros enim inſula ab Icaro Dędali filio illic ſepulto dicta fuiſſe videtur. Hunc miſeri tumulo, Tali pueri Metamorphoſin in auem deſcribere incipit poeta.nã Talus (vt et Diodorus et Pauſanias ſcribũt) Dędali ſororis filius,cum et rotam figuli,et ſerram ferream,et circinum inueniſſet a Dędalo inuidia moto fuit interfectus. Quare Dędalus ab Areopagitis damnatus in Cretam ad Minoem aufugit. Ponentem tumulo, tumulantẽ et ſepelientem. Et plauſit pẽnis, ẽ alas percuſſit. Vnica,ſcilicet vnicus.n.ſexu caret, vnus hs ſm. Longum crimen, magnũ.Nã Dędalus eius de Palladis arce deieciſſe criminatus eſt. — *Icaros inſula* — *Talus in auem*

Aut Helicen iubeo ſtrictumq; Orionis enſem.
Me duce carpe viam. pariter pręcepta volandi
Tradit,& ignotas humeris accõmodat alas.
Inter opus,monituſq; genę maduere ſeniles,
Et patrię tremuere manus.dedit oſcula nato
Non iterum repetenda ſuo,penniſq; leuatus
Ante volat,comitiq; timet, velut ales, ab alto
Quę teneram prolem produxit in aera nido.
Hortaturq; ſequi,damnoſaſq; erudit artes,
Et monet ipſe ſuas,& nati reſpicit alas.
Hos aliqs tremula dus captat arundine piſces
Aut paſtor baculo,ſtiuęq; innixus arator
Vidit,et obſtupuit,quiq; ęthera carpere poſſent,
Credidit eſſe Deos,& iam Iunonia lęua
Parte Samos fuerat,Deloſq;,Paroſq; relictę.
Dextra Lebyntos erat,foecũdaq; melle Calydne
Cum puer audaci cępit gaudere volatu?
Deſeruitq; ducem,cęliq; cupidine tactus
Altius egit iter,rapidi vicinia Solis
Mollit odoratas pennarum vincula ceras.
Tabuerant cerę,nudos quatit ille lacertos,
Remigioq; carens non vllas percipit auras.
Oraq; cęrulea patrium clamantia nomen
Excipiuntur aqua,quę nomen traxit ab illo.
At pater infelix,nec iam pater, Icare dixit,
Icare dixit vbi es?qua te regione requiram?
Icare dicebat.pennas aſpexit in vndis,
Deuouitq; ſuas artes,corpuſq; ſepulchro
Condidit,& tellus a nomine dicta ſepulti.
Hunc miſeri tumulo ponentem corpora nati
Garrula ramoſa proſpexit ab ilice Perdix,
Et plauſit pennis,teſtataq; gaudia cantu eſt.
Vnica tunc volucris,nec viſa prioribus annis
Factaq; nuper auis, longum tibi Dędale crimẽ.
Nanq; huic tradiderat fatorum ignara docẽdã
Progeniem germana ſuam,natalibus actis
Bis puerum ſenis,animi ad pręcepta capacis.
Ille etiam medio ſpinas in piſce notatas
Traxit in exemplum,ferroq; incidit acuto
Perpetuos dentes,et Serrę reperit vſum
Primus,& ex vno duo ferrea brachia nodo
Iunxit,vt ęquali ſpatio diſtantibus illis

Stiua — *Icari caſus* — Stiueq; vel ſtiuę. Quę enim copulatiua coniunctio pro vel diſiunctiua, poſita eſt. Stiua aũt manubrium eſt aratri quo regitur. Virg. ſtiuaq; innixus aratro. *Samos* — Iunonia Samos, Iunoni dicata, nam ibi Iuno et nata et educata et Ioui vxor tradita dicitur. Eſt aũt inſula Carię adiacẽs quę prius tum Parthenia,tum Dryuſa, tum Anemuſa,tum Melamphylos fuit appellata. eſt etiam alia Samos, quę et Samothracia dicit, quo Thracię adiaceat,vnde Virgilius, Threiciamq;,Samõ q̃ nũc Samothracia fertur. Delos quoq; ẽ Paros iſulę ſunt Aegei,vt iã ſępius diximus. *Lebyntos* — Dextra Lebyn.erat, Lebyntos inſula eſt vna ex Cycladibus. *Calydne* — Calydne, Calydne quoq; inſula eſt Cycladum vna mellis ferax. *Perdix in auem* — Mollit,molles reddit,et liquefacit. Odoratas ceras,odorem emittentes. Cęrulea aq̃, nigro mari. nã in mare Icarus cecidit. Quę nomen traxit ab illo,nam mare Icarium ab Icaro fuit appellatum, *Icarium mare* — vt ſentit Ouid. vt vero alij ab Icaro inſula fuit cognominatum. At pater infelix,nec iam pater,pater quia genuerat, non pater,quia filius iam erat mortuus. Deuouit,deteſ

Fatorũ ignara,inſcia eorũ,q̃ fato filio ſuo euenire debebãt. Germana, ſoror Dędali. Bis ſenis natalibus actis,exactis duodecim annis.Natus.n.erat annos duodecim Talus,cum Dędalo fuit cõmendatus. Animi ad pręcepta capacis,pceptorũ capacis in ſoluta dicere mus orone. Ille ẽt medio ſpinas, Talũ ſerrę fuiſſe ait inuẽtorem ad exemplũ illius ſpinę, q̃ eſt in medio piſcium. Et ex vno duo ferrea brachia nodo,illum circini quoq; inuentorem fuiſſe ait poeta. At illum Pallas,Pallas,quę ẽ Minerua dicitur, omnium artium inuẽtrix fuiſſe perhibet. Excepit,ſuſcepit.proprie autem excipi cadentia dicuntur. Velauit, cooperuit. Sed vigor ingenij quondam velocis,ſed vis, inquit, et acrimonia inge: — *Vnicus Viuus* — *Serrę circiniq; inuentor*

nij Tali pueri in alas et pedes auis tranſiuit. Perdices enim acerrimi ſunt et volatu et curſu. Nomen quod et ante remanſit. Nam Talus perdix quoq; fuit cognominatus. Preter humum, iuxta terram.

Fabulę quartę octaui libri argumentum.

qui Dianę perſoluiſſet, iram Deę in ſe concitauit. Maximus namq; aper ab ea immiſſus Calydonię agros ita vaſtabat, vt omnia deſerta viderentur. Quare Meleager Oenei patris iuſſu conuocatam Grecię iuuentute in Apri venationem eduxit, quem cum Atalanta Schoenei filia ſpecioſiſſima prima vulneraſſet ſagitta, viſa ẽ Meleagro digna, cui etate, formaq; placebat, quę caput, pelleque interempti Apri donaretur. Cęterum Plexippus, Toxeus, et Agenor Theſtij filij, fratresq; Althęę matris Meleagri ęgre ferentes foeminam viris preponi, cum ſpolia Atalantę per vim auferre vellent, a Meleagro fuerunt interfecti. Quo quidẽ cũ Althęa rẽciuiſſet, fratrum cędem vlciura, ſtipitem, quem Parcę in Meleagri natiuitate in ignem mittentes deciuerant cum eo Meleagrum ipſum et victurum et periturum, in ignem cõiecit. Quo abſumpto Meleager quoq; cum maximo totius Calydonię merore interijt. Cum vero eius ſorores flere nunquam deſinerent. Deorum miſericordia i aues a fratris nomine Meleagridas cognominatas conuerſę fuere. Iamq; fatigatum. Dędalus Minois iram fugiens ad Cocalum Sicilię regem peruenit, a quo et tutatus et hoſpitio ſuſceptus eſt, ac tandem Minos ipſe interfectus. Theſea laude, Theſei virtute. Pro eo enim quod precedit id quod ſequitur poſitum eſt. Virtutem namque laus conſequi ſolet. Theſei autem virtute Minotaurus fuit interfectus. Hęc vero

Aper Calydóníus — *Cocalus*

LACT. IAMQVE Fatigatũ &c. Oeneus Parthaonis filius, qz in ſacrificio cogendoq; fructuum conſulto preterierat Dianam, Aper ab ea miſſus eſt, qui Calidonię Apros vaſtaret. Perſeuerante Oeneo in deſpectu Deę, Meleager iuſſu parentis conuocans principibus grecię Aprum venari ingreſſus eſt, cum quibus Atalanta Schęnei filia ex Arcadia digreſſa, quę prima Aprum vulnerauit, cuius virtutẽ et ſpeciem miratus Meleager, interempto Apro exuuias ei cõceſſit, quas Plexippus Toxeus, et Agenor Theſtij filij virgini eruptas cum interitu rependerunt. At Althęa mater Meleagri, vt fratrum cędem accepit, ſtipitem fatalem conditum a Parcis, in quo vita Meleagri continebatur flamma percuſſit. Quo conſumpto Meleager extinctus ẽ, vnde ſorores eius flendo in aues ſunt conuerſę, quę a fratre Meleagrides cognominantur.

RAPH. IAMQVE Fatigatum tellus Aetnęa, narraturus poeta ſororum Meleagri cõuerſionem in aues Meleagridas a fratre vocatas, venationem Apri Calydonij prius deſcribit. Oeneus (*Oeneus*) enim parthaonis filius rex Calydonię, cum decimas frugũ Dijs omnibus preter

Altera pars ſtaret, pars altera duceret orbem.
Dędalus inuidit, ſacramq; ex arce Mineruę
Precipitem miſit, lapſum mentitus. at illum,
Quę fauet ingeniis, excepit Pallas, auemq;
Reddidit, ⁊ medio velauit in aere pennis.
Sed vigor ingenij quondam velocis, in alas,
Inq; pedes abijt. nomen, quod ẽ ante remanſit.
Non tamẽ hęc alte volucris ſua corpora tollit,
Nec facit in ramis, altoq; cacumine nidos.
Preter humum volitat, ponitq; in ſepibus oua,
Antiquiq; memor metuit ſublimia caſus.



Iamq; fatigatum tellus Aetnęa tenebat
Dędalon, ẽ ſumptis p ſupplice Cocalus armis:
Mitis habebatur. iam lamentabile Athenę
Pendere deſierant Theſea laude tributum.
Templa coronantur, bellatricemq; Mineruam
Cũ Ioue, diſq; vocat alijs, quo ſanguine voto,
Muneribusq; datis, ẽ acerris thuris honorant.
Sparſerat argolicas nomẽ vaga Fama p vrbes
Theſeos, ẽ populi, quos diues Achaia cepit,
Huius opem magnis implorauere periclis,
Huius opem Calydon, quis Meleagron haberet,
Sollicita ſupplex petijt prece. cauſa petendi
Sus erat infeſtę famulus, vindexq; Dianę.
Oenea namq; ferunt plenis ſucceſſibus anni
Primitias frugum Cereri, ſua vina Lyęo,
Palladios flaue latices libaſſe Mineruę.
Cęptus ab agricolis ſuperos peruenit ad omnes

Ambitioſus honor,ſolas ſine thure relictas
Preteritas ceſſaſſe ferunt Latoidos aras.
Tangit & ira Deos.at non impune feremus,
Queq; inhonoratę,non & dicemur inultę,
Inquit,et. Oeneios vltorem ſpreta per agros
Miſit aprum,quanto maiores herbida tauros
Nō habet Epirus,ſed hñt Sicula arua minores
Sāguīe,ꝛ igne micāt oculi:riget horrida ceruix
Et ſetę denſis ſimiles haſtilibus horrent,
Stantq; velut vallum,velut alta haſtilia ſetę,
Feruida cum rauco latos ſtridore per armos
Spuma fluit,dentes ęquantur dentibus indis,
Fulmen ab ore venit,frondes afflatibus ardent
Is modo creſcentes ſegetes proculcat in herba
Nunc matura metit fleturi vota Coloni,
Et cererem in ſpicis intercipit,area fruſtra,
Et fruſtra expectant promiſſas horrea meſſes.
Sternunt grauidi longo cum palmite foetus,
Baccaq; cum ramis ſemper frondentis oliuę.
Sęuit & in pecudes.non has paſtore,caniſue;
Non armenta truces poſſunt defendere tauri.
Diffugiunt populi.nec ſeſe in mœnibus vrbis
Eſſe putant tutos,donec Meleagros,& vna
Lecta manus iuuenū caluere cupidine laudis,
Tyndaridę gemini preſtantes ceſtibus alter,
Alter equo,primeq; ratis molitor Iaſon,
Et cum Pirithoo felix concordia Theſeus,
Et duo Theſtiadę,& ꝓles Aphareia Lynceus,
Leucippuſq; ferox,iaculoq; inſignis Acaſtus,
Et velox Idas,et iam non foemina Cęneus,
Hippothouſq;,driaſq;,ꝛ cretus amynthore Phę(nix
Actorideq; parēs,ꝛ miſſus ab elide pelus,
Nec telamō aberat,magniq; creator Achillis,

Pendere tributum

ad connectendas fabulas narrantur. Pendere tributum,perſoluere tributum ob cędem Androgei Athenienſibus a Minoe impoſitum. Bellatricem Mineruam,hęc etiam Bellona vocatur. Vocant,inuocant. Voto ſangui. victimarum quas vouerant ſanguine,ſi Theſeus victor ex Creta reuerteretur. Diues Achaia, potens Gręcia. Implorauere, cum lachrymis petiere. Huius operi

Calydon

Calydō, Calydō vrbs eſt Aetolię a Calydone Endymionis vel Aetoli filio appellata,vnde Calydonius declinat.

Apri calydonij deſcriptio

Sus erat, aper et quidem ferociſſimus.

Primitię

Plenis ſucceſſibus anni,ob plenam ē perfectam illius anni fertilitatem. Primitias frugum, primas fruges. prima nanq; frumenta matura Cereri dicabantur,vt vina Baccho, oleum Mineruę. Palladios latices,oleū dicit a Pallade inuentum. Cęptus ab agricolis,Cererem, Bacchum, ē Mineruam agricolas vocat poeta,q ea inuenerint quibus agriculturę opera datur. Ambitioſus honor,ab effectu,q ambitioſos reddat. Honor autem Deorum ſacrificia ſunt. Sine thure,ſine ſacrificio. Latoidos, Dianę filię Latonę.

Epirus

Herbida Epirus, herboſa.Epirus vero continentem ſignificat, ſed frequenter quidem pro ea ponitur regione,quę et Chaonia appellatur. Dentibus Indis, elephantinis. Ardent,ardere videnē. Grauidi foetus,racemi vua graues. Cum palmite,cum frondibus vitium.

Bacca

Baccaq;,olea et fructus oliuę. Et vna, et ſimul. Lecta manus,electa iuuenum multitudo. Caluere,commoti fuere.

Tyndaridę

Tyndaridę gemini caſtor et pollux gemelli Tyndari filij, ac Lędę putati,cum eſſent Iouis,quorum alter pugil fuit preclarus,Caſtor autem domitor equorum ab Homero,aliiſq; poetis fuiſſe memoratur. ceſtibus, armis quibus pugiles vtuntur. Primeq; ratis molitor Iaſon Argo nauem,cuius extruendę auctor fuit Iaſon, primam longarum nauium fuiſſe Ouidius ſentit,alij vero Danaum earum inuentorem fuiſſe putant,vt ante quoq; diximus. Molitor,fabricator.

Pirithous

Et cum Pirithoo,Theſei,Pirithoique amicitiam notior eſt,q̄ vt hic loco ſit exponenda. Illud notandum eſſe videtur, Pirithoum apud grecos triſyllabum eſſe nomen,ac ſecundam ſyllabam produci, quę a latinis corripitur quadriſyllabum eſſe putantibus.

Theſtiadę

Et duo Theſtiadę,Theſtij filij Toxeus et plexippus.

Aphareus Lynceus

Et proles Aphyrea Lynceus, Aphyrea quidem legitur, vt ab Ephyre vrbe,q nunc Corinthus dicitur, declinetur, ſed mihi recte Aphareia ab eo,qui hoc opus e latino in grecum linguam vertit, legi videtur,vt intelligamus Lynceum acutiſſimi viſus hominem, Apharei filium fuiſſe.Huic autem lectioni Apollonius rhodius aſtipulatur in primo Argonauticon,cum Lynceum et Idas Aphareidas vocat,quem tam acuti viſus fuiſſe ait, vt etiam quę ſub terra eſſent,intueretur.

Phenix

Et cretus Amyn. ph. Phenix Amyntoris filius qui impellente matre poſteaq̄ cum pellice illius rem habuiſſet,imp̄rationes patris effugiens ad Peleum peruenit,a quo (vt narrat Homerus) hoſpitio benigniſſime ſuſceptus achillis educandi,inſtituendiq; curam ſuſcepit,vt illi et dicendorum et agendorum preceptor eſſet. Alter etiam fuit Phenix Agenoris pater, a quo Phenicia fuit denominata. Autem quoq; eſſe Phenicem nemo eſt,qui ignoret.

Menetius

Actorideq; parens,Menetij eſt periphraſis.nam Menetius Patrocli,qui Actorides ab Actore auo dicitur,fuit pater, vt aperte in.xi. Iliad.ſcribit Homerus.

Hyantes

Et Hyan, Io.Beotia.

Hyantes enim populi ſunt Beotię, vt diximus.
Narix Naricia q; Lelex, Narix vrbs eſt Locridis, quę et Naricium et Narice dicitur, vñ Naricius poſſeſſiuũ declinaſ, ab hoc vero Lelege populi Leleges fuere cognominati. Antiquis Amyclis, Amyclę vrbs eſt Laconię, ab Amycla Lacedęmonis filio ędificata, atq; cognominata.

detur. Nam Atalanta Schęnei filia fuit formoſiſſima, ex qua Meleager Parthenopeum ſuſcepit. Altera fuit atalanta Iaſii filii Abantis argiuorũ regis filia. De qua Propertius. Minalion nullos fugiendo Tulle labores ſęuitiam durę contudit Iaſidos.
Raſilis fibula, raſum cingulum a parte enim totum intelligiſ.

Amycle Fuerũt etiã amyclę in Italia Lacedęmoniorũ colonia inter Caietã & terracinam, quę tacendo perierunt, vnde Virgi. eas tacitas appellauit. Tacitis regnauit Amyclis. Amycleum Amycleum etiam eſt in Creta vrbs et portus.
Parrhaſia Penelopes ſocer laertes Vlyſſis pater. Cũ Par. An. Arca dico. eſt enim Parrhaſia Arcadię vrbs vt iã diximus. Et adhuc a coniuge tutus Oedides, amphiaraus Acclij filius, q cum vaticinandi peritiſſimus cognouiſſet a thebano bello ſe non rediturũ: ita latebras petijt, vt olim tamen Eripyle vxori, quam fidiſſimã putabat, indicaret. Illa vero ab Argia Adraſti filia monili accepto, quod Vulcanus Hermionen prinignę dono dederat maritum Adraſto prodidit, q Thebanũ agrũ ingreſſus vna cũ curru, at tellure fuit abſorptus. Tegeea, Arcadica. Nam
Tegea Tegea vrbs eſt arcadię, qd nomẽ triſyllabum qdem eſt, ſed qđ inde deducitur poſſeſſiuũ, ita quatuor ſyllabarũ efficiſ vt penultima ſit lõga. Eſt etiã Tegea in Creta a Talthybio ędificata, vnde tegeatę dicũr. Venit ata-
Atalãta lantis Cenei, ſic qdem legitur, ſed Atalante et Schęnei mihi recte a Grę̨cis legi vi-

Cumq; Pheretiade, & Hyanteo Iolao
Impiger Eurytion curſuq; inuictusq; Echion,
Nariciusq; Lelex, Panopeus, Hyleusq;, feroxq;
Hippaſus, & primis etiã nunc Neſtor in ãnis,
Et quos Hippocoon antiquis miſit Amyclis
Penelopesq; ſocer, cum parrhaſio Ancęo,
Ampycidesq; ſagax, & adhuc a coniuge tutus
Oeclides, nemorisq; decus Tegeęa Lycei
Venit Atalante Schęnei pulcherrima virgo,
Raſilis huic ſummam mordebat fibula veſtem,
Crinis erat ſimplex nodum collectus in vnum.
Ex humero pendens reſonabat eburnea lęuo
Telorum cuſtos, arcum quoq; lęua tenebat.
Talis erat cultu, facies quam dicere vere
Virgineã in puero, puerilem in virgine poſſes.
Hanc pariter vidit, pariter Calydonius heros
Optauit renuente Deo, flammasq; latentes
Hauſit, & o felix ſi quem dignabitur inquit
Iſta virum, nec plura ſinit tempusq;, pudorq;
Dicere, maius opus magni certaminis vrget.
Silua frequẽs trabibus, quã nulla ceciderat ętas
Incipit a plano, deuexaq; proſpicit arua.
Quo poſtq̃ venere viri, pars retia tendunt,
Vincula ps adimũt canibus, pars p̃ſſa ſequunť
Signa pedum, cupiuntq; ſuum reperire p̃iclũ
Concaua vallis erat, quo ſe demittere riui
Aſſuerant pluuialis aquę, tenet ima lacunę
Lenta ſalix, vluęq; leues, iunciq; paluſtres,
Viminaq;, & longę parua ſub arundine cannę.
Hinc Aper excitus medios violentus in hoſtes
Fertur, vt excuſſis eliſus nubibus ignis.
Sternitur incurſu nemus, & propulſa fragorem
Silua dat, exclamant iuuenes, protentaq; forti
Tela tenent dextra lato vibrantia ferro.
Ille ruit, ſpargitq; canes, vt quisq; furenti
Obſtat, & obliquo latrantes diſſipat ictu.
Cuſpis Echionio primum contorta lacerto
Vana fuit, truncoq; dedit leue vulnus acerno,
Proxima ſi nimiis mittentis viribus vſa
Non foret, in tergo viſa eſt bęſtia petito.
Longius it, auctor teli pagaſeius Iaſon,
Phœbe ait Ampycides, ſi te colui, coloq;,

Telorum cuſtos, pharetrę periphraſis. Calydonius heros, Meleager. Renuente Deo, nolẽte vt ea poteretur. Flammasque latentes Hauſit, occultum amorem concepit. Si quem dignabiť iſta virum, hoc eſt ſi quem iſta ſe vxore dignum exiſtimabit. Hac autẽ exclamatione Meleager ſignificat ſe atalantę pulchritudinẽ maximopere admirari, ac illius amore perire. Vrget, iſtat, impellit. Silua frequẽs, denſa arboribus eſt autem topographia, et ſiluę deſcriptio, quam partim planam, ptim montoſam eſſe ait. Ima lacunę, infimas vallis partes. Lacuna.n. eſt aquę collectio, q̃ et lama vocatur.
Lenta ſalix, flexibilis. Vluę leue, vlua herba eſt in paludibus naſcens. Et longę pua ſub arundine cannę, arundinem appellare videtur poeta cannarum corticem, qui et tenuis eſt et facile areſcit, vnde arundinis nomen deductum eſſe vr. Excitus excitatus. Ferť, ruit. Vlua Arundo
Vt excuſſis eliſus nubibus ignis, periphraſis eſt fulminis, quod ex nubium cõcurſu eliditur. Sternitur incurſu nemus, arbores inquit apri illius incurſu in terram deijciuntur. Hinc vero colligiť, q̃

vaſtus

Vastus aper ille, validusq; erat, cuius impetu nemus prosternebatur. Propulsa, impulsa. Dat fragorem, strepitum facit. Fragor nanq; dicitur strepitus rerum fractarum. Protentaq; sorti Tela tenent, gestum exprimit venatorum aprus excipiẽtium. Protendere nanq; venabula apris in ictibus solent. Protenta tela, venabula. Dissipat, disiicit. Obliquo ictu, apri obliquos ictus inferunt.

gere volentium. Succiso poplite, reciso crure. Est poples enim poples pars genu posterior, q post plicatur dictum. Forsitan et Pylius, Nestor a Pylo vrbe Messenię cui imperauit. Citra Troiana te tempora, ante Troianum bellum. Tempora nanq; in re bellica, calamitosaq; sine accipiuntur. Sumpto conamine, capto impetu. Ab hasta posita, fixa. Insiluit ramis, in ramos. Datiuus pro accusatiuo cum in prępositione posuimus, sic Virgilius. It clamor cęlo, pro in cęlum. Despexitque tutus loco, deorsum aspexit inquit aprum altitudine arboris tutus et securus. Neque enim apri arborem ascendere possunt.

Tēpora

Cuspis, iaculum, a parte totum. In tergo petito, in tergo apri. Pagaseius Iason, Thessalus a Pagasis vrbe Thessalię, vt diximus. Phœbe ait Ampycides, Mopsus Ampyci filius Apollinis sacerdos et vates clarissimus.

Pagasę

Ampycides

Mopsus

Qua

Qua potuit, quatenus, et inquantum potuit. Annuit precibus, preces exaudiuit.

Ferrumq; Diana volanti, quę copula hoc loco quia signi ficat. Idcirco nanq; sine vulnere fuit aper q Diana ferrum iaculo abstulerat. Sine acumine, sine cuspide. Nec fulmine lenius arsit, nec minusq. fulmen inflãmatus ẽ aper. Emicat ex ocu. flamma subintelligit. Moles, maximum saxũ quantum e machinis bellicis emittitur

Moles

Concita, impulsa. Neruo adducto, funebalistę adducto. Certo impete, impetu. Metri enim gratia impete interdũ vtuntur poetę. Dextra tuentes Cornua, dextrus cornu defendentes. Aciẽ nanq; in Aprum direxerant, quę in dextrum et sinistrum cornu fuerat distributa. Hippocoonte satus, Hippocoontis filius. Et terga parantes Vertere, su

Da mihi, quod petitur, certo contingere telo.
Qua potuit, precibus Deus annuit. ictus ab illo ẽ,
Sed sine vulnere aper, ferrumq; Diana volanti
Abstulerat iaculo, lignum sine acumine venit.
Ira feri mota est, nec fulmine lenius arsit.
Emicat ex oculis, spirat quoq; pectore flãmas.
Vtq; volat moles adducto concita neruo,
Cum petit aut muros, aut plenas milite turres,
In iuuenes certo sic impete vulnificus Sus
Fertur, & Eupalamon, pelagonaq; dextra tuẽtes
Cornua prosternit. socii rapuere iacentes.
At non letiferos effugit Enesimus ictus
Hippocoonte satus, trepidantẽ, & terga parantẽ
Vertere, succiso liquerunt poplite nerui.
Forsitan & Pylius citra Troiana perisset
Tẽpora, sed sumpto posita conamine ab hasta
Arboris insiluit, quę stabat proxima, ramis,
Despexitq; loco tutus, quem fugerat hostem,
Dentibus ille ferox in querno stipite tritis
Imminet exitio, fidensq; recentibus armis
Orithyię magni, rostro femur hausit adunco,
At gemini nondum cęlestia sydera fratres,
Ambo conspicui, niue candidioribus ambo,
Vectabantur equis, ambo vibrata per auras
Hastarum tremulo quatiebant spicula motu.
Vulnera fecissent, nisi Setiger inter opacas
Nec iaculis isset, nec equo loca peruia siluas
Persequitur Telamon, studioq; incautus eundi
Pronus ab arborea cecidit radice retentus.
Dum leuat hũc Peleus, celerem Tegeęa sagittã
Imposuit neruo, sinuatoq; expulit arcu.
Fixa sub aure feri summum distrinxit arundo
Corpus, & exiguo rubefecit sanguine setas.
Nec tamen illa sui successu lętior ictus,
Quam Meleager erat. primus vidisse putatur,
Et primus sociis visum ostendisse cruorem,
Et meritum dixisse feres virtutis honorem.
Erubuere viri, seq; exhortantur, & addunt
Cum clamore animos, iaciũtq; sine ordĩe tela.
Turba nocet iactis, & quos petit, impedit ictus.
Ecce furens contra sua fata bipennifer Arcas

Recentibus armis, dentibus. Hausit, aperuit, percussit.

Hauriẽ

Rostro adunco, recurvo dente. Nõdum cęlestia sydera, Gemini qui vnum ex zodiaci signis cõstituunt, Castor ac Pollux esse dicuntur.

Vulnera fecissent, vulnerassent. Setiger, aper setas gerens. Opacas, vmbrosas, arboribus densas. Studio eundi, cupiditate currendi. Leuat, alleuat, tollit. Tegeęa, Atalanta. Sinuato arcu, contracto.

Arundo, arundinea sagitta. Distrinxit, vulnerauit.

Feres, habebis.

Erubuere viri, puduit inquit viros fortes aprum a virgine primum fuisse percussum. Bipennifer Arcas. Ancęus Arcadicus bipẽnem ferens. Is autem Ancęus (vt scrib. Aristomenes) Lycurgi et Antiones filius, apud Arcades colebatur. Pherecydi vero ascribatur Ouidi. quã

Ancęus

OVI. Meta.

K v

ſcribit Ancęum a Calydonio apro percuſſum interijſſe. Nam Ariſtomenes aliter de Ancęo ſcribit. Illum enim agriculturę amantem fuiſſe ait, cui autem vineam plantaret, nimium graui labore ſeruos premebat, quare illorum quidam dixit vo minum ex illa vinea fructum nunquam percepturum. Ancęus vero

percuſſa homini mortem ſubito afferunt. Multo ſan. cum prępoſito ſubaudiatur, vt cum multo ſanguine intelligatur. Ægides. Theſeus Ægei filius, timebat autem Pirithoo ſibi amore coniunctiſſimo Theſeus ab Apro. Eminus eſſe, longe abeſſe. Temeraria vir. inconſiderata fortitudo.

Diſcite foemineis quid tela virilia pręſtent
O iuuenes, operiq; meo concedite dixit,
Ipſa ſuis licet hunc Latonia protegat armis,
Inuita tamen hūc perimet mea dextra, Diana.
Talia magniloquo tumidus mēorauerat ore,
Ancipitemq; manu tollens vtraq; ſecurim,
Inſtiterat digitis primos ſuſpenſus in artus.
Occupat audentem, quaq; eſt via ꝓxima leto,
Sūma ferēs geminos direxit ad inguina dētes.
Cōcidit Ancęus, glomerataq; ſanguine multo
Viſcera lapſa fluūt, madefactaq; terra cruore ē.
Ibat in aduerſum proles Ixionis hoſtem
Pirithous, valida quatiens venabula dextra.
Cui procul Aegides, o me mihi charior inquit
Pars animę conſiſte meę. licet eminus eſſe
Fortibus, Ancęo nocuit temeraria virtus.
Dixit, & ęrata torſit graue cuſpide cornu,
Cui bene librato, votiq; potente futuro
Obſtitit Aeſculea frondoſus ab arbore ramus.
Miſit & Aeſonides iaculum, quod caſus ab illo
Vertit, & in mentum figit latrantis, & inter
Ilia coniectum, tellure per ilia fixum eſt.
At manus Oenidę variat, miſſiſq; duabus,
Haſta prior terra, medio ſtetit altera tergo.
Nec mora, dū ſęuit, dū corpora verſat in orbē,
Stridētēq; nouo ſpumam cū ſanguine fundit.
Vulneris auctor adeſt, hoſtemq; irritat ad iras,
Splendidaq; aduerſos venabula cōdit ī armos.
Gaudia teſtantur ſocij clamore ſecundo,
Victricemq; petunt dextrę cōiungere dextram.
Immanemq; feram multa tellure iacentem
Mirantes ſpectant, neq; adhuc cōtingere tutum
Eſſe putant, ſed tela tamen ſua quiſq; cruentat.
Ipſe pede impoſito, caput exitiabile preſſit,
Atq; ita. ſume mei ſpolium Nonacria iures
Dixit, & in partem veniat mea gloria tecum.
Protinus exuuias rigidis horrentia ſetis
Terga dat, & magnis inſignia dentibus ora.
Illi lętitię eſt cum munere muneris auctor.
Inuidere alij, totoq; erat agmine murmur.

poſteaquam vua fuit matura, lętus vindemiabat, ſeruumque iuſſit vinum ſibi fundere, poculum igitur cum noſtri apponeret dictum illius in memoriam reuocauit, cui ſeruus reſpōdit πο᾽λυμετα ξυπελει κυλικος και χειλεος ακρου, hoc ē multum intereſt inter calicem et ſummum labrum. His vero dictis quidam accurrit nuncians ꝙ maximum aprum. vineam ingreſſum illam peruerteret totam. Tunc Ancęus calicem cum abiecisſet ad Aprum feſtinauit, a quo percusſus interijt. Vnde natum eſt illud prouerbium in eos quibus prętер ſpem aliquid euenit, qđ ſic a greco in latinum Cato vertit. Multum intereſt inter os et offam. Concedite, locum date. Operi meo, virtuti meę. Temerarij autem iactabundiq; eſt oratio. *Prouerbium*

Protegat, defendat. Primet, interficiet. Tumidus, elatus, ſuperbus. Ancipitem ſecurim, ex vtraque parte incidētem, vtrinque acutam. Inſtiterat digitis, ſteterat in digitis. Geſtus autem exprimitur, tollentis ſecurim, vt aliquem percutiat. In pri. ar. in primas digitorum partes. Occupat, ante aggreditur. Quaq; eſt via proxima leto, inguina enim

Graue cornu, grauem haſtam ex cornu confectam. Torſit, iecit. Aerata, ęre et ferro munita. Vosgz po. fu. hoc ē aprum percuſſuro. Æſculea ar. ęſculus arbor eſt glandifera Ioui dicata. *Æſculus* Æſonides, Iaſon Æſonis filius. Vertit, auertit, conuertit. Et in men. la. Canis partē oris inferiorem mē- *Mentum* tum improprie poeta vocat, cum nulli animalium pterq; homini mentum ē ma le ſurit, vt in. xi. Naturalis hiſto. Pli. tradit. Inter ilia, ilia ī ali- *Ilia* *Lactes* is aialibus dr̄, quę in hoibus et oibus lactes appellantur, vt idem Pli. ſcribit. Tellure, in terra. Bene librato, fortiter iacto. Oenidę, Meleagri Oenei filij. Dum ſę. furit. Dū [illegible] cor. dum ſe rotat. Auctor vul. Meleager. Irritat, prouocat. Petunt, appetunt, cupiunt. Cruētat, cruore inficit. Exitiabile, peſtiferum, qđ multis exitij cauſa fuerat. Nonacria, Atalanta a Nonacri vrbe Arcadię dicta. Spolium *Spolia* mei iu. quod iure ipſo mihi debetur. Nam Meleager aprum interfecerat. Spolia vero proprie dicuntur quę hoſtibus de- *Exuuię* trahuntur. Exuuias, exuuię quę ab exuendo dicuntur, nō ſolum hominum tegmina, aut veſtes ſunt, ſed pelles quoque et ſerpentum et aliorum.

Animalium. Virgi ij. Geor. de ſerpente loquens. cũ poſitis nouus exuuijs, nitiduſq; iuuenta. Terga dat, tergora et pellem apri. Et mag. inſi. dẽt. ora, caput quoq; apri Atalantę traditũ fuiſſe a Meleagro poeta ait. Pone, depone. Noſtros ti. noſtrũ honorem, noſtram gloriam. Femina, cum quo

excipere. Has latini Nonam, Decimam, et Mortã vocarunt a partus tempore. Nam a nono et decimo menſe pueri ſecundum naturam naſcuntur, eoq; Nonę et Decimę aſcribuntur. Qui vero ante poſtue hoc tempus naſcunt, quaſi monſtra Mortę attribuuntur. Nam ſeptimo menſe raro pueri

Nona decima

Morta

dam contemptu Atalantam foeminã vocant. Theſtiadę, Plexippus, et Toxeus Theſtij filij. Ne ſit longe tibi muneris auctor, ideſt ne interficiaris, ſicq; lõge ab amatore tuo ſepareris. Et huic adimunt munus, Atalantę inquit munus eripiunt, ius autem muneris dandi meleagro. Non tulit, nõ paſſus eſt Atalãtã munere fraudari. Manortius, bellicoſus, Marti ſimilis. Frẽdens, fremens. Nefando ferro, nefario, impio. Nã Plexippus, Meleagri auunculus erat. Hauſit, percuſſit. Timentia, timentis, eſt.n. hyppallage. Toxea quid faciat, ordo eſt, haud patitur dubitare diu Meleager Toxeũ dubius quid faciat, volentemq; et fratrem vlciſci, et timentem fraterna fata. Conſorti ſanguine, fraterno. Editus dictus, nunciatus. In pęnę amorem, in ſupplicij cupiditates vidictę. Stipes erat, ſtipites deſcribit poeta in quo Meleagri vita continuabatur. Partus enixa Theſtias. Althęa Theſtij filia puerum enixa et puerpera. Triplices ſorores, tres Parcę, Clotho, Lacheſis, et Atropos quas Martianus Capella Deorum ſcribas eſſe ait et ſententias Iouis ſtudio veritatis

Fratrũ althęę cędes

Stipes in quo Meleagri vita.

Tres parcę

Equibus ingenti tendentes brachia voce
Pone age, nuc titulos intercipe foemina nr̃os,
Theſtiadę clamant, nec te fiducia formę
Decipiat, ne ſit longe tibi captus amore
Auctor, ꝛ huic adimũt munus, ius mũeris illi
Non tulit, ẽ tumida frendens Manortius ira,
Diſcite raptores alieni dixit honoris,
Facta minis quantum diſtent, hauſitq; nefando
Pectora Plexippi nil tale timentia ferro.
Toxei, qd faciat, dubium, pariterq; volentem
Vlciſci fratrem, fraternaq; fata timentem,
Haud patitur dubitare diu, calidumq; prioris
Cęde recalfecit conſorti ſanguine telum.
Dona Deum templis nato victore ferebat,
Cum videt extinctos fratres Althęa referri,
Quę plangore dato mœſtis clamoribus, vrbes
Implet, ꝛ auratas mutauit veſtibus atris.
At ſimul eſt auctor necis editus, excidit omnis
Luctus, ẽ a lachrymis in pęnę verſus amorẽ ẽ.
Stipes erat, quem cum partus enixa iaceret
Theſtias, in flãmam triplices poſuere ſorores,
Staminaq; impreſſo fatalia pollice nentes
Tempora dixerunt eadem, lignoq;, tibiq;,
O mõ nate damus quo poſtq̃ carmine dicto
Exceſſere Deę, flagrantem mater ab igne
Eripuit ramum, ſparſitq; liquentibus vndis.
Ille diu fuerat penetralibus abditus imis,
Seruatuſq; tuos iuuenis ſeruauerat annos
Protulit hũc genitrix, tędaſq;, ꝛ fragmina poni
Imperat, ẽ poſitis inimicos admouet ignes.
Tum conata quater flãmis imponere ramũ,
Cępta quater tenuit, pugnat materq; ſororq;,
Et diuerſa trahunt vnum duo nomina pectus
Sępe metu ſceleris pallebant ora futuri,
Sępe ſuum feruens oculis dabat ira ruborem,
Et modo neſcio quid ſimilis crudele minanti
Vultus erat, modo quẽ miſereri credere poſſes.
Cũq; ferus lachrymas animi ſiccauerat ardor,
Inueniebantur lachrymę tamen, vtq; carina,
Quam ventus, ventoq; rapit contrarius ęſtus
Vim geminam ſentit, paretq; incerta duobus,
Theſtias haud aliter dubijs affectibus errat

vitales naſcuntur, octauo nunq̃, nono ſępe, decimo ſępius. Hę vitę humanę pręeſſe creduntur, eãq; nendo continere, vñ etiam lanificę, et puellę, et ſorores a poetis dicunt. Martialis Lanificas nulli treis exorare puellas. Contigit, obſeruat quaꝫ ſtatuere diem. Parcę autẽ dictę vel a parcendo κατὰ ἀντίφρασιν, ꝙ nulli parcãt, vel a partu vnius literę mutatione, vt Varro ſcribit, ꝙ (vt ait Heſiodus) hę naſcentibus hoĩbus bonum, malumq; parere et pręſtare cenſeant. has Cice. Herebi et noctis filias fuiſſe ſcribit. Tres autẽ Parcę tria ſunt fata numero (vt Apuleius ait) cum ratione tẽporis facientia. Naꝫ Atropos pręteriti tẽporis eſt fatum, qđ ne Deus quidem faceret infectum vnde et Atropos dicta eſt, ꝙ verti, mutariq; nõ poſſit Lacheſis futuri, ꝙ ipſa net et filũ producit ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν, hoc eſt a ſortiendo cognominata. Clotho pręſentis, ꝙ torquendo fuſum colligit filum a Lacheſi deductũ ἀπὸ τοῦ κλώθειν, qđ eſt torquere. Fragmina, fracta ligna, et ſciſſa. Pugnat materque, ſororq;, hoc eſt affectus matris ſororiſq; in animo Althęę inter ſe contendunt. Et diuerſa trahunt, et in

Atropos

Lacheſis

Clotho

Fragmina

diuerſum trahunt. Vnum pectus, vnum animum. Sępe metu ſceleris, eleganter deſcribit poeta mulieris animum affectu miſericordię ſimul et indignationis vexatum. Ferus animi ardor, magna animi indignatio. Vim geminam, duplicem violentiã et venti et ęſtus maris.

Inq; vices ponit, poſitamq́; reſuſcitat iram
Incipit eſſe tamen melior germana parente.
Et conſanguineas vt ſanguine leniat vmbras,
Impietate pia eſt. nam poſtquam peſtifer ignis
Conualuit, rogus iſte cremet mea viſcera dixit.
Vtq; manu dira lignum fatale tenebat,
Ante ſepulchrales infelix aſtitit aras,
Pęnarumq; Deę triplices furialibus inquit,
Eumenides ſacris vultus aduertite veſtros,
Vlciſcor. facioq́; nefas. mors, morte pianda eſt,
In ſcelus addendum ſcelus eſt, in funera funus,
Per coaceruatos pereat domus impia luctus.
An felix Oeneus nato victore fruetur?
Theſtius orbus erit? melius lugebitis ambo.
Vos modo fraterni manes, animęq; recentes
Officium ſentite meum, magnoq; paratas
Accipite inferias vteri mala pignora noſtri.
Hei mihi quo rapior? fratres ignoſcite matri.
Deficiunt ad cępta manus. meruiſſe fatemur
Illum cur pereat, mortis mihi diſplicet auctor
Ergo impune feret, viuuſq;, & victor, & ipſo
Succeſſu tumidus, regnum Calydonis habebit
Vos cinis exiguus, gelidęq; iacebitis vmbrę
Haud equidem patiar. pereat ſceleratus. & ille
Spemq; patris, regnumq́; trahat, patrięq; ruinã
Mens vbi materna ē? vbi sũt pia vota parẽtũ?
Et quos ſuſtinui bis menſum quinq; labores?
O vtinam primis arſiſſes ignibus infans
Idq; ego paſſa forem, vixiſti munere noſtro.
Nunc merito moriere tuo, cape pręmia facti,
Biſq́; datam primum partu, mox ſtipite rapto,
Redde aĩam. vel me fraternis adde ſepulchris.
Et cupio, & neq̃o, qd agã? modo vulnera fratrũ
Ante oculos mihi ſunt, et tantę cędis imago.
Nunc animũ pietas, maternaq; noĩa frangunt
Me miſeram, male vinceris, ſed vincite fratres,
Dummodo quę dedero vobis ſolatia, voſq;
Ipſa ſequar, dixit, dextraq; verſa, trementi
Funereũ Torrem medios coniecit in ignes.
Aut dedit, aut viſus gemitus eſt ille dediſſe
Stipes, & inuitis correptus ab ignibus arſit.

Errat, vagatᷓ aĩo et mente. Conſanguineas vmbras, fratrum animas. Leniat, mitiget. Sãguine, filij morte. Impietate pia eſt, videtur ſtulte eſſe dictũ. Quo nanq; modo quis pius eſſe poſſit impietate? Sed pia videtur fuiſſe Althęa fratrum cędem vlciſcendo, impia filium necando. Lignum fatale, in quo Meleagri fata continebantur. Ante ſepulchrales aras, quę in ſepulchris erigebantur. Penarumq; Deę triplices, furias infernales, quę tres dicuntur eſſe, Tiſiphone, Alecto, et Megera. Althęa vero teſtatur ſe per nefandum ſcelus fratrum cędem vlciſci. Eumenides, hę furię dicũtur κατἀντιφράσιν, ꝙ nulli beniuolę ſint aut mites.

Eumenides

Aduertite, conuertite. Furialibus ſacris, a furore et indignatione prouenientibus. Mors morte piãda eſt, cędes fratrum morte filij purganda eſt. Infelix Oeneus, cũ magna indignatione hęc ab Althęa dicuntur.

Magnoq; paratas iferias, ſacrificia magno ꝑtio, et filij ſanguine comparata.

Inferię

Inferię autem dicũtur ſacrificia, quę mortuis fiunt.

Vteri mala pignora noſtri, ἐξηγησ et expoſitio inferiarum magno comparatarum. Hei mihi quo rapior, reuocabitur officio matris a cęde filij Althęa. Quo rapior, in quod ſcelus trahor. Mortis mihi diſplicet auctor. nollem inquit Althęa ego eſſe mortis filij auctor. Ergo impune feret, indignationi iterum indulget Althęa. Ergo enim affectui et indignationi ſeruit. ſic Auguſtus de Virgilij teſtamento. Ergo ne ſupremis potuit vox improba verbis Tam dirum mandare nefas. Spemque patris, Oenei, qui totam ſpem ſuam in Meleagro filio collocarat. Mens vbi materna eſt? ad pietatem qua filium proſequitur reuocat cogitationem ſuam Althęa in qua tamen indignatione victa diutius non perſtat. Bis quinque menſum, decem mẽſes in vtero matres filios geſtare dicuntur, quãuis vulgus nouem tantummodo putet. Non autem menſes (vt fere in exemplaribus eſt deprauatum) ſed menſum pro menſium (vt monet Priſcianus) eſt legendum, vt decem menſium labores intelligamus. O vtinam primis arſiſſes ignibus infans, vtinam, inquit, tunc combuſtus fuiſſes cum eras infans vna cum ſtipite, quem a Parcis in ignem coniectum ego ardere paſſa non ſum.

Erg[...]

Meleagri mors

Tuo merito, tuo delicto. Facti, peccati, ac ſceleris tui. Stipite rapto, ex igne erepto torre et titione.

Et cupio, fratres vlciſci ſubintelligatur. Et nequeo, non poſſum in ignem conijcere torrem pietate quadam

filium proſequor impedita. Me miſeram, ibi eſt diſtinguendum. Eſt enim exclamatio, qua Althęa ſe oſtendit inuitã in filij pernici m armari.

Male, in malum, et calamitatem meam.

Dummodo quę dedero, de conſciſcenda ſibi quoque morte iam cogitat Althęa. Funereum funeſtum, funeriſque ac mortis Meleagri cauſam.

Et inuitis ignibus, rei inanimatę dat ſenſum poeta perinde atq; ſi ignes ipſi Meleagri miſererentur. Virtute, fortitudine. Cęcis, ignibus, occultis, quorum cauſa latebat. Ignauo leto, vili morte. Meret, dolet. Sociam tori, vxorem.

Langueſcuntq; decreſcunt atque diminuuntur. Simul eſt extinctus vterq; et ignis ſtipitis et Meleager. In leues auras, eorum ſequitur hoc loco opinionem poeta, q ſentiunt animam auram eſſe et aerẽ.

Cana fauilla, albo cinere. Velante, tegente. Prunam, carbones.

Alta iacet Calydon. ſi alta quomodo iacet? an mœrore ex morte Meleagri concepto cecidiſſe ac iacere videbatur quę pauloante virtute ipſius Meleagri alta potẽteſq; erat. Sciſſę capillos, ſcindentes ac lacerantes capillos, id quod in magnis luctibus mulieres facere ſolent. Eſt autem synegdoche maxime poetis vſitata. Plangunt ora, percutiunt ac genas lacerant. Heu heu, mimiſis et imitatio eſt gemitus emittentium mulierum.

Puluere caniciem, pater inquit Oeneus puluere caput faciemq; dent: par. Hoc enim in magnis mœroribus fiebat apud priſcos. Acto per viſcera ferro, ſic quidem Ouidius, Diodorus vero ſcribit Althęam laqueo vitam finiuiſſe. Totum Helicona, omnium muſarum fauorem.

Inſcius, atq; abſens flamma Meleagrus ab illa
Vritur, & cęcis torreri viſcera ſentit
Ignibus, ac magnos ſuperat virtute dolores.
Quod tamẽ ignauo cadat, & ſine ſanguine, leto
Mœret, & Ancęi felicia vulnera dicit,
Grandęuumq; patrem, fratreſq;, piaſq; ſorores,
Cũ gemitu, ſociamq; tori vocat ore ſupremo.
Forſitan & matrem. creſcunt ignisq;, dolorq;,
Langueſcuntq; iterũ. ſimul eſt extinctus vterq;,
Inq; leues abijt paulatim ſpiritus auras,
Paulatim cana prunam velante fauilla.
Alta iacet Calydon. lugent iuueneſq;, ſeneſq;,
Et vulgus, proceresq; gemunt, ſciſſęq; capillos
Plangũt ora ſimul mr̃es Calydonides heu heu.
Puluere caniciem genitor, vultuſq; ſeniles
Fœdat humi fuſus, ſpacioſumq; increpat ęuum.
Nam de matre, manus diri ſibi conſcia facti
Exegit pœnas, acto per viſcera ferro.
Non mihi ſi centũ Deus ora ſonantia linguis,
Ingeniumq; capax, totumq; Helicona dediſſet,
Triſtia perſequerer miſerarum vota ſororum.
Immemores decoris liuentia pectora tundunt,
Dũq; manet corpus, corpus refouẽteq;, fouẽtq;,
Oſcula dant, ipſi poſito dant oſcula lecto.
Poſt cinerem, cineres hauſtos ad pectora p̃ſſant,
Affuſęq; iacent tumulo, ſignataq; ſaxo
Nomina complexę lachrymas in nõia fundũt
Quas poſtq̃ Oeneię tandem Latonia clade
Exſatiata domus, pręter Gorgenq;, nurumq;
Nobilis Alcmenę, natis in corpora pennis
Allenat, & longas per brachia porrigit alas,
Corneaq; ora facit, verſaſq; per aera mittit.
Interea Theſeus ſociati parte laboris

Liuentia pectora tundunt, percutiunt, pectora, ac liuentia reddunt, et ſubnigra. Dumq; manet corpus, cadauer Meleagri. Ipſi lecto, pheretro in quo Meleagri cadauer compoſitum fuit.

Poſt cinerem, poſteaquam Meleagri cadauer in cinerem fuit reſolutum. Hauſtos, acceptos manibus. Preſſant, aſtringunt. Eleganter autem ea omnia effingit poeta, quę in funeribus fratrum a ſororibus fieri cõſueuere. Affuſęq; incumbentes, inſtratę, poſtratę. Nomina ſaxo, ſigna. Epitaphium in ſaxo ſculptum, in quo nomẽ Meleagri erat. Oeneię domus, familię Oenei. Latonia, Diana Latõęs filia. Nuruq; Nobilis Alcmenę, Deianiram Herculis vxorẽ. Allenat, in aerem tollit. Corneaq; ora facit, hoc eſt ora in roſtra cõuertit. Verſaſq;, in aues commutatas, quę Meleagrides a Meleagro fratre fuerunt cognominatę.

Meleagri ſorores in aues Meleagrides

achelous

Fabulę tertię octaui libri argumẽtũ.

LACT. INTErea Theſeus ſociati etc. Theſeus apro Calydonio interfecto cum ſe reciperet Athenas, et torrentibus aquis interpellaretur ab acheloo amne, qui imbribus intumuerat inuitatus eſt, vt ſuis tectis ſuccederet, dum fulminis vnda ſubſideret, cuius ille hoſpitio cum reſidiſſet inter epulationem procul inſulas viſas ab hoſpite accepiſſet nymphas fuiſſe Naiades, quę cum Deis ſacra redderent, illic ab his pręteritus eſſet, motus offenſa in inſulas Echinadas eas conuertit.

RAPH. INTErea Theſeus, mira phantaſia quinq; Naiadum transmutationem in inſulas cum ſuperiore fabula poeta connectit. Interfecto nãq; Calydonio Apro Theſeus cum Athenas rediret, forte Ache-

Functus, Erechtheias Tritonidos ibat ad arces.
Clauſit iter, fecit moras Achelous eunti
Imbre tumens.ſuccede meis ait inclyte tectis
Cecropide, nec te committe rapacibus vndis.
Ferre trabes ſolidas, obliquaq; voluere magno
Murmure ſaxa ſolent. vidi contermina ripę
Cũ gregibus ſtabula alta trahi, nec fortibus illic
Profuit armentis, nec equis velocibus eſſe.
Multa q̃ꝫ hoc Torrẽs niuibus de monte ſolutis
Corpora turbineo iuuenilia vortice merſit.
Tutior eſt requies, ſolito dum flumina currant
Limite, dum tenues captet ſuus alueus vndas.
Annuit Aegides, vtorq; Acheloe, domoq;
Conſilioq; tuo, reſpondit, et vſus vtroq; eſt.
Pumice multicano, nec leuibus atria toffis
Structa ſubit. molli tellus erat humida Muſco.
Summa lacunabant alterno murice conchę
Iamq; duas lucis partes Hyperione menſo,
Diſcubuere toris Theſeus, comitesq; laborum,
Hac Ixionides, illa Troezenius heros
Parte Lelex, raris iam ſparſus tempora canis,
Quosq; alios pauli fuerat dignatus honore
Amnis Acarnanum lętiſſimus hoſpite tanto
Protinus appoſitas nudę veſtigia nymphę
Inſtruxere epulis menſas, dapibusq; remotis
In gẽma poſuere merum. tum maximus heros
Aequora ꝓſpiciens oculis ſubiecta, quis inquit
Ille locus, digitoq; oſtendit, & inſula nomen
Quod gerit illa, doce, q̃q̃ non vna videtur.
Amnis ad hęc, nõ eſt inqt, qđ cernimus, vnus
Quinq; iacent terrę, ſpatiũ diſcrimina fallit.
Quoq; minus ſpretę factum mirere Dianę

Iouis fluuius Aetoliam ab Acarnania diſterminãs ſic inundauerat, vt tutus tranſitus non videretur. Inuitatus igitur Theſeus a fluminis Deo Acheloo domum illius intrauit tantiſper illic futurus, dum tuto tranſire poſſet. Cum vero poſt cęnam Theſeus in mare proſpiciens vidiſſet inſulas quasdam, Acheloum rogauit, quot illę inſulę eſſent, ac quo nomine appellarẽtur, cui Achelous reſpõdit, Naiades quinque fuiſſe illorum locorum accolas, quę cum alijs Dijs ſe ſpreto ſacrificaſſent, eas cum locis ſuis in mare a ſe indignato fuiſſe prouolutas, ac in inſulas quinq; nomine Echinadas et ſuis et fluctibus marinis ſuis ſe diſcretas. *Echinades Iſulę.* Sociati laboris, communicati ſibi cũ multis alijs.

Erechtheias Tritonidos arces, periphraſis eſt Athenarum, q̃ et in palladis tutela ſunt, et ab Erechtheo rege Erechtheię dicũtur. Fecitq; moras Achelous eunti Imbre tumens, Acheloum Oceani & Thethios filium fuiſſe ab Heſiodo ſcribitur. *Acheloꝰ* Is cum peteret Deianiram Oenei Calydonię regis filiam, Herculem in ſe cõuertit, a quo ſuperatus, in fluuio iuxta Calydoniam labẽti, ſe occultauit, nomenq; flumini impoſuit, quod quidem a Pindo Theſſalię mõte oritur, Aetoliamq; ab Acarnania diſtinguit. Sane apudꝰ antiquos aqua (vt Macrobius, Seruiusq; ſcribunt) generaliter Achelous dicebatur. Vnde Virgilius in Georgicoꝝ primo Poculaq; inuẽtis Acheloia miſcuit vuis. Sane Achelous cum prius Thoas fuerit dictus, ab Acheloo, qui Alcmęonem ex Theſſalia ſecutus eſt, nomen accepit. hic et Terpſicore vna muſarum Sirenas ſuſtuliſſe fertur. Videtur autẽ maximus eſſe omnium Gręcię fluuioꝝ Achelous, vñ et omnes aquã veteres acheloon vocarunt. Turbineo vortice, in modum turbinis ſe voluente. *Vortex* Vortex enim proprie dicit̃ contorta in ſe aqua. *Turbo* Turbo

autem eſt vis venti, et inſtrumentum quo pueri ludunt, fune illud in terram incutientes. Tutior, eſt requies, ſecurior eſt mora. Nec leuibus toffis, aſperis, impolitis. Toffus enim lapis eſt cauernoſus. *Toffus* Deſcribit autem poeta ſpeluncam fluminis Deo cõuenientem. Molli Muſco, Muſcus herba eſt tenuiſſima iuxta fontes ac in locis humidis naſcens. *Muſcus* Sũma lacunabant, ſuperiores inquit ſpeluncę partes in lacunaria diſtinguebant conchę alternis muricibus diſtinctę. Nam lacunare eſt lacus ac lacunaria facere. *Lacunare*

Murice. Murex autem genus eſt cochleę vnde fit purpureus color. *Murex* Hyperione. Sole. Hyperiõ nanq; Cęli fuit filius qui ex ſorore ſolem fertur genuiſſe, vnde pro Sole ſępe ponit̃. *Hyperion*

Hac Ixionides, Pirithous Ixionis filius perpetuus Theſei comes. Nudę veſtigia nymphę, pedes nudos habẽtes nymphę, eſt enim ſyneg doche. In gemma, in gemmatis poculis, Spatium diſſa. breuitas inquit ſpatij diſcrimina atque ſeparationes inſulaꝝ ꝯfundit. Spretę, ꝯtemptę. Cũ plurimus vnquã, maximus. Diduxit, diuiſit. Medijs quot cernis Echinadas vndis, Echinades, quę ẽ Echinę dñr, inſulę ſunt ad hoſtium acheloi Aetolię fluuij qui limũ aſſidue inuehendo illas effeciſſe vr. Dictę ſunt at Echinades, vel ab Echinis, quibus abundant, vel (vt ſcribit Appollodo.) ab Echino quodam vate. *Echinades Iſulę* *Echinades*

Fabulę ſextę octaui libri argumentum.

VT Tamen etc. Perimele hyppodamãtis filia cũ ab Acheloo amne p vim eſſet oppreſſa, pater eam ob admiſſum pręcipitauit in pelagus, ſtuprator experijt ita, vt beneficio Neptuni mare eam ſemiotam ab Echinadibus efficeret inſulam. *LACT.* *Naiades in Echinadas Iſulas*

VT Tamen ipſe vides, perimele Hippodamantis filia ab Acheloo vis paſſa e ſaxo a pře in mare *RAPH.*

fuit ꝓſpitata. Acheloū vero de amicę ſalute admodum ſollicitus Neptunum rogauit, ne eā ſubmergi pateret, ſed ei aut locū preberet, aut ipſaꝫ locuꝫ efficeret, ꝓcibus igit̄ Acheloi motus Neptunus eam in inſulā haud longe ab Echinadibus diſtā tem cōmutauit. Virgineū nomen ademi, virginitateꝫ eripui. Propulit, proiecit. In profundum, in mare altū. Sacri am. oēs fluuij numē habere dicūr, vnde ē ſacri nuncupant. Feritate pa. crudelitate pr̄is. Mouit caput equoreus rex. Neptunus annuit meis ꝓcibus. Salientia pa. pitātia, id qḋ timore pcuſſis accidere ſolet. Precordia, pectoris loco qḋ cordi ꝓtēdant. Proprie vero ꝓcordia dicūr partes cordi prēiacentes. Grauis iſula, magna. Inſula vero dicitur, q̄ ſit in ſalo, hoc eſt in mari collocata.

Fabulę. vij. octaui libri argumentum.

AMnis &c. Iuppiter et Mercurius in hoīum figuras verſi in regione Phrygię cum alios incolaruꝫ experti a nullo vltro exciperent hoſpitio, a Philemone ē Baucide hoſpitaliſſime ſunt excepti, et cum maxima voluntate rebus humilibus ad victum et neceſſarijs ſimpliciſſimos alios pauperes expti ſunt. Ergo vt numen ad vim oſtenderent ſuaꝫ ſenocatis ſenibus in excelſiorē collem, cauſam eoꝝ in teplum ꝯuerterunt, eosq̄ ipſos optatos antiſtites ſacrati loci ꝯſtituerūt, ita vt cū ſenectute ſoluti eēnt, in arbores conuerterent, vt Philemon coderet in ilicē, Baucis in Tiliaꝫ. Oppidū aūt eoꝝ qḋ ceteros ciues inhoſpitales habuerat aquaꝝ multitudine obrutum ſtagnum factum eſt.

AMnis ab his tacuit, hec ad ꝯnectendas, que ſubijciunt̄ Metamorphoſis dicūr. Narraturus.n. ē poeta queadmodum Iuppiter atq̄ Mercurius in hominum figuras ꝯuerſi Phrygiā peragrauēt, vt hominum benignitatē experirent̄. Cum vero nemo ex oppidanis ipſos ſuſcipet hoſpitio, caſaꝫ Philemonis ruſtici, atq̄ pauperis ſubiere, a quo benigne accepti cuꝫ ſe Deos eſſe indicaſſent, et anſerem quē vnicuꝫ habebat occidere vetuerunt, et vt ſecum collem aſcenderet cū Baucide vxore admonuerunt. Profecti igit̄ domo cum eēnt, ecce oppidum illud in lacum vident ꝯuerſuꝫ, oēsq̄ domus ſubmerſas pter vnicam ſuam caſam, que et ipſa in magnificentiſſimuꝫ teplum. cū fuiſſet mutata hortātibus Dijs vt qcquid vellent peterent, Philemon reſpondit ſe velle eē illius tepli ſacerdotes, ea ꝯdōne, vt nec ipſe vxoris, nec uxor uiri mortē unq̄ uideret, id uero facile impetrarunt, nā una et eadem hora cū ad extremā ꝑueniſſent ſenectutē, in arbores, alter quercū, altera Tiliam transmutati fuerunt. Hec āt adeo perſpicue a poeta deſcribunt̄, ut nihil expoſitionis indigere uideant̄. Ab his, poſt hec. Spretor Deoꝝ, ꝯtēptor. Si dant adimuntq̄ figuras, ſi pñt et dare et eripere formas rebus. Alo maturus et euo, Lelegē et prudentem et ſenē et bonum uiꝝ fuiſſe poeta ſigt. Inmenſa eſt, snīa pio grauiq̄

Baccħ amnes — Perimele in iſulā — Precordia — Inſula — FACT. — RAPH. — oppidū I ſtagnū — Baucis et Philemō

Naiades he fuerant. que cum bis q̄nq̄ iuuencos
Mactaſſent, ruriſq̄ Deos ad ſacra vocaſſent.
Immemores noſtri feſtas duxere choreas
Intumui, quantusq̄ feror cuꝫ plurimus vnq̄,
Tantus erā, pariterq̄ animis īmanis, & vndis
A ſiluis ſiluas, & ab aruis, arua reuulſi.
Cūq̄ loco, nymphas memores tū deniq̄ nr̄i,
In freta prouolui. fluctus noſterq̄, mariſq̄
Continuam diduxit humuꝫ, pariterq̄ reuellit
In totidē medijs, q̄t cernis Echinadas, vndis.
Vt tū ipſe vides, procul en procul vna receſſit
Inſula grata mihi. Perimelen nauita dicit.
Huic ego virgineum dilecte nomen ademi,
Quod pr̄ Hippodamas egre tulit, inq̄ ꝓfundū
Propulit e ſcopulo periture corpora natę.
Excepi, nantemq̄ ferens. o proxima terrę
Regna vagę dixi ſortite Tridentifer vndę,
In quo deſinimus, quo ſacri currimus amnes,
Huc ades, atq̄ audi placidus Neptune ꝓcātem.
Huic ego, quam porto, nocui, ſis mitis, ⁊ equus.
Si pater Hippodamas, aut ſi minus īpius eēt,
Debuit illius miſereri, ⁊ ignoſcere nobis.
Cui quondaꝫ tellus clauſa eſt feritate paterna,
Affer opem, merſq̄, precor, feritate paterna
Da Neptune locum, vel ſit locus ipſa licebit.
Hunc q̄ꝫ cōplectar. mouit caput equoreus rex,
Concuſſitq̄ ſuis omnes aſſenſibus vndas.
Extimuit nymphe, nabat tamen, ipſe natantis
Pectora tangebam trepido ſalientia motu.
Dumq̄ ea contrecto, totum dureſcere ſenſi
Corpus, & inducta condi precordia terra.
Duꝫ loquor, āplexa ē artus noua terra natātes,
Et grauis increuit mutatis inſula membris.
Amnis ab his tacuit. factum mirabile cunctos
Mouerat, irridet credentes, vtq̄ deorum
Spretor erat, mentiſq̄ ferox Ixione natus,
Ficta refers, nimiūq̄ putas Acheloe potētes
Eſſe deos, dixit ſi dant, adimuntq̄ figuras.
Obſtupuere omnes, nec talia dicta probarunt.
Ante omneſq̄ Lelex animo maturus, & euo,
Sic ait. immenſa eſt, finemq̄ potentia cęli
Non habet, & qcquid ſuperi voluere pactū eſt.

Tilia uiro maxime conueniens. Tilię cōterminá, uicina. Tilia autem arbor eſt fructũ ferens, quẽ a nullo aiali um attingi miratur Pli. folioruq; et corticis ſuccum dulcem eſſe ait, ac inter corticẽ et lignum tenuiſſimam eſſe membranam, quę philyra uocatur,
Philyra
qua antiqui in nectẽdis coronis vtebantur. Vnde Horatius, Diſplicent nexę Philyra coronę.
Pittheus
Nam me Pelopeia Pittheus Miſit I arua, Pittheus Lelegis pr fuit et Aethrę Theſeĩ matris. Pelopeia autem arua nõ Peloponneſum (vt q dam putãt) ſed Phrygiam dicit. Nam Pelops Tãtali Phrygię regis filius fuit, qui inde in peloponneſum venit.
Pelops
Troezen
Suo parenti, Pelopi. Nam Pittheus et Troezen Pelopis filij fuere, vt Strabo narrat.
Fulice
Fulicis paluſtribus, Fulicę aues ſunt notiſſimę in paludibus viuentes. Specie mortalis, humanã, in figuram verſus. Atlantiades caducifer, Mercurius caduceum gerẽs. Serę, ianuę, a parte nãque totum intelligimus.
Sera
Sera enim pars eſt ianuę, in quam clauis immittitur. Parili ętate, pari et ęquali. Tota domus, tota familia. Iidem parentq; iubentq;, idem inquit domini ſunt et ſerui. Releuare membra, lenia facere, quę propter laſſitudinẽ grauia videbant. Sedere enĩ illos iuſſit Philemon. Poſito ſedili, appoſita ſede. Quod ſuper, anaſtrophe eſt, prępoſitio nã que poſtpoſita eſt. Anima, ſpiritu et flatu. Et minuit, fregit minuta particulaq; reddidit. Eleganter aũt poeta ruſtici paupertatis apparatum et mores deſcribit. Truncat olus foliis, minutatim olera cum foliis incidit.

Sordida, fumoſa. De tergore diu ſeruato, tergum illud ſuis veteris fuiſſe, ut innuit poeta et ra.... De tergore, de tergo. frequenter autem vtrumque pro altero ponitur. Domat, mollitet coquit. Significat autem duriſſimam
Domat
fuiſſe illam carnem, Domari enim dicuntur quę repugnant.
Alueus
Alueus fagineus, Dolium ex fago confectum. Artus fouendos, pedes lauandos. Nam hoſpitibus etiam nunc quo die accipiunt, pedes lauari ſolent. In medio lecto, ſic quidem legitur, ſed recto forſitan pro lecto Ouidius ſcripſum reliquit, vt intelligamus in media caſa torum et lectum fuiſſe, non ex plumis, ſed ex vluis paluſtribus conſectum.
Salignis
Salignis, ex ſalice factis. Velant, cooperiunt. Sternere, lecto iniicere, et imponere. Non indignanda, non indigna repudianda. Lecto ſaligno, ex ſalice vili ac vulgari arbore confecto. Succincta anus, habitum ruſticę mulieris effingit. Clinum, in ęqualitatem menſę clinum appellat.
Mentha
Mentha virenti, mentha ſuauiſſimi odoris eſt herba. Exterſere, enim dant. Bicolor Bacca, Periphraſis eſt oliuę, quę bicolor dicitur, quod et viridis eſt et nigra. Sincerę Mineruę, integrę virginis Mineruę. Autumnalia, Autumno matureſcentia.
Intybum
Intybaque et radix, Intybum, quod et cicorii vocatur herba eſt agreſtis. Radix vero ſpecies eſt herbę quę et radicula dicitur. His autem herbis etiam nunc in acetariis veſcimur. Et la.mas. coa.periphraſis ẽ caſei.
Radix

Quoq; minus dubites, Tilię cōtermia quercus
Collibus eſt Phrygiis, medio circũdata muro,
Ipſe locum vidi. nam me Pelopeia Pittheus
Miſit in arua, ſuo quondam regnata parenti,
Haud procul hinc ſtagnũ eſt, tellus habitabilis olim,
Nũc celebres mergis, fulicisq; paluſtribus vndę.
Iuppiter huc ſpecie mortalis, cumq; parente
Venit Atlantiades poſitis caducifer alis.
Mille domos adiere, locum, requiemq; petẽtes,
Mille domus clauſere ſerę, tamen vna recepit
Parua quidem ſtipulis, & canna tecta paluſtri.
Sed pia Baucis anus, parilią; ętate Philemon
Illa ſunt annis iuncti iuuenilibus, illa
Conſenuere caſa, paupertatemq; fatendo
Effecere leuem, nec iniqua mente ferendam.
Nec refert dominos illic, famuloſne requiras.
Tota domus, duo ſunt, iidem parentq;, iubentq;.
Ergo vbi cęlicolę paruos tetigere penates,
Summiſſoq; humiles intrarunt vertice poſtes,
Membra ſenex poſito iuſſit releuare ſedili,
Quod ſuper iniecit textum rude ſedula Baucis.
Inde foco tepidum cinerem dimouit, & ignes
Suſcitat heſternos, foliisq;, & cortice ſicco
Nutrit, & ad flammas anima perducit anili.
Multifidasq; faces, ramaliaq; arida, tecto
Detulit, & minuit, paruoq; admouit aheno.
Quodq; ſuus coniux riguo collegerat horto,
Truncat olus foliis. furca leuat ille bicorni
Sordida terga ſuis nigro pendentia tigno,
Seruatoq; diu reſecat de tergore partem
Exiguam, ſectamq; domat feruentibus vndis.
Interea medias fallunt ſermonibus horas,
Sentiriq; moram prohibent. erat alueus illic
Fagineus, dura clauo ſuſpenſus ab anſa.
Is tepidis impletur aquis, artusq; fouendos
Accipit, in medio torus eſt de mollibus vluis
Impoſitus lecto, ſponda, pedibusq; ſalignis.
Veſtibus hunc velant, quas non niſi tpe feſto
Sternere conſuerant, ſed & hęc vilisq;, vetusq;

Non ...

NON acri fauilla in igne leui, non vehementi. Nam oua niſi leuiter in cinere calido verſentur fa cile rumpuntur. Omnia fictilibus, apponũtur, ẽ in ꝓpoſito ſubaudiatur. Fictilia autem ſunt vaſa terrea a fingendo dicta. Eodem argento, quo ẽ fictilia. facile autem innuit craterem quoq; fictilem fuiſſe. Siſtit, collocatur in menſa. Apparatum autem menſę ruſticę elegãter effingit poe ta. Fago, fagus arbor eſt glandifera, ex cuius ligno vaſa conficiuntur. Quę caua ſunt, quę in concauitate inquit ſunt flaua cęra inte cta. Illita, intecta.

Fictilia — Fagus — Caryca — Pruna — Caſa in templum (margin)

Epulas calentes, cibos calidos. Quę enim hactenus deſcripta ſunt, frigida comeduntur. Nec longe vina ſenectę, vinum nouum appoſitum fuiſſe ait non vetus, quod diuites bibere ſolent. Paulum ſeducta, ſe poſita, et remota. Caryca, ficus eſt ſpecies caryca, a caryca Laconię loco, vbi optime naſcuntur denominata, quę quia optime ſunt ſiccę, hinc vſus obtinuit vt caryce pro ficubus ſiccis accipiantur. Rugoſis palmis, cum fructibus palmę rugoſis ẽ ſiccis, quos nunc vulgo dactylos vocant.

Prunaq;, poma ſunt notiſſima, quorum varia ſunt genera, vt Plinius ſcribit. Super omnia vultus, ante omnia inquit boni hylares vultus affuerunt.

Hauſtum cratera euacuatum vreus.

Concipiunt preces, precari incipiũt.

Dijs hoſpitibus, Ioui et Mercurio, quos hoſpitio ſuſceperat. Ille celer penna tardos, pulchro antitheto, exornat hoc carmẽ.

Impia vicinia, inhoſpitales vicini. Immunibus, expertibus. Huius mali, huius calamitatis, et qua vicinos veſtros ſumus affecturi. Modo, ſo lum. Comitate, antique dixit pro comitamini. Ite ſimul, venite nobiſcum. Nituntur longo, hoc eſt longum et arduum diuum aſcendere conantur.

Philemõ et Baucis in arbores comitare (margin)

Manere, ſtare, ſupereſſe. Fata infortunia. Suorum, vicinorum. Pia culmina, ipſi pij. eſt enim hypallage. Etiam caſa parua, et olim caſa parua. Caſę proprie dicuntur ruſticę domus. Furcas ſubiere columnę, furcę in columnas fuerunt commutatę. In magnificum vero templum philemonis caſam conuerſas fuiſſe ſcribit. Adopertaque marmore tellus, ſolum templi marmore ſtratum. Iudicium commune, votum, cupiditatem, deſyderium. Aperit, indicat, manifeſtat. Delubraque veſtra tueri, veſtra templa cuſtodire. Concordes egimus annos, concorde vnanimesq; viximus. Duos, ambos. Buſta, funera. Tumulandus, ſepeliendus. Vota fides ſequitur, nam Iuppiter vt pollicitus fuerat, id quod petierunt conceſſit.

Templi tutela fuere, cuſtodes templi ac ędilui fuerunt conſtituti. Annis eneque ſoluti, ſenio confecti.

Ante gradus ſacros, ante gradus ianuę templi. Narrarent, commemorarent. Caſus loci, ea quę loco illi eue

Veſtis erat, lecto non indignanda ſaligno,
Accubuere Dei. menſam ſuccincta, tremensq;
Ponit anus, menſę ſed erat pes tertius impar,
Teſta parem fecit, quę poſtq̃ ſubdita diuum
Suſtulit, ęquatam mentha terſere virenti.
Ponitur hic bicolor syncerę bacca Mineruę.
Conditaq; in liquida cornu autumnalia fęce,
Intybaq;, & radix, & lactis maſſa coacti,
Ouaq;, non acri leuiter verſata fauilla.
Omnia fictilibus. poſt hęc cęlatus, eodem
Siſtitur argento crater, fabricataq; fago
Pocula, quę caua ſunt flauentibus illita cęris.
Parua mora eſt, epulaſq; foci miſere calentes.
Nec longę rurſus referuntur vina ſenectę,
Dantq; locum menſis paulum ſeducta ſecundis
Hic nux. hic mixta eſt rugoſis Caryca palmis,
Prunaq;, & in patulis redolẽtia mala caniſtris.
Et de purpureis collectę vitibus vuę.
Cãdidus ĩ medio fauus eſt. ſuper omnia vultus
Acceſſere boni, nec iners, pauperq; voluntas.
Interea, quoties hauſtum cratera repleri
Sponte ſua, per ſeq; vident ſuccreſcere vina,
Attoniti nouitate, pauent, manibusq; ſupinis
Concipiunt, Baucisq; p̃ces, timidusq; Philemõ.
Et veniam dapibus, nulliſq; paratibus orant.
Vnicus anſer erat minimę cuſtodia villę,
Quem Dijs hoſpitibus dñi mactare parabant.
Ille celer penna, tardos ętate, fatigat,
Editq; diu, tandemq; eſt viſus, ad ipſos
Confugiſſe Deos. ſuperi vetuere necari,
Dijq; ſumus, meritaſq; luet vicinia pęnas
Impia dixerunt, vobis immunibus huius
Eſſe mali dabitur, modo veſtra relinqte tecta,
Ac noſtros comitate gradus, & in ardua mõtis
Ite ſimul. parent, & Dijs pręeuntibus, ambo
Membra leuant baculis, tardiq; ſenilibus annis
Nituntur longo veſtigia ponere cliuo.
Tantum aberant ſũmo, quãtũ ſemel ire ſagitta
Miſſa poteſt. flexere oculos, & merſa palude
Cętera proſpiciunt, tantum ſua tecta manere.
Dumq; ea mirantur, dũ deflent fata ſuorum?

runt. Frondere, frondes emittere. ſimul autem ambo in arbores ſuere conuerſi, Philemon in quercum, Bancis vero in Tiliam. Creſcente cacumine, vertice capitis. Innuit autem capillos in frondes fuiſſe conuerſos. Dum licuit, donec potuerunt. Frutex, fruticis et arboris cortex. Tyaneius Inco. Tyania regio eſt conterminа Phrygie, vnde tyaneius de clinari videtur.

Cura Deum Dij ſint, ſi eſt qui curam ſuſcepere Deorum, Dij efficiantur, et qui Deos coluere, ipſi quoq; pro Dijs colantur. Deſiderat, loq Lelex ſubaudiat. Et res miranda. Et auctor, Lelex vir grauis, et fide dignus. Calydonius amnis, Achelous. Semel mota eſt, mutata. In hcc renouamie, in hac renouatióe. Ius ẽ, facultas, ꝯ poteſtas.

Merſa vident, quęruntq; ſuę plã culmina villę
Sola loco ſtabant. dum deflent fata ſuorum,
Illa vetus dominis, ẽ iam caſa parua duobus
Vertitur in templum, furcas ſubiere columnę
Stramina flaueſcunt, aurataq; tecta videntur,
Cęlatęq; fores, adopertaq; marmore tellus.
Concipiũt, Baucisq; preces, timidusq; philemõ
Talia cum placido Saturnius edidit ore.
Dicite iuſte ſenex, ẽ foemina coniuge iuſto
Digna, qd optetis. cũ Baucide pauca locutus
Indicium ſuperis aperit commune philemon
Eſſe ſacerdotes, delubraq; veſtra tueri
Poſcimus, ẽ quoniã concordes egimus annos
Auferat hora duos eadem, nec cõiugis vnquã
Buſta meę videã, neu ſim tumulandus ab illa
Vota fides ſequitur templi tutela fuere,
Donec vita data eſt. annis, ęuoq; ſoluti
Ante gradus ſacros cum ſtarent forte, lociq;
Narrarent caſus, frondere Philemona, Baucis,
Baucida conſpexit ſenior frondere Philemon.
Iamq; ſup geminos creſcẽte cacumine vultus
Mutua, dum licuit, reddebant dicta, valeq;
O coniunx dixere ſimul, ſimul abdita texit
Ora frutex, oſtendit adhuc Tyaneius illic
Incola de gemino vicinos corpore truncos.
Hęc mihi non vani, nec erat cur fallere vellẽt
Narrauere ſenes. equidem pendentia vidi
Serta ſuper ramos, ponensq; recentia, dixi,
Cura deum Dij ſint, et qui coluere. colantur.
Deſierat. cunctosq;, et res, ꝛ mouerat auctor,
Theſea pręcipue, quem facta audire volentem
Mira Deum, nixus cubito Calydonius amnis
Talibus alloquitur. ſunt o fortiſſime, quorum
Forma ſemel mota ẽ, ꝛ ĩ hoc renouamie manſit
Sunt quibus in plures ius eſt tranſire figuras.
Vt tibi complexi terras maris incola Proteu.
Nam mõ te iuuenem, modo te videre leones,
Nunc violentus aper, nũc quẽ tetigiſſe timerẽt.
Anguis eras, modo te faciebant cornua taurũ.
Sępe lapis poteras, arbor ſępe quoq; videri,
Interdum faciem liquidarũ imitatus aquarũ

Tyania

De ge. cor. de duobus corporibus Baucidis ẽ philemonis factos.

Fabulę. viij. octaui libri argumentũ.

LACT. HÆc mihi nõ vani, nec erat etc. Achelous inter epulas Theſeo, quem receperat hoſpitio enarrãs hos qui in alienam figuram vertiſſent emirãnti caſus mortalium etiã qui in plures figuras abierint, refert et Protea Neptuni filium ſolitum modo in iuuenem, modo in leonem, interdum in aprum, alias in anguem, et cętera animalia cõuerti, quibus inſidians poſſet eludere.

RAPH. Vanus Proteus in varias figuras. NON vani ſenes, veri nõ falſi. Vanus enim interdum falſum ac mendacem ſignificat, interdum ſtultum. Iuuenalis. ſic placitum uano. qui nos diſtinxit Othoni. Nec era. cur fal. vel. ſi cõiunctio. Enim ſubintelligat. Eſt nãq; parentheſis cauſam cõtinens, cur ſenes illi nõ fuerint mentiti. Equidẽ pẽ. vidi, argumentis probat Lelex ea quę narrauit eſſe vera.

Serta Serta, corone, a ſertis floribus dicta. corone autem ẽ in lucis ẽ in arboribus ſacris appendebant. Ponens, apponẽs.

Vt ti. com. ter. ma. ĩco. P ro. Proteus Oceani et Tethyos fuit filius, vt in Theogonia Heſiod. ſcri. Hic habuit prīam pallenen, q̃ relicta in carpatho inſula regnauit. Fuit autem vates clariſſimus Iliacis temporibus, quẽ ſe in varias mutabat figuras. De quo Virgil. iiij. Georg. ſic ſcribit. Eſt in Carpathio Neptuni gurgite vates. Cęruleus Proteus magnum qui piſcibus ęquor, Et iuncto bipedum curru metitur equorum. Hic nũc Emathię portus, patriamq́ue reuiſit Pallenen, hunc et nymphę veneramur, ẽ ipſe Grãdęuus Nereus, nouit nanque omnia vates. Quę ſint, quę fuerint, quę mox ventura trahantur. et paulopoſt, Tum varię eludent ſpecies, atque ora ferarum. Fiet enim ſubito ſus horridus, atraque tigris. Squamoſusque draco, et fulua ceruice Leęna Aut acrem flammę ſonitum dabit, atq; ita vinclis Excidet, in aquas tenuis dilapſus abibit, et quę ſequuntur. Proteus autem idcirco in varias figuras ſe cõmutaſſe fingitur, qꝫ (vt Diodo. ſcribit) rex fuit Aegypti, quem Aegyphij Cętea vocant, artium ẽ in primis aſtro-

logię peritus. Ægyptijs autem regibus mos erat, vt leonis, aut tauri, aut draconis priorẽ partem I ca pite ferrent inſignia principatus. Quãq; vero arborẽ, quãq; ignẽ, quãq; redolentia vnguenta Hęc aũt ẽ ad decore omnia, nimq; ſpectabant, et ſtuporẽ, et ſuper ſtitionem quidam aſpicientibus inijciebant. Maris cõplexi terrã, nã terra infima eſt omnium elementorũ, quã ſita Oceanus cõplecti tur, vt aer Oceanũ, aerem ęther, ęthere cęlum.

Fabulę nonę octaui libri argumentum.

ACT,

NEC Minus Autolici coniunx &c. Meſtre Eriſichthonis filia Autolyci vxor cum patrem aliud ſertiſſet, q in Theſſalia lucum Cereris deuaſtaſſet, grauiſſimas experiri fame pęnam oibus rebus ab eo conſumptis, nouiſſime ſe quoq; pro ancilla vẽdidiſſet, a Neptuno, q eius virginitatem ademerat petijt, vt ei ferret opes. At ille memor eius concubitus cũ ſpecioſiſſima domino tradita eſſet, vt effugeret eius ſeruitutem in piſcatores cauſa proſſioris ętatis cõuertit. Quo euẽtu in reliquas quoq; figuras ſoluta eſt mutari, vt pro ſui parẽtem pęnas pendentem alere poſſet, cuius exitus fuit talis, vt varios in fame cibos nouiſſime viſceribus ſuis epulari cogeretur. Non. n. ſinũt Superi ſine Fata, vt Ceres cum fame coiré poſſit.

APH. Metra Autolyc is

NEC Minus Autolyci ciũx, Metra Eriſichthonis filia. Autolycus vero (vt in Odiſſ ſcribit Home.) pr fuit A...licę ma-

tris Vlyſſis decipiendi ac peierandi ſcientia a Mercurio donatus. Eriſichthone nata. Eriſichthon Theſſalus fuit Deorum contemptor, qui cum Cereri nemus conſecratum, ac in eo quercus in qua nympha habitabat, ſuccidiſſet, Hamadryades illorum montium incolę ad Cererem conuenerunt precantes, vt tantã impietatẽ vlciſceretur. Ea vero et ſua et Hamadryadũ cã mota numinũ contemptorem Eriſichthonem nouo pęnę genere aſſidua fame cruciare decreuit. Vnam igitur e nymphis ad Famem in vltimam Scythiam miſit, quę nomine ſuo ipſam oraret, vt Eriſichthonem ita ſtimularet, vt nullis cibis ſatiari poſſet. Cum vero hoc perfeciſſet fames Eriſichthon poſteaquam totum patrimonium ventri impendit, vnicam quoque filiam nomine Metram, forma ita pręſtantem, vt a Neptuno fuerit rapta, vendere coactus eſt. Ea vero ne ſerua fieret, cum Neptunum, cui ſciebat ſe gratam eẽ rogaſſet, vt ſui miſereretur illico in piſcatorem vetulum eam ipſe commutauit, conceſſitque, vt in quaſcunq; vellet formas ſe conuertere poſſet. Sed cum ſępius emptores pretio fraudaſſet, iamq; doli omnes conſumpti eſſent. Eriſichthon mẽbra propria cum lacerare cępiſſet, dignũ impietate ſua exitum eſt ſortitus.

Eriſichthon

ET Nullos aris adole. honores, nullas dijs victimas imolaret. Nemus cereale, Cereri conſecratum. Temeraſſe, violaſſe.

Annoſo robore, ſti

Flumen eras, interdum vndis contrarius ignis.



Nec minus Autolyci cõiunx Eriſichthõe nata
Iuris habet. pater huius erat, q numina Diuum
Sperneret, & nullos aris adoleret honores.
Ille etiam Cereale nemus violaſſe ſecuri
Dicitur, & lucos ferro temeraſſe vetuſtos.
Stabat in his ingens annoſo robore quercus
Vna nemus, vittę mediã, memoresq; tabellę,
Sertaq;, cingebant, voti argumenta potentis.
Sępe ſub hac Dryades feſtas duxere choreas,
Sępe etiam manibus nexis ex ordine, trunci
Circumiere modum, menſuraq; roboris, vlnas
Quinq; ter implebat, nec non & cętera tantum
Silua ſub hac omnis, quantum fuit herba ſub illa.
Non tamen idcirco ferrum Dryopeius illa
Abſtinuit, famulosq; iubet ſuccidere ſacrum
Robur, & vt iuſſos cunctari vidit, ab vno
Edidit hęc, rapta ſceleratus verba ſecuri.
Non dilecta Deę ſolum, ſed & ipſa licebit
Sit Dea, iam tanget frondente cacumine terrã.
Dixit, & obliquos dum telum librat in ictus,
Cõtremuit, gemitũq; dedit decidua Quercus.
Et pariter frondes, pariter palleſcere glandes
Cępere, ac longi pallorem ducere rami.
Cuius vt in trũco fecit manus impia vulnus,
Haud aliter fluxit diſcuſſo cortice ſanguis,
Quã ſolet, ante aras ingens vbi victima taurus

ple vetuſto. Vna nemus, magnitudinem quercus innuit, quę tanta erat, vt ſola nemus efficere poſſet. Memores tabellę, memoriam eorum continentes, qui ope illius nymphę compotes voti facti fuiſſent. Argumenta, ſigna et probationes. Trunci modum, ſtipitis magnitudinem. Circumiere, circumdedere. Nec non et cętera tantum, tanto inquit maior reliqua ſilua erat ea quercus, quanto arbores herbis ſunt altiores. Dryopeius, Eriſichthō. Dryopes populi ſunt Theſſalię a Dryope rege dicti, vnde ē Theſſalia Dryopis fuit appellata. Quidam tamen contendunt Triopeium a Triope patre eſſe legendum. Tametſi Dryopeius recte legatur in omnibus exemplaribus, et ex hac lectione nihil prorſus abſurdi ſeq̄tur, et ſignate Dryopeius tanquam barbarus appellatur, cū hac de cauſa paulo poſt Theſſalus quoque ipſum vocet.

Dryopes

Illa, ab illa. Sacrum robur, ſacraꝫ quercum. Dedit, e didit, emiſit. Decidua, quę decidebat. Ducere, capere, cō trahere. Diſcuſſo cortice, fracto, aperto. Abrupta ceruice, abſciſſo collo. Profundi, effundi profluere. Deterrere, terrore diſſuadere. Sęuam bipennem, crudelem, vt pote, quę cędebat quercum gementem, ſiue potius ipſe ſęuus, vel ſit hypallage. Theſſalus. Eriſichthon. Editus e medio de robore, altera harum prępoſitionum redundat, cum neque verſui,

Deterre

non etiam ſenſui neceſſaria videtur. Forſitan vero ē loco illius e prępoſitionis eſt legendum, ac pro etiam accipiendum. Inſtare, imminere, ac propinquas eſſe. Perſequitur, peragit. Adducta, attracta. Proſtrauit, in terram deiecit. Attonitę Dryades, perterritę arborum nymphę. Veſtibus atris, pullis ac nigris luctui conuenientibus.

Concidit, abrupta cruore ceruice, profundi.
Obſtupuere omnes, aliqsq; ex omnibus, audet
Deterrere nefas, ſęuamq; inhibere bipennem.
Aſpicit hunc, mentisque pię cape pręmia dixit
Theſſalus, inq; virum cōuertit ab arbore ferrū.
Detruncatque caput, repetitaque robora cędit.
Editus ꝛ medio ſonus eſt de robore talis.
Nympha ſub hoc ego ſum, cereri gratiſſima li
Quę tibi factoꝝ pęnas inſtare tuoꝝ (gno
Vaticinor moriens, noſtri ſolat ancti,
Perſequitur ſcelus ille ſuum, labefactaq; tandē
Ictibus innumeris adductaq; funibus arbor
Corruit, & multam proſtrauit pondere ſiluam
Attonitę Dryades damno, nemorumq;, ſuoq;
Omnes germanę Cererem cum veſtibus atris
Mętentes adeunt, pęnamq; Eriſichthonis orāt.
Annuit his, capitisque ſui pulcherrima motu
Concuſſit grauidis oneratos meſſibus agros,
Moliturque genus pęnę miſerabile, ſi non
Ille ſuis eſſet nulli miſerabilis actis,
Peſtifera lacerare fame, quę, quatinus ipſi,
Non adeūda Deę (neque eni Cererēq;, Famēq;
Fata coire ſinunt) montani numinis vnam
Talibus agreſtem compellat Oreada dictis.
Eſt locus extremis Scythię glacialis in oris
Triſte ſolū, ſterilis, ſine fruge, ſine arbore tellus.
Frigus iners, illic habitant pallorq;, tremorque,
Et ieiuna Fames, ea ſe in pręcordia condat
Sacrilegi ſcelerata iube, nec copia rerum
Vincat eam, ſuperetq; meas certamine vires.
Neue vię ſpatium te terreat. accipe currus,
Accipe quos frenis alte moderere dracones.
Et dedit. illa dato ſubuecta per aera curru
Deuenit in Scythiā, rigidiq; cacumina montis
(Caucaſon appellant) ſerpentum colla leuauit
Quęſitamq; Famem lapidoſo vidit in agro
Vnguibus, ꝛ raris vellentem dentibus herbas.
Hirtus erat crinis, caua lumina, pallor in ore,
Labra incana ſitu, ſcabriq; rubigine dentes.
Dura cutis, per quam ſpectari viſcera poſſent.
Oſſa ſub incuruis extabant arida lumbis.

Annuit, nutu conſenſit, atque promiſit. Molitur, preparat. Miſerabilis, miſericordia dignus. Lacerare, laniare, cruciare. Quatinus, quoniam. Coire, conuenire. contraria namque ſimul eſſe non poſſunt, eſt autem parentheſis cauſam continens cur Famem Ceres adire non poſſit. Oreada, nympham montanam. Oreades namque montium ſunt nymphę ἀπὸ τοῦ ὄρους, hoc eſt monte cognominatę. Eſt locus extremis, topographia et loci maxime Fami conuenientis deſcriptio, vt qui perpetuis frigoribus ſit ſterliſſimus. Scythię glacialis, frigidiſſimę vbi ſunt perpetuę niues. Scythia autem a Scythe Iouis filio, qui primus arcum et ſagittas inueniſſe ſcribitur, fuit denominata. Triſte ſolum, infoecunda terra, vt triſtes arbores dicimus infructuoſas. Sterilis, expoſitio eius quod dixit Triſte ſolum. Frigus iners, pigrum, ab effectu, ꝙ pigros faciat et inertes. Pallorque, tremorque, hę ſunt perpetui frigoris comites. Condat, vt

Famis patria

Oreades

Scythię

Famis deſcriptio

Triſte

dat, vt abſcondat. In præcordia ſcelerata, hypallage eſt. Nam ſcelerati et ſacrilegi Eriſichthonis præcordia iubet a fame occupanda. Vincat ſuperare poſſit. Sacrilegi, Eriſichthonis. Sacrilegus nanque dicitur, qui ſacra violat, atq; furatur. Viæ ſpatium, viæ longitudo. Moderare dracones, regas atque gubernes.

Sacrilegus

Currus autem Cereris a draconibus trahi finguntur. Caucaſon appellant, Caucaſus mons eſt Scythyę omnium altiſſimus, perpetuisq; niuibus tectus. Quęſitamq; Famem, ita tamen deſcribit poeta, hac ſi corpus haberet, fœminaq; eſſet famelica. Hirtus erat crinis, horridi erant capilli. Labra incana, valde pallida. Situ, ſqualore, illuuie. Scabri, aſperi. Extabant, eminebant. Ventris erat pro ventre locus, nihil ventris habebat. Crate ſpinę, oſſa ſpinę, et coſtas a ſpina ipſa orientes cratē appellat ob ſimilitudinem. Articulos, nodos. Immodico tubere, magno tumore. Neq; eniꝫ eſt accedere iuxta Auſa, nympha ne fameſceret inciperet, non eſt auſa ad Famem accedere. Eſt autem parentheſis cauſam exprimēs cur propius ad Famem nympha non acceſſerit. Refert mandata Deę, Cereris mandata exponit. In Aemoniā, Theſſaliam, quę ſępius nomina mutauit. Nam et Pelaſgicum Argos, et Hellas et Dryopis, ē Grecia, et Hellenijs a regibus fuit cognominata. Sublimis, alta, per aerem nanq; volabat. Quamuis cōtraria ſemper, neq;

Caucaſus

Aemonia

Ventris erat pro ventre locus pendere putares
Pectus, & a ſpinę tantummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies, genuumq; tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.
Hanc pcul vt vidit (neq; eniꝫ eſt accedere iuxta
Auſa) refert mandata Deę, paulumq; morata,
Quāquam aberat lōge, q̄ꝗ modo venerat illuc,
Viſa tamen ſenſiſſe famem. retroq; dracones
Egit in Aemoniam verſis ſublimis habenis.
Dicta Fames Cereris (quāuis contraria ſemper
Illius eſt operi) peragit, perq; aera, vento
Ad iuſſam delata domum eſt: & ptinus intrat
Sacrilegi thalamos, altoq; ſopore ſolutum
(Noctis enim tps) geminis amplectit̄ vlnis,
Seq; viro inſpirat, fauceſq;, & pectus, & ora
Afflat, & in vacuis peragit ieiunia venis,
Functaq; mandato fœcundum deſerit orbem,
Inq; domus inopes, aſſuetaq; vertitur antra.
Lenis adhuc ſōnus placidis Eriſichthōa pēnis
Mulcebat, petit ille dapes ſub imagine ſomni,
Oraq; vana mouet, dentemq; in dente fatigat,
Exercetq; cibo deluſum guttur inani,
Proq; epulis tenues nequicquā deuorat auras.
Vt vero eſt expulſa quies, furit ardor edendi.
Perq; auidas fauces, immenſaq; viſcera regnat.
Nec mora, qđ pōtus, qđ terra, qđ educat aer,
Poſcit, & appoſitis queritur ieiunia menſis.
Inq; epulis, epulas quęrit, quodq; vrbibus eſſe,
Quodq; ſatis poterat populo, non ſufficit vni.
Pluſq; cupit, quo plura ſuā demittit in aluū.
Vtq; fretum recipit de tota flumina terra,
Nec ſatiatur aquis, peregrinoſq; ebibit amnes,
Vtq; rapax ignis non vnq̄ alimenta recuſat,
Innumeraſq; faces cremat, & quo copia maior
Eſt data, plura petit, turbaq; voracior ipſa eſt,
Sic epulas omnes Eriſichthonis ora profani
Accipiunt, poſcuntq; ſimul. cibus omnis i illo
Cauſa cibi eſt, ſemperq; locus fit inanis edendo.
Iamq; fame patrias, altiq; voragine ventris
Attenuarat opes; ſed inattenuata manebat
Tum quoq; dira fames, implacataq; vigebat
Flamma gulę, tandē demiſſo in viſcera cenſu,

enim vbi ſunt fruges, quæ ſunt opera Cereris, vbi Fames poteſt eſſe. Fruges præterea a Cerere inuentas Fames aſſidue conſumit. Ad iuſſas domū, Eriſichthonis. Alto ſopore, profundo ſomno. Noctis enim tempus, erat ſubaudiatur. Eſt autem parentheſis exponens cur Eriſichthon ſomno ſolutus eſſet. Functaq; mandato, cum Cereris mandatum peregiſſet. Fœcundum orbem, frugiferum. Vertitur, reuertitur. Mulcebat, fouebat. Sub imagine ſomni, per inſomnium. Sibi enim fameſcere videbatur in ſomno. Oraq; vana mouet, ſibi. n. fruſtra madere videbatur. Inani cibo, vanis et falſis epulis. Immenſa viſcera, inexplebilia. Ardor edendi, dira fames. Nec mora, ſubito. Queritur ieiunia, conqueritur ſe ieiunum eſſe. Satis eſſe, ſufficere. Pluſq; cupit, quanto plura comedebat tanto plura appetebat Eriſichthon. Vtq; fretum, duplici ſimilitudine poeta eleganter oſtēdit, quā inſatiabilis eēt Eriſichthonis auiditas edendi. Nec ſatiatur, nec expletur. Cremat, comburit. Ipſa turba, ipſa rerum copia. Petit, appetit. Quo. n. plura igni ligna imponuntur, eo plura abſumuntur. Semperq; locus fit inanis edendo, venter edendo non impletur, ſed euacuari potius vr. Attenuarat, tenues ac paruas effecerat. Inattenuata, non diminuta. Flamma gulę, ardor edendi, auiditas. Demiſſo in viſcera cenſu, pſumpto patrimonio.

Non illo digna parente, cum enim ipſe maxime impius eſſet, ea fuit tanta pietate, vt nunquã parentem deſerere ſuſtinuerit, quinimmo quibuſcunq; potuit modis aluerit. Dominum generoſa recuſat, cauſa cur dominum recuſaret, generoſitas erat. Raptę virginitatis, ereptę, iam enim Neptunus eã vitiarat. Hęc Neptunus habebat, exponit poeta id quod puella tacuerat, eam a Neptuno fuiſſe raptam. Qui prece non ſpreta, exauditis precibus. Modo, paulo ante. Hero, domino, cui a patre Eriſichthone fuerat vendita.

Metra in piſcatorem

Pendentia ęra, hamos ex ęre confectos, eſt enim metonymia. Cęlas, occultas. Sic mare compoſitum, optandi eſt aduerbium ſic hoc loco. Nam ſtantem in littore vidi, parentheſis eſt continens aſſeuerationem. Neque enim veſtigia longius extant, ſignificat eam longius non proceſſiſſe, cum pedum veſtigia non apparerent.

Metra in varias figuras

Bene cedere, in bonum ſibi cedere. Senſit, cognouit, animaduertit. Reſecuta rogantem, his verbis ſe interroganti reſpondit. Oneratus, ſollicitus. Inhęſi, intentus fui. Sic has Deus ęquoris artes, ambigue dictum, et artem piſcandi namque et fraudes, quibus vtebatur, intelligere poſſumus.

Et verſo dominus pede preſſit harenã, retroceſſit p harenas. Sua for. virginis, ꝓpria. Suam, filiã ſubaudiamus. Trãsformia, quę poſſint transformari in varias figuras. Hoc autem idcirco fictum eſt ꝙ Metra Eriſichthonis, filia pulchra adeo fuit et formoſa, vt qui illam aſpicerent, ſtatim amore ipſius caperentur. Cum autem illius temporis homines pecunia nõ vterentur, alij qdẽ ex Metrę procis boues, alij equos, alij oues, alij capras ipſi largiebantur. Quod quidem cum Theſſale viderent, ac vndique Eriſichthoni victum conuenire congregatum, aiebant Metram patri fuiſſe et bouem, & equum, et ouem, et quęcunque ea dono accepiſſet. Sicque et fabulę locus eſt datus et huic prouerbio, quod in leues a grecis dicitur Μεταβλητέρος Μήτρας, hoc eſt mutabilior Metra. Non iuſta, iniuſta, vt pote per fraudes, et dolos quęſita.

Prouerbium in leues

Vis tamen illa mali, illa morbi violentia. Noua pabula, nouiſſimos et vltimos cibos. Externis, alienis transformationibus. O iuuenes, Theſeu & Lelega alloquit Achelous. Numero finita poteſtas, in tres enim ſolum varias figuras ſe conuertere poterat, Achelous in hominem, in anguem, in taurum. Telo, cornu quo ab Hercule (ut in ſequenti uolumine narrabit) fuit priuatus. Gemitus, ſuſpiria, quibus ſignificat ſe valde effracto cornu dolere.

Achelous in tres figuras

Filia reſtabat non illo digna parente.
Hãc quoq; vendit inops. dñm generoſa recuſat,
Et vicina ſuas tendens ſuper ęquora palmas,
Eripe me domino, qui raptę premia nobis
Virginitatis habes, ait. hęc Neptunus habebat.
Qui prece nõ ſpreta, quis modo viſa ſequenti,
Eſſet hero, formamq; nouat, vultumq; viriles
Induit, & vultus piſces capientibus aptos.
Hanc dominus ſpectãs, o qui pendentia paruo
Aera cibo cęlas moderator arundinis inquit,
Sic mare compoſitum, ſic ſit tibi piſcis in vnda
Credulus, & nullos niſi fixus ſentiat hamos,
Quę modo cum vili turbatis veſte capillis
Littore in hoc ſteterat (nã ſtãtẽ in littore vidi)
Dic vbi ſit, neq; enim veſtigia longius extant.
Illa Dei munus bene cedere ſenſit, & a ſe
Se quęri gaudens, his eſt reſecuta rogantem.
Quiſquis es, ignoſcas. in nullam lumina ptẽs
Gurgite ab hoc flexi, ſtudioq; oneratus, inhęſi.
Quoq; minus dubites, ſic has Deus ęquoris artes
Adiuuet, vt nemo iamdudum littore in iſto,
Me tamen excepto, nec foemina conſtitit vlla.
Credidit, & verſo dñs pede preſſit harenam,
Eluſusq; abijt, illi ſua reddita forma eſt.
Aſt vbi habere ſuam transformia corpa ſenſit,
Sępe pater dominis Triopeida tradit, at illa
Nũc Equ, nũc Ales, mõ Bos, mõ Ceruus abibat,
Prębebatq; auido non iuſta alimenta parenti.
Vis tamen illa mali poſtq̃ conſumpſerat omnẽ
Materiã, dederatq; graui noua pabula morbo,
Ipſe ſuos artus lacero diuellere morſu
Cępit, & infelix minuendo corpus alebat.
Quid moror externis? etiã mihi ſępe nouãdi
Corporis o iuuenes numero finita poteſtas.
Nã mõ q nũc ſum. videor. mõ flector in anguẽ.
Armenti modo dux vires in cornua ſumo,
Cornua dũ ſumpſi. nunc pars caret altera telo
Frontis, vt ipſe vides. gemitus ſunt verba ſecuti.

Publij Ouidij Naſonis Metamorphoſeos Liber octauus explicit.

Fabulę primę noni libri argumentum.

QVÆ gemitus,truncæq; Deo etc. Deianira Oenei filia Aetolaq; virgo speciosiſſima cum a multis peteretur pater ↄſtituit ei ↄiugio daturum,qui luctādi cauſa veniret. Manentibus itaq; numero potentum duobus Acheloo flumine et Hercule,quia reliqui ob metum ceſſarant,in certamen proceſſum eſt. Cum ergo Achelous natiralibus modis Herculem eluderet, modo in liquorem,modo in ſpeciem draconis,nouiſſime in tauri figuram conuerſus aſtitit. Quem Hercules vt amplexus eſt reluctantem, alteraq; cornu qđ ↄplicauerat brachijs rapuit extortum. Quo dolore ille hac deformitate aduerſarij viribus ceſſit. At nymphę Naiades fluminis filię effecerunt,vt id quod erepto capiti erat omnibus copijs autumnalibus replerent,vt apud poſteros maximum haberet fructum et miſeratio nem,itaq; cornucopię effectum eſt, vt diceret oībus tribus.

RAPHAELIS Regij in nonum Metamorphoſeos Ouidij librum enarrationes.



P. OVIDII NASONIS METAmorpho. Liber nonus.

QVę gemitus,truncęq; Deo Neptunius heros
Cauſa rogat frontis,cum ſic Calydonius amnis
Cępit,inornatos redimitus arūdine crines.
Triſte petis munus.quis enim ſua ꝓlia victus

QVę ge. etc. herculis luctā cū Acheloo in huius voluminis initio ita deſcribit poeta,vt et librum libro et fabulam fabulę eleganter cōnectat, variasq; Acheloi transfigurationes inter luctandum exponat. Cum enim Deianirā Oenei Calydonię regis filiam cum multis alijs Hercules, Achelousq; petijſſent virginis pater decreuit,vt is illa potiretur,qui in luctę certamine ſuperior eſſet. Cum igitur alij ceſſiſſent,Hercules atq; Achelous ineunt luctam,in qua cū alter virtute ſuperior eēt,Achelous ad notas artes decurrit, ac cum ſe et in anguem,et in taurum fruſtra mutaſſet victus, alteroq; cornu mutilatus,pudore ſe in ſuum fluuiū coniecit. Nymphę vero cornu illud ſuſcipientes omni fructuum genere repleuerunt, cornuq; copię appellauerunt. Hoc vero inde factum eſſe Strabo eſt auctor,ꝙ cum Achelous limo quem ducit, limites ſemper confunderet, bella inter Aetolos et Acarnanes vicinos ciebat. Cumq; arbitri nulli eēnt, armis nō iudicio decertabant. Victoriam vero reportabant qui plus viribus valebant. Quare cum Hercules fluuium damnoſe labentē aggeribus et foſſis intra alueum cohibuiſſet tanq̄ debellaſſet Acheloum victorię,premium reportauit Oenei filię Deianirę nuptias. Eam quidem Sophocles tragicus hoc modo loquentē inducit. Procus ſane mihi amnis fuerat Achelous, qui tribus me formis a patre petijt,manifeſtus.n. inceſſit taurus,alias tortus varias per notas draco,aliq̄n mole valida bouis ꝓſe ferens frontem. Addunt nonnulli Amalthęę cornu capię id eſſe,quod Hercules ab Acheloi frōte factum Oeneo dono dedit, ex quo q̄dem plerique talem educunt hiſtoriam. Acheloum enim ſicut flumina reliqua tauro cōparant ob ſonos ipſos,et alueorum circunflexiones quas cornua vocāt. draconi quoq; propter obliquatam ipſius magnitudinē. Herculem quoq; omnibus alioqui mortalibus beneficū Oeneo affinitate coniunctum aggeribus et foſſis fluuium ꝑperam,et damnoſe labentem coercuiſſe aiunt,eamq; regionem fertiliſſimam reddidiſſe, hocq; Amalthęę cornu eſſe. Hoc vero idem et Dio. in. v. Bibliothecas ſcribit. Hercules inquit in Calydoniorū gratiam fluuium Acheloum in aliū curſum deuertens plurimos agros ex aquę irrigatione fertiles ꝓſtitit,cuius rei et poetę quidam meminere ſcribētes cū Acheloo Herculem ſub tauri ſpecie certaſſe,q cum in ↄgreſſu tauri alterū cornu fregiſſet, Aetolis illud qđ Amalthęę cornu vocant, dono dedit fructuū cūctorum vuarum,malorum,aliorūq; eiuſmōi pomorum copiā repletū Fingūt vero poetę Acheloi cornu foſſā a fluuio ductā,pomis vero ac malis punicis et racemis monſtrari regionis fertilitatē,quā fluuij humor ꝓſtet. Amalthęę vero cornu durā eſſe aiunt,q̄ exhe opis illius difficultas ſignificat. Neptunius heros,Theſeus Neptuni nepos. Truncę frō. mutilatę.altero enim cornu carebat. Redimitus crines,cinctos hūs crines. Arundine, corona ex arundinibus ↄfecta,qbus fere fluuiorum ripę abūdāt,

Tantus vi.q̃tus Hercules fuit. Noie ſi qua ſuo tan. enarrare incipit Achelous certamen ſibi pro Deianirę nuptijs ſuſceptum. Si qua, Deianira, q̃ vacat, neq; expoſcit a ſenſu, tantumq; carmen explet, quale illud apȯ Vir. Si q̃ fata ſinant. Tandem, aliqñ. Tandem.n.(vt Pōpeius ſcri.) interdum aliquādo ſignificat, interdum pro ſuperuacuo ponitur, interdum affectui, et indignationi ſeruit. vt Cicero. Quouſq; tandem abutere patientia nr̃a Catilina.

Tandem

Multoꝝ pc. proci dicunt, qui aliquas vxorem poſcunt a ꝓcando declinati. Nā procare eſt poſcere, vnde et ꝓcaces meretrices ab aſſidue poſcendo vocant. Domus eſt intrata, participium paſſiuū cō tra grāmatices rationem formatū. Soceri petiti, appetiti ſoceri Oenei. Parthaone nate, Oeneus rex Aetolię Parthaonis fuit filius. Suę nouercę, Iunōis, cuius iuſſu tot labores adierat. Contra ego, econtrario. Turpe Deum mortali cedere dixi, eē ſubandiat.

Proci
Procare
Procaces

Mortali, homini, nondum. n. Hercules in Deoꝝ numeꝝ fuerat tranſlatus.

Dominum me cernis aquaꝝ, Achelous nanq; fluuius eſt inter Acarnaniā, Ætoliāq; labens. Popularis, ex tuo populo vnus, aliquando popularis gratū populo ſignificat. Tantum ne noceat, ſolū modo inqt mihi id non noceat rogo, q Iuno Deoꝝ regina me nullo odio ꝓſequit, neq; mihi vllas irrogat pęnam. Ea vero inquit Herculi potius ob eſſe q̃ prodeſſe debere. Nam quo te iactas, vile-

Popularis

Cōmemorare velit? referā tamē ordine, nec tā
Turpe fuit vinci, q̃ contendiſſe decorum,
Magnaq; dat nobis tantus ſolatia victor.
Nomine ſi qua ſuo tandem peruenit ad aures
Deianeira tuas, quondam pulcherrima virgo,
Multorumque fuit ſpes inuidioſa Procorum,
Cū quibus vt ſoceri domus eſt intrata petiti,
Accipe me generum dixi Parthaone nate.
Dixit ꝯ Alcides. alij ceſſere duobus.
Ille Iouem ſocerum dare ſe, famamq; laborū
Et ſuperata ſuę referebat iuſſa nouercę.
Contra ego turpe Deum mortali cedere dixi,
Nondū erat ille Deus, dñm me cernis aquarū
Curſibus obliquis inter tua regna fluentem,
Nec genere externis hoſpes tibi miſſus ab oris,
Sed popularis ero, ꝯ rerum pars vna tuarum.
Tantum ne noceat, quod me nec regia Iuno
Odit, ꝯ omnis abeſt iuſſorum pęna laborum.
Nam quo te iactas Alcmena matre creatum,
Iuppiter aut falſus pater ē, aut crimine verus.
Matris adulterio patrem petis. elige fictum
Eſſe Iouem malis. an te per dedecus ortum.
Talia dicentem iam dudum lumine toruo
Spectat, ꝯ accenſę non fortiter imperat irę,
Verbaq; tot reddit. melior mihi dextra lingua ē.
Dum modo pugnādo ſuperē, tu vince loqndo
Cōgrediturq; ferox. puduit mō magna locutū
Cedere, reieci viridem de corpore veſtem,
Brachiaq; oppoſui, tenuiq; a pectore varas
In ſtatione manus, ⁊ pugnę membra paraui.
Ille cauis hauſto ſpargit me puluere palmis,
Inq; vicem fuluę tactu flaueſcit harenę.
Et modo ceruices, modo crura micātia captat,
Aut captare putes, omnique a parte laceſſit.
Me mea defendit grauitas. fruſtraq; petebar.
Haud ſecus ac moles, q̃ magno murmure flu-
Oppugnāt. manet illa, ſuoq; ē pōdere tuta. (ctus
Digredimur paulū, ruſuſq; ad bella coimus,
Inq; gradu ſtetimus certi non cedere, eratq;
Cū pede pes iunctus, totoq; ego pectore ꝓnus
Et digitos, digitis, ⁊ frontem, fronte ꝓmebam.
Non aliter vidi fortes concurrere tauros,

mato colligit Achelous Iouem, aut falſo Herculis patrem dici, aut eſſe ignominioſum, vt q ex adulterio illum genuerit. Alcmena ma. Alcmena Electryonis et Lyſidices filia fuit, vxorque Amphitryonis, ex qua Iuppiter in Amphitryonem conuerſus Herculem ſuſcepit. Elige fictum Eſſe Iouem ma!is, patrem ſubaudiamus. Eſt autem dilematon, in quo vtrum concedi tur, rep̃hendit. Si.n. fictum ac falſū patrem ſibi eſſe Ioue eliget Hercules, nullē ipſi erit honori. Sin verum, aperte fatebi tur ſe eſſe natum ex adulterio. Hoc igitur argumento Hercules victus in pugnam īdignatus deſcendit. Per dedecus, per ignominiam ex matris adulterio prouenientē. Toruo lumine, trucibus oculis, quales iratis, indignatiſq; conueniunt. Viridem veſtem, tales enim fluuiorum Dijs attribuuntur. Eleganter autem eorum habitum effingit, qui ſe pręparant luctę.

Alcmena

Varas manus, inflexas et curuas, nā vari dñr, qui crura habent obtorta. Vñ et varices appellant venę in ſuris īflexę, vel obtortę, vt Marcellus tradit. In ſtatione, in loco ad reſiſtendū apto. Modo, nuper. Magna ſuperba. Ille cauis hauſto, luctaturi ſua inuicē corpora puluere aſpergebāt, quo ſe validius cōprehendere poſſent. Hauſto puluere ſuſcepta harena, quę haphę vocat. Captat, carpere conatur. Mea grauitas, meum pōdus. Certi non cedere, qui decreueramus alteri non cedere. Eleganter autem ea omnia

Varas
Varices

Cum pretium pugnę toto nitidiſſima ſaltu
Expetitur coniunx. ſpectant armenta, pauentq;
Neſcia, quem maneat tanti victoria regni.
Ter ſine profectu voluit nitentia contra
Reijcere Alcides a ſe mea pectora, quarto
Excutit amplexus, adductaq; brachia ſoluit.
Impulſamq; manu (certũ ẽ mihi vera fateri)
Protinus auertit, tergoq; oneroſus inhęſit.
Si qua fides (neq; enim ficta mihi gloria voce
Quęritur) impoſito pſſus mihi mõte videbar.
Vix tamen inſerui ſudore fluentia multo
Brachia, vix ſolui duros a corpore nexus.
Inſtat anhelanti, prohibetq; reſumere vires.
Et ceruice mea potitur. tum deniq; tellus
Preſſa genu noſtro, & harenas ore momordi.
dia Thebę bella mouent, Amphiaraus Oiclei filius vates clariſſimus, cum ſe a bello Thebano non reuerſurum preuidiſſet, a Polynice nullis precibus adduci potuit, vt illi intereſſet. Quare Polynices aureum illud monile a Venere Hermione dono datum, Eripylę Amphiarai vxori, quo belli ſocietatem viro perſuaderet, largitus eſt. Cum vero eo tēpore Amphiaraus, Adraſtusq; ob regno diſſentiret, ad Eripyles Amphiarai vxoris, Adraſtiq; ſororis iudicium omnium diſſenſionum detulerunt. Illa vero pro Amphiarao quidē ſententiam tulit, ſed vt belli Thebis inferendi ſocios, adiutorque eſſet. Cęterū Amphiaraus exiſtimās ſe ab vxore proditū, Alcmęoni filio mādauit, vt poſt ſuum obitum Eripylen necaret. Dū vero Amphiaraus, quo die primū Thebas peruenit, vna cum curru et equis terrę hiatu fuiſſet abſorptus,

Qui ſi qua eſt pietas, ab acutę vulnere falcis,
A pecoris morſu, frondes defendite noſtras.
Et quoniam mihi fas ad vos incumbere nō ē,
Erigite huc artus, & ad oſcula noſtra venite,
Dū tangi poſſum, paruumq; attollite natum.
Plura loqui nequeo nam iam pes cādida mollis
Colla liber ſerpit, ſummoq; cacumine condor
Ex oculis remouete manus. ſine mūere veſtro
Contegit inductus morientia lūmina cortex.
Deſierat ſimul ore loqui, ſimul eſſe, diuq;
Corpore mutato rami caluere recentes.
Dumq; refert Iole factum mirabile, dumq;
Eurytidos lachrymas admoto pollice ſiccat
Alcmene, flet & ipſa tamen, conſpexit omnes
Res noua triſtitias, nam limine conſtitit alto
Pene puer, dubiaq; regens lanugine malas
Ora reformatus primos Iolaus in annos.
Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe
Victa viri precibus, quę cum iurare pararet
Dona tributuram poſt hunc ſe talia, nulli,
Non eſt paſſa Themis. nā iā diſcordia Thebę
Bella mouēt dixit, Capaneusq; niſi ab Ioue vinci
Haud poterit, fientq; pares in vulnera fratres
Subductaq; ſuos manes tellure, videbit

Iolaus ſenex in iuuenem Callirhoe Acheloi amnis filia Alcmęonis coniunx, quę materno ſanguine aſperſus in Acarnaniam ſe contulerat, vt expiaretur, cōiugium init, ex duabus filios edidit. Qui cum per fallaciam a Phegeo, cuius ante filiam habuerat, eſſet occiſus, petit a Ioue liberis ſuis, vt vltores patris eſſent annos adijceret. Ergo vt cōſequi poſſent, Dei voluntate ex pueritia in adoleſcentes factum eſt vt cedit.

RAPH. Iunonia Hebe, Iunonis filia quę Herculi in cę
Hebe lum tranſlato nupſit. Nam ferunt Iouem Iunoni perſuaſiſſe, vt Herculē ſe fingeret genuiſſe, matriſq; erga eum deinceps beneuolentiam oſtenderet. Cum igit Iuno lectū aſcendiſſet ſumptū iuxta corpus Herculem per veſtes inferius in terram demiſit verum partum imitata, ſicut etiam nunc in filiorum adoptione obſeruant Barbari. Iunonis igitur opera poſt hunc partum Hebe Herculi nupſit. Viri, mariti Herculis, Nam Hercules in numerum Deorum relatus, vel Iunone conſentiē & Heben duxit vxorem. Talia dona, vt quenq̄

Alcmęon mandati memor matrem interfecit, quo quidem facinore in inſaniam verſus, ac furiis agitatus ad Phegeum, Alpheſiboeę patrem cupiens purgari confugit. Alpheſiboeę vero cū monile maternum dono dediſſet eam vxorem duxit, ad Acheloum deinde profectus eius filiā Callirhoē adamauit, a qua cum monile illud efflagitaretur, ad Alpheſiboeam rediit, ipſum monile repetiturus. Cęterum a Themone et Axione Alpheſiboeę fratribus fuit interfectus. Quos poſtea Alpheſiboea ipſa, vt maritum vlciſcere, interemit, id quod aperte ſcribit Propertius, cum inquit. Alpheſiboea ſuos vlta eſt pro coniuge fratres. Sanguinis ē chari vincula rupit amor. Callirhoe autem Alcmęonis vxor Iouem rogauit, vt filios adhuc impuberes iuuenes efficeret, quo de patre vltionum ſuſcipere poſſent, q cum Iuppiter conceſſiſſet, repente e pueris viri effecti fuerunt. Diſcordia bella, epi Bellum
theton belli eſt proprium. Bellum autem Theba Thebanū
num ab Eteocle et Polynice fratribus ſuſceptum,

Viuus adhuc vates, vltusq; parente, parentem
Natus, erit facto pius, & ſceleratus eodem,
Attonitusq; malis, exul mentisq;, domusq;,
Vultibus Eumenidū, matrisq; agitabit̄ vmbris.
Donec eum coniunx fatale popoſcerit aurum,
Cognatumq; latus Phegeius hauſerit enſis.
Tū demū magno patet hoc Acheloia ſupplex
Ab Ioue Callirhoe, natis infantibus annos
Addat, neue necem ſinat eſſe vltoris inultam
Iuppiter his motus, priuignę dona, nurusq;,
Pręcipiet, facietq; viros impubibus annis.
Hęc vbi faticano venturi pręſcia dixit
Ore Themis, vario ſuperi ſermone fremebant.
Et cur non alijs eadem dare dona liceret,
Murmur erat, queritꝰ veteris Pallantias annos
Coniugis eſſe ſui, queritur caneſcere mitem
Iaſiona Ceres, repetitum Mulciber ęuum
Poſcit Erichthonio, Venerē quoq; cura futuri
Tangit, & Anchiſę renouare paciſcitur annos.
Cui ſtudeat Deus omnis habet, creſcitq; fauore
Turbida ſeditio, donec ſua Iuppiter ora
Soluit, & noſtri qua reuerentia, dixit,
Quo ruitis? tātū ne aliquis ſibi poſſe videtur,
Fata quoq; vt ſuperet? fatis Iolaus, in annos,
Quos egit, rediit. fatis iuueneſcere debent
Callirhoe geniti, non ambitione, nec armis.
Vos etiā, quoq; vt hoc animo meliore feratis,
Me quoq; fata regunt, quę ſi mutare valerem,
Nec noſtrum ſeri curuarent Aeacon anni,
Perpetuūq; ęui florem Rhadamanthus hęret
Cum Minoe meo, qui propter amara ſenectę

vel carmine Papinij notiſſimum eſt. Nam (vt ſcribit Diod.) Eteocles ac Polynices Oedipi filij, cum ad virilem perueniſſent ętatem cognouiſſentq; Laium priorem Iocaſtę matris maritum ab Oedipo filio ab Apollinis oraculo reuertentem, interfectum, ac Iocaſtam matrem ab Oedipo filio vxorem ductam, ſeque ex tam funeſtis ortos nuptijs, vt eius eſſent filij, cuius fratres quoque merito vocarentur. Oedipus quidem ipſum domo egredi ꝓpter dedecus non permiſerunt. Regnum vero inter ſe eo foedere diuiſerūt, vt alternis annis imperarent. Primusque imperij annus Etodi natu maiori cederet, cęterum exacto anno, cum regnum repoſcenti fratri non traderet. Polynices ad Adraſtum regem cōfugit, cuius filiam nomine Argiam cū vxorem accepiſſet, tandem a ſocero vndique contractis auxilijs inſtructus ad oppugnandas Thebas cum ſex alijs ducibus Adraſto, Tydeo, Amphiarao, Capaneo, Hippomedōte, et Parthenopęo profectus eſt. Capaneusq; niſi ab Ioue vinci. Capaneus vnus fuit ex ſeptem ducibus, qui Thebas obſederunt, qui cum Deorum contemptor eſſet, ſcaluque Thebas oppugnare primus omnium cępiſſet, tanta mole lapidum a Thebanis obrutus eſt (vt ſcribit Vegetius) vt fulminibus a Ioue fingatur extinctus. Flentque pares in vulnera fratres. Etocles et Polynices Oedipi filij, propter quos bellum illud Thebanum fuerat ſuſceptum, mutuis vulneribus conciderunt. Capaneus.

Subducta tellure, ſubtracta terra. Nam hiatu terrę abſorptus eſt Amphiaraus. Vltus erit, vlciſcetur. Nam Amphiaraus ſe ab vxore proditum cognoſcens Alcmęoni filio mandauit, vt poſt obitum ſuum Erypilem perimeret, quod quidem cum executus eſſet, facti conſcientia in inſaniam conuerſus eſt. Natus, filius Amphiarai Alcmęon, qui patrem vlciſcendo pius, occidendo vero matrem impius fuiſſe indicatur. Exul mentisq;, demens atq; furioſus. Domusque, nam domo fugiens in Acarnaniam peruenit, vt parricidium expiaret. Donec eum coniunx, Callirhoe Acheloi filia. Fatale aurū, monile perniciosū, quod qui habebat, infortunijs vexabatur. Id autem Alcmęon ablatum matri iam Alpheſiboeę tradiderat. Phegeius enſis, Phegei filiorum, a quibus Alcmęon fuit interemptus. Hauſerit, aperuit, vulnerarit. Phegeus. Tum demum, tandem poſt interfectum maritum. Acheloia ſupplex, Callirhoe Acheloi filia Alcmęonis vxor. Vltoris, Alcmęonis, qui patrem fuerat vltus. Dona pri.nu. Hebes, quę et priuigna, et nurus Ioui erat. Nam Iunonis filia fuit ſine patre, et Herculis Iouis filij vxor. Pręcipiet, antecapiet. Impubibus annis, puerilibus.

Fabulę nonę noni libri argumentū.

Hęc vbi &c. Miletus ex inſula Creta in Aſiam profectus ibi vrbem ſui nominis cōſtituit, huc ex Męandri filia Byblis et Caunus, ex his Byblis cum fratrem corporali amore poſtquam pio, patrioque amore diligeret. Nec veſaniam cupiditatis compeſceret, atque per literas deteſtandum amorem indicauiſſet, furiali veſania ipſe inſtitutus patriam profugit. Quem illa dum veſtigijs perſequitur multas per menſam gentes, nouiſſime in Cariam venit, ibiq; aſſiduo merore, et fletu fatigata cum concidiſſet, nympharum Lelegidum miſericordia expirantes lachrymę in fontem cōuerſę ſunt, qui domine nomine eſt insignis. LACT. Deos fatis obnoxios eſſe.

HÆC vbi faticano, Byblidos in fontem ſui nomis Metamorphoſin deſcripturus poeta, nōnulla prę- RAPH.

Pondera deſpicitur, nec q̃ prius, ordine regnat.
Dicta Iouis mouere Deos, nec ſuſtinet vllus,
Cũ videat feſſos Rhadamãthõ, & Aeacõ, annis,
Et Minoa queri, qui dum fuit integer ęui
Terruerat magnas ipſo quoq; nomine gentes,
Tunc erat inualidus, Deionidenq; iuuentę
Robore Miletum, Phęboq; parente, ſuperbum
Pertimuit, credensq; ſuis inſurgere regnis,
Haud tamen eſt patris arcere penatibus auſus.
Sponte fugis Milete tua, celeriq; carina
Aegęas metiris aquas, & in Aſide terra
Męnia conſtituis, poſitoris habentia nomen.
Hic tibi, dum ſequitur patrię curuamina ripę
Filia Męandri toties redeuntis eodem
Cognita Cyanee pręſtanti corpore nympha
Byblida cũ Cauno prolem eſt enixa gemellam
Byblis in exemplo eſt, vt ament conceſſa puellę
Byblis Apollinei correpta cupidine fratris.
Non ſoror, vt fratrem, nec qua debebat, amauit.
Illa quidem primo, nullos intelligit ignes.
Nec peccare putat, quod ſępius oſcula iungat,
Quod ſua fraterno circundet brachia collo,
Mendaciq; diu pietatis fallitur vmbra.
Paulatim declinat amor, viſuraq; fratrem
Culta venit, nimiumq; cupit formoſa videri.
Et ſi qua eſt illic formoſior, inuidet illi.
Sed nõdum manifeſta ſibi eſt, nullũq; ſub illo
Igne facit votum. verum tamen ęſtuat intus.
Iam dominũ appellat, iam nõia ſanguinis odit
Byblida iam mauult, q̃ ſe vocet ille ſororem.
Spes tamen obſcęnas animo demittere non eſt
Auſa ſuo vigilans, placida reſoluta quiete
Sępe videt, quod amat. viſa eſt quoq; iungere fratri
Corpus, & erubuit, quamuis ſopita iacebat.
Somnus abit, ſilet illa diu, repetitq; quietis
Ipſa ſuę ſpeciem, dubiaq; ita mente profatur.
Me miſerã. tacitę quid vult ſibi noctis imago?

mittit, quibus eam commodius cum ſuperiore cõnectat. Facticano, fata canenti. Eadem dona, vt iuuenes fierent. Pallantias, Aurora Pallantis gigantis filia. Sui coniu. Tithoni, qui ſenio tandem in cicadam fuit conuerſus. Iaſona flaua ceres, ſic quidem fere hactenus corrupte lectus eſt, quod perquam mirandum eſt cum Iaſona et quadriſyllabum ſit, et primam corripiat syllabam, quod ſane haud imperiti quidam animaduertens Æſona putarunt eſſe legendum, quo quidẽ modo nulla vis rationi carminis affertur, ſed cum nemo priſcorum ſcribat Aeſonem a Cerere fuiſſe amatũ cenſuerim Iaſiona, qui actus in quinq; syllabas excurrit, ita eſſe legendum, vt illud epitheton flaua penitus eradatur. Huic autem lectioni non vetuſtiſſima ſolum exemplaria, ſed hiſtorię quoq; aſtipulantur. [Iaſius] Tradunt enim Iaſium, qui et Iaſion dicitur, Iouis ex Electra filium adeo a Cerere fuiſſe amatum, vt in eius gratiam ad nuptias Hermiones ipſius Iaſii ſororis maximã frumenti ac panis copiam attulerit, ac ex eo Plutum peperit, qui cultum vitę inſtituere, pecuniaſque coaceruarẽ, ac in vſus cuſtodire omnium primus docuit, cum antea parua congregandę, ſeruãdęq; pecunię fuiſſet cura. Hęc in. vi. bybliotecęs lib. ne quis me finxiſſe putet, a Dio. ſcribuntur. Poſcit Erichthonio, [Erichthonius] Erichthonius (vt diximus) ex Vulcani ſemine in terram a Pallade ipſum ſpernente pedibus deiecto natus eſt. Et Anchiſę an. Anchiſen a Venere amatum, Aeneamq; ex ea ſuſceptum carmine Virg. notius eſt q̃ hoc loco ſit exponendum. Cui ſtudeat, faueat. Quo rui. quid ſine vlla ratione affectatis. Omnia autem fatis gubernari Iuppiter concludit. Vos etiam, ordo eſt, Fata regunt etiam vos et me quoq;, vt hoc animo meliore feratis. Nec noſtrum curuarent Aeacon, hoc eſt incuruũ ſenectute redderent. Tres autem filios ſuos iuſtitia inſiges Aeacon, Rhadamanthum, et Minoem Dijs commemorat Iuppiter, qui omnes iam conſenuerant, neque per fata iuueneſcere poterant. Nec iuſti. vltus queri, nec vllus audet conqueri. Terruerat magnas gen. nam Minois imperium late patebat. Tunc erat inua. cum ea Iuppiter dixit. Deionidẽque iuuentę Robore Miletus, [Miletus] Miletus Solis fuit filius, ac Paſiphaes Minois vxoris frater, qui cum Minoem iam ſenio confectum regno priuare pararet, a Ioue deterritus in Aſiam ſponte aufugit, vbi ẽ vrbem condidit, quam de nomine ſuo Miletum appellauit, et Cyanẽ nympham Męandri fluuij filiam cõpreſſit, ex qua Caunum et Byblida liberos ſuſcepit, ſed byblis cum adoleuiſſet ita fratris amore ardere cępit, vt epiſtola quoque eum in amplexus ſuos pellicere auſa ſit. Cęterum Caunus nefandam ſororis libidinem deteſtatus ex patria aufugit, byblis vero inſecuta, cum iam et Cariam et Lyciam et Lelegas peragraſſet labore ac lachrymis confecta, nympharum miſeratione in fontem ſui nominis fuit commutata. Deioniden, Deionei forſitan filium, vt vulgus putabat. Nam Appollinis fuiſſe filium poeta teſtatur, tametſi nuſquam legi a Deione ipſum

deducere originem, pręterquam, ꝙ Ouidi. id innuere videtur, ac varię quidem ſunt de Mileto priſcorum opiniones. Alij nanq; Euxantij ex Micone nati filium fuiſſe aiunt, alij Apollinis ex Aręa Cleochi filia, quibus aſtipulatur Ariſtocritus ſcribens Aręam Cleochi fuiſſe filiã, ex qua ē Apolline genitum eſſe infantem, qui in Milica herbam fuerit expoſitus. Suſceptum autẽ a Cleocho fuiſſe et a Milace Miletum nominatum. Forſitan autẽ Cleocidem legendũ eſt, non Deionidem, vt eſt in exemplaribus ſcriptum, ſed cũ ad virilem perueniſſet etatem Miletus, a Minoeq; odio haberetur, ſucceſſiſſe primum in Samum, vbi etiam locus eſt ab illo Miletus cognominatus. Deinde cum in Cariam tranſiſſet, vrbem ędificaſſe, atq; a ſuo nomine miletum appellaſſe. Alij autem ſcribunt a Sarpedõe Iouis filio Miletũ ędificatam, et ab ea, quę eſt in Creta nominatam. Ipſam vero primum Pityuſam, ſiue Aſteriam, deinde Anactorium, poſtea Miletum fuiſſe vocatam. Arcere patris penatibus, ex Creta ac iperio ſuo expellere. Ægęas metiris aquas, Aegęum mare tranſis.

Miletus

Mileti cõditor

Byblidis amores

In aſide terra, in Aſia terra. Patronymicũ enim pro poſitiuo poſitum eſt.

Męnia conſtituis, Ouid. quidem ſentit Miletum vrbem a Mileto Solis filio et conditam et appellatam. Strabo autẽ ex Ephori ſententia ſcribit duas eſſe Miletos, veterem et nouam, ac veterem quidem a Cretenſibus Sarpedone duce ędificatam, Miletumq; cognominatam a Mileto, quę eſt in Creta, cum prius Leleges eum locum tenerent. Nouam vero poſtea a Neleo conditam fuiſſe iuxta mare, quatuorque eam portus habere. Filia Męandri, Męander fluuius eſt Phrygię adeo flexuoſus, vt in ſeipſum redire videatur.

Mileti due

Męãder

Quã nolim, rata ſit. cur hęc ego ſomnia vidi?
Ille quidem eſt oculis, quãuis formoſus iniq̃s.
Et placet, & poſſit, ſi non ſit frater, amari.
Et me dignus erat. verum nocet eſſe ſororem.
Dũmodo tale nihil vigilans cõmittere tentẽ,
Sępe licet ſimili redeat ſub imagine ſomnus.
Teſtis abeſt ſõno nec abeſt imitata voluptas.
Proh Venus, & tenera volucer cũ mr̃e Cupido
Gaudia quanta tuli? quã me manifeſta libido
Contigit? vt iacui totis reſoluta medullis?
Vt meminiſſe iuuat? q̃uis breuis illa voluptas,
Noxq; fuit pręceps, & cęptis inuida noſtris.
O ego, ſi liceat mutato nomine iungi,
Quã bene Caune tuo poteras nurus eẽ parẽti
Quã bñ Caune meo poteras gener eſſe parẽti.
Omnia Dij facerent, eſſent communia nobis,
Pręter auos, tu me vellem generoſior eſſes.
Neſcio quam facies igitur pulcherrime matrẽ.
Hei mihi, quę male, ſum q̃s tu, ſortita parẽtes,
Nil niſi frater eris. qđ obeſt, id hẽbimus vnũ.
Quid mihi ſignificant ergo mea viſa? qđ autẽ
Somnia põdus hñt? an hñt & ſomnia pondus?
Dij melius, Dij nempe ſuas habuere ſorores.
Sic Saturnus Opiz iunctã ſibi ſanguine duxit.
Oceanus Tethyn, Iunonem rector Olympi.
Sunt ſuperis ſua iura. quid ad cęleſtia, ritus
Exigere humanos, diuerſaq; foedera tento?
Aut noſtro vetitus de corde fugabitur ardor,
Aut hoc nequeo, ſi peream precor ipſa, toroq;
Mortua componar, poſitęq; det oſcula frater.
Et tamen arbitrium quęrit res iſta duorum.
Finge placere mihi, ſcelus eſſe videbitur illi.
At non Aeolidę Thalamos timuere ſororum.
Vnde ſed hos noui? cur hęc exempla paraui?
Quo feror? obſcęnę ꝑcul hinc diſcedite flãmę.
Nec niſi qua fas eſt, germanę frater ametur.
Si tamen ipſe mei captus prior eſſet amore,
Forſitan illius poſſem indulgere furori.
Ergo ego, quę fueram non reiectura potentes,
Ipſa petam? poteris ne loqui? poteris ne fateri?
Coget amor, potero. vel ſi pudor ora tenebit,
Littera celatos arcana fatebitur ignes.

Cognita Cyanee, due nymphę hoc nomine a poetis donantur. Altera Sicula Proſerpinę ſocia, altera Męandri filia. Eſt enixa, peperit. Byblida cum Cauno, Byblis etiam Byble a quibuſdam vocatur, vnde Byblus Phęnicię vrbs omnium antiquiſſima, quę a Saturno ędificata phibetur. Apollinei fratris, formoſi, atq; Apollini ſimilis, ſiue ab Apolline originem ducentis. Nec qua debebat, quatenus. Mendaci vmbra, fallaci ſpecie.

Cyanee due

Byblis Byblus

Paulatim declinat amor, inclinat in nefandam libidinem. Sed nondum eſt manifeſta ſibi, nondum inquit ſe amore captam eſſe intelligit. Iam dominum appellat, vt enim amicę vocantur dominę, ſic amatores domini appellantur. Iam nomina ſanguinis odit, fratrem et ſororem. Demittere, immittere, concipere. Spes obſcęnas, coeundi cũ fratre. Placida reſoluta quiete, dormiens Placida enim quies ſomnus eſt.

Viſa eſt quoq; iungere fratri corpus, hoc eſt Byblis dormiens ſibi eſt viſa coire cum fratre, id quod amantibus fere vſu veni-

re ſolet. Silet illa diu, ſtupebat enim noua illa voluptate, quam ſenſerat. Repent, in mentem reuocat. Speciem ſuę quietis, imaginem ſui ſomni. Me miſeram eleganter virginis amore captę cogitationes, variosque effectus effingit poeta. Tacitę no. in qua omnia tacēt animalia. Quam nis iniquis, quantumuis inimicis. Magna eſt autem pulchritudo, quę ab inimicis quoq; approbetur. Imitata, ſimulata, imaginata. Proh Venus, hac exclamatiōe byblis ſe maximam illo inſomnio ſenſiſſe voluptatem aperte oſtendit. Tenera, delicata.

Vt

Vt, q̃. Preceps, breuis ac velociter fugiens. Mutato nomine, ſororis ſubaudiatur. Hei mihi, cruciatur Byblis, ꝙ Caunus ſibi tantum frater, nō etiam maritus ſit futurus. Mea viſa, mea inſomnia. Dij melius, habent, faciuntque q̃ homines, qui ſorores proprias vxores ducunt. Sic Saturnus

Opis

Opim, Opis filia fuit Cęli, quę Saturno fratri nupta multos filios procreauit. Iunctam ſibi ſanguine, conſanguineam et ſororem. Oceanus

Tethys

Tethyn, Tethys Cęli et Veſtę filia Oceano fratri nupſit, eiq; maximam nympharum multitudinem peperit. Sunt ſuperis ſua iura, alia iura dij alia homines habent. Ad cęleſtia, ad cęleſtium exemplum. Ritus humanos, hominum mores. Diuerſaq; foedera, ad exemplum diuerſorum foederum et legum. alia nāq; ſunt foedera hominum, alia Deorum. Vetitus ardor, prohibitus, ac nefandus amor. Arbitrium, voluntatem, pręſentiam. At non Aeolidę, Ma

Macareus

Macareus Aeoli filius cum Canace ſorore concubuit, et ex eaq; filium ſuſcepit, qui cum a nutrice domo efferretur, ſeipſus vagitu prodidit. Quare indignatus Aeolus gladium filię miſit, quo pro meritis vteretur Macareus vero aufugit. Canaces amores. Ad eleuandum autem ſcelus byblis plurali numero vtitur, cum Macareus ſolus ex Aeolidis cum ſorore coiuerit.

Hoc placet. hęc dubiam vincit ſententia mentē.
In latus erigitur, cubitoq; innixa ſiniſtro
Viderit. inſanos (inquit) fateamur amores.
Hei mihi quo labor? quē mēs mea cōcipit ignē?
Et meditata manu componit verba trementi.
Dextra tenet ferrum, vacuam tenet altera cęrā
Incipit, & dubitat. ſcribit: damnatq; tabellas.
Et notat, & delet, mutat, culpatq;, probatq;.
Inq; vicem ſumptas ponit, poſitasq; reſumit.
Quid velit ignorat. quicquid factura videtur,
Diſplicet. in vultu eſt audacia mixta pudori.
Scripta ſoror fuerat, viſum eſt delere ſororem,
Verbaq; correptis incedere talia cęris.
Quam, niſi tu dederis non eſt habitura ſalutem
Hāc tibi mittit amās. pudet ah, pudet edere nomen
Et ſi qd cupiā q̃ris, ſine nomine, vellē
Poſſet agi mea cauſa, meo. nec cognita Byblis
Ante forem, q̃ ſpes votorum certa fuiſſet.
Eſſe quidem lęſi poterat tibi pectoris index
Et color, & macies, & vultus, & humida ſępe
Lumina, nec cauſa ſuſpiria mota patenti,
Et crebri amplexus, & quę ſi forte notaſti,
Oſcula ſentiri non eſſe ſororia poſſent.
Ipſa tñ, quamuis animi graue vulnus habebā,
Quamuis intus erat furor igneus, omnia feci,
(Sunt mihi Dij teſtes) vt tandem ſanior eſſem
Pugnauiq; diu violenta Cupidinis arma
Effugere infelix, & plusquam ferre puellam
Poſſe putes, ego dura tuli. ſuperata fateri
Cogor, opemq; tuam timidis expoſcere votis.
Tu ſeruare potes, tu perdere ſolus amantem.
Elige vtrum facias. non hoc inimica precatur,
Sed quę cum tibi ſit iunctiſſima, iunctior eſſe
Expetit, & vinclo tecum propiore ligari.
Iura ſenes norint, & quid, liceatq;, nefasq;,
Fasq; ſit, inquirant, legum examina ſeruent.
Conueniens Venus eſt annis temeraria noſtris
Quid liceat neſcimus adhuc, & cuncta licere
Credimus, & ſequimur magnorum exēpla Deorum.
Nec nos aut durus pater, aut reuerentia famę,
Aut timor impediet, tātum abſit cauſa timēdi.

Sed

Vnde ſed hos noui: anaſtrophe ē, ſed enim coniunctio primum in oratione locum obtinet, ſed ipſam autem reprehendit Byblis, quod nefandi amoris exēpla ſibi venerint in mentem.

Byblidos Epiſtola.

Obſcęne flammę, turpes amores. Qua fas eſt, quatenus licet atque honeſtum eſt. Indulgere, obſequi.

Ergo

Ergo, ergo, affectum oſtendit hoc loco ergo. Nō reiectum, non repulſum. Diſtrahitur autem byblis in varias cogitationes, hinc ab amore, illinc a pudore. Coget amor potero, ſi coniūctio ſubaudienda eſt. Sī coget amor. Sic Iuuenalis, Gręculus eſuriens in cęlum iuſſeris ibit. Viderit, Caunus viderit quid ſit acturus. Cęterum nos ei noſtros amores aperiamus. Hei mihi quo labor? ſic et amore et pudore vexatur byblis, vt quid agat eligere neſciat. Ignem, ardorem, furorem. Meditata, excogitata. Dextra tenet ferrum, ſtylum ferreum, quo in tabulis

in tabulis etiamnum ſcribitur. Geſtum autem ſcribentis in tabellis exprimit. Vacuam cę ram, in qua nihil erat ſcriptum. Et dubitat, puellę amore exęſtuantis exprimit lenitatem, atq; infirmitatem. Sumptas, tabellas. Placuit dele re ſororem, nam ſoror nomen eſt ſanguinis, eo

Vinclo propiore, nodo arctiore, ſtrictiore, hoc eſt coitu. Iura ſenes norint, ab ętate ſuadet fra tri Byblis, vt nihil de legibus curet. Legũ exami na, ęquitatẽ legũ, ac ſeueritatẽ. Venus temeraria, ĩcõſyderata. Nec nos aut durus pater, a cõmo ditate argumentatur Byblis. Aut reuerentia fa

q fratrem ſuę turpi tudinis ipſam admo neret putauit. In cidere, inſcribere. Correptis, celeriter raptis. Quẽ, niſi tu dederis, ĩ hac ſcribẽ da ep̃la ita pſonam puellę fratrẽ ẽ amãtis et verẽtis ſuſcepit poe ta, vt optime ſeruet decorum. Eſt autem adeo facilis, vt et a virgine ſcripta eſſe, et nulla expoſitione indigere videatur.

Amans, puella a more capta. Et ſi quid cupias, queris, vellem inquit poſſe petere ſine nomine meo id quod opto, ſi forte queris quid cupiam. Votorum, cupiditatis. Lęſi pectoris, animi amo re capti. Et color, pallidus. Et vultus meſtus. Sororia, ſorori conueniẽtia. Hoc enim ſororium ſignificat, nec vnquã ſubſtantiuum inue nitur ſororius pro ſororis marito, vt vulgus imperitorum putat.

Sororium

Ipſa tamẽ quamuis, ſe inuitam quidem, ſed coactam amori ſuccubuiſſe ait. Pugnaui effu gere, vt effugerem in ſoluta dicimus ora tione. Violenta ar ma, vim afferentia. Cum quadam excu ſatione autem violẽ ta dicuntur, quibus viri quoq; ac Dij ipſi, nedum puella ſuccũ berent. Dura, pati ens dolorum. Ti midis votis, hypalla ge eſt. Ego namq; ti mida intelligitur.

Dulcia fraterno ſub nomine furta tegemus.
Eſt mihi libertas tecum ſecreta loquendi.
Et damus amplexus, ⁊ iungimus oſcula corã.
Quantum eſt qđ deſit? miſerere fatẽtis amorẽ,
Et non faſſurę, niſi cogeret vltimus ardor.
Neue merere, meo ſubſcribi cauſa ſepulchro.
Talia nequicquam perarantem. plena reliquit
Cera manũ, ſũmoq; ĩ margine verſus adhęſit.
Protinus impreſſa ſignat ſua crimina gẽma,
Quã tinxit lachrymis. linguę defecerat humor
Deq; ſuis vnum famulis pudibunda vocauit,
Et paulum blandita, fer has fidiſſime. noſtro
Dixit, & adiecit (longo poſt tempore) fratri.
Cum daret, elapsę manibus cecidere tabellę.
Omine turbata ẽ. miſit tamen, apta miniſter
Tempora nactus adit, traditq; latentia verba.
Attonitus ſubita iuuenis Męandrius ira,
Proiicit acceptas, lecta ſibi parte; tabellas.
Vixq; manus retinens trepidãtis ab ore miniſtri.
Dum licet, o vetitę ſcelerate libidinis auctor
Effuge, ait, qui ſi noſtrum tua fata pudorem
Non traherẽt tecũ, pęnas mihi morte dediſſes.
Ille fugit pauidus, dominęq; ferocia Cauni
Dicta refert, palles audita Bybli repulſa.
Et pauet obſeſſum glaciali frigore corpus.
Mens tamen vt rediit, pariter rediere furores,
Linguaq; vix tales icto dedit aere voces.
Et merito. quid enim temeraria vulneris huius
Indicium feci? quid, quę celanda fuerunt,
Tam cito commiſi properatis verba tabellis?
Ante erat ambiguis animi ſententia dictis
Prętentanda mihi. ne non ſequerentur euntem,
Parte aliqua, veli qualis foret aura, notare
Debueram, tutoq; mari decurrere, quę nunc
Non exploratis impleui lintea ventis.
Nunc feror in ſcopulos igitur, ſubmerſaq; toto
Obruor Oceano. nec habent mea vela recurſus.
Quid? q & ominibus certis prohibebar amori
Indulgere meo, tunc cum mihi ferre iuberem
Excidit, & fecit ſpes noſtras cera caducas.
Nonne vel illa dies fuerat? vel tota voluptas?
Sed potius mutanda dies? Deus ipſe monebat.

nię, periphraſis eſt pudoris. Dulcia fur. ſua via ſtupra, iucundos coitus.

Secreta, ſecreto, nomen pro aduer bio eſt poſitum.

Coram, palam, in omnium cõſpectu, aut coram patre. Coram enim ad cer tos. Palam ad om nes refertur.

Coram Palam

Quan tum eſt quod deſit? ac ſi diceret, parum admodum de hoc ad explendum amo rem noſtrum. Nam ex quinq; lineis amo ris viſu, alloquio, ta ctu, oſculo, concubi tu, ſolus coitus re ſtabat.

Quinq; amoris gradus

Cauſa, mortis, ſubintelliga tur. Perarantem, perſcribentem.

Ne quicquam, fruſtra. Nihil enim profuerunt preces, il lę quin potius ob fuerunt. In ſum mo margine, in vl tima marginis par te. Adhęſit, affi xus fuit et ſcriptus.

Signat, ſigillat.

Omine, augu rio. Iuuenis Męandrius, Ca unus Męandri nepos.

Ab ore, a facie.

Trepidantis, ti mentis. Dum li cet, dum potes.

Tua fata, tua mors. Noſtrum pudorem, hoc eſt ſi tua mors nobis de decori non eſſet.

Byblidis querelę

Palles audita By bli repulſa, apoſtro phe eſt poetę ad By blida. Glacia li frigore, timore. Quod enim ſequitur

pro eo quod precedit, frequenter per metonymiam ponitur et contra. Icto aere, percuſſo. Nam ex percuſſione aeris vox fieri cenſetur. Et merito, ſpernor ſubaudiendum. Significat autem byblida diu attonitam fratris repulſa tacuiſſe, ac tandem in querelas penitentię plenas erupiſſe. Indicium feci, indicaui.

amores confeſſa fuiſſet. Cepere, continere potuerunt. Affuſaq; profuſa, proiecta ad pedes Cauni. Id quod fit cum aliquid ardui volumus impetrare: Sit, eſſe poſſit. Non adit apte, decenter, oportune. Nec legit, elegit. Credo, vt puto. Animumq; vacantem, alijs curis vacuum. Apte

Signaq; certa dabat. ſi non male ſana fuiſſem,
Et tamen ipſa loqui, nec me committere cerę
Debueram, pręſensq; meos aperire furores.
Vidiſſet lachrymas, vultus vidiſſet amantis.
Plura loqui poteram, q̄ quę cępere tabellę.
Inuito potui circundare brachia collo,
Et ſi reijcerer, potui moritura videri,
Amplectiq; pedes, affuſaque poſcere vitam.
Omnia feciſſem, quorum ſi ſingula, duram
Flectere non poterant, potuiſſent omnia mentē
Forſitan & miſſi ſit quędam culpa miniſtri
Non adijt apte. nec legit idonea, credo,
Tēpora, nec petijt horamq, animumq; vacātē
Hęc nocuere mihi. neq; enim de Tigride natus,
Nec rigidos ſilices, ſolidumue in pectore ferrum
Aut adamanta gerit. nec lac bibit ille Leęnę.
Vincetur, repetendus erit. nec tędia cepti
Vlla mei capiam, dum ſpiritus iſte manebit.
Nam primum, ſi facta mihi reuocare liceret,
Non cępiſſe fuit. cępta expugnare, ſecundū eſt.
Quippe nec ille poteſt, vt iam mea vota relinq̄,
Non tamen auſorum ſemper memor eſſe meorum.
Et quia deſierim, leuiter voluiſſe videbor.
Aut etiam tentaſſe alium, inſidijsq; petiſſe.
Vel certe non hoc, qui plurimus vrget, & vrit
Pectora noſtra Deo, ſed victa libidine, credar.
Deniq; iam nequeo nil cōmiſiſſe nefandum,
Et ſcripſit, & petij, temerata eſt noſtra volūtas.
Vt nihil adijciam, non poſſum innoxia dici.
Quod ſupeſt, multū eſt in vota, i crimina paruū
Dixit, & incertę tanta eſt diſcordia mentis,
Cum pigeat tentaſſe, libet tentare, modumq;
Exit, & infelix committit ſępe repelli.
Mox vbi finis abeſt, patriam fugit ille, nefaſq;
Inque peregrina ponit noua męnia terra.
Tum vero, męſtam tota Miletida mente
Defeciſſe ferunt. tum vero, a pectore veſtem
Diripuit, planxitque ſuos furibunda lacertos.
Iamq; palam eſt demens, inconceſſamq, fatet̄
Spem Veneris, ſine qua patriā, inuiſosq; penates
Deſerit, & profugi ſequitur veſtigia fratris.

Vulneris huius, amoris, qui corda hominum vulneribus conficere videtur. Properatis tabellis, feſtinanter ſcriptis, ac miſſis. Ambiguis id. dubijs verbis quę in diuerſas trahi ſententias poſſint. Ne non ſequeretur, vt ſequeretur, ex duabus enim negationibus conſtituitur affirmatio. Parte aliqua veli, metaphora a nauigantibus ſumpta, q ante q̄ pandant vela ſolēt notare, quales venti ſint flaturi. Qualis foret aura, qualis foret Cauni voluntas. Toto mari, pro toto legendum eſſe tuto facile ex ſenſu ipſo apparet, quamuis fere in exemplaribus toto corrupte legatur. Non exploratis ventis, non intellecta Cauni voluntate. Perſtat enim in metaphora a nauigantibus ſumpta. In ſcopulos, in maximas anxietates. Nec bitt neſcit enim vox emiſſa reuerti, vt inquit Horatius. Cera, tabella cerata. Nō ne vel illa dies, ſe arguit Byblis, quod caſu tabellę admonita in alium dies non diſtulerit literas Cauno mittendas. Et tamen ipſa loqui, hic quoq; colligit Byblis ſe temere ad Caunum fratrem literas dediſſe, ſatiusq; fuiſſe ſi ipſa coram ſuos

Si facta mihi reuocare liceret, hoc eſt poſſem efficere, vt facta eſſent infecta. Cępta expugnare, incępta perficere. Quippe nec ille poteſt, multis rationibus colligit Byblis melius eſſe, vt in incępto perſiſtat, quam ab eo deſiſtat. Reliquam, deponam. Leuiter, leui amore impulſa. Qui plurimus, maximus, grauiſſimus. Hoc Deo, Cupidine Deniq; iam nequeo, omnino inquit iam nefanda commiſi, neq; innocens poſſum exiſtimari. Temerata, violata. Vt nihil adijciam, quāuis nihil. ijs quę iam commiſi adiungam. In vota, ad vota explenda. In certę mentis, inſtabilis animi. Committit ſępe repelli, cōmittit vt ſępe repellat. Mox vbi finis abeſt, deinde inquit: cum nullus finis imponitur Byblidos flagitio. Caunus patriam reliquit. Inque peregrina, nam in Caria vrbem ędificauit, quam de nomine ſuo Caunum appellauit, et ęſtate et autumno peſtiferam. Diſcedit autem ab hiſtoria poeta, quo magis veriſimilem fabulam reddat, nam Cauni conditores a Strabone ex Creta veniſſe ſcribuntur. Cauni

Miletida, By-

blida Mileti filiam. Planxit, percuſſit. Siне qua, qua erepta. Profugi, porro fugati.

VTQVE tuo motę, eo furore Byblida agitatam fuiſſe ait poeta, quo Bacchę vexantur, dum tertio quoq; anno Orgia celebrant. Proles Semeleia, apoſtrophe ad Bacchus. Motę, concitatę. Tuo Thyrſo, tuis ſacris per synegdochen. Eſt nanque Thyrſus haſta pampinis tecta, quę in ſacris Bacchi iactabat. Ismarię, Thracię. Triēnia, Trieterica gręcę dicuntur, eo quod tertio quoq; anno celebrarentur. Bubaſides nurus. Carię. Nam Bubaſus, vnde Bubaſides declinant. Carię regio eſt. Caras Carię populos. Et armiferos Lelegas. Leleges populi ſunt Carię belicoſiſſimi. Iam Cragon, Cragus mons eſt Lycię Apollini ſacer, qui ꝓmontoria octo habere ſcribitur, ac eiuſdem nominis vrbē. Et Limyrē, Limyre oppidum eſt Lycię iuxta Cragon. Xanthiq; Xanthus et fluuij et Lycię vrbis maxime nomē eſt. Quodque Chimęrę iugus, chimęra mons eſt Lycię, qui vt Ætna in Sicilia fumum ac flammarum globos emittit. Id qđ poetis cauſam prębuit, vt fingerent Chimęram eē monſtrum, partem anteriores leonis habens flāmas euomētem, medium ac vētrem capræ, poſteriorem draconis, vnde etiam Homerus inquit. Sane Chimęra capra interꝓtatur. Quid enim dare maius habebant, id eſt poterant, ac ſi diceret nihil.

Protinus vt ſecto, quomodo in fontem fuerit reſoluta Byblis triplici ſimilitudine poeta exponit.

Picę de cortice, picea arbor eſt, ex cuius trunco ſi incidatur, reſina fluit. Vt ve tenax bitumen, bitumen genus eſt picis ex terra naſcens. Spirantis lene, leniter. nomen pro aduerbio. Remoleſcit, iterum mollis ac liquida fit, liqueſcit. Conſtitit, congelata fuit. Phœbeia Byblis, Phœbi neptis.

Thyrſus

Leleges

Cragus

Limyre

Xāthus

Chimęra

Pica

Bitumē

Byblis

in fontē

Vtq; tuo motę proles Semeleia Thyrſo
Ismarię celebrant repetita triennia Bacchę,
Byblida non aliter latos vlulaſſe per agros
Bubaſides videre nurus, quibus illa relictis
Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamq; pererrat.
Iam Cragō, & Limyren, Xāthiq; reliq̄rat ūdas,
Quodq; Chimęra iugū, medijs in ꝑtibus Ignē
Pectus, & ora Leę, tandam ſerpentis habebat.
Deficiunt ſilue, cum tu laſſata ſequendo
Concidis, & dura poſitis tellure capillis
Bibli iaces, frondeſq; tuo premis ore caducas.
Sępe illam nymphę teneris Lelegiedes vlnis
Tollere conantur, ſępe vt medeatur amori
Pręcipiunt, ſurdęq; adhibent ſolatia menti.
Muta iacet, virideſq; ſuis tenet vnguibus herbas
Byblis, & humectat lachrymarũ gramīa riuo.
Naiadis his venam, quę nunq̄ areſcere poſſet,
Suppoſuiſſe ferūt, quid.n. dare maius habebāt?
Protinus, vt ſecto picę de cortice guttę,
Vt ve tenax granida manat tellure Bitumen,
Vtq; ſub aduentum ſpirantis lene fauoni
Sole remolleſcit, quę frigore conſtitit vnda,
Sic lachrymis conſumpta ſuis Phębeia Byblis
Vertit̄ in fontem, qui nunc quoq; vallibus illis
Nomē habet dominę, nigraq; ſub ilice manat.
Fama noui, centum Cretęas forſitan vrbes
Impleſſet monſtri, ſi non miracula nuper
Iphide mutato Crete propiora tuliſſet.
Proxima Gnoſſiaco nā quōdā Phęſtia regno
Progenuit tellus ignotum nomine Lyctum
Ingenua de plebe virum. nec cenſus in illo
Nobilitate ſua maior, ſed vita, fideſq;
Inculpata fuit, grauidę, qui coniugis aures

Fabulę decimę libri noni argumentum.

LACT. FAma noui centum Cretęas forſitan vrbes &c. Phęſtos ad oppidum in inſulam Cretę hic Lyctus generoſę ſtirpis ac pręſtantis fidei cum petiſſet a Telethuſa coniuge, vt ſi puellam pareret, necaret, ſi autem puerum ſobolē patrię ſeruaret, vt vterque cum pro caſu futuro lachrymas dediſſent, mater nequiens inferre manus filię, Iſidem in malis babuit auxilio, cuius pollicitis illa infantem ꝓ puero decepto patre filij opinione nutriuit, itaq; cum ętas matura nuptijs increuiſſet, nihil ſuſpicans pater obſtrictus fide coniugis Ianthē ex Teleſte genitam deſpondit, qui inter ſe dum graui amore premerentur maxime Iphis, hoc enim pater nomine aui eum vocari voluerit, et trepidante etiam matre ne Iphis diu aduerſus virum cum infamia reperiretur, eadem Dea fuit auxilio, nam vt totis nuptijs iugari poſſint Iphin ī puerum transfigurauit.

RAPH. FAma noui cētum, hęc ad connectendam Iphidis Metamorphoſin ī marem a poeta referuntur. Nam Lyctus quidam de plebe Telethuſam duxit vxorem, cui grauidę mandauit, vt ſi marem quidem pareret, educaret, ſin foeminam, exponeret. Sollicitę igitur ac męſtę propter viri mandata Telethuſę, Iſis Dea in ſomnis apparuit, eamque hortata eſt, vt quicquid pareret, educare nihil dubitaret, ſe enim auxilio cum opus eſſet, futuram, Quare Telethuſa cum puellam peperiſſet, marem eſſe mentita eſt marito, qui ei nomen aui impoſuit, Iphimque appellauit, atque vt maſculum educauit, ſed cum ad tertium et decimum ętatis annum peruenisset, ei pater Ianthem Teleſtę cuꝛ.

Lyctus

Vocibus his monuit, cū iā ꝓpe partus adeſſet.
Quę nonea duo ſūt, minimo vt relcuere dolorē
Vtq; marem parias. oncroſior altera ſors eſt,
Et vires fortuna negat. quod abominor, ergo
Edita forte tuo fuerit ſi foemina partu,
Inuitus mando. pietas ignoſce, necetur.
Dixerat, & lachrymis vltima lauere profuſis,
Tam qui mandabat, q̄ cui mandata dabātur.
Sed tamen, vſq; ſuum vanis Telethuſa maritū
Sollicitat precibus, ne ſpem ſibi ponat in arcto.
Certa ſua eſt Lycto ſententia. iamq; ferendo
Vexerat illa grauem maturo pondere ventrē,
Cum medio noctis ſpatio ſub imagine ſomni
Inachis ante torum pompa comitata ſacrorū
Aut ſtetit, aut viſa eſt. inerant Lunaria fronti
Cornua, cum ſpicis nitido flauentibus auro,
Et regale decus, cum qua latrator Anubis,
Sanctaq; Bubaſtis, varijſq; coloribus Apis,
Quiq; premit vocem, digitoq; ſilentia ſuadet,
Siſtraq; erant, nunquāq; ſatis quęſitus Oſiris,
Plenaq; ſomniferis ſerpens peregrina venenis.
Tu velut excuſſa ſomno, & manifeſta videtē
Sic affata Dea eſt. pars o Telethuſa mearum,
Pone graues curas, mandataq; falle mariti.
Nec dubita, cum te partu Lucina leuarit,
Tollere quicquid erit, Dea ſum auxiliaris, opemq;
Exorata fero, nec te coluiſſe, quereris
Ingratum numen. monuit, thalamoq; receſſit
Lęta toro ſurgit, duraſq; ad ſydera ſupplex
Creſſa manus tollens, rata ſint ſua viſa precatē.
Vt dolor increuit, ſeq; ipſum pondus in auras
Expulit, & nata eſt ignota foemina patri.
Iuſſit ali mater puerum mentita, fidemq;
Res habuit. neq; erat facti niſi cōſcia nutrix.
Vota pater ſoluit, nomenq; imponit auitum.
Iphis auus fuerat. gauiſa eſt nomine mater,
Quod cōmune foret. nec quendā falleret illo.

iusdam victinum filiam deſponſauit. Cum vero dies nuptiarum adeſſet, telethuſa vna cum Iphide templum Iſidis adijt, illiusque implorato auxilio Iphis in marem conuerſus, Ianthe quā fruſtra ab ſe amari crediderat potitus eſt. Crete as vr. Cretenſes, vnde miletus Byblidos pater coloniam deduxerat in Aſiam. Eſt autem

Creta Creta inſula centum vrbium fama nobilis, a Creta nympha Heſperidis filia cognominata, vt Doſiades ſcripſit, vt Anaximander a rege Curetum. Hęc Aeria primum, deinde Curetis, tum Macaros a temperie cęli fuit appellata. Hęc Pli.

Phęſtus Phęſtia vel. Phęſtus vrbs fuit Cretę, a Minoe ędificata, ē gortynijs delata.

Gnoſſos Gnoſſiaco re. gnoſſos Vna fuit ex pſtantibus Cretę vrbibus. Quę vo. optē, cupiam. Vt vel. vt parias. Oneroſior al. ſors eſt, foeminam non ſolum enim educare, ſed ēt dotem parare oportet.

Abominari Quod abominor, quod omen Dij auertant.

Vsque Vſque, ſemper, continue.

In ar. in augusto, vt bene ſperet Deos ei nō defuturos.

Inachus Inachis, Io Inachi filia, quę in vaccam conuerſa, cum priſtinę figurę foret reſtituta, ab Ægyptijs ꝓ dea fuit culta, Iſiſq; appellata. Huius autem ornatum et comites deſcribit poeta. Lunaria cornua, cum cornibus nanq; pingebatur Iſis, vt quę eadem cum Luna eſſe dicatur. Nam primi hominus in Aegypto geniti hunc mundi ornatum admirantes vniuerſorumq; naturas duos eſſe Deos, et quidem ęternos ſunt arbitrati Solem et Lunam, et illum quidem Oſiridem, hanc vero Iſidem appellarunt, vt Diodorus ſcribit. Luna autem primis die Iſidis cōbus cum creſcit cornua habere videtur, Bos quę q; mites ei ab Aegyptijs ſacrificatur.

Anubis Et regale decus, diadema. Cum qua latrator Anubis, Mercurius ab Aegyptijs colitur ſub canis figura, ſignificantibus eum fuiſſe cuſtodem Oſiridis et Iſidis, Anubiſq; appellat.

Bubaſtis Sanctaq; Bubaſtis, comes Iſidis videtur fuiſſe bubaſtis, Eadēque cum Diana eſſe ab Herodoto perhibetur. Sed pro ipſa quoq; Iſide accipi ſolet, a Bubaſto vrbe cognominata: Hoc vero ex hys q̄ in columna eius ſacris litteris ſcripta tradunt percipi poteſt. Ego Iſis ſum Aegypti regia a Mercurio erudita, quę ego legibus ſtatui, nullus ſoluet. Ego ſum Oſiridis. ego ſum prima frugum inuentrix. ego ſum Ori regis mater. ego ſum in aſtro canis refulgens. mihi Bubaſta vrbs cōdita eſt. gaude, gaude Aegypte me, nutriſti. Hęc Diodorus.

Apis Varijſq; col. Apis, bos varias habens maculas ī Aegypto colebatur in perpetuam memoriam Oſiridis frugum, frumentiq; reptoris, q̄q̄ boues ruſſi imolari permitterentur, q; colore Typhoni, qui Oſiridem necauit, ſimiles viderent. Quiq; premit vocem.

Harpocrates Harpocratem ſignificat, qui cum digito ad os appoſito pingebatur. Siſtraq; erāt, Tympana.

Oſiris Nunq̄q; ſatis quęſitus Oſiris, Deus ē Ægyptiorum Iſidis maritus quam ſingulis quibusq; annis Aegyptij et amiſſum maximo cum męrore q̄runt, et inuentū maxima cū lętitia ꝓſequunt, vt Diod. alijq; auctores ſcribunt. Plenaq; ſomniferis, in pōpa ſacroꝝ Iſidis geſtabat et ſerpēs, q dormire videbat.

Excuſſam, excitatam. Dea ſum auxilia. ad id alludit, quod (vt ſcribit Diodorus) Ægyptij aſſeriit Iſidem pluriniorum inuentricem fuiſſe ad morbos medicamentorum, et medicinę arti admodũ contuliſſe, quam immortalitate quoq; potitã gaudere hominum cultu, inq; eorum valetudine preci pue verſari, quin et in ſomnis palam eis opitulari, quos contulerit digitos. Signa autem horum eſſe non gręcas fabellas, ſed opera certa. Totũ enim ferme orbem hanc Deam colere propter manifeſtas morborum curationes, ſiquidem in ſomnis illam non recte valentibus auxilia pbere ẽ qui eius monitis obtemperent, pter opinionem curari etiam, quoq; medici ſalutem deſperarint. Creſſa, Cretẽſis Telethuſa. Seq; ipſum põdus in auras Expulit, hoc eſt poſtq̃ peperit, pondusq; vteri in lucem extulit. Fidemq; res habuit, res credita fuit. Quod cõmune foret, puero ẽ puellę, nam Iphis tam foemina, q̃ mas appellari põt. Indecepta mendacia, non percepta, non cogitata, nõ intellecta. Impercepta autem, in deprehenſaue rectius forſitan legeret, hoc eſt non deprehẽſa, non aiaduerſa.

Dyctęo Teleſte, Cretenſis. Dicte namq; monte Cretę Dictęus declinat. Tetigit, cõmouit. Rude pectus, rudes animũ, et amandi imperitum. Sed erat fiducia diſpar, nam Iphis diffidebat ſe viri offõ fungi poſſe. Ianthe vero pulchre fidebat ſe munera mulieris optime obituram. Pactę tędę, pactarum nuptiarum. Quemq; virũ eſſet, Ianthe inquit cum putat eſſe virum, et marem, quem credit ſuum maritum eſſe futurum. Et auget Hoc ipſum flammas, quod virgine amata ſe frui poſſe deſperabat. Ardetq; in virgine virgo, virgo inquit virginis amore inflammatur, quod maxime mirandus eſt. Hinc vero aperte colligitur, hoc nomen virgo apd priſcos foeminini dumtaxat generis fuiſſe. Virgo

Quis me manet exitus, quem inquit exitum meus amor ſortietur, cum Ianthe amata frui non poſſem. Naturale malum, naturalem amores, non vt virginis, ſed viri amore caperet, vellem nulla forem, hoc eſt vellem non eſſe. Ne non ferat, vt ferat. Crete vero cum ſit caſus nominandi citra diphthongum ſcribatur.

Taurum dilexit filia Solis, Paſiphae, cuius fabula ſępius iam mihi eſt enarrata. Solertia, ingenij pſpicacitas ẽ acumen. Confluat, cõueniat. Quin animus firmas? cur nõ conſtantia vteris? ſe ipſam autem alloquitur Iphis. Excutis, abijcis repellis.

Niſi te quoq; decipis ipſam, non ſolũ alios, qui ipſam maſculum eſſe credebant. Et pete qđ fas eſt, et appete inquit quod aſſequi poſſis. Hanc tibi res adimit, neceſſitas et ſexus qualitas tibi hanc eripit, quam vxorem ducere cupis. Nec tamen eſt potienda tibi, nec tamen illa potes potiri. Nulla eſt, nõ eſt. Luxq; iugalis adeſt, nuptiarum dies. Vbi nubi-

Impercepta pia mendacia fraude latebant.
Cultus erat pueri. facies, quam ſiue puellę,
Siue dares puero, fieret formoſus vterq;.
Tertius interea decimo ſucceſſerant annus,
Cum pater Iphi tibi flauã deſpondet Ianthen?
Inter Phęſtiadas quę laudatiſſima formę
Dote fuit virgo, Dictęo nata Teleſte.
Par ętas, par forma fuit, primasq; magiſtris
Accepere artes elementa ętatis ab iiſdem.
Hinc amor amborũ tetigit rude pectus, & ęquũ
Vulnus vtriq; dedit. ſed erat fiducia diſpar.
Coniugium, pactęq; expectant tempora tędę.
Quemq; virũ putat eſſe, ſuum fore credit Iãthe,
Iphis amat, quo poſſe frui deſperat, & auget
Hoc ipſum flammas, ardetq; in virgine, virgo.
Vix tenet lachrymas qs me manet exitus iqt?
Cognita q̃ nulli, q̃ prodigioſa, nouęq;
Cura tenet Veneris? ſi Dij mihi parcere vellẽt,
Perdere debuerant. ſi non & perdere vellent,
Naturale malum ſaltem, & de more dediſſent.
Nec vaccas vaccę. nec equas amor vrit equarũ.
Vrit oues aries. ſequitur ſua foemina ceruum.
Sic & aues coeunt, interq; animalia cuncta
Fęmina foeminco correpta cupidie nulla eſt.
Vellem nulla forem. ne non tñ omnia Crete
Monſtra ferat, taurum dilexit filia Solis.
Fęmina nẽpe marem. meus eſt furioſior illo,
Si verũ profitemur, amor tamen illa ſecuta ẽ
Spem Veneris. i. tñ illa dolis, & imagine vaccę
Paſſa bouem eſt, & erat qui deciperet, adulter.
Huc licet ex toto ſolertia confluat orbe,
Ipſe licet reuolet ceratis Dędalus alis,
Quid faciet? num me puerũ de virgine doctis
Artibus efficiet? num te mutabit Ianthe?
Quin animũ firmas? teq; ipſa recolligis Iphi?
Conſiliiq; inopes, & ſtultos excutis ignes?
Quid ſis nata. vides, niſi te quoq; decipis ipſam
Et pete quod fas eſt, & ama, qđ foemina debes.
Spes eſt quę capiat. ſpes eſt quę paſcat amorem.
Hanc tibi res adimit. non te cuſtodia charo
Arcet et amplexu, nec cauti cura mariti,
Non patris aſperitas, nec ſe negat ipſa roganti.

Nec tamen eſt potienda tibi, nec vt oia fiant,
Eſſe potes fœlix, vt Dijq;, hominesq; laborent,
Nunc quoq, votorum pars vlla eſt vna meorum,
Dijq; mihi faciles, quicquid valuere, dederunt.
Q đq; ego, vult gẽitor, ſocer ꝛ vult ipſe futurus.
At non vult natura, potentior omnibus iſtis,
Q uę mihi ſola nocet. venit ecce optabile tẽps,
Luxq; iugalis adeſt, & iam mea fiet Ianthe,
Nec mihi continget. medijs ſitiemus in vndis.
Pronuba qd Iuno? qd ad hęc Hymeneę vẽtis
Sacra? qbus qui ducat abeſt. vbi nubimus ãbę.
Preſſit ab his vocem. nec lenius altera virgo
Aeſtuat, vtq; celer venias Hymeneę precatur.
Q đ petit hęc, Telethuſa timens, mõ tẽpa differt
Nunc ficto languore, morã trahit. omina ſępe,
Viſaq; cauſatur, ſed iam conſumpſerat omnem
Materiam ficti, dilataq, tempora tędę
Inſtiterant, vnusq; dies reſtabat. at illa
Crinalem capiti vittam. nateq;, ſibiq,
Detrahit, & paſſis aram complexa capillis,
Iſi, Paretonium, Mareoticaq; arua, Pharonq;,
Q uę colis, & ſeptem digeſtum in cornua Nilũ,
Fer precor (inquit) opem, nr̃oq, medere timori.
Te dea, te quondam, tuaq; hęc inſignia vidi,
Cunctaq; cognoui, ſonitum, comitesq, faceſq;
Siſtrorum, memoriq, animo tuá iuſſa notaui,
quod videt hęc lucem, ꝙ non ego punior ipſa.
Conſilium, monitumq; tuũ eſt. miſerere duarum,
Auxilioq; iuua. lachrymę ſunt verba ſecutę.
Viſa Dea eſt mouiſſe ſuas, & mouerat, aras,
Et templi tremuere fores, imitataq; Lunam
Cornua fulſerunt, crepuitq; ſonabile Siſtrum.
Non ſecura quidem, fauſto tamen omine lęta
Mater abit tẽplo. ſequit̃ comes Iphis euntem,
Q uam ſolita eſt maiore gradu. nec cãdor ĩ ore
Permanet, & vires augentur, ꝛ acrior ipſe eſt
Vultus, & incomptis breuior menſura capillis,
Pluſq; vigoris adeſt, habuit q̃ fœmina. nã quę
Fœmĩa nuꝑ eras, puer es, date munera tẽplis,
Nec timida gaudete fide. dãt munera templis,
Addunt & titulũ, titulus breue carmen hẽbat.
Vota puer ſoluit, quę fœmina vouerat Iphis.
Poſtera lux radijs totũ patefecerat orbem,
Cũ Vẽus, ꝛ Iuno, ſociuſq; Hymenęus ad ignes
Conueniunt, potiturq; ſua puer Iphis Ianthe.

Nubere — duus ambę, nubere fœminarum eſt ꝓpriũ. Nec mihi ↄtinget, ꝙ illa potiri nõ potero. Ad hęc ſacra, nuptiarum, nam ĩ nuptijs et Iuno ꝓnuba et Hymenęus inuocabant̃. Preſſit ab his vocem, poſt hęc inquit ſiluit. Nec lenius, nec minus.

Æſtuat, amore ardet. Altera virgo, Ianthe, quę Iphin, cui fuerat deſponſata, marem eſſe credebat. Vtq; celer venias, apoſtrophe ad Hymenęum nuptiarum Deũ. Omina, viſaque, auguria et ſomnia. Cauſatur, excuſat ac cãm eſſe ait. Ficti, fingendi.

Paretonium — Iſi, Paretonium, oppida Ægypti vbi potiſſimum colitur Iſis cõmemorat Thelethuſa. Nam Paretonium Ægypti oppidum eſt, et portus in

Mareotis — gẽs quadraginta fere ſtadiorum, vt Strab. ſcribit. Mareoticaq; arua, Mareotis lacus eſt Ægypti iuxta Alexandriã, qui antea

Pharos — Arapotes uolabatur. Pharonq;, Pharos inſula eſt Alexãdrię adiacens, in qua eſt turris altitudine inſignis, quã eodem nomine quo ĩſula, multis tabulatis excelſam, et albo lapide mirifice ſtructam Soſtratus Gnidius Ægypti regũ amicus, ob nauigantium ſalutem ędificauit, vt hoc epigrãma in eã ſcriptũ declarat. Soſtratus Gnidius Dexiphanis filius Dijs ſeruatoribus pro nauigãtibus. Nã cũ ora ĩportuoſa ꝛ humilis eẽt, ꝛ cautes et breuia mare haberet, ſignum aliqđ neceſſarium fuit altum, et clarum, quo nauigãtes ad portus ingreſſus dirigerent. Inde factum eſt vt hmõi ſigna ad portus collocata Phari dicant̃.

In ſeptẽ cornua, hoſtia. Nã Nilus ſeptem hoſtijs egredit̃ ĩ mare. Tuaq; hęc inſignia vidi, in ara nãq; Iſidis ea oĩa ſimulachra erant, quę per ſomnium viderat Telethuſa. Sonitum, comiteſq;, faceſq;, ordo eſt. Sonitũ

Siſtrum — Siſtrorum. Siſtrum nãq; inſtrũm eſt qđ ↄcuſſum ſonitus emittit, vnde et nomẽ σειστρον σειειν, hoc eſt a ↄcutiendo accepit.

Quod videt hęc lucem, quod hęc viuit. Digito aũt puellam oſtendit. Non ſecura, non ſine cura et ſollicitudie. Fauſto omie, fœlici augurio. Ad ignes, ad ſacrificia, quę in nuptijs Iunoni, Hymenęoq; ac Veneri celebrant̃.

Fabulę primę libri decimi argumentũ.

LACTᵂ — Inde per immenſum &c. Orpheus Eurydice interempta ad inferos deſcẽdit, et a dite impetrauit, vt eam reduceret ad ſuperos lege ꝓpoſita, ſi ſequentem non reſpexiſſet, ꝙ ille pręſtare non potuit. Reuocata igit̃ ad inferos Orpheus vt ad lucem conſurgeret, ſic dementia ſtupuiſſe dicitur, vt canem Cerberum, et Olenum, et Lethęa in lapidem transfigurarunt. Poſtea dolore ac fletu finito ne ruſſus coniugale deſyderium expireretur, puerilem Venerem inſtituit.

RAPHAELIS REGII IN DECIMUM Metamorphoſeos Ouidij librum enarrationes.



Publij Ouidij Naſonis Metamorphoſeos Liber decimus.

Inde per immenſum crocco velatus amictu
Aethera digreditur Ciconunq; hymenęus ad oras
Tendit, & Orpheia ne quicquam voce vocatur.
Affuit ille quidem, ſed nec ſolennia verba,
Nec lętos vultus, nec felix attulit omen.
Fax q̄3 quā tenuit lachrymoſo ſtridula fumo
Vſq; fuit, nulloſq; inuenit motibus ignes.
Exitus auſpicio grauior. nam nupta p herbas.
Dum noua Naiadum turba comitata vagat,

UPH.

Inde per immenſum. Totum hunc librum vndecimiq; partem Orphei geſtis, carminibuſque ita dicauit poeta, vt ab inſtituto non diſcedat, variaſq; transfigurationes exponat. Nam Orpheus Apollinis, et Calliopes, vel (vt alij ſcribunt) Oeagri fluuij, et Polymnię musę filius, ſcientia ac cantus ſuauitate mortales omnes dicitur ſuperaſſe, citharamque ad ſimilitudinem teſtudinis a Mercurio confectam, donoq; Apollini datam a pre accepiſſe cuius modulatione non hoīes ſolum, ſed feras, ſiluaſq; ac ſaxa mota fuiſſe. Is enim (vt ſcribit Diod.) doctrinę deditus, cum Theologię operam impēdiſſet, in Ægyptum tranſiit, plurimarūque ibi rerum percepta ſcientia, Gręcorum doctiſſimus tum in Deorū cerimonijs, tū in theologia, tū in poematis, cantuque eſt habitus. Nauigauit inſuper cum Argonautis, obq; vxoris amorem ad inferos cum deſcēdiſſet, a Proſerpina ſuauitate cantus allecta impetrauit, vt defunctam vxorem ab inferis excitaret, nam Eurydice, quā infauſto omine ſibi copulārat, dum per prata ſimul cum alijs nymphis vagaretur, a ſerpēte percuſſa interijt, tantoq; dolore moriens affecit maritum, vt non ſatis eſſe duxerit lugere, ſed ad inferos quoque ad eam repetendam deſcendere nihil dubitarit. Eo igitur cum peruenisset, tantum carminis ſuauitate effecit, vt vxorem a Plutone ea acciperet conditione, ne illā prius, q̄ ad ſuperos reuerſus eſſet, reſpiceret, ſed Orpheus veritus ne ſe vxor ſequeretur, cum iam fere ad ſuperos perueniſſet, eam reſpexit, quę ilico ad inferos retracta Orpheum in maximis cruciatibus reliquit. Cum igitur deſperaret ſe iterum ea potiri poſſe omnes aſpernatus mulieres dicitur, primusque apud Thraces puerorum amoribus indulſiſſe. Id vero ęgre ferētes Thracię mulieres ſacra Bacchi celebrantes illum citharam tenentem, feraſque mulcentem diſcerpſerunt, cuius caput vna cū cithara in Hebrum proiectum, cum Lesbon vſque perueniſſet, idq; ſerpens laniare vellet, in ſaxum ab Apolline dicitur fuiſſe transformatus.

Orpheus

Nuptię Orphei

Cicones

Ad oras Ciconum, Cicones populi ſunt Thracię iuxta Hebrum fluuium habitantes a Cicone Apollinis et Rhodopes filio dicti.

Et Orpheia voce, adiectiuum eſt Orpheia, vnde etiam penultimam producit, quę a grecis per ει ſcribitur. Ne quicquam, fruſtra. Neque enim felices illę nuptię fuerunt.

Sed nec ſolennia verba, qualia hęc eſſent. fauſtę, felicesque hę ſint nuptię.

Fax quoque quā tenuit, quinq; faces (vt in Problematis ſcri. Plutarchus) ante nouam nuptas pręferri ſolebant. Vſque, ſemper. Rhodopeius vates. Orpheus poeta Thracius, cuius Hymni in pleroſq; Deorum etiā nunc extant. Rhodope autem mons eſt Thracię altiſſimus.

Rhodope

Tenarus

Tenaria porta; Tenarus Laconię ꝓmontorium eſt, in quo ſpecus: eſſe dicitur, per quem ad inferos deſcenditur.

Perque leues populos, corporibus carentes. Perſephonen, Proſerpinam. Vmbrarum dominum, Plutonem.

O poſiti, hac oratione, Orpheus perſuadere conatur Plutoni atque Proſerpinę, vt ſibi Euridicem vxorem reſtituant, ac per aliquot adhuc annos viuere apud ſuperos permittant. Mundi po. ſub terra, periphraſis eſt inferorum. Opaca Tartara, obſcura, tenebroſa: Eſt enim Tartarus inferorū locus ꝓfundiſſimus. Meduſei mōſtri Cerbero tribus capitibus canis inferorū tricipitis, qui vt Meduſa pro ca pillis, ita pro pilis colubros ac ſerpentes habet. Merito autem ſe excuſat Orpheus, ne vt Hercules creditur ad extrahendum Cerberum illuc deſcendiſſe. Augurior, coniecto et ſignis collig. Augurior

Orpheus ad inferos

Orphei tartarus

Augurior Augurio

autem et Auguro in eadē ſignificatione dicimus. Veteris rapinę, nam Pluto Proſerpinę amore captus eam rapuit. Per chaos hoc ingens, per has immenſas tenebras. Retexite, reſoluite, vt ad vitam poſſit redire. Omnia debentur vobis, oīa inqt ad vos venire neceſſe eſt. Longiſſima regna, vtpote quę nūquam ſunt fines habitura. Peregerit, compleuerit. Iuris veſtri poteſtatis, & ditionis vſę. Pro munere poſcimus vſum, vt Eurydice vti, fruique poſſim. Quod ſi fata negant veniam, ſed ſi inquit fata mihi hoc beneficium, pro vxore petitum negauerint, decreui nolle ad ſuperos redire. Veniam, beneficium. Interdum venia pro pace ponitur. Virg. Cuncti nā lecti nauibus ibant Omnes veniam. Cęterum qui peccarunt veniam petere proprie dicuntur, cum vt ſibi parcatur, orāt. Venia Certum eſt mihi, decretum eſt mihi. Talia dicentem, quanta fuerit vis Orphei orationis facile hinc colligitur, q̄ inferos omnes lachrymas emittere coegit. Neruosq; cytharę chordas pulſantem. Nec Tantalus vndam captauit refugam, Tantalus Paphlagonię rex fuit regionis fertilitate ditiſſimus, qui menſa Deorꝫ dignatus Iouis arcana prodidit mortalibus. Quare Tātalus ad inferos detruſus, et inter aquas ori allabentes ſint, nec pēdentibus pomis famem expellere poteſt. Cum enim ea captare vult a vento (vt ſcribit Hom.) diſſipant. Captauit, capere curauit. Stupuitq; Ixionis orbis,

Occidit, in talum ſerpentis dente recepta.
Quā ſatis ad ſuperas poſtq; Rhodopeius auras
Defleuit vates ne non tentaret & vmbras,
Ad ſtyga Tęnaria eſt auſus deſcendere porta,
Perq; leues populos, ſimulachraq; functa ſepulchro
Perſephonē adijt, inamęnaq; regna tenētē
Vmbrarum dn̄m, pulſiſq; ad carmina neruis.
Sic ait. o poſiti ſub terra numina mundi,
In quez decidimus qdquid mortale creamur,
Si licet, & falſi poſitis ambagibus oris
Vera loqui ſinitis, non huc vt opaca viderem
Tartara, deſcendi, nec vti villoſa colubris
Terna Meduſęi vincirem guttura monſtri.
Cauſa vię eſt cōiunx, in quā calcata, venenum
Vipera diffudit, creſcenteſq; abſtulit annos.
Poſſe pati volui, nec me tentaſſe negabo.
Vicit amor. ſupera Deus hic bn̄ notus ī ora eſt
An ſit & hic, dubito. ſed & hic tn̄ auguror eſſe,
Famaq; ſi veteris non eſt mentita rapinę,
Vos q̄z iūxit amor. p ego. hęc loca plena timoris,
Per chaos hoc igēs, vaſtiq; ſilētia regni,
Eurydices oro properata retexite fata.
Omnia debentur vobis, paulumq; morati
Serius aut citius ſedem properamus ad vnam.
Tendimus huc oēs, hęc ē domus vltima, voſq;
Humani generis longiſſima regna tenetis.
Hęc quoq; cum iuſtos matura peregerit annos,
Iuris erit veſtri, pro munere poſcimus vſum.
Quod ſi fata negāt veniā pro cōiungere certū ē
Nunc redire mihi. leto gaudete duorum.
Talia dicentem, neruoſq; ad verba mouentem
Exangues flebant animę. nec Tantalus vndam
Captauit refugam, ſtupuitq; Ixionis orbis.
Nec carpſere iecur volucres, vrniſq; vacarunt
Belides, inq; tuo ſediſti Siſyphe ſaxo.
Tūc primū lachrymis victarū carmie fama ē
Eumenidum maduiſſe genas, nec regia cōiūx
Suſtinet, oranti, nec qui regit ima negare.
Eurydicenq; vocant, vmbras erat illa recentes
Inter, & inceſſit paſſu de vulnere tardo.
Hāc ſimul, & legē Rhodopeius accipit Orpheus.
Ne flectat retro ſua lumina, donec auernas

Ixion Phlegię, vel (vt quidam ſcribunt) Antionis & Melanthus filius, cum Iunonem de ſtupro interpellaſſet, ſiue (vt Homerus ait) Latonam ad inferos damnatus rota aſſidue circumagit. Stupuit, immobilis permanſit, vt Orphei carmina audiret. Ixion Orbis, rota. Nec carpſe iecur volucres Titij ſubaudiat. nam Titius Iouis filius, et Helarę, qui terrę alūnus dicitur, quoniam a mře ſub ſpecu metu Iunonis fuit educatus, cum Latonam violare tentaſſet in nouem iugera diſtentus iecore ſuo vultures aſſidue paſcere narratur. Vrniſq; va. Be. Beli neptes. Hę vero Danai filię fuere quinquaginta, quę totidem patrueles, eoſdemque maritos Ægypti filios iuſſu Danai patris ſuum quęq; preter vnam Hypermneſtram, quę Lynceo pepercit, prima nocte interemere, vnde ad inferos detruſę cribris aquā haurire finguntur. Titius Hac autem fabula Lucretius amore captos ſignificari putat, qui in re leuiſſima diu laborent. Belides Vacarūt, ceſſarūt ab vrnis geſtandis. Inq; tuo ſe. Si. ſa Siſyphus Æoli filius cum iſthmū infeſtaret ad inferos truſus ſaxum ī montis cacumen ſubuoluere cogitur, qđ ſemper in vallem deuoluitur, quo ambitioſi ſignificantur, qui q̄uis ferant repulſas, ab ambiendis tamē magiſtratibus non deſiſtunt. Eumenidum, furiarum. Siſyphus Nec re. co. Proſerpina. Nec qui regit ima, periphraſis eſt Plutonis. Vmbras inter, anaſtrophe eſt. Carpitur accliuis, per tramites arduus. Orpheus ab inferis

Inferis ad ſuperos aſcendit. Nec procul, nec lon‑ge. Margine, extremitate. Summę telluris, ſupernę terrę. Hinc ne deficeret metuens. Metuit inquit timens Orpheus ne Eurydice ſe deſereret, ad eam oculos conuertit. Quam tria qui timidus, quis nam hic fuerit, nuſquã me legiſſe memini.

LACT. COLLIS erat etc. Ad cantus Orphei deſyderantis conſuetudinem coniugis cum plurima anima‑lia capta vocis dulcedine conueniſſent, et in his et arbores dicit; inter quas ſtupens cantibus Pinus Cybeles montis, qui in phrygia eſt, in quam Atys matris Deũ antiſtes mutatus ẽ. Alij ferũt fuiſſe cu‑ filiũ. Alij paſtorem.

Exierit valles, aut irrita dona futura.
Carpitur acclinis per muta ſilentia Trames
Arduus obſcurus, caligine denſus opaca.
Nec procul abfuerant telluris margine ſummę
Hinc ne deficeret metuens, auidusq; videndi
Flexit amans oculos, & protinus illa relapſa eſt.
Brachiaq; intendẽs, prendiq; & prẽdere captãs,
Nil niſi cedentes infelix arripit auras.
Iamq; iterum moriens, non eſt de coniuge quicq̃
Queſta ſuo. quid enim niſi ſe quereretur amatã?
Supremumq; vale, quod iam vix auribus ille
Acciperet dixit, reuolutaq; rurſus eodem eſt.
Nõ aliter ſtupuit gemina nece cõiugis orpheus
Quã tria qui timidus medio portãte cathenas
Colla canis vidit, quem non pauor ãte reliquit
Quam natura prior, ſaxo per corpus oborto.
Quiq; in ſe traxit crimen, voluitq; videri
Olenus eſſe nocens, tuq; o confiſa figura
Infelix Lethea tua, iunctiſſima quondam
Corpa nũc lapides, quos humida ſuſtinet Ide,
Orantem, fruſtraq; iterum tranſire volentem
Portitor arguerat, ſeptem tamen ille diebus
Squallidus in ripa Cereris ſine munere ſedit,
Cura, dolorq; animi, lachrymeq; alimẽta fuere
Eſſe Deos Herebi crudeles queſtus, in altam
Se recipit Rhodopẽ, pulſuq; Aquilonibus Hęmũ
Tertius ęquoreis incluſum piſcibus annum
Finierat Titan, omnemq; refugerat Orpheus
Femineam Venerem, ſeu q̃ male ceſſerat illi,
Siue fidem dederat. multas tñ ardor habebat
Iungere ſe Vati, multę doluere repulſę
Ille etiam Thracum populis fuit auctor amorẽ
In teneros transferre mares, citraq; iuuentam
Aetatis breue ver, primos carpere flores.

Quiſquis autem fu‑it, cum cerberus ab hercule ad ſupos at‑tractum vidiſſet, tã‑to affectus eſt tre‑more, vt in ſaxum fuerit conuerſus. Medio, collo ſub‑audiatur. Nam e tri‑bus cerberi collis me‑dium cathenis fue‑rat ligatum. Qui‑que in ſe traxit cri‑men, Olenus quidam **Olenus & Lethea in lapides** Letheam duxit vxo‑rem eximia pulchri‑tudine adeo ſuperbã vt ſe Deabus prefer‑ret. Ceterum Deę in‑dignatis de Lethea ſup‑plicium ſumere vel‑lent, Olenus in ſe cul‑pam vxoris transfer‑re auſus vna cum illa in lapidem fuit conuerſus. Humida Ide, fontibus abun‑dans. Nam Ida phry‑gia multis fontibus irrigatur. Orantẽ, Orpheum ſcilicet. Portitor, charon q̃ portui infernorum p̃eſt. Arguerat, increpauerat, ſed arcuerat fortaſſe rectius legetur, vt intelligamus, vetuerat. In ripa, ſtygis paludis. Cere‑ris ſine munere, ſine vllo cibo. Pulſum‑que Aquilonibus He‑mum, montes ſunt Thracię Rhodope & Hemus Boreę obno‑xij. Annum piſci‑bus ęquoreis inclu‑ſum, hoc eſt piſcibus terminatum. Nam piſces Zo‑diaci vltimum obtinent locum, annumq; termi‑nant. Significat igit̃ tres ãnos tranſiuiſſe poſt Eu‑rydices mortem, quibus Orpheus nullam tetigerat mulierem. Auctor transferre, conſtructio eſt grę‑ca, Transferendi enim latine diceretur.

RAPH. COLlis erat, locũ deſcribit vbi canens Orpheus a Bacchis fuit diſcerptus. Dys genitus vates, Orphe‑us Apollinis & Callio‑pes muſę filius. Lo‑co, in locum. Virgi‑lius, it clamor cęlo. Chaonis arbor, quercus dicit. Nam quercus arbor eſt glã‑difera, q̃ in chaonia **Quercus Chaonia** Epiri a chaõe dicta regiõe copioſe pro‑uenit. vnde in primo Georgicorum Virgi‑lius. Si veſtro munere tellus chaoniam pingui glandẽ mu‑tauit ariſta. Chaõ **Chaon** autem frater fuiſſe Heleni ſcribitur, quẽ cum Helenus ipſe p̃ imprudentiam occi‑diſſet, regionem cui imperabat chaoniã ab illius nomine vo‑cauit, quã antea Mo‑loſſia appellarẽt. Vn‑de Virgilius. Morte Neoptolemi regno‑rum reddita ceſſit Pars Heleno, q̃ chao‑nios cognomine cã‑pos. Chaoniãq; om‑nẽ Troiano a chao‑ne dixit. Plinius au‑tem chaoniam a Chaonibus populis denominatam eſſe ſcribit. Nõ nemus Heliadum, populi ĩ quas ſorores Phaetõ‑tis conuerſas fuiſſe in ſecundo volumi‑ne poeta narrauit. Heliadum, Solis filiarum. He‑lios enim Sol dicitur. Aeſculus, arbor eſt hec, **Aeſculus** glandifera Ioui dicata. Et innuba laurus, virgo. Daphne enim quam in laurum conuerſa legimus nunquam nubere voluit. Enodis abi‑es ſine nodis. **Enodis** Et platanus genialis, genio ac vo‑luptati dicata. **Platanus** Folijs enim ęſtale Solem auertit, hyeme vero admittit, vt Plinius ſcribit.

Fabulę ſecundę decimi libri argumentum.

Acer — Acerq̃, acer arbor eſt varijs diſtincta coloribus, vnde acer-
Acerne menſe — ne menſe poſt citre as in p̄tio apud priſcos fuiſſe ſcribunt.
Amnicolę ſali. Iuxta fluuios naſcētes. Salix autem arbor eſt notior, q̃ vt hoc loco ſit deſcribenda. Et aqua-
Lotos — tica Lotos, arbor eſt Lotos locis humidis gaudens, vnde ē aq̃tica vocatur a poeta, ē fert ſuauiſſimū fructum in Africa
Lotophagi — preſertim, Vnde Lotophagi populi fuerunt denominati. Eſt etiam Lotos herba, quam inter primas Deorum voluptati naſci Homerus ait. Tenueſq̃
Myrice — myricę, humiles nō multum creſcentes. Vnde et Virg. in Bucolicis humiles myricas appellat. Et
Myrtus — bicolor myrtus, arbor eſt myrtus Veneri dicata. Baccis, immaturis ficos baccas, vocat poeta. Pampineę vites, pampinis et folijs ornatę.
Ornus — Orniq̃ et piceę, arbores ſunt
Hornus — montanę ornus et picea. ſane hornus cum aſpiratione hi⸗ ius anni intelligitur.
Arbutus — Arbutus, arboris eſt ſpecies arbutus haud valide creſcēs. Pomo rubenti, pomis rubicundis.
Palma — Et lentę palmę, flexibiles. Victores p̄mia, idcirco palmę victoris prēmia dicuntur, q̃ victores palma coronātur. Palmę enim nunq̃ oneri cedunt, vt qui vincit hoſtilibus cedere nō vult. Et ſuccincta comas, ſuccinctas et altas hīs co-



Collis erat, colliſq̃ ſuper planiſſima campi
Area, quam viridem faciebant graminis herbę
Vmbra loco deerat, qua poſtquam parte reſedit
Dijs genitus Vates, & fila ſonantia mouit,
Vmbra loco venit, non Chaonis abfuit arbor,
Nō nemus heliadū, nō frōdibus Aeſculus altis,
Nec tilię molles, nec Fagus, & innuba Laurus,
Et coryli fragiles, & Fraxinus vtilis haſtis,
Enodiſq̃ abies, curuataq̃ glandibus Ilex,
Et Platanus genialis, Acerq̃ coloribus impar,
Amnicolęq̃ ſimul Salices, & aquatica Lotos.
Perpetuoq̃ virens Buxus, tenueſque Myricę,
Et bicolor Myrtus, & baccis cęrula Ficus.
Vos quoq̃ flexibiles Hederę veſtinis, & vna
Pampineę Vites, & amictę vitibus Vlmi,
Orniq̃, & Piceęq̃, Pomoq̃ onerata rubenti
Arbutus, & lentę victoris prēmia palmę
Et ſuccincta comas, hirſutaque vertice Pinus
Grata Deum matri, ſiquidem Cybeleius Atys
Exuit hac hominem, truncoq̃ indurnit illo.



mas, ē frōdes. Nā pinus in vertice ſolū frōdes emittit. Grata matri Cybele. Siquidem Cybeleius Atys.
Atys — Atyn eximia pulchritudine puerum Deorum mater, vt in Faſtis ſcribit poeta, ſibi caſto dilexit amore, iuſſitque vt caſtus viueret, ſuaq̃ templa tueret. At ille mandatoꝝ immemor cum Sagari tide nympha coiuit, quare in furias actus ſe ipſe primū excaſtrauit, deinde cum ſe interficere vellet, in pinum arborē fuit commutatus. Fabulę tertię decimę libri argumentum.
LACT. — AFFVIT huic turbę metas imitata etc. Cypariſſus Amiclei filius ex inſula Ceę, hunc Apollo dilexit, et propter Ceruum patientem manus, quē per imprudentiam ſagitta trāſfixum interemerat, manus afferentem ſibi periculo eripuit et protinus in arborē gnū nominis vertit.
RAPH. — AFFVit huic turbę, Cypariſſus puer fuit formoſiſſimus, Apollini gratus, q̃ ceruum, quē in delicijs habebat, cū imprudēs occidiſſet, tanto eſt Cypariſſus affectus dolorē, vt cū ſe in ęternum mori omnino vellet, in preſſum arborē cupreſſum ab Apolline fuerit cōmutatus. Metas imitata, metæ ſimilis, q̃ vt cupreſſi in acutū tendit. Ab illo deo, ab Apolline. nā apollo cū citharā et arcū pingebat. Carthea, ſic qdem ſcribitur, ſed Carthea cum th aſpirato legendum. videtur

Carthea Nam Carthea vna eſt ex quatuor vrbibus Cee inſule, in qua natus eſt Cypariſſus. Principale aūt pro deriuatiuo poſitum eſt. Gemmata monilia, torques gemmis ornati. Bacce, margarite, vniones. Cee gentis, Cea inſula eſt Ægei, vñ Ceus
Cea deriuatur. Quamlibet ignotas, quantumlibet incognitis. Solisque vapore, ſignificat ſolem in cancro fuiſſe quo tempore maximi excitantur eſtus. Frigus ducebat, trahebat, capiebat. Pro materiaque, pro qualitate rei perdite doleret. Egeſto ſanguine, exhauſto, emiſſo. Sumptoq; rigore, accepta duricie. Sydereum celum, ſyderibus ornatum. Lugebisq; alios, hoc ex Romana conſuetudine dictum eſt. Naz (vt Seruius ſcribit) cupreſſi rami ante fores domus in qua eſſet cadauer, ponebant, ne quis per imprudentiam ingrediens polluerctur, vnde illam inferis fuiſſe conſecratam dicunt, hoc eſt lachrymis & luctibus, vel q ceſa nunq̄ reuireſcit. Dolentibus, morte propinquorum.

Fabule quarte libri decimi argumentū.

TALE nemus &c. Ganymedes Trois filius prima forma cum ceteris Ilienſibus Phrygie preferretur, et aſſiduis venationibus intereſſet, ne infamiā virtus eta

RACT. tis ſubiret, Iuppiter verſus in Aquilam ex illo monte eum rapuit in celum, miniſtrumq; fecit.

RAPH. IMpulſas, percuſſas. Chorde autē que
Chorde fides latine dicuntur, muſicorum tantūmodo ſunt iſtrumentorum. Diuerſa, diuerſe, nomen enim pro aduerbio poſitū eſt.

Varios modos, varios ſonos, ex quibus conſtat harmonia. A Ioue muſa parens, Calliopem muſam ſibi matrem inuocat Orpheus. Ex principio autem hymni Orphei in Iouem hec ſumpta eē videntur. Cedunt Iouis omnia regno, omnia inquit Iouis potentie ſubijciuntur. Eſt autem parentheſis cauſam continens cur ab Ioue ſit inchoandum. Ple-
Plectrum ctro gra. quia ſono
Iuppiter grauiore, libella can-
in Aglam tari ſolet. Eſt aūt plectrū inſtrumētū muſicum, qui latine pectem appellatur, quo chorde percutiuntur απο του πληττειν, hoc eſt a percutiendo. declinatum. Gigantes, Gigantomachiam hoc eſt gigantum pugnaz. Phlegreis campis; Phlegrei
Phlegrei vbi fulminibus gigā-
campi tes fuere ꝯfecti. Phlegrei vero campi et in Thracia, et in Cāpania, et in Theſſalia eſſe ſcribuntur. Leniore lyra, humiliori ſono amoribus ꝯuenienti. Inconceſſis ignibus, nefandis amoribus. Ea aūt Orpheus canit ī mulierꝫ odium, atq; contemptū. Phrygij Ganymedis, Troiani. Nam Ganymedes Trois Dardanorum regis fuit filius, qui admiranda pulchritudine Iouē in ſui amorem pellexit, a quo in Aquilam mutato raptus ac ſibi menſe miniſter adhibitus perhibetur. Quod qdē; idcirco fingit, q Iuppiter aut per legionē Ganymedem rapuit, cuius in-
Ganymedes ſigne erat Aqla, aut
raptus nauis in q̄ fuit ipoſitum pictā habuit Aqlā, vt Lactan. expoīt. Euſebi. vero in Chronicis ait Ganymedē a Tantalo fuiſſe raptum indeq̄ ortum bellū inter Troē & Tātalū. Cetera ſt in quo raptus

Affuit huic turbe metas imitata Cupreſſus,
Nunc arbor, puer ante Deo dilectus ab illo,
Qui citharam neruis, & neruis temperat arcū.
Nāq; ſacer Nymphis Carthea tenentibus arua
Ingens Ceruus erat, lateq; patentibus altas
Ipſe ſuo capiti prebebat cornibus vmbras.
Cornua fulgebant auro, demiſſaq; in harmos
Pendebant tereti gemmata monilia collo.
Bulla ſuper frontem paruis argentea loris
Vincta mouebatur, parilique etate nitebant
Auribus & geminis, circum caua tpa, bacce.
Iſq; metu vacuus, naturaliq; pauore
Depoſito celebrare domos, mulcendaq; colla
Quamlibet ignotis manibus prebere ſolebat.
Sed tamen ante alios Cee pulcherrime gentis
Gratus erat Cypariſſe tibi, tu pabula ceruum
Ad noua, tu liquidi ducebas fontis ad vndas.
Tu modo texebas varios per cornua flores,
Nunc eques in tergo reſidens huc letus & illuc,
Mollia purpureis frenabas ora capiſtris.
Aeſtus erat, mediusq; dies, Soliſq; vapore
Concaua littorei feruebant brachia Cancri.
Feſſus in herboſa poſuit ſua corpora terra
Ceruus, & arborea frigus ducebat ad vmbra.
Hunc puer īprudens iaculo Cypariſſus acuto
Figit, & vt ſeuo morientem vulnere vidit,
Velle mori ſtatuit. que non ſolatia phebus
Dixit, & vt leuiter, pro materiaq; doleret
Admonuit, gemit ille tñ. munuſq; ſupremum
Hoc petit a Superis, vt tempore lugeat omni.
Iamq; per immenſos egeſto ſanguine fletus,
In viridem verti ceperunt membra colorem.
Et modo qui niuea pendebant fronte capilli,
Horrida ceſaries fieri, ſumptoq; rigore
Sydereum gracili ſpectare cacumine celum.
Ingemuit, triſtiſq; Deus lugebere nobis,
Lugebiſq; alios, aderiſq; dolentibus inquit.
Tale nemus Vates attraxerat, inq; ferarum
Concilio medius turba, volucrumq; ſedebat.

ſuit ἁρπαγὴ vocabitur ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, hoc eſt a rapiendo, vt Strabo teſtatur. Aquarium quidā Ganymedem eſſe dixerunt, vt ſcribit Higinus, vnde velut aquam fundens oſtenditur, et a grecis Hydrochoos appellatur. Niſi que portat ſua fulmina terre, periphraſis eſt aquile, que fulmina Ioui ſubminiſtrare. dicitur. Hoc autem idcirco fingit, quod ſola ex auibus aqla fulmine nō tangit. Iliadem, illi nepotem. Inuita Iunone, contra voluntatem Iunonis, que egre ferebat Ganymedem propter pulchritudines tantopere ab Ioue amari.

Aquila a fulmine nō tāgi

adeo formoſi, vt Apollo illius amore captus e celo deſcendere in terram ſuſtinuerit, quo diutius pulchritudine ipſius frui poſſet. Amyclas autem interdum Amycle ſecundum primam flectitur declinationem, interdum Amyclantis ſecundū tertiam. Meus genitor. Apollo. Nam Apollinis et Calliopes muse filium ſe eſſe Orpheus ipſe teſtatur. In medio orbe, Delphi vrbs eſt Phocidis Apollinis oraculo clariſſima, que a geographis i medio terrarum orbe eſſe perhibetur. Eurotan, fluuius eſt Laconie Eurotas. Immunitam Spartem, ſine muris, virtute enim non muris Lacedemonij vrbem ſuam tutabantur. Immemor ipſe ſui, ſue dignitatis. Aſſuetudine, conſuetudine. Iamque fere medius Titan, meridiem fuiſſe ſignificat. Acte, preterite noctis. Vtrinque, et a preterita et veniente nocte. Lati diſci, nam diſcus et latus eſt et rotundus lapis, quem in aere m priſci quadam arte iacientes ſe exercebant. Dictus eſt autem diſcus ἀπὸ τοῦ δικεῖν, hoc eſt a iacendo per additionem s litere. Reddit in ſolidas longo poſt tempore, emphaſis eſt, qua intelligamus diſcum longe in aeres fuiſſe iactum. cito nanque in terram cecidiſſet, niſi in altum iactus fuiſſet. Et exhibuit, oſtendit. Artem, nam ita emittebatur, vt in gyrum ſe voluēs caderet in terram. Tenarides, Tenarius Hyacinthus Lacon a Tenaro Laconie promontorio. Subiecit, ſurſum iecit. Aeque, tantum. Erat immedicabile vulnus, cauſa cur nil artes prodeſſent. Vt ſi quis violas, quas facile deflorit.

Delphi

Diſcus

Vt ſatis impulſas tentauit pollice chordas,
Et ſenſit varios, quamuis diuerſa ſonarent,
Concordare modos, hoc vocem carmiē mouit.
Ab Ioue muſa parēs (cedunt Iouis vīa regno)
Carmina nřa moue, Iouis eſt mihi ſepe ptās
Dicta prius cecini plectrō grauiore Gigantes,
Sparſaq; Phlegreis victricia fulmina campis.
Nunc opus eſt leuiore lyra pueroſq; canamus
Dilectos ſuperis, inconceſſiſq; puellas
Ignibus attonitas meruiſſe libidine penam.
Rex ſuperū Phrygii quōdā Ganymedis amore
Arſit, & inuentū eſt aliquid, quod Iuppiter eē,
Quam quod erat, mallet. nullā tñ alite verti
Dignatur, niſi que portat ſua fulmina terre,
Nec mora percuſſo mendacibus aere pennis
Arripit Iliaden, qui nunc qꝫ pocula miſcet,
Inuitaq; Ioui nectar Iunone miniſtrat.
Te qꝫ Amyclide poſuiſſet in ethere phebus,
Triſtia ſi ſpatium ponendi fata dediſſent.
Qua licet eternus tñ es, quotieſq; repellit
Ver hyemem, Piſciq; aries ſuccedit aquoſo,
Tu toties oreris, viridiq; in ceſpite flores.
Te meus ante omnes genitor dilexit, & orbe
In medio poſiti caruerunt preſide Delphi,
Dum Deus Eurotan, immunitamq; frequētat
Sparten, nec cithare, nec ſunt i honore ſagitte.
Immemor ipſe ſui non retia ferre recuſat.
Non tenuiſſe canes nō per iuga mōtis iniqui
Ire comes, longaq; alit aſſuetudine flammas.
Iamq; fere medius Titan venientis, & acte
Noctis erat, ſpatioq; pari diſtabat vtrinq;,
Corpora veſte leuant, & ſucco pinguis oliue
Splendeſcunt, latiq; ineunt certamina diſci.
Quem prius aerias libratum phebus in auras
Miſit, & oppoſitas diſiecit pondere nubes.
Recidit in ſolidam longo poſt tempore terram
Pondus, & exhibuit iūnctam cum viribus artē.

Fabule quinte Decimi libri argumentū.

LACT. TE QVOQVE &c. Hyacinthus Amyclides dilectus ab Apolline, cum per iocum in certamen diſci veniſſet, altius iactum pondus prius deſpicere non potuit, quam capite ſenſit iniectum. Quo diſco poſt obitum eius cruor, eius nomine in florem inſcriptū, ceſſit.

RAPH. TE QVOQ; Amyclide, Hyacinthus puer fuit formoſiſſimus ab Apolline ſimul a Zephyro vento adamatus. Qui cū i Apollinis amorem magis inclinaret, ob Zelotypiam in ſe zephyrus armauit. Cum igit ſe diſco cū Apolline exerceret, zephyrus vehementius flare cepit, diſcumq; ab Apolline in aerem coniectum ita repercuſſit in Hyacinthum, vt ipſum interfecerit. Apollo autem ne tam formoſi pueri memoria interiret, ipſum in ſui nominis florem commutauit, in quem etiam Aiax in. xiij. ſcribitur fuiſſe commutatus.

Hyacinthus in florē

Amyclas Amyclide, Amycle fili. Amyclas enim Hyacinthi pater fuit vrbis Amyclarum conditor. Nam Amycle vrbs eſt Laconie Hyacinthi patria pueri

ſcerit Hyacinthus pulchris ſimilitudinibus poeta oſtendit. Deſecta, derelicta. Laberis Oebalide, apoſtrophe ad Hyacinthum affectus, et doloris, et querelarum plena. Laberis, moreris. Oebalide, patronymicum pro poſſeſſiuo poſitum eſt. nam Oebalia vrbs eſt Laconię ab Oebalo conditore appellata. Quod quoniam fatali lege tenemur, vetamur in vetuſtis legitur exemplaribus, et recte quidem. Sic nanque aperte intelligitur, quod facere prohibemur. Dij.n. cum natura ſint immortales, nulla ratione vitam deponere poſſunt. Scripto, litteris. nam in Hyacintho flore αι syllaba gemitum ſignificans bis iſcripta videtur. Tametſi quidam aliter ſentientes, putantesq; hya ſyllabas in Hyacintho flore eſſe inſcriptas manifeſte decipiuntur. Fortiſſimus heros, Aiax Telamonius, vt in tertiodecimo poeta narrat, in Hyacinthum fuit conuerſus. Folioq; legatur eodem, nam in Hyacinthi foliis (vt dixi) prima syllaba huius nominis αιαξ inſcripta videtur. Et hya, ſic quidem fere legimus, ſicque legendum eſſe quidam præcipiunt, ſed aperte falluntur, cum hya literę nullum gemitum pręſe ferant, αιαι vero quę vox eſt aperte gemitus ſignificatiua, legendum eſſe facile contenderis, quamuis omnia quę quidem mihi videre contigit exemplaria refragentur. Funeſtaque litera, luctuoſę litterę, quibus in funeribus vtuntur. Ducta eſt, ſcripta eſt. Nam litterę dum ſcribuntur duci proprie dicuntur. Hinc autem apte colligitur αιαι legendum eſſe, αι nanque eſt vox, qua etiamnunc in funeribus et fletibus vti ſolemus. Hyacinthia, feſta in honorem Hyacinthi pueri inſtituta.

Oebalia Hyacinthus in florem

Ducere

> Protinus imprudens, actusq; cupidine luſus
> Tollere Tęnarides orbem properabat. at illum
> Dura repercuſſo ſubiecit in aere tellus
> In vultus Hyacinthe tuos. expalluit ęque
> Quã puer ipſe Deus, collapſosq; excipit artus,
> Et mõ te refouet, modo triſtia vulnera ſiccat.
> Nunc aiam admotis fugientẽ ſuſtinet herbis.
> Nil proſunt artes. erat, immedicabile vulnus.
> Vt ſi quis violas, riguoq; papauera in horto,
> Liliaq; infringat fuluis hęrentia virgis,
> Marcida demittant ſubito caput illa grauatum,
> Nec ſe ſuſtineant, ſpectentq; cacumine terram,
> Sic vultus moriens iacet, & defecta vigore
> Ipſa ſibi eſt oneri ceruix, humeroq; recumbit.
> Laberis Oebalide prima fraudate iuuenta,
> Phębus ait, videoq; tuum mea crimina vulnus
> Tu dolor es, facinusq; meum. mea dextera, leto
> Inſcribenda tuo eſt. ego ſum tibi funeris auctor.
> Quę mea culpa tamen? niſi ſi luſiſſe vocari
> Culpa poteſt? niſi culpa põt, & amaſſe, vocari?
> Atq; vtinam pro te vitam, tecumq; liceret
> Reddere, quod quoniam fatali lege tenemur,
> Semper eris mecum, memoriq; hęrebis in ore.
> Te lyra pulſa manu, te carmina nr̃a ſonabunt
> Floſq; nouus ſcripto gemitus imitabere nr̃os.
> Tempus & illud erit, quo ſe fortiſſimus heros
> Addat in hunc florem, folioq; legatur eodem.
> Talia dum vero memorantur Apollinis ore,
> Ecce cruor, q fuſus humi ſignauerat herbas,
> Deſinit eſſe cruor, Tyrioq; nitentior oſtro
> Flos oritur, formãq; capit, quam lilia, ſi non
> Purpureus color is. argenteus eſſet in illis.
> Nõ ſatis hoc Phębo ẽ, is.n. fuit auctor honoris,
> Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit, & hya
> Fos habet inſcriptum, funeſtaq; littera ducta eſt
> Nec genuiſſe pudet Spartẽ Hyacinthõ. honorq;
> Durat in hoc ęui. celebrandaq; more priorum

Fabulę ſextę decimi libri argumentum.

AT ſi forte roges fecundam etc. Amathus oppidum in inſula Cypre, cuius incolę ob tria conſuetudine humani generis ſoliti ara iouis, quę proxima erat. Deę aduenas immolare, quorum crudelitate Venus offenſa, ne relinquere ſedes ſuas cogeretur in boues vertit, quę a magnitudine cornuũ Ceraſtę apud Salaminios ſunt nominati.

IACH.

AT ſi forte roges, p cõparationem oſtẽdit Orpheus pueros formoſos et Dijs placuiſſe. et maximo ornamento ſuis fuiſſe ciuitatibus, puellas vero contra et Dijs perquam diſpliciuiſſe, & maximo ſuas vrbes dedecore affeciſſe. Nam Propętides quędam Venerem Deam eſſe negare auſę non minore ſunt odio ciuibus ſuis q̃ Ceraſtę quondam, qui in ara hoſpites immolabant, quos vt Venus in iuuencos cõuertit, ita Propętidas et ſua corpora primas proſtituere coegit, et in ſaxa commutauit.

RAPH.

Fęcundam Amathunta, Amathus vrbs ẽ Cypri ęre abũdans, vnde & Cyprus ipſa Amathuſia olim fuit vocata. eſt etiam vrbs Laconię. Declinatur autem Amathus, Amathuntis, vt opus operis.

Amathus

Ceraſtę i tauros

Propętides in ſaxa

Annuat, nutu affirmet tam illas velle genuiſſe, q̃ eos Ceraſtas, q hoſpites immolando maximo ſibi dedecori fuerũt. Vñ & nomẽ traxere Ceraſtę, κέρας vñ Ceraſtę declinanẽ, cornu dr̃, nã in frõte duo cornua hẽbat, vñ & Cyprus ipſa Ceraſtis a quibusdã fuit appellata. Iouis hoſpitis, ξένιος a Grecis appellaẽ, q hoſpites pſit. vñ Virg. Iuppi. hoſpitibus

Iuppiter hoſpitalis

Annua prelata redeunt Hyacinthia pompa.
At ſi forte roges foecundũ Amathũta metellis
An genuiſſe velit propętidas, annuat ęque
Atq; illos, gemino quondã qbus aſpera cornu
Frons erat, vnde etiam nomen traxere Ceraſtę.
Ante fores horum ſtabat Iouis hoſpitis ara
Lugubris ſceleris, quam ſi qs ſanguine tinctã
Aduena vidiſſet, mactatos crederet illic
Lactentes vitulos. Amathuſiacasq; bidentes.
Hoſpes erat cęſus. ſacris offenſa nefandis,
Ipſa, ſuas vrbes, Ophiuſiaq; arua parabat
Deſerere alma venus. ſ3 qd loca grata? qd urbes
Peccauere meę? quod dixit crimen in illis?
Exilio pęnam potius gens impia pendat,
Vel nece, vel ſiquid mediũ eſt, mortisq; fugęq;.
Idq; quid eſſe poteſt, niſi versę pęna figurę?
Dũ dubitat, quo mutet eos, ad cornua, vultũ
Flexit, & admonita eſt, hęc illis poſſe relinqui,
Grãdiaq; in toruos trãsformat mẽbra iuuencos.
Sunt tamen obſcęnę Venerẽ Propętides auſę
Eſſe negare Deam, pro qua ſua numinis ira
Corpora cum forma primę vulgaſſe feruntur.
Vt pudor ceſſit, ſanguisq; induruit oris,
In rigidum paruo ſilicem diſcrimine versę.
Quas quia pygmalion ęuũ per crimina agẽtes
Viderat, offenſus vitiis, quę plurima menti
Femineę natura dedit, ſine coniuge cęlebs
Viuebat, thalamiq; diu conſorte carebat,
Interea niueum mira feliciter arte
Sculpſit ebur, formãq; dedit, q̃ foemina naſci
Nulla poteſt, operisq; ſui concepit amorem.
Virginis eſt verę facies, quam viuere credas,
Et ſi non obſtet reuerentia, velle moueri.
Ars adeo latet arte ſua miratur, & haurit
Pectore pygmalion ſimulati corporis ignes.
Sępe manus operi tentantes admouet, an ſit

nam te dare iura loquuntur. Lugubris ſceleris, luctuoſi ſceleris, quo hoſpites decepti necabantur.

Amathuſia — Amathuſiacas bidentes, Cyprias oues. Nam Cyprus (vt dixi) Amathuſia etiam fuit appellata.

Ophiuſia arua, Cypria. alludit autem poeta ad priſcum illius inſulę nomen, Ceraſtis nãq; etiã cognominata fuit a genere quodam ſerpentis, vel q multa cornua, hoc eſt mõtium vertices habeat. Ophiuſia vero ſerpẽtina poſſumus interpretari. Gens impia, Ceraſtrum.

Fugęq; exilij. Toruos, truces, terribiles aſpectu.

RACT. Fabulę. vij. decimi libri argumentum.

SVNT tamen etc. Propętides filię Amathuntę aſpernatę Venerem primę in triuio vulgauere corpora ob eiuſdem Deę iram, quia pudore induruerant nouiſſime in lapidẽ ſũt, trãsfigurate.

RAPH. SVNT tamẽ obſcenę, quis inquit Ceraſtas in iuuencos cõuerterit venus, Propętides tamen auſę ſunt eam negare Deam eẽ. Obſcenę, turpes. Vulgaſſe, proſtituiſſe. Ceſſit, receſſit. Pro quo, pp quas rem. Numinis ira, Veneris indignatione. Sanguis q; indurruit oris, ita durus eſt factus, vt nihil erubeſcerent.

Paruo diſcrimine parua differentia. Lapideę nãq; ſtatuę videbantur propętidibus ſimiles. Versę, fuerãt ſubaudiat.

RACT. Fabulę. viij. decimi libri argumẽtum.

QVAS quia pigmalion ęuum p crimina agentes etc. Pygmalion offenſus impudentia vulgari Propętidum ſtatuit celebs permanere. Qui cum ſignum virginale ex ebore feciſſet, captus ſpecie eius in ve cordẽ incidit amorem, et cum tota mente q̃ſiuit a Deo vt eius ſigno, cuius amore exarſiſſet, animam īfunderet, vt egreſſus templo domum perueniret, competit voto ſe eſſe donatum coniugij. Itaq; lętatus arte ſua Paphum filium genuit, qui inſula Cypro oppidum ſui nominis conſuluit.

RAPH. Pygmalion — Quas q: Pygmalion ęuum, pygmalion quidã flagitijs Propętidum offenſus vitam cęlibem exigere decreuit, ſed ex ebore virginis ſimulachrũ adeo fabre effinxit, vt pinde atq; ſi viua eſſet, illius amore caperet. Quare venerem orauit, vt ſibi talem concederet vxorem. Venus autem plusq̃ petebatur, effecit. Nam illi, quam in lecto Pygmalion collocauerat, alam inſpirauit nubilemq; ętatem donauit, ex inſperato igitur Pygmaliõ voti compos factus ex ea paphũ ſuſtulit, a quo et Iſula, et vrbs Paphos fuit appellata. Paphus — Sine ꝯiuge cęlebs, altero ex altero pendet. Qui eñi vxore caret cęlebs viuit, qui cęlibẽ ducit vitã vxorem non hꝫ. Celebs — Celebs autem dr̃, quaſi cęleſtem vitã agẽs.

Talami conſorte, vxore. Qua foemina naſci Nulla põt, pulcherrimã fuiſſe illã ſtatuã intelligimus, vt q̃ ne a nã quidẽ poſſet ſuperari.

Et ſi non obſtet reuerantia, acute, elegãterq; hoc dcm̃ eſt. Nã virgines bene educatę p pudore in virorum conſpectu vix audent ſe mouere. Ea igitur ſtatua nõ q eburnea eſſet, ſed pudore quodã virginibus inſito imobilis videbatur. Ars adeo latet, vt viua videretur, non ex ebore confecta. Arte ſua miratur, ſtatuam ſubaudiamus. Simulati corporis, in ſimilitudinẽ virginis effecti. Nec adhuc ebur eſſe fatetur, quamuis tangat ſtatuam, eburneamq; eſſe ſentiat, ſibi tamen eburneam eſſe perſuadere non põt, adeo viua videbatur. Inſidere, inhęrere,

infigi ac ſubſidere,ſic ut membra digitis cederent.
Et metuit preſſos veniat ne liuor in artus, et timet inquit ne membra manu preſſa liuorem et nigra quędam ſigna concipiant. Liuor autem eſt illud ſignum ſubnigrum quod in corpore percuſſo videri ſolet,cui quoniam inuidorum color ſimilis eſt,liuor pro Inuidia ſępenumero ponitur.

Liuor

Paphius heros, Cyprius Pygmalion. Verba pleniſſima, copioſiſſima,ornatiſſima. Ora non falſa,verum faciem. De quo tenet inſula nomē, nam Cyprus dicta eſt etiam paphos a papho Pygmalionis filio.

Fabulę nonę libri decimi argumentum.

Corpus,an illud ebur, nec adhuc ebur eē fatet.
Oſcula dat,rediq; putat,loquiturq;,tenetq;,
Et credit tactis digitos inſidere membris.
Et metuit.preſſos,veniat ne liuor in artus.
Et modo bláditias adhibet, modo grata puellis
Munera fert illi conchas,teretesq; lapillos,
Et paruas volucres,& flores mille colorum,
Lilia perpictasq; pilas,& ab arbore lapſas
Heliadum lachrymas,ornat q̃3 veſtibus artus.
Dat digitis gemmas.dat longa monilia collo.
Aure leues baccę. redimicula pectore pendent.
Cũcta decẽt.nec nuda minus formóſa videt.
Collocat hanc ſtratis concha Sidonide tinctis,
Appellatq; tori ſociam,acclinataq; colla
Mollibus in plumis tanq̃ ſenſura,reponit,
Feſta dies Veneris tota celeberrima Cypro
Venerat,& blandis indutę cornibus,aurum
Conciderant ictę niuea ceruice iuuencę,
Thuraq; fumabát,cũ munere functus ad aras
Conſtit,& timide,ſi Dii dare cuncta poteſtis,
Sit coniunx opto,non auſus eburnea virgo
Dicere Pygmalion,ſimilis mea dixit eburnę.
Senſit, vt ipſa ſuis aderat Venus aurea feſtis,
Vota quid illa velint, & amici numinis omē
Flamma ter accenſa eſt,apicéq; per aera duxit.
Vt redit,ſimulachra ſuę petit ille puellę,
Incumbensq; toro dedit oſcula. viſa tepere eſt.
Admonet os iterũ mánibus quoq; pectora tẽtat,
Tentatum molleſcit ebur,poſitoq; rigore
Subſedit digitis,ceditq;, vt Hymettia Sole
Cęra remolleſcit,tractataq; pollice multas
Flectitur in facies,ipſoq; fit vtilis vſu.
Dum ſtupet,& dubie gaudet,falliq; veretur,
Rurſus amás,rurſusq; mán,ſua vota retractat.
Corpus erat.ſaliunt tentatę pollicę venę.
Tum vero paphius pleniſſima concipit heros

Succina Heliadum lachrymas, ſuccina quę e populis i quas ſorores Phaethontis conuerſas fuiſſe narrauit poeta defluere dicuntur. Baccę, vniones. Concha Sidonide, purpura Tyria.

Cyprus Tota Cypro, per totam Cyprum. Veneri nanq; dicata eſt Cyprus inſula Cilicię, Syrięq; obiecta, quondam nouem regnorum ſedes,varijs quidem nominibus appellata, nam et Amantida et Ceraſtē et Aſpelias et Amathuſam et Macariam et cryptū et Coliniam Plinius ſcribit fuiſſe appellatam. Cyprus autem dicta eſt a cypro Cinyrę filia,vel a cypero flore, vel(vt Aſtynomus ſcribit) quia prius Cryptos appellata fuit,eo quod ſępenumero a mari fuit occultata, deinde e litera abiecta Cypros vocata.

Eburnea ſtatua in virgines

Blandis cornibus, nō infeſtis, ſed mitibus. Cornua autem victimarum inaurari ſolebant. Munere, ſacrificio. Ad aras, apud altaria. Venus aurea, pulchra.

Paphos & Cyprus

Et amici numinis omen Flamma ter accenſa eſt, ordo eſt,et flamma ter accenſa eſt omen amici,et ꝓpicij numinis. Apicem,ſcintillam. Subſedit, cedit. Vt Hymettia cera,Hymettus Atticę mons eſt optimi mellis fertiliſſimus. Corpus erat, proprie dixit, nam corpus viuum proprie vocatur, caro autem mortua, vt quę a cadendo ſit dicta. Saliunt,mouentur.

Hymettus

LACT. Editus et ille eſt, qui &c.Myrrha Cinyrę Cenchreidis filia iracundia Veneris, q̃ mater eius prefer retur Deę, patrem impio dilexit amore, nec viam potendi inueniēs cogitur ſuſpendium experiri. Cuius nutrix intra cubile gementis excepit vocem, et ſignis cognitis nefarię mortis dum diligentius ſcrutatur, cauſam poſcit. Conſulta ergo puella ei pollicetur ſe effecturam,vt parenti ſine vlla infamia iungatur,cuius illa orationem in promiſſum tempus differt. At anus die ſolēni cereris, quo mater eius operata a viro ſecubabat, alumnas nocti deduxit ad cinyram predicans forma eius impulſam ſibi ſe crediſſe,qui data cupiditate lumen inferri iuſſit, vt ſpecies eius notam haberet, cognitusq; filię pater ſtuprator, coactus eſt pudore ferro ſtricto eas inſequi, quę duplici metu territa in inſulam profugit, ibiq; miſericordia eiuſdem Deę in arbores, quę eius nomen indicaret, mutata eſt.

RAPH. Cinyras Editus et ille eſt, Cinyras Pygmalionis filius Myrrham genuit,quę nefando patris amore capta nutricis opera cum eo inſcio concubuit, Adonemq; concepit,quod cum reſciniſſet pater ſtricto enſe filiam perſequi cępit,illa vero fugiens in Arabiā vſq; peruenit,vbi longoq; errore feſſa Deorũ miſeratione in arborẽ ſui nominis fuit mutata;

Inter felices,nam Cypriorum rex fuit in primis potens. Aut mea ſi veſtras,aut inquit ſi mea carmina vos delectabunt,'nolite credere ea fuiſſe facta quę hoc loco ſcribentur de Myrrha Cinyrę filia. Si tamen admiſſum, bene dubitat Orpheus an tantum ſceleris fuerit cōmiſſum. Nam contra naturas eſſe videtur, vt liberi parentes flagitioſe ac vſq; ad coitū amēt. Gentibus Iſmariis, Thracijs. Noſtro orbi, Thracię. Nā Orpheus Thrax fuit. Abeſt, remota eſt.

Amomū

Sit diues amomo, amomum herba eſt ſuauiſſimi odoris non in Arabia modo,ſed ī Ponto, Armeniaq; naſcens, vt Plinius ſcribit.

Cīnamū

Cinnamaq;, cinnamum herba eſt medica, qua Arabia felix commendatur.

Coſtus

Coſtumq; ſuum, coſtus frutex eſt grati odoris in Arabia naſcens. Sudata thura, per ſudores quodammodo emiſſa. Thurifera autem regio eſt Sabęa.

Pāchęa

Panchaica tellus, Panchęa regio apȯ Sabęos, ī q̄ thurifere arbores naſcuntur, vnde Virgilius. Totaq; thuriferis Panchaia pinguis ariſtis. Tanti noua non fuit arbor, vt pater cum filia coire debuerit. Vindicat, liberat. E tribus vna ſoror, vna ex furijs, Tiſiphone, Alectone, aut Megera. Vndiq; lecti proceres, electi principes. Ad thalami certamen, ad nuptias tuas certatim petendas aduenit. Dum non ſit ex omnibus vnus, hoc eſt vno patre excepto, quemuis ex omnibus elige. Si tamen hoc ſcelus eſt, Myrrha amore victa dubitabat an ſit nefas cum patre coire.

Inire

Init pecudes, cum pecudibus coit. Nam inire cum accuſatiuo iunctū animal ſignificante coire ſignificat. Felices quibus iſta licent, ex nimio ardore iſta prouenit exclamatio,qua Myrrha et brutorum vitam cōmendat, et ciuilem deteſtatur vt difficilem et duram. Inuida iura, quę humano generi inuidere videntur, ne ijs quę a natura permittuntur,frui poſſit. Negant, prohibent. Gentes tamen eē feruntur, hi ſunt Troglodytę, varięq; Æthiopum nationes,qui et vxores habent communes et brutorum more viuunt. Spes interdictę,legibus ꝓhibitę. Remittit, permittit. Cinyrę concumbere poſſem,cum Cinyra.greca enim loquendi ē figura. Nunc quia iam meus, eſt pater. Non ē meus,nō poteſt eſſe meus maritus.

Proximitas

Eſt mihi proximitas,cōſanguinitas ipſa mihi obeſt. Malus ardor, turpis amor. Amantem,me ſubaudiamus. Si nihil concediter vltra, coitum innuit, hoc eſt ſi mihi cum eo concumbere nō licet, quę eſt vltima amoris linea. Vltra autem, ſeipſam increpat Myrrha, ꝙ coire cum patre affectat,quo quidē modo et iura conſanguinitatis,et nomina confunderent. Nam filia, id quod eſt nefandiſſimum, et matris pellex eſſet, et adultera patris. Eſſet pręterea filiorum et ſoror,et mater,qd penitus conſanguinitatis nomina cōfundit.

Verba,q̄bus Veneri grates agit, oraq; tandem
Ore ſuo non falſa premit.dataq; oſcula virgo
Senſit,& erubuit,timidumq; ad lumina lumē
Attollens,pariter cum cęlo vidit amantem.
Coniugio quod fecit,adeſt Dea,iamq; coactis
Cornibus in plenum nouies Lunaribus orbē,
Illa paphum genuit,de quo tenet inſula nomē.
Editus & ille eſt,qui ſi ſine prole fuiſſet,
Inter felices Cinyras potuiſſet haberi.
Dira canā.ꝓcul hinc natę ꝓcul eſte parentes.
Aut mea ſi veſtras mulcebūt carmina mētes,
Deſit in hac mihi parte fides. nec credite factū.
Vel ſi credideris,facti quoq; credite pęnam.
Si tamen admiſſum ſinit hoc Natura videri,
Gentibus Iſmariis,& noſtro gratulor orbi.
Gratulor huic terrę,quod abeſt regiōibus illis,
Quę tantum genuere nefas. ſit diues Amomo,
Cinnamaq;,Coſtumq; ſuum,ſudataq; ligno
Thura ferat.floreſq; alios panchaica tellus,
Dū ferat & Myrrham.tanti noua nō fuit arbor.
Ipſe negat nocuiſſe tibi ſua tela Cupido
Myrrha,faceſq; ſuas a crimine vindicat iſto.
Stipite te Stygio,tumidiſq; afflauit Echidnis
E tribus vna ſoror,ſcelus eſt odiſſe parentem.
Hic amor eſt odio,maius ſcelus.vndiq; lecti
Te cupiunt proceres,totoq; oriente iuuentus
Ad thalami certamen adeſt. ex omnibus vnū
Elige Myrrha virū,dum nō ſit ex oībus vnus.
Illa quidem ſentit,foedoq; repugnat amore,
Et ſecum.quo mente feror?qd molior inquit?
Dij precor,& pietas,ſacrataq; iura parentum,
Hoc prohibete nefas,ſceleriq; reſiſtite noſtro,
Si tñ hoc ſcelus eſt.ſed enim damnare negatur
Hanc Venerem pietas,coeuntq; aīalia nullo
Cętera delicto,nec habetur turpe iuuencę
Ferre patrem tergo.fit equo ſua filia coniunx.
Quaſq; creauit,init pecudes caper,ipſaq; cuius
Semine concepta eſt,ex illo concipit ales.
Felices quibus iſta licent. humana malignas
Cura dedit leges,& quod Natura remittit.
Inuida iura negant. gentes tamen eſſe feruntur,
In quibus & nato genitrix,& nata parenti

fundit. Sacro angue,execrandis anguibus, et vi- peris. Crinitas ſorores,Eumenides furias.Se autẽ ipſam Myrrha reprehendit, quamuis ab alio increpari videatur. Velle puta,te ſubintelligamus, non patrem,vt quidam. Res ipſa,rei turpitudo. Memor moris,iuris et honeſti. Similis furor

Deſtinat,odiberat. Zona,cingulo. De ſummo poſte,ẽ ſummitate hoſtij. Reuincta,religata. zona

Chare vale Cinyra,amatorie myrrha Cinyram nomine proprio appellat.patris eius nomen odio habebat,vt quod ſibi eſſe impedimento putabat, ne optato concubitu potiretur. Pallenti collo,hy pallage eſt, ipſa eius Myrrha palleſcẽs intelligit. Seruantis, cuſtodientis. Reſerat,aperit. Scindit q; ſinus,veſtium ſub audiatur. Id autem in magnis dolori- bus fieri conſueuit.

Tum deniq; flere vacuit,hoc ẽ poſtea quam vincula diſſoluit.tum tandem flendi tempus habu it nutrix. Muta ſilet virgo, tanquam muta. Tuetur,aſpi cit id quod indignã tes, dolenteſq; facere ſolent. Et depꝛenſa dolet tarde conamina mortis, hoc eſt Myrrha dolet conatus mortis a nutrice deprehenſos fuiſſe ẽ intellectos. proprie autem minus hone ſta deprehendi dicũtur. Vt ſibi comitat,vt ſibi reuelet. Dephendere

Auerſata,aſpernata cum quadã vultus auerſione. Nec ſolam ſpõdere fidẽ, nec ſolam fides promittere,ſed etiã opes et auxilium. Me ſine,mꝰ pmitte. Seu furor eſt, inſanus amor. Siue aliquis nocuit,carminibus, et incantationibus. Auerſari

Luſtrabere,purgaberis. Propoſitiq; tenax.in propoſito perſeuerans anus.

Vt ipſi.ſibi inſoluta diceretur oratione. Furibunda,furẽti ſimilis. Virginis autem amantis decorum pulchre.ſeruat poeta.,ſolent.n. quo vehementius qd appetunt virgines

eſſet in illo, vt quid iura velint,obliuiſceretur. Nominibus dictis, expoſitis procorum nominibus,

Tepido rore, tepidis lachrymis. Hec credens, ſigna ſubaudiamus. Datis, oſculis. Conſulta,interrogata.

Non intellectam vocem, figuram, qua Myrrha ſe patris amore captam innuerat patri re. ſpondens ſe illi maritum ſimilem habere velle. Demiſit vultus. demiſit oculus in terram.

Carpitur, cruciatur. Igne indomito, amore quem domare ac vincere non poterat. Furioſa vota retractat, furioſam cupiditatem cum patre coeundi reſumit,ẽ animo reuoluit. Eleganter autem vt omnia poeta exprimit puellę amore ardentis cogitationes atq; affectus, Sancia,percuſſa ſecuribus. Trabs ingens, maxima arbor.Hac autem ſimilitudine oſtẽdit poeta quanta in ambiguitate foret animus Myrrhę collocatus. Vbi plaga noniſſima,quando vltimus ictus reſtat.

Quo cadat,In quã partem cadat, anteriorem an poſteriorem,dextram an ſiniſtras. Vario vulnere, vario affectu.

Vtroq;,in vtrãque partes. Nec modus, finis ac terminus.

Iungitur,& pietas gemi nato creſcit amore.
Me miſeram,ꝙ non naſci mihi contigit illic;
Fortunaq; loci lędor.quid in iſta reuoluor?
Spes interdictę diſcedite.dignus amari
Ille,ſed vt pater eſt.ergo ſi filia magni
Nõ eſſem Cinyrę,Cinyrę cõcumbere poſſem?
Nũc qꝛ iã meus eſt,non eſt meus. ipſaq; dãno
Eſt mihi proximitas.aliena potentior eſſem.
Ire libet ꝓcul hinc,patrięq; relinquere fines,
Dũ ſcelus effugiã.retinet malus ardor amãtẽ.
Vt pſens ſpectem Cinyrã,tangamq;, loquarq;,
Oſculaq; admoueam, ſi nil conceditur vltra.
Vltra autẽ ſperare aliquid potes impia virgo?
Et quod confundas,& iura,& nomina ſentis?
Tu ne eris,& matris pellex,& adultera patris?
Tu ne ſoror nati?genitrixq; vocabere fratris?
Nec metues ſacro crinitas angue ſorores?
Quas facibus ſęuis oculos,atq; ora,petentes
Noxia corda vident?at tu dum corpore non es
Paſſa nefas,animo ne concipe, neue potentis
Concubitu vetito Naturę pollue foedus.
Velle puta.res ipſa vetat.pius ille.memorq;
Moris.& O vellem ſimilis furor eſſet in illo,
Dixerat at Cinyras,quem copia digna ꝓcoꝝ
Quid faciat dubitare,facit,ſcitatur ab ipſa
Nominibus dictis,cuius velit eſſe mariti.
Illa ſilet primo,patriſq; in vultibus hęrens
Aeſtuat,& tepido ſuffundit lumina rore.
Virginei Cinyras hęc credens eſſe timoris,
Flere vetat,ſiccatq; genas,atq; oſcula iungit.
Myrrha datis nimium gaudet conſultaq; q̃lẽ
Optet habere virum,ſimilem tibi dixit. at ille
Non intellectam vocem collaudat,& eſto
Tam pia ſemper,ait.pietatis nomine dicto,
Demiſit vultus,ſceleris ſibi conſcia virgo.
Noctis erat mediũ,curaſq;,& corpora,ſomnus
Soluerat,at virgo Cinyreia peruigil igne
Carpitur indomito,furioſaq; vota retractat.
Et modo deſperat.modo vult tentare, pudetq;
Et cupit,& quid agat,non inuenit. vtq; ſecuri
Saucia trabs igens, vbi plaga noniſſima reſtat
Quo cadat in dubio eſt,omniq; a parte timet.

Sic animus vario labefactus vulnere, nutat
Huc leuis, atq; illuc, momentaq; ſumit vtroq;.
Nec modus, & reqes, niſi mors reperit amoris,
Mors placet. erigitur, laqueoq; innectere fauces
Deſtinat, & zona ſummo de poſte reuincta
Chare vale Cinyra, cauſamq; intellige mortis.
Dixit, & aptabat pallenti vincula collo.
Murmura verborum fidas nutricis ad aures
Peruenisse ferunt, limen ſeruantis alumnę.
Surgit anus, reſeratq; fores, mortiſq; paratę
Inſtrumenta videns, ſpacio conclamat eodem,
Seq; ferit, ſcinditq; ſinus, ereptaq; collo
Vincula dilaniat, tum deniq; flere vacauit,
Tum dare complexus, laqueiq; requirere cãm,
Muta ſilet virgo, terramq; immota tuetur,
Et deprenſa dolet tardę conamina mortis,
Inſtat anus, canoſq; ſuos, & inania nudans
Vbera, per cunas, alimentaq; prima precatur,
Vt ſibi cõmittat, quicquid dolet. illa rogantem
Auerſata, gemit. certa eſt exquirere nutrix.
Nec ſolam ſpondere fidem. dic inquit, opemq;
Me ſine ferre tibi non eſt mea pigra ſenectus.
Seu furor eſt, hẽo qđ carmine ſanet & herbis.
Siue aliquis nocuit, magico luſtrabere ritu.
Ira Deum ſiue eſt, ſacris placabimus iram.
Quid rear vlterius? certe fortuna, domusq;
Soſpes ab incurſu eſt, viuũt genitrixq;, paterq;.
Myrrha patre audito, ſuſpiria duxit ab imo
Pectore. nec nutrix etiam nunc concipit vllum
Mente nefas, aliquemq; tñ pſentit amorem.
Propoſitiq; tenax, quodcunq; eſt orat, vt ipſi
Indicet, & gremio lachrymantem tollit anili.
Atq; ita complectens infirmis mẽbra lacertis,
Senſimus (inqt) amas, & i hoc mea (pone timorem)
Sedulitas erit apta tibi. nec ſentiet vnq̃
Hoc pater. exiluit gremio furibunda, torumq;
Ore premens, diſcede precor, miſeroq; pudori
Parce ait. inſtanti diſcede, aut deſine dixit
Quęrere quid doleã. ſcelus eſt, qđ ſcire laboras.
Horret anus, tremulaſq; mãus, ãnisq;, metuq;,
Tendit, & ante pedes ſupplex pcumbit alũnę.
Et modo blanditur, modo ſi non conſcia fiat,
Terret, & indicium laquei, cœptiq; minatur
Mortis, & officium commiſſo ſpondet amori.
Extulit illa caput, lachrymiſq; ĩpleuit obortis
Pectora nutricis, conataq; ſępe fateri,
Sępe tenet vocem, pudibundaq; veſtibus ora

amore captę, eo magis diſſimulare. Inſtanti, nutrici ſubaudiatur. Et indicium laquei, hoc eſt minatur ſe indicaturam patri, q ſe ſuſpendere voluerit Myrrha. Et officium ſpondet, auxilium pmittit. Obortis, ſubito natis. Et o dixit felicem coniuge matrem, figurata oratione vtitur Myrrha, quo honeſtius amorem ſuum in patrem nutrici confiteatur. Eſt autẽ emphaſis, cum ex aliquo dicto latentes aliquid eruitur, vt apud Virgilium. Nõ licuit Thalami expertem ſine crimine vitam Degere more ferę. Quanquam enim (vt ſcribit Quintilianus) d matrimonio queritur Dido, tamen huc erupit eius affectus, vt ſine thalamis vitam hominũ non putet, ſed ferarum. Hac vero figura ea ſignificare ſolemus, quę ſi aperte diceremus, minus d cerent, turpiaq; viderentur. Hactenus, locuta eſt ſubintelligatur. Et gemuit, gemitum et ſuſpirium emiſit. Senſit enim, hoc eſt cognouit nefandum Myrrhę amorem. Eſt autem parentheſis cauſas ſiginficãs. Stetit, hirta, erecta eſt. Addidit, dixit. Excuteret, expelleret, ex animo eijceret. Diros amores, tetros ac turpes. Scit ſe non falſa moneri, hoc ẽ cognoſcit ea quę a nutrice dicuntur eẽ vera. Pone tuo,

Figurata oratio

Emphaſis

hic eſt diſtinguendum, nam nutrix non eſt auſa dicere parẽtem, impedita pudore. Numine, iureiurando. Feſta pię Cereris. Theſmophoria a gręcis ſacra Cereris appellãtur, quę quidem tanta caſtitate per decẽ dies (vt ſcribit Diodorus) celebrabant quãta inuenti frumenti donum poſtulabat. Sacra autem Cereris cum Proſerpinę ſacrificijs confudiſſe videtur poeta. Cereri nanq; ſacrificabant priſci, decemq; dies feſtos agebant, cum ſemen in terram iactabatur, quibus quidem diebus conuicijs inuicem vti conſueuere, vt Deę dolor ex filię raptu cõceptus, riſu ac verborum ſcurrilitate mitigaretur. Proſerpinę vero meſſis tempore ſacra faciebant, quo quidem tempore coronas ſpiceas ex frugum primitijs Deę dicabant. Velatę corpora, velata corpora habentes et tecta. Niuea veſte, candida quali in ſacris Cereris vtebantur matronę ad ſignificandas animi puritatem. In vetitis, inter vetita, ac legibus prohibita. Male ſedula, ad malum ſtrenua. Quęſitus annis, a Cinyra. Par ait eſt Myrrhę, ęqualis et tot annos, quot Myrrha eſt nata. Vicimus, obtinuimus id quod tantopere optas. Pręſaga pectora, malorum ſubaudiatur. Tanta eſt diſcor

Theſmophoria ſacra Cereris

Texit,& o,dixit felicem coniuge matrem.
Hactenus,& gemuit. gelidos nutricis in artus,
Oſſaq, (ſenſit eni) penetrat tremor,albaq; toto
Vertice canicies rigidis ſtetit hirta capillis.
Multaq, vt excuteret diros,ſi poſſet,amores,
Addidit,at virgo ſcit ſe non falſa moneri.
Certa mori tamen eſt,ſi non potiatur amore.
Viue ait hęc.potiere tuo.non auſa parente
Dicere conticuit,promiſſaq; numine firmat.
Feſta pię Cereris celebrabant annua matres.
Illa,quibus niuea velatę corpora veſte
Primitias frugum dant ſpicea ſerta ſuarum.
Perq; nouem noctes Venerem, tactuſq, viriles
In vetitis numerant.turba Cinyreis in illa
Regis adeſt coniunx,arcanaq; ſacra frequentat.
Ergo legitima vacuus dum coniuge lectus,
Nacta graue vino Cinyrā male ſedula nutrix
Nomine mentito veros exponit amores,
Et faciem laudat.quęſitis virginis annis,
Par ait eſt Myrrhę,quā poſtq̄ adducere iuſſa ē,
Vtq; domum redit,gaude mea dixit alumna.
Vicimus,infelix non toto pectore ſenſit
Lętitiam virgo,prężagaque pectora męrent.
Sed tamen & gaudet.tanta eſt diſcordia mentis
Tempus erat,quo cuncta ſilent,interq; Triones
Flexerat obliquo plauſtrum temone Bootes.
Ad facinus venit illa ſuum.fugit aurea cęlo
Luna.tegunt nigrę latitantia ſydera nubes.
Nox caret igne ſuo.primus tegis Icare vultus,
Erigioneque pio ſacrata parentis amore.
Ter pedis offenſi ſigno eſt reuocata.ter omen
Funereus Bubo letali carmine fecit.
It tn̄ & tenebrę minuunt.noxq, atra pudorem.
Nutricisq, manum lęua lęua tenet,altera motu
Cęcū iter explorat.thalami iam limina tangit.
Iamque fores aperit.iam ducitur intus.at illi
Poplite ſuccidno genua intremuere,fugitque.
Et color,& ſanguis,animusq; reliquit euntem.
Quoq; ſuo ꝓpior ſceleri ē,magis horret, & hauſi
Pęnitet,& vellet non cognita poſſe reuerti.
Cunctantem longęua manu deducit,& alto
Admotam lecto cum traderet,accipe dixit,
Iſta tua eſt Cinyra,deuotaq, pectora iunxit.
Accipit obſcęno genitor ſua viſcera lecto,
Virgineoſq; metus leuat,hortaturq; timentem.
Forſitan ętatis quoque nomine,filia dixit.

tia mentis,vt ſimul et gauderet et męreret Myrrha. Eſt autem acclamatio in Myrrhę leuitatem.

Nox intempeſta

Tempus erat,intempeſtam noctem deſcribit ac medias quę q̄ cuncta ſileāt, conticinium vocatur.

Triones

Inter Triones,ſtellę ſunt ad polum Arcticum Triones, qui a numero ſeptentriones vocantur.Sane triones priſca ligua boues aratorij dicuntur, quaſi terriones, hoc eſt arandę, vertendęq; terrę idonei. Efficiunt autem ſydus plauſtro ſimile,quod gręci αμαξαν, latini ſeptentriones vocant.

Bootes, ſydus eſt Bootes,qui et Arctophylax appellatur.

Aurea Luna,pulchra et nitida. Sydera latitantia, ne tantum ſcelus aſpicerent. Igne ſuo, proprijs ſyderum luminibus. Primus tegis Icare vultus,ne tantum ſcelus aſpiceres.Icari autē Erigonesq; filię hiſtoria fuit nobis expoſita.

Erigōes in patrē pietas

nas Erigone in Icarum patrem adeo pia fuit, vt cum eum a ruſticis interemptum comperiſſet, mori omnino decreuit,ſed miſeratione Deorum ambo inter ſydera fuere collocati. Ter pedis offenſi,ter enim cum ad cubiculum patris duceretur, pedes offēdit, id quod eam a tanto ſcelere reuocare videbatur.

Bubo

Funereus bubo funeſtus. Eſt autem auis peſſimi ominis. Cęcum iter, obſcurum.Morem autē exprimit in tenebris ambulantium.

Iam ducitur intus,aduerbium loci pro aduerbio ad locum eſt poſitum.Intro enim duci quis dicitur. Poplite ſuccidno,qui cadenti ſimilis erat Eleganter autem exprimit geſtum timidę virginis aliquid ſceleris aggreſſurę. Magis horret, validius timet. Longęua nutrix,vetula. Deuota pectora, deteſtata, execrata. Sua viſcera, ſuam filiam, quam ex ſuis viſceribus genuerat. Ætatis nomine, ratione ętatis Nam Cinyras ſenex erat. Ne nomina, pia et omni veneratione digna ſubaudiantur.

Plena patris,ſemine ſubaudiatur, hoc eſt grauida ex parte facta. Auidus cognoſcere,cupidus cognoſcendi. Deripit,extrahit. Intercepta. Palmiferos Arabas, apud quos multę palmę naſcūtur. Panchęa rura,Arabica. Eſt enī panchaia regio Arabię fęlicis. Per nouem cornua,per nouem menſes. Terra Sabęa, Sabęi populi ſunt arabię fęlicis, apud quos thus myrrhaque abunde naſcuntur. Neſcia voti, quid cuperet ignara. Eſt tales complexa preces,apprehendit tales preces. Patris confiſſis,hoc eſt ſi exaudi tis confitentes ſua crimina. Ambobus regnis, et viuorum et mortuorū.

Pāchaia

Dixit, & illa, pater, ſceleri ne nomine deſint.
Plena patris thalamis excedit, & impia diro
Semina fert vtero, conceptaq; crimina portat
Poſtera nox facinus geminat. nec finis ī illa ē
Cum tandē Cinyras auidus cognoſcere amātē
Poſt tot concubitus, illato lumine vidit,
Et ſcelus, & natam, verbiſq; dolore retentis
Pendenti nitidum vagina deripit enſem.
Myrrha fugit, tenebriſq;, & cęcę munere noctis
Intercepta neci eſt, latoſq; vagata per agros
Palmiferos Arabas, panchęaq; rura relinquit,
Perq; nouem errauit redeuntis cornua Lunę,
Cum tandem terra requieuit feſſa Sabęa.
Vixq; vteri portabat onus. tum neſcia voti,
Atq; inter, mortiſq; metus, & tędia vitę,
Eſt tales complexa preces. O ſi qua patetis
Numina confeſſis, merui. nec triſte recuſo
Supplicium ſed. ne violem, viuoſq; ſuperſtes.
Mortuaq; extinctos, ambobus pellite regnis.
Mutatęq; mihi vitamq;, necemq; negate,
Numen confeſſis aliquod patet. vltima certe
Vota ſuos habuere Deos. nam crura loquentis
Terra ſuperuenit, ruptoſq; obliqua per vngues
Porrigitur radix, longi firmamina trunci,
Oſſaq; robur agunt, mediaq; manente medulla
Sanguis it in ſuccos. in magnos brachia ramos.
In paruos digiti, duratur cortice pellis.
Iamq; grauē creſcens, vterū pręcinxerat arbor.
Pectoraq; obruerat, collumq; operire parabat.
Non tulit illa moram, venientiq; obuia ligno
Subſedit, merſitq; ſuos in cortice vultus.



Quę q̄q̄ amiſit veteres cum corpore ſenſus,

Mutatę mihi. transformatę. Optat enim vt in aliam transmutetur figuram ſic, vt neque viuat, neque moriatur. Vltima vota, vltimę preces.

Suos Deos, propicios. Porrigitur, protēditur, prolongatur. Firmamina, firmamēta atque fundamenta. Oſſaque robur agunt, hoc eſt oſſa lignum efficiuntur, in lignumq; craſſius conuertuntur. In paruos digiti, erunt ſubaudiatur. Eſt enim prozeugma. Duratur cortice pellis, hoc eſt pellis in durum corticem commutatur. Grauem vterum, grauidum. Nondū. n. pepe rat. Obruerat texerat, operuerat. Non tulit illa morā. hoc ē non potuit expectare, vt cortex collum caputq; operiret, ſed creſcenti cortice caput ſummittens occurrit, faciemq; occultauit. Cum corpore, cum carne.

Myrrha ī arborē

Venienti ligno, ſuccreſcenti. Subſedit, ſubmiſit ſe.

Flet tamen, hoc ad naturam arboris Myrrhę refertur, ſponte nanq; ſudat, vt ſcribit Plinius etiā antequam incidatur, guttę autem illę, quę ex arbore cadunt. Stactę vocantur, quę in omni Myrrhę genere obtinent principatum. Multa vero ſunt Myrrhę genera, de quibus copioſe Plinius ſcribit. Eſt honor et lachrymis,

Stactę

precium.

Fabulę decimę decimi libri argumentum.

LACTA.

AT Male conceptus etc. Ex Myrrhę et Cinyrę inceſto cōcubitu ob iram Veneris conceptus eſt infans, verſa enim Myrrha in arbores ſui nominis naſcitur, quem Adonem cognominatum, quē non minus Venus dilexit, q̄ illa patrem Cinyram dilexerat beneficio Cupidinis.

RAPH. Adonis

AT Male conceptus, adonis ex inceſto patris, ac filię coitus natus, in tātam creuit pulchritudinem, vt eius amore Venus caperetur, quo cum vt diutius eſſe poſſet, vna cum illo venationibus indulgebat, precipueque fugacium animalium; feras autem natura armatas vitabat. Adonimq; vt ſibi ab illis caueret, admonebat. Ille vero glorię ſuauitate motus aprum excipere auſus, ab eo fuit interemptus. Quod cum Venus reſciuiſſet, in purpureum florem illum commutauit.

At male, ſcelerate.

Excreſceret, egereret.

Tendit, excedit ac diſtentam reddit.

Humet, madeſcit.

Verba puerpera, hoc eſt puerperio profutura. Arbor agit rimas, ſcinditur atque aperitur.

Verba puerpa

Onus viuum, puerum viuum. Lachrymis parentis, periphraſis ē Myrrhę, quę ab arbore ſtillat guttatimque cadit, vt lachrymare videa

tur. Liuor quoq; inuidia. Eximia autem ma/xime eſt facies, que ab inuidis quoque laudatur. Amorum, Cupidinum, qui nudi cum pharetris pinguntur. Matris ignes, amores, furoresque Myrrhe matris. Nanq; pharetratus, Cupido pharetra onuſtus. Inſcius, inuitus.

gitur exemplari, non vſque genu, vt fere eſt in nonis deprauatum, eſt enim poetica synegdoche. Succinctā veſtem, ſuccinctam et ſubtractam vſque ad genua veſtem habens. Aut pronos lepores, in caput inclinatos, crura namque anteriora habent breuiora.

Ex tanti arundine, extra pendenti ſagitta. Diſtinxit, raſit, vulnerauit. Altius ſperm, altius quam videbatur. Cytherea littora, Cythera inſula eſt cum oppido antra Porphyruſa appellata a pulchritudine marmorum, que ibi eſt odiebantur, vt ſcribit Ariſtoteles, vna ex Cycladibus Veneri dicata, quod in mari nata ad eam primum concha peruenisse fertur. Dicta eſt autem Cythera a Cythero phenicis filio. Paphon, Cyprum. Sed Cypri quoq; eſt vrbs paphos Veneris templo nobilis. Piſcoſamq; gnidon, Gnidos vrbs eſt Dorica, vbi Veneris et templum et ſimulachrum viſebatur a Praxitele ſculptus tanta arte, vt quidam illius amore captus ſuſtinuerit intra ſacellum per noctem includi, ac Dee ſimulachrum ita amplectā, vt ſperma te quoque inquinaret. Grauidamq; Amathuntā, Amatus vrbs fuit Cypri enfodinis abundans, propter quod poeta illam metallis grauidam vocat. Celo prefertur Adonis, lepida emphaſis, ex qua colligitur quam formoſus fuerit Adonis. Nuda genu, ſic in vetuſto le/

Cythera

Gnidos

Amathus

Flet tamen, & tepide manant ex arbore gutte
Eſt honor & lachrymis, ſtillataq; cortice myrrha
Nomē herile tenet, nulloq; tacebit euo.
At male conceptus ſub robore creuerat infans,
Querebatq; viam, qua ſe genitrice relicta
Exeret. media grauidus tumet arbore venter.
Tendit onus matrē, neq; hñt ſua verba dolores
Nec Lucina poteſt parentis voce vocari.
Nitenti tamen eſt ſimilis, curuataq; crebros
Dat gemitus arbor, lachrymiſq; cadētibus hūet.
Conſtitit ad ramos mitis Lucina dolentes,
Admouitq; manus, & verba puerpera dixit.
Arbor agit rimas, & ſciſſo cortice viuum
Reddit onus. vagitq; puer, quē mollibus herbis
Naiades impoſitū lachrymis vnxere parentis.
Laudaret faciem liuor quoq;, qualia nanque
Corpora nudorū tabula pinguntur amorum,
Talis erat, ſed ne faciat diſcrimina cultus,
Aut huic adde leues, aut illis deme pharetras
Labitur occulta, fallitque volatilis etas,
Et nihil eſt annis velocius ille ſorore
Natus auoq; ſuo, qui conditus arbore nuper,
Nuper erat genitus, modo formoſiſſimus īfans
Iam iuuenis, iam vir, iam ſe formoſior ipſo eſt
Iaȝ placet & Veneri, matriſq; vlciſcitur ignes
Nanq; pharetratus dum dat puer oſcula matri.
Inſcius, extanti diſtinxit arundine pectus.
Leſa manu natum Dea reppulit. altius actum
Vulnus erat ſpecie, primoque fefellerat ipſam.
Capta viri forma, non iam Cythereia curat
Littora, non alto repetit Paphon equore cinctā
Piſcoſāq; Gnidō, grauidāq; amathūta metallis.
Abſtinet & celo, celo prefertur Adonis.
Hūc tenet, huic comes ē, aſſuetaq; ſp in vmbra
Indulgere ſibi formamq; augere colendo,
Per iuga, per ſiluas, dumos, & ſaxa, vagatur
Nuda genu, veſtem ritu ſuccincta Diane.
Hortaturq; canes, tutęq; animalia prede,
Aut pronos Lepores, aut celſū ī cornua Ceruū
Aut agitat Damas, at fortibus abſtinet Apris.
Raptoreſq; Lupos, armatoſq; vnguibus Vrſos.

Fugacibus, aduerſus fugaces feras. Parce eſſe, noli eſſe. Nec que Venerem mouere, hoc eſt etas, forma, pulchritudo, quibus ego mota ſum, nihil feras mouent. Animos ferarum, iram et rabiem ferarum. Fulmen habent, ſic enim omnia proferunt apri dentibus, vt fulmen illis ineſſe videatur. Opportuna, commoda. Et ipſum, Adonim illum enim ſedere coegit. Poſita ceruice, repoſito capite. Reclinis, reclinata. Interſerit, interponit.

Fabule vndecime libri decimi argumentū.

FORſitan audieras aliquam certamine curſus etc. Atalanta Schenei filia, cum de coniugio ſciſcitata eſſet, ē monita nulli iungeretur, quia omnium virginum pernicisſima erat petentibus procis legem poſuit eius coniugem futuram, qui ſe curſu pedum anteceſſiſſet, quam cum Hippomenes Machaerei filius ex progenie Neptuni intenſo amore diligeret, nec mortē certaminis expaueſceret, Veneres in malis habuit auxilio. Nam ex Damaſcino agro et tria mala aurea donauit, qui eſt in in/ LACT.

Vinit, & inſtantem turbam violenta procorum
Conditione fugat. nec ſum potienda, niſi inquit
Victa prius curſo, pedibus contendite mecum.
Pręmia veloci coniunx, thalamiq; dabuntur.
Mors precium tardis. ea lex certaminis eſto.
Illa quidem immitis. ſed tanta potentia formę.
Venit ad hanc legem temeraria turba procorum.
Sederat Hippomenes curſus ſpectator iniqui,
Et petitur cuiquam per tanta pericula cōiunx?
Dixerat. ac nimios iuuenum dānarat amores.
Vt faciem, & poſito corpus velamine vidit,
Quale meum, vel quale tuum, ſi foemina fias,
Obſtupuit, tollensq; manus, ignoſcite dixit,
Quos modo culpaui. nondū mihi pmia nota
Quę peteretis, erant. laudando concipit ignem.
Et nequis iuuenum currat velocius optat,
Inuidiamq; timet, ſed cur certaminis huius
Intentata mihi fortuna relinquitur? inquit.
Audentes Deus ipſe iuuat. dum talia ſecum
Exigit Hippomenes, paſſu volat alite virgo.
Quę q̄q̄uam Scythica non ſegnius ire ſagitta
Aonio viſa eſt iuueni, tamen ille decoris
Mirator magis eſt. & curſus facit ipſe decorem,
Aura refert ablata citis Talaria plantis,
Tergaq; iactantur crines per eburnea, quęq;
Poplitibus ſuberant picto genualia limbo,
Inq; puellari corpus candore, ruborem
Traxerat, haud aliter, q̄ cum ſuper atria velum
Candida purpureū ſimiles dat, & īficit vmbrā.
Dū notat hęc hoſpes, decurſa nouiſſima meta
Et tegit feſta victrix Atalanta corona, (eſt.
Dant gemitū victi, pendētq; ex foedere pęnas.
Nec tamen euentu iuuenum deterritus horum
Conſtitit in medio, vultuq; in virgine fixo.
Quid facilem titulum ſuperādo q̄ris inertes?
Mecum confer ait. ſeu me fortuna potentem
Fecerit, a tanto non indignabere vinci.
Nanq; mihi genitor Machareus, Acheſtius illi.
Eſt Neptunus auus. pnepos ego regis aquarum.
Nec virtus citra genus eſt. ſeu vincar, habebis
Hippomene victo magnū. & memorabile no-
Talia dicentem molli Schoeneia vultu. (mē.
Aſpicit, & dubitat ſuperari, an vincere, malit.
Atq; ita quis Deus hūc formoſis dixit iniquus
Perdere vult? charęq; iubet diſcrimine vitę
Coniugiū petere hoc? non ſum me iudice tāti.

chritudinis. Refert, retrofert. Exponit autem poeta, quomodo curſus ipſe Atalantę pulchritudinem augeret.

Talaria. Talaria, alata erant calciamenta.

Genualia. Genualia, genuum tegmina et ornamenta. Haud aliter, non aliter inquit candidum Atalantę corpus ruborem contraxerat, q̄ cum aulenm purpureum in dealbatis atrijs extentus ſolet vmbra rubicunda parietes inficere. Dat, tribuit parieti. Inficit, efficit, et mittit. Hoſpes Hippomenes.

Decurſus. Decurſa nouiſſima meta eſt, ad vltimam metam decurſum eſt. Eſt autem participium contra grammatices rationem formatum de curſa. Pendunt que, perſoluunt, dāt. Ex foedere, ex lege. Facilem titulum, gloriam facile partam. Mecum confer, mecum te compone. Potentem, voti compotem. A tanto, a tam generoſo.

Nanq; mihi genitor, maiores ſuos recenſet Hippomenes, vt ſua generoſitate Atalantę animum ad ſe amandum palliciat. a Neptuno nāque origines ducit.

Nec virtus citra genus eſt, hoc eſt a virtute maiorum nō degenero. Seu vincar, dilemate colligit hippomenes Atalantam ſecum certare debere. Schoeneia, Atalanta Schęnei regis filia. Molli vultu, miti ac māſueto. Quis deus formoſis iniquus? hoc eſt quis Deus pulchris et formoſis inimicus hunc perdere cupit, iubetque per charę vitę periculum meas quęrere nuptias. Diſcrimine, periculo.

Non ſum me iudice tanti, vt tam formoſus iuuenis debeat perire. Nec forma tangor, nec pulchritudine moueor. Sed q̄ puer adhuc eſt, ſubaudiatur tangor. Et mens interrita leti, quę nullo mortis timore terretur. Ab equorea origine. Neptuno equoris Deo.

Dum licet hoſpes abi, dum potes recede o peregrine. Eſt autem apoſtrophe ad Hippomenem, quem etſi amice admonere videtur Atalanta, ne ſecum currendo certet ſecum tamen ipſa hęc loquitur. Tibi nubere nulla Nollet, hoc eſt omnis virgo tibi nubere cupiet. Viderit, Hippomenes ſubaudiatur. Hęc enim ſecum cogitans loquit̄ atalanta Hippomenis pulchritudine tacta.

Agiturque in tędia vitę, quia illum viuere tędet. Occidet hic igitur, nūc Atalāta colligit Hippomenem indignū eſſe qui pereat. Nō erit inuidię, hoc eſt inuidia victoriam noſtram perferre nō poterit. Ah q̄; virgineus, virgini conueniens. Miſeretur autem Hippomenis Atalanta et ęta-

te et pulchritudine illius mota. Fata importuna, difficilia, quę exorari non poſſunt. Cum quo ſociare cubilia vellem, cui nubere vellem. Illi nanq; ſociare cubilia dicuntur, qui vna dormiũt. Rudis, imperita amoris. Primo Cupidine, Amore. Tacta, percuſſa. Proles Neptuni, pronepos. Quos dedit, quos mihi iniecit. Ignes, amores. Aura non inuida, ventus benignus et Hippomeni fauens. Nec opis mora longa dabatur, nec longa auxilij mora mihi concedebatur, cum ipſum ilico oporteret inire curſum. Eſt ager, topographia, hoc eſt loci deſcriptio. Deſcribit enim agrum nomine Damaſenum, vnde Venus tria aurea poma, quę Hyppomeni tradidit, ſe ſumpſiſſe ait. Indigenę, inde geniti homines. Damaſenum nomine dicunt, quem ſubaudi anuus, vt intelligamus, quem proprio nomine Damaſenũ vocant, nam eſt etiã ager Damaſcenus a Damaſco vrbe Syrię declinatus. Accede, adiungi. Iuſſere, voluere, decreuere. *Ager Damaſcenus*

Nitet, ſplendet. Fulua comas, fuluas et aureas frõdes habens. Aurea nãq; mala ferebat. Hinc, illinc ex agro Damaſcno. Decerpta, accepta. Proprie autem decerpi et poma et frondes et roſę dicuntur. Quis vſus, quę vtilitas. Dederant, fecerant. *Decerpta*

Carcere, abuſiue pro carceribus. Carcer nanq; eſt locus vbi ſeruãtur noxij a coercendo dictus. Carceres autem ſunt funes illi qui *Carcer* *Carceres*

Nec forma tangor, poterã tñ hac quoq; tangi,
Sed q adhuc puer ẽ. nõ me mouet ipſe, ſed ętas.
Quid? q ineſt virtus, & mens interrita leti?
Quid? q ab ęquorea numeratur origine q̃rtus
Quid? q amat, tantiq; putat connubia noſtra,
Vt pereat: ſi me ſors illi dura negarit.
Dũ licet hoſpes abi, thalamosq; relinq; cruẽtos.
Coniugium crudele meũ eſt. tibi nubere nullá
Nollet, & optari potare a ſapiente puella.
Cur tñ eſt mihi cura tui, tot iã ante pemptis?
Viderit, intereat, quoniã tot cęde procorum
Admonitus non eſt, agiturq; in tędia vitę.
Occidet hic igitur, voluit quia viuere mecum?
Indignamq; necem pretium patietur amoris?
Non erit inuidię victoria noſtra ferenda.
Sed non culpa mea eſt. vtinam deſiſtere velles.
At quoniam es demens, vtinam velocior eſſẽs
Ah q̃ virgineus puerili vultus in ore eſt.
Ah miſer Hippomene. nollem tibi viſa fuiſſem.
Viuere dignus eras. q ſi felicior eſſẽm,
Nec mihi coniugium fata importuna negarẽt
Vnus eras, cum quo ſociare cubilia vellem.
Dixerat, vtq; rudis, primoq; Cupidine tacta
Quod facit ignorans, amat, & nõ ſentit amorẽ.
Iam ſolitos poſcunt curſus, populusq;, paterq;.
Cum me ſollicita proles Neptunia voce
Inuocat Hippomenes Cythereã cõprecor, auſis
Adſit ait noſtris, & quos dedit adiuuet ignes.
Detulit aura preces ad me non inuida blãdas,
Motaq; ſum (fateor) nec opis mora lõga dabatur.
Eſt ager, indigenę Damaſenũ nomine dicunt,
Telluris Cyprię pars optima, quã mihi priſci
Sacrauere ſenes, templisq; accedere dotem
Hanc iuſſere meis: medio nitet arbor in aruo
Fulua comas. fuluo ramis crepitantibus auro.
Hinc tria forte, mea veniens, decerpta ferebam
Aurea poma, manu, nulliq; videnda niſi ipſi
Hippomenen adij. docuiq; quis vſus in illis.
Signa tubę dederant, cũ carcere pronus vterq;
Emicat, & ſummam celeri pede libat harenam.
Poſſẽ putes illos ſicco freta radere paſſu,
Et ſegetis canę ſtantes percurrere ariſtas.

prętenduntur equis curſuris, vt vna omnes emittantur. Pronus vterque Emicat, exiliit. Habitum autem exprimit poeta velociter currentium. Libat, leniter tangit. Poſſe putes illos, hyperbole poetica, qua ſumma Hippomenis, Atalantęque velocitas declaratur. Sic Virgilius de Camilla. Illa vel intactę ſegetis per ſumma volaret Gramina, nec teneras curſu lęſiſſet ariſtas. Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti Ferret iter celeres, nec tingeret ęquore plãtas. Stantes ariſtas, erectas. Ariſtę autem ab arendo ſunt dictę, quod primę in ſpica areſcãt. *Aptę* *Ariſtę*

Incumbere tempus, incumbendi. Eſt enim gręca figura. Machareius heros. Hippomenes Macharei filius. O quoties, hinc quoq; colligit Venus Atalantam Hippomenis amore fuiſſe captam. Aridus anhelitus, ſiccus ac difficilis. id quod ſignificat hippomenem laſſum fuiſſe. Meta q; erat longe, ad quam currentes peruenire debebant.

Fętibus arboreis periphraſis eſt pomorum. Aurumque, aureum pomũ. Plauſu, eorum qui Hippomenẽ fauebãt. Ceſſata tempora, quibus ipſa a curſu inſtituto ceſſauerat. Eſt autem participium contra grãmatices rationem audacter a poeta declinatum. *Ceſſata*

Corrigit, reſarcit, reparat. Curſu, velocitate curſus. Remorata, retenta, tardata. Ades, auxilio ſis. Dea muneris auctor, Venus, q̃ mihi hi dediſti munus.

Iecit

Iecit iuueniliter, fortiter vt iuuenem decebat, per quod innuit eum longe pomum iecisse. Impeditq;, cursum subaudiamus. Duxit sua pręmia victor, Hippomenes inquit victor duxit Atalantam vxorem. Cui thuris honorem Ferret: cui sacrificaret thure. Immemor, ingratus.

ta iratum significat. Verruntur, trahuntur. Iram vultus habet, facies leonum pręse fert iram. Trucem nanque habent aspectum. Cybeleia frena, nam matris Deum currum a leonibus trahi fingunt poetę. Cybele autem dicta est a Cybelo monte Phrygię ipsi Deum matri sacro. Cybele

Contemptuq; dolens, me esse contemptam ęgre ferens. Spernenda, contemnenda. In ambos, contra ambos, Hippomenem et Atalantam. Clarus Echion, vnus fuit ex Cadmi socijs Echion. Concita, commota, stimulata. A numine nostro, a nostra potentia. Recessus, locus secessui aptus. Natiuo, naturali. Hunc, init, ingreditur, intrat. Temerat, violat. Probro, scelere, flagitio: Sacra, simulachra Deorum. Retorserunt oculos, auerterunt oculos ne tantum scelus viderent. Turrita mater, turribus ornata, nam Cybele eadem cum tellure putatur esse. Sontes, nocentes, Hippomenem, atque Atalantam. Mergeret Stygia vnda, hoc est ad inferos demitteret. Modo leuia, paulo ante mollia ac sine villis pilis. Fuluę iubę, hinc leonum pręcipua colligitur generositas vt Plinius ait. si colla, harmosq; vestiant iubę. In pectora totum pondus abit, leones enim pectus reliquo corpore crassius habent. Cauda, caudam leonum animi esse indicem, vt aures equorum Plinius scribit. Nam immota placidum, mo

Echion

Turritus Atalāta in leęnā Hippomenes i leonem

Adijciunt animos iuueni, clamorq;, fauorq;
Verbaq; dicentum. nunc, nunc incumbere tps.
Hippomene propera, nunc viribus vtere totis.
Pelle moram. vinces. dubium Macharei heros
Gaudeat, an virgo magis his Schoeneia dictis.
O quoties cum iam posset transire, morata ē.
Spectatosq; diu vultus inuita reliquit.
Aridus a lasso veniebat anhelitus ore,
Metaq; erat longe. tum deniq; de tribus vnum
Foetibus arboreis proles Neptunia misit.
Obstupuit virgo, nitidiq; cupidine pomi
Declinat cursus, aurumq; volubile tollit.
Pręterit Hippomenes. resonāt spectacula plausu.
Illa morā celeri, cessataq; tēpora cursu
Corrigit, atq; iterum iuuenem post terga reliqt.
At rursus pomi iactu remorata secundi
Consequit, transitq; virum. pars vltima cursus
Restabat. nūc inquit ades Dea muneris auctor,
Inq; latus campi, quo tardius illa rediret,
Iecit ab obliquo nitidum iuueniliter aurum.
An peteret virgo visa est dubitare, coegi
Tollere, & adiecit sublato pondera malo.
Impediiq; oneris pariter grauitate, moraq;.
Ne ue meus sermo cursu sit tardior ipso,
Pręterita est virgo. duxit sua pręmia victor,
Digna ne cui grates ageret? cui thuris honorē
Ferret Adoni fuit? nec grates immemor egit,
Nec mihi thura dedit. subitam cōuertor in irā,
Contemptuq; dolens, ne sim spernenda futuris.
Exemplo caueo, meq; ipsam exhortor in ambos.
Templa Deū matri, que quōdā clarus Echion
Fecerat ex voto, nemorosis abdita siluis
Transibant, & iter longum requiescere suasit.
Illic concubitus intempestiua cupido
Occupat Hippomenē, & a numine cōcita nr̄o.
Luminis exigui fuerat prope templa recessus
Speluncę similis, natiuo pumice tectus.
Relligione sacer prisca, quo multa sacerdos
Lignea contulerat veterū simulachra Deorum.
Hunc init, & vetito temerat sacraria probro,
Sacraq; retorserunt oculos, turritaq; Mater
An Stygia sontes dubitauit, mergeret vnda.

Fabulę duodecimę libri decimi argumentum.

HOS TU chare mihi et cęt. Adonis supradictus monitus a Venere quam viui fere haberent. Igitur is in venatione ab Apro interimitur, cuius cruor eiusdem Deę numine in florem purpurei coloris conuersus est. LACT.

QVOD non terga fuge, quod non fugit. Sed pugnę pectora prębet, sed repugnat, ac resistit. Damnosa uobis, et mihi et tibi. Iunctis cygnis, currus nāq; Veneris ab oloribus trahi finguntur. Sed stat monitis ɔtraria virtus, sed fortitudo inquit Adonidis Veneris admonitionibus ē aduersa. Suem, aprum. Sues autem et apri Veneri sunt inuisi propter Adonidis cędem. Vnde prouerbium apud gręcos in eos, qui rē ingratam alicui faciunt, αφροδιτην θυσειεν, hoc est Veneri suem sacrificauit. Excussere, excitarunt. Iuuenis Cinyreius, Adonis Cinyrę filius. Pando rostro, recurno. Et tuta petentem, loca subintelligamus. Trux aper terribilis. Abdidit, abscondidit. Moribundum, morientem. Ru

RAPH.

prouerbiū

Pęna leuis viſa eſt.ergo modo leuia fuluę
Colla,iubę velant.digiti curuantur in vngues.
Ex humeris armi fiunt in pectora totum
Pondus abit.ſummę cauda verruntur harenę.
Iras vultus hẽt pro verbis murmura reddũt.
Pro thalamis,celebrant ſiluas,aliiſq; timendi
Dente premunt domito Cybeleia frena leões.
Hos tu chare mihi,cũq; his genus oẽ ferarum,
Quod nõ terga,fugę, ſed pugnę pectora ꝑbet,
Effuge.ne virtus tua ſit damnoſa duobus.
Illa quidem monuit,iunctiſq; per aera Cygnis
Carpit iter,ſed ſtat monitis contraria virtus.
Forte Suem latebris veſtigia certa ſecuti
Excitiere canes,ſiluiſq; exire parantem
Fixerat obliquo iuuenis Cinyreius ictu.
Protinus excuſſit pando venabula roſtro
Sanguine tincta ſuo,trepidumq; & tuta petẽtẽ
Trux Aper inſeqtur,totoſq; ſub īguine dentes
Abdidit.& fulua moribundũ ſtrauit harena.
Vecta leui curru,medias Cytherea per auras
Cypron Olorinis nondum peruenerat alis.
Agnouit longe gemitum morientis,& albas
Flexit aues illuc,vtq; ęthere vidit ab alto,
Exanimẽ,inq; ſuo iactantem ſanguine corpus,
Deſiliit,pariterq; ſinum,pariterq; capillos
Rupit,⁊ indignis percuſſit pectora palmis.
Queſtaq; cũ fatis,⁊ non tamen omnia veſtri
Iuris erunt,dixit.luctus monimenta manebũt
Semper Adoni mei repetitaq; mortis imago
Annua plangoris peraget ſimulamina nr̃i.
At cruor in florẽ mutabitur.an tibi quondam
Foemineos artus inolentes vertere menthas
Perſephone licuit? nobis Cinyreius heros
Inuidię mutatus erit?ſic fata cruorem
Nectare odorato ſparſit,qui tactus ab illo
Intumuit,ſic vt fuluo perlucida cęlo
Surgere bulla ſolet.nec plena longior hora
Facta mora ẽ,cũ flos de ſãguine cõcolor ortus,
Qualem,quę lento cęlant ſub cortice granum
Punica ferre ſolent. breuis eſt tamen vſus ī illo.
Nãq; male hęrentem,⁊ nimia leuitate caducum
Excutiunt iidem,qui pręſtant omnia uenti.

pit, dilaniauit, lacerauit. Et indignis per/cuſſit, indigne. Nomen nanq; pro aduerbio poſitum eſt. Et non tamen,ordo eſt, et tamen omnia non erunt veſtri iuris. Illa autem et copula affectui ſeruit. Luctus monumẽta,ſigna, memoria. Eſt autem apoſtrophe ad Adonim. Annua ſimulamina, ſimulachra. Nam ſingulis quibusq; annis Adonia, ideſt ſacra in Adonis honorem celebrabantur, **Adonia** in quibus Adonis plangebatur, ac luctus Veneris referebatur.

Fabulę decimęter tię libri decimi argumentũ.

LACT. AT cruor &c. Mynthe nympha in herbam mutata menthã odio Proſerpinę Cereris filię, quã cum Dicteo patre cõiuge ſuo ꝯcubuiſſet.

RAPH. AN Tibi quondam, Mynthe nympha fuit,quam Plutonis pellicem fabulę tradunt extitiſſe. Eam cum Proſerpina dolo circumue/niſſet, **Adonis in florẽ** in hortenſem menthã fuiſſe transfiguratam, quam plerique hedyosmon vocant.Eſt et mons prope Pylum co/gnomine Mynthes **Mynthe** iuxta quem Plutonis quoque eſt templum. Nobis erit inuidię, in nos inuidiam concitabit. Perlucida bulla, tranſlucida, **Bulla** quę ex aqua naſci ſolet.ſtatimq; euaneſcere.Bulla autem ſpiritu et aqua excitatᷓ rotunda figura,quę quoniam cito diſſoluitur,veriſſimum illud ſumptum eſt ꝓ **Pꝛuerbiũ** uerbium, quo humanę vitę breuitas, fragilitasq; deſignatur Homo bulla. Inde fit bullare, quod eſt bullas facere. Vnde Plinius bullantem vrinam vocat bullas emittentem. Bulla etiam eſt ornamentum pectoris in/**Mynthe in herbã** genuorum quidem aureum, Libertinorum vero Scortenum,vt copioſe Macrobius ſcribit. Plena hora,perfecta. Concolor,eiuſdem cum ſanguine coloris. Eſt enim purpureus. In Anemonem autem Adonim fuiſſe conuerſum innuere videtur, cuius flos,vt inquit Plini. nunquã ſe aperit niſi vento ſpirante,vnde et nomen accepit, ἄνεμος enim ventus dicitur. Punica,quę et mala granata di/**mala punica** cuntur. Qui pręſtant oĩa venti,ſecũdum phyſicam rationem hoc dictum eſt.Nam venti rerum omnium generationis cauſa eſſe perhibentur.

Fabulę primę vnde cimi li. argumentũ.

LACT. CArmine dum tali &c. Orpheus Oeagri filius et Calliopes musę filius,cum habuiſſet coniugem noĩe Eurydicen,et eã amiſiſſet,et cum ſine ea ab inferis rediſſet, lege accepta a Plutõe ad ſuperos ne tales dolorem in altera experiretur, puerilem amorem primus inſtituit.Quam ob cauſam Threicię mulieres inſtinctę ī abditis locis ſolitudinẽ agentem propter deſyderium coniugis interfecerunt,ſeparatumq; caput eius a reliquo corpore cum lyra in amnem Hebrum ꝓcipitauerũt, per quẽ in mare delatũ, et hic in inſulã Leſbũ cum hic hęſiſſet in littore,ſerpẽsq; morſu ſanguinẽ lãberat,priuſquã vultum eius appeteret, ab Apolline Iouis et Latonę filio duratus in lapidem eſt.

RAPHAELIS Regij in vndecimũ Metamorphoſeos Ouidij Libr. enarrationes.



P. Ouidij Naſonis Meta. Liber vndecimus.

Carmine dum tali ſiluas, animosq; ferarum
Threicius Vates, & ſaxa ſequentia ducit.
Ecce nurus Ciconum tectę, lymphata ferinis
Pectora vellleribus, tumuli de vertice, cernũt
Orphea percuſſis ſociantem carmina neruis,
Equibus vna, leues iactato crine per auras,
En ait. en hic eſt noſtri contemptor, & haſtam
Vatis apollinei, vocalia miſit in ora,
Quę folijs pręſuta, notam ſine vulnere fecit.
Alterius telum lapis eſt, qui miſſus in ipſo
Aere, concentu victus, vocisq;, lyręq; eſt.
Ac veluti ſupplex pro tam furialibus auſis
Ante pedes iacuit. ſed enim temeraria creſcunt
Bella, modusq; abijt, inſanaq; regnat Erinnys,
Cunctaq; tela forent cantu mollita. ſed ingens
Clamor, & inflato Berecynthia tibia cornu,
Tympanaq;, & plauſus, & Bacchei vlulatus
Obſtrepuere ſono citharę. tum deniq; ſaxa
Non exaudita rubuerunt ſanguine Vatis.
Ac primum attonitas etiam nũc voce canentis

RAPH. Impetus Bacchârum in Orpheũ

Carmine dum tali. Orpheus thracias mulieres aſpernatus (vt diximus) in ſe earum odium traxit. Quare cum Bacchi ſacra celebrarent ipſum in ferarum cętu canentem aſpexerunt, ac impetu facto dilacerarunt, caputq; ac lyram in Hebrum fluuium coniecerunt, quę ad inſulam Lesbon vsque delata cũ eẽnt, ſerpẽs Orphei caput dilaniaturus. ab Apolline in ſaxum fuit conuerſus. Primũ itaq; Orphei cędem poeta deſcribit, deinde ſerpentis in ſaxum transmutationem. Threicius vates, Orpheus Thracius. Ducit, delectat.

Ducere

Ducere nanq; interdum ſignificat delectare, vt nonius ſcribit. Cicero de finibus bonorũ et malorũ, Fabellarumq; auditione ducuntur.

Animosq; ferarũ, ſenſus. Neq; enim ferę animos habere dicuntur, niſi poeta ad veritatem potius alludat, vt intelligamus ferorum hominum animos ab orpheo fuiſſe excultos, id quod Horatius apte his verſibus ſcribit. Siluestres homines ſacer, interpresq; Deorũ Cędibus et victu foedo deterruit orpheus, Dictus ob hoc lenire tigres, rabidosq; leones.

Ecce

Ecce nurus Ciconum, repentinus baccharũ impetus illa particula ecce ſignificatur.

Cicones

Cicones autem populi ſunt Thracię ad Hebrum habitãtes. Tumuli de vertice, de montis ſummitate. Lymphata pectora, furentia.

Ferinis velleribus ferarum pellibus.

En ait. en hic eſt, conduplicatio indignationi conueniẽs tametſi hoc aduerbium en ſere indignationi ſeruiat. Apollinei vatis, Orphei Apollinis filij. Vocalia ora, optimam vocem emittentia. Pręſuta, pfixa, tecta. Nam haſtę Baccharum quę thyrſi dicuntur, pãpinis, hederaq; cooperiebantur.

Thyrſi

Notam, ſignum. Ac veluti ſupplex, tanq̃ veniam petiturus. Ante pedes, Orphei. Concentu, harmonia. Eſt autẽ pulchra poetę phantaſia, qua ſignificat, quanta vis ſit muſici cantus. Bella, Baccharum furores bella vocat poeta.

Inſana Erinnys, ab effectu quod furia homines iſanos furioſosq; reddit.

Mollita, mitigata ſic, vt Orpheo nunq̃ nocere potuiſſent.

Berecynthya tibia, qua in ſacris Cybeles quę Berecynthia dicit primum vſi fuere. Berecynthus autẽ Phrygię mons eſt & ciuitas matri Deum dicata.

Berecynthus

Obſtupuere ſono ci. contra citharę ſonus ſtrepuerunt. Attonitas, ſtupefactas ſuauitate cantus. Orphei.

Orphei cędes

Menades, Bacchę ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι, hoc eſt auferendo dictę. Titulum, gloriam. Orphei theatri, ſpectaculi ab Orpheo congregati. Eſt autem adiectiuum Orphei. Alij triũphi legunt, intelliguntq; agmen illud ferarum a bacchis raptum in titulum et gloriam triũphi de Orpheo acti. Et coeunt, cõgregantur, conueniunt. Noctis aues, noctuam. Structo vtrinq; theatro, ſpectaculo. Eſt autẽ amphitheatri periphraſis. Matutina harena, hoc eſt matutino tempore in harena. Quod enim eſt temporis, attribuit loco. Vna autem

omnes bacchas in Orpheum impetum feciſſe his ſimilitudinibus oſtendit poeta. Petunt, aggrediũtur, inuadunt. Hęc in munera, ad hos vſus. Torquent, iaciunt. Subigebant, arabant. Lacertoſi, magna et valida brachia habentes. Fructũ, frumentum. Agmine, baccharum furentium.

minem ex tribus conſtare aiunt, corpore, anima, et vmbra, quorum corpus terrę, anima cęlo, vmbra inferis redditur. Hic, illic apud inferos. Spaciantur, deambulant.

Fabulę ſecundę xi libri argumentum.

NON impune etc. Cęterę matronę quę cędi interfuerant Orphei, a Libero vlciſcente crudelium ſcientię ſuę in ſpecies varias abiere. LACT. Anguis in ſaxũ

Arma, inſtrumenta. Diuulſere, dilacerauere. Ferę, crudeles. Ad vatis fata, ad Orphei mortem. Irrita, vana verba, quę bacchas nihil commouebãt.

Proh Iuppiter, exclamatio poetę doloris ac commiſerationis plena. Exhalata, emiſſa. In vẽtos, eorum ſequitur opinionem qui animam ventum eſſe putant. Te męſtę, apoſtrophe ad Orpheum querimonię ac commiſerationis plena. Obſcura carbaſa, pullas ac nigras veſtes. Flumẽ populare, fluuium patrium. Hebrus.n. Thracię fluuius eſt.

Metymnęę Lesbi, Methymna vrbs eſt Lesbi optimo vino inſignis, dicta a Methymne Macaris filia ac Lepydui vxore vñ Metymnęus deriuatur. Lesbos autẽ Iſula eſt clariſſima, quam nunc Metylenen a nomine vrbis vocant. Ferus anguis, crudelis, qui illius vatis caput violare ſuſtineret, cuius cantu ſerpentes quoque ſępius delectati eſſent. Inhiat diuellere, appetit ore aperto dilacerare.

Methymna

Lesbos

Hymniferos vultus, qui hymnos in Deorum ſere ſingulos compoſuerunt.

Vmbra ſub.ter. vmbra Orphei inferos petit Eorum autem opinionem ſecutus uidet poeta, qui ho-

Innumeras volucres, anguesq;, agmenq; ferarũ
Męnades Orphei titulum rapuere theatri.
Inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris,
Et coeunt, vt aues, ſi quando luce vagantem
Noctis auem cernunt, ſtructoq; vtrinq; theatro
Vt matutina Ceruus periturus harena
Prędaq; canũ eſt, Vatẽq; petũt, & frõde virẽtes
Coniiciunt Thyrſos, nõ hęc in munera factos.
Hę glebas, illę direptos arbore ramos,
Pars torquent ſilices. neu deſint tela furori,
Forte Boues preſſo ſubigebant vomere terram
Nec procul hinc multo fructum ſudore parãtes
Dura lacertoſi fodiebant arua Coloni,
Agmine qui viſo fugiunt, operisq; relinquunt
Arma ſui. vacuosq; iacent diſperſa per agros,
Sarculaq;, Raſtriq; graues, longiq; Ligones,
Quę poſtquam rapuere ferę, cornuq; minaces
Diuulſere boues, ad Vatis fata recurrunt,
Tendentemq; manus, atq; illo tempore primũ
Irrita dicentem, nec quicquam voce mouentẽ
Sacrilegę perimũt, perq; os (proh Iuppiter) illũ
Auditum ſaxis, intellectumq; ferarum
Senſibus, in ventos anima exhalata receſſit.
Te męſtę volucres Orpheu, te turba ferarum,
Te rigidi Silices, tua carmina ſępe ſecutę,
Fleuerunt ſiluę, poſitis te frondibus arbos
Tõſa comas luxit. lachrymis q̃q; flumina dicũt
Increuiſſe ſuis, obſcuraq; carbaſa pullo
Naiades, & Dryades, paſſosq; habuere capillos,
Membra iacent diuerſa locis. caput Hebre, lyrãq;
Excipis, & (mirum) medio dũ labitur amne,
Flebile neſcio quid queritur lyra, flebile lingua
Murmurat exanimis. reſpondent flebile ripę.
Iamq; mare inuectę flumẽ populare relinquũt
Et Metymnęę potiuntur littore Lesbi.
Hic ferus expoſito peregrinis anguis harenis
Obſtitit, & ſparſos ſtillanti rore capillos
Lambit, & hymniferos inhiat diuellere vultus.
Tandem Phœbus adeſt, morſusq; inferre parãtẽ
Arcet, & in lapidem rictus ſerpentis apertos
Congelat, & patulos (vt erant) indurat hiatus.
Vmbra ſubit terras, & quę loca viderat ante,

NON impune tamen, Thracię mulieres quę Orphei cędi interfuerunt, omnes a baccho cędem Orphei ęgre ferente in varias arbores fuere conuerſę. Vate ſuorum ſacrorum, nam orpheus in Bacchum pulcherrimos ſcripſerat hymnos. Alludere autem ad id poeta videtur, quod ſcribit Diodorus. Cerimonias a Dionyſio repertas cum ad Orgia quędam Orpheus addidiſſet, orpheia a poſteris fuiſſe appellata. Manes Ędoni, mulieres thracias. Ędones namq; populi ſunt thracię.

RAPH.

Thracię mulieres in arbores

Ędones

Plangitur, percutitur a ſeipſa. Ac trepidans, quanto namque magis trepidant, tanto magis vinculo aſtringuntur aues. Externata, conſternata, perterrefacta. Lenta, flexibilis. Conrat, cõtinet. Exultantem, exultare volentem.

Digitũq; vbi ſunt digiti, ordo eſt, Dum querit, vbi ſunt digiti. Succedere, ſuccreſcere. Merenti dextra, hypallage eſt, ipſa namq; merens intelligitur. Et non fallere putando, nõ decipere ſi putes. Re. eri, vera rami erit.

Fabulę tertię xi libri argumentum.

ACT. NEC ſatis &c. Liber pater Thracia digreſſus cū Tmolum montem Cilicię comitatus Bacchus peteret, Silenus ei aufugit, quem Phryges captum ad Midas regē adduxerunt, agnitus ab eo exceptus ē, et Libero aduenienti reddidit, et ob beneficiū optādi Deus veniam ei dedit ſi quid vellet, a ſe peteret. quoq; diximus; Neq; eſt ſpondaicus verſus cū Tymolus etiam triſyllabum ſit nomen, non ſolum biſſyllabum. Tymolus Pactolonq; Pactolus fluuius eſt Lydię aureis harenis notiſſimus. Pactolus Charis harenis, pretioſis. Frequentant, celebrant. Titubantē, Midas vacillantem. Vinctum, ligatum. Ad regem Midam, Midas Gordia Bubulci filius Phrygię rex fuit ditiſſimus, eoq; fictus eſt omnia quęcunq; tāgeret in aurū transmutare, de quo Herodotus in primo multa ſcribit. Orgia, bacchi ſacrificia.

Ille vt quęq; contigiſſet, aurum fierent quod et inutile fuit. Cui Deus petenti vt reſtitueretur, ſibi fecit, iuſſit enim vt ad flumen Pactolum perueniret, ibiq; ſe ſupponeret, et ſic rediret in priſtinum ſtatum. Vnde aqua aurei coloris eſſet.

RAPH. Midas NEC ſatis hoc Baccho eſt, Midas rex Phrygię cum Silenū a ruſticis captum, ſibiq; traditum Baccho reddidiſſet, iuſſus eſt a Deo, vt quicquid vellet peteret. Ille petijt vt quicquid corpore ſuo tangeret, aurum fieret. Id illi concesſit Bacchus, q̄uis inutile ipſi futurum videbat. Cū vero panis quoq; ac vinum in aurum verterentur, fameq; perire cepiſſet, tandem cognouit ſtolidum ſe rem damnoſam petiſſe. Bacchum itaq; rogauit, vt peccato veniam daret, & munus datum irritum faceret, Bacchus igitur illi mādauit vt ad fontem Pactoli pergeret, ſeq; totum in eo lauaret, quod cum feciſſet, vis illa aurū efficiendi quicquid tangeret, in fluuiū tranſiuit, vnde etiā harenas aureas eſſe hodie memoratur.

Cur aureę Pactoli harenę

Ipſos agros, Thracię. Cūq; choro me. q̄ fuerant Thracię illę mulieres, quę Orpheū trucidarunt.

Sui Timoli, a ſe amati. Eſt enim Tymolus, qui et Tmolus dicit̄, mons Lydię optimi vini ferax, vt ī ſuperioribus

Cuncta recognoſcit, quęrēſq; per arua piorum
Inuenit Eurydicen, cupidiſq; amplectit̄ vlnis.
Hic modo coniunctis ſpaciant̄ paſſibus ambo.
Nunc p̄cedentem ſequitur, nunc p̄uius anteit,
Eurydicenq; ſuam iam tuto reſpicit Orpheus.
Non impune tamen ſcelus hoc ſinit eē Lyęus,
Amiſſoq; dolens ſacrorum Vate ſuorum,
Protinus in ſiluis matres Aedonidas omnes,
Q uę videre nefas, torta radice ligauit.
Q uippe pedum digitos inq̄tū eſt quęq; ſecuta,
Traxit, & in ſolidam detruſit acumine terram.
Vtq; ſuus laqueis, quos callidus abdidit auceps,
Crus vbi commiſit volucris, ſenſitq; teneri,
Plangitur, ac trepidis aſtringit vincula motu,
Sic quęcunq; ſolo defixa cohęſerat harum
Externata. fugam fruſtra tentabat. at illam
Lenta tenet radix, exultantemq; coercet.
Dūq; vbi ſint digiti, dū pes vbi q̄rit, & vngues,
Aſpicit in teretes lignum ſuccedere ſuras.
Et conata, femur mœrenti plangere dextra,
Robora percuſſit. pectus quoq; robora ſiunt.
Robora ſunt humeri. lōgos quoq; brachia vera
Eſſe putes ramos, & non fallere putando.
Nec ſatis hoc Baccho eſt, ipſos q̄q; deſerit agros
Cumq; choro meliore, ſui vineta Tymoli,
Pactolonq; petit. quamuis non aureus illo
Tempore, nec charis erat inuidioſus harenis.
Hunc aſſueta cohors Satyri, Baccęq; frequētāt,
At Silenus abeſt. titubantem, anniſq;, meroq;,
Ruricolę cępere Phryges, vinctumq; coronis
Ad regē duxere Midā, cui Thracius Orpheus
Orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo.
Q ui ſimul agnouit ſocium, comitemq; ſacroꝝ,
Hoſpitis aduentu feſtum genialiter egit
Per bis quinq; dies, & iunctas ordine noctes.
Et iam ſtellarum ſublime coegerat agmen
Lucifer vndecimus, Lydos cum lętus in agros
Rex venit, & iuueni Silenum reddit alumno.
Huic Deus optandi gratum, ſed inutile fecit

Cum Cecropio Eumolpo, Eumolpus vates fuit Athenienſis Bacchi ſacerdos. Eumolpus

Genialiter, voluptuoſe ac lęte. Lucifer vndecimus, Lucifer ſtella eſt, quę adueniente die vltima deſinit lucere, eoq; a poetis alias ſtellas, cogere, congregareque dicitur. Cogerat, congregauerat, Significat autem vndecimum diem aduenisse. Sublime agmen ſtellarum, ſublimium et altarum ſtellarum multitudinem, eſt enim hypallage. Lydos ī agros in Lydiam. Secundū grammatices autē rationem deriuatiuum nomen pauciores q̄ primitiuum ſyllabas habet. Lucifer

Iuueni alumno, Baccho. Altore, Sileno nutritore. Male vſurus in ſuum malum et perniciem, paulum enim abfuit quin fame periret Midas. Annuit, nutu conſenſit. Tacta a Mida in aurum

Senſit, perſoluit p̄ſtitit. Berecynthius heros, Midas Phrygius, a Berecyntho Phrygię oppido.

Polliciti fidem, promiſſi veritatem. Tentat, experitur. Non alta, ſed humili. Illud enim aduerbium. Non hoc loco

Muneris arbitrium gaudens altore recepto.
Ille male vſurus donis,ait,effice quicquid
Corpore contigero fuluum vertatur in aurũ.
Annuit optatis,nociturãq; munera ſoluit
Liber.& indoluit quod non meliora petiſſet.
Lętus abit.gaudetq; malo Berecynthius heros
Sollicitiq; fidem tangendo ſingula tentat.
Vixq; ſibi credens non alta fronde virentem
Ilice detraxit virgam.virga aurea facta eſt.
Tollit humo ſaxum.ſaxum quoq; palluit auro.
Contigit & glebam:contactu gleba potenti
Maſſa fit.arentes Cereris decerpſit ariſtas.
Aurea meſſis erat.dẽptũ tenet arbore pomũ.
Heſperidas donaſſe putes.ſi poſtibus altis
Admouit digitos,poſtes radiare videntur.
Ille etiam liquidis palmas vbi lauerat vndis,
Vnda fluens palmis,Danaen eludere poſſit.
Vix ſpes ipſe ſuas animo capit,aurea fingens
Omnia.gaudenti menſas poſuere miniſtri
Extructas dapibus,nec toſtę frugis egentes.
Tum vero,ſiue ille ſua Cerealia dextra
Munera contigerat,Cerealia dona rigebant.
Siue dapes auido conuellere dente parabat,
Lamina fulua dapes,admoto dente premebat.
Miſcuerat puris auctorem muneris vndis,
Fuſile per rictus aurum fluitare videres.
Attonitus nouitate mali,diueſq;,miſerq;,
Effugere optat opes,& quę modo vouerat,odit.
Copia nulla famem releuat,ſitis arida guttur
Vrit,& inuiſo meritus torquetur ab auro.
Ad cęlumq; manus,& ſplẽdida brachia tollẽs
Da veniam Lenęe pater.peccauimus inquit.
Sed miſerere precor,ſpecioſoq; eripe damno.
Mite Deum numen Bacchus peccaſſe fatentẽ
Reſtituit,factiq; fide,data munera ſoluit.
Ne ue male optato maneas circumlitus auro,
Vade ait,ad magnis vicinũ Sardibus amnẽ,
Perq; iugum ripę labentibus obuius vndis
Carpe viam,donec venias ad fluminis ortus,
Spumiferoq; tuum fonti,qua plurimus exit,
Subde caput,corpusq; ſimul,ſimul elue crimẽ.
Rex iuſſę ſuccedit aquę.vis aurea tinxit
Flumen,& humano de corpore ceſſit in amnẽ.
Nunc quoq; iam veteris percepto ſemine venę
Arua rigent,auro madidis pallentia glebis.

ad verbum detraxit referri nõ poteſt,ſed virgam ex non alta fronde decertã fuiſſe oſtendit. Cereris, frumenti per metonymiam. Heſperidas donaſſe putes, ſcite.nam Heſperides hortos habuiſſe dicũt aurea poma ferẽtes.
Radiare,fulgere.
Danaẽ eludere poſſit,eleganter. Iuppiter enim in guttas conuerſus aureas in ſinum Danaes deſcendit,ſicq; illa eſt potitus. Vix ſpes ipſe ſuas animo capit,nam maxima quęq; ſibi pollicebatur Mydas.
Poſuere,appoſuere.
Toſtę fru. periphraſis eſt panis. Cerealia dona,panes. Rigebant,duri fiebãt. Quippe qui in aurũ vertebant. Cõuellere,mandare. Premebat,tãgebat. Auctores muneris,Bacchum p metonymiam pro vino. Fuſile,liquidũ,ac fuſum, et liquefactum. Diuerſaque,quia auro abundabat. Miſerq;,qz auro frui nõ poterat. Modo vouerat,voto pauloante concupiuerat.
Torquetur,cruciat.
Meritus,qz ꝓpter auaritiã illud a Baccho petierat. Lenęe pater,Bacche. Specioſo damno,quod pulchrum et bonum videtur,cum alioqn damnum ſit et malum. Mite Deum numen,Dij ſunt mites et facile placant.
Reſtituit,in priſtinũ ſtatum reduxit.
Facti fide,ob fidẽ,quam prę ſe tulerat Silenũ reſtituendo.
Data mu.ſol.reſoluit, et irrita fecit. Circũlitus,infectus. Male op.

ta.ſtultę ac pernicioſe petito. Magnis Sardi. Sardeis vrbẽ Lydię Crœſi regiã.
Ceſſit,tranſiuit.

Fabulę quartę vndecimi libri argumentum.
ILLE peroſus &c. Panem Tmolum montem Lydię frequentans fiſtula ſe oblectaret,elatus gloria agreſtium nympharum Apollinem in certamen deuocauit,a iudice ẽ Tmolo tum mons erat, cum Apollini victoria eſſet adiudicata, Midę regi ſupradicto aſſidenti ſoli diſplicuit,quã ob cauſam Apollo ob eãdem ſtultitiam,quam et ſupra geſſerat in Liberi patris voluntate,Deus iratus aures eius Aſininę vt eẽnt ſempiterno effecit, cuius iudicium nulli rei facerent,qui tamen fertur midas eẽ matris magnę filius,ſic enim cum Heſiodo conſentit Ouidius.
ILLE poſitis opes, Midas facultate auri efficiundi quicqd tangeret liberatur, opeſq; peroſus in ſiluis habitabat,Panaque paſtorum Deũ colebat,qui cum fiſtula luſta ſibi multum nymphis placere videretur,auſus ẽ Apollinem in certamen ꝓuocare,Tmolo montis Deo iudice conſtituto: Cum vero ſententia pro Apolline lata omnibus placeret, ſolus Midas naturali ſtultitia ductus eam vt iniuſtã improbauit. Quare Apollo indignatus aures illius in aſininas ꝯuertit,qbus ipſius

Sardeis

LACT.

RAPH.

Rigere

Ille peroſus opes ſiluasq; & rura colebat,
Panaq; montanis habitantes ſemper in antris.
Pingue ſed ingenium manſit, nocituraq; vt añ
Rurſus erant domino ſtultę precordia mentis.
Nam freta proſpiciens late riget arduus alto
Tmolus in aſcenſu, cliuoq; extenſus vtroq;
Sardibus hinc illinc paruis finitur Hypepis.
Pan ibi dũ teneris iactat ſua carmĩa nymphis,
Et leue cerata modulatur arundine carmen,
Auſus Apollineos prę ſe contemnere cantus,
Iudice ſub Tmolo certamen venit ad impar.
Monte ſuo ſenior iudex conſedit, & aures
Liberat arboribus. Quercu coma cęrula tantũ
Cingit, & pendet circũ caua tempora glandes.
Iſq; Deum pecoris ſpectans, in iudice dixit
Nulla mora eſt. calamis agreſtibus inſonat ille,
Barbaricoq; Midan (aderat nam forte canenti)
Carmine deliniit, poſt hunc ſacer ora reſoluit
Tmolus ad os Phœbi, vultũ ſua ſilua ſecuta eſt.
Ille caput flauum lauro Parnaſide vinctus,
Verrit humum Tyrio ſaturata murice palla.
Diſtinctamq; lyram gemmis, & dentibus Indis
Suſtinet a lęua, tenuit manus altera plectrum
Artificis ſtatus ipſe fuit. Tum ſtamina docto
Pollice ſollicitat, quorum dulcedine captus
Pana iubet Tmolus citharę ſummittere cãnas.
Iudicium ſanctiq; placet ſententia montis
Omnibus. arguitur tamen, atq; iniuſta vocat
Vnius ſermone Midę, nec Delius aures
Humanam ſtolidas patitur retinere figuram.
Sed trahit in ſpatium, villiſq; albentibus implet
Inſtabileſq; illas facit, & dat poſſe moueri.
Cetera ſunt hominis, partem damnat in vna,
Induiturq; aures lente gradientis Aſelli.

ſtoliditas indicant. Longiores namq; aures ex phyſicorũ ſententia vecordiam ꝑ ſe ferunt. Cęterũ Midas aures aſininas tiaris purpureis occultauit, tonſoriq; mandauit, ne verbũ vnquam de illis faceret. Tonſor vero cum reticere nõ poſſet, in locum deſertum ſeceſſit, ibiq; ſoueaq; facta immurmurauit, Midas aures Aſininas habere. Deinde foueas terra repleuit. Arũdines autem eo in loco natę, ventoq; agitatę eadẽ verba, hoc eſt Midas rex aſininas aures habet, referebant. Peroſus opes, odio habẽs, quibus pene fame fuerat cõfectus. Pingue, tardus. Vt ante, quando optauit, vt quicquid contingeret, aurum fieret. Nam freta proſpiciens. Tmoli montis deſcriptio. Paruis Hypępis, Hypępa, vrbs eſt Lydię vt diximus. Cerata, cera iũcta. Iudice ſub Tmolo, Tmolus et mons & Deus montis ipſius dicit. Nam montes vt flumina deos ſuos habere dicuntur. Et aures Liberat arboribus, ab auribus arbores remouet. Deliniit, blanditus eſt. Sacer, Apollo. Reſoluit ora, aperuit ora, et canere cœpit. Tmolus ad os Phœbi, ſe conuertit ſubaudiendum. Ille caput flauum vinctus, flauum caput habens coronatum. Parnaſide, Parnaſia, quę Parnaſus abundat. Forma namq; patronymica

Hypępa

Tmolus

Midę aures aſininas

Palla

pro poſſeſſiua eſt vſus poeta. Apollinis autẽ citharędi habitũ deſcribit. Saturata, infecta, bis tincta. Tyrio murice, Tyria purpura. Palla autẽ veſtis eſt muliebris ſyrma habens, qua et citharędi vtebant. Verrit humum, innuit pallam Apollinis ſyrma habuiſſe, quod per terrã trahebatur. Sic Horatius de tibicine loquẽs. Traxitq; vagus ꝑ pulpita veſtem. Diſtinctamq;, ornatam. Dentibus Indis, ebore. Stamina, chordas. Sollicita, tangit, pulſat. Cãnas, tibiã ex cãnis cõfectã. Arguit, reprehenditur. Nec Delius, Apollo. Aures ſtolid. ob cęcitatẽ indicio. Sed trahit in ſpatiũ, protrahit, producit ac lõgas efficit. Inſtabiles, mobiles, quales ſunt aſininę. Et dat poſſe moueri, concedit. facultatẽ ſeipſas mouendi. Lente gradientis, tarde euntis. Fabulę quintę xi. libri argumentum. ILLE quidem etc. Rẽ ſcit quoq; deformitatẽ, illius cũ veſte celaret, vt famulus vidit, ne quid eloqui poſſet einsdem. Dei mẽtem in aures haberet, qui rurſus obruta harena arundines enatę, agitatęq; vento deformitatẽ Midę indicarent. PVRpureis Tiaris Tiara, qui et Tyaras dicitur: tegmen eſt capitis regium. Orientis. Velare, celare occultare. Efferre ſub auras, vulgare. Seducit, in locũ ſecretum vadit.

LACE

RAPHI Tiara



Voce parua, murmure. Hauſtę, effoſſę. Regeſta, reiecta. Scrobibus opertis, repleta fouea. Prodidit agr. indicauit eum qui illam effoderat terram. Obruta verba, quę talia fuerunt. Midas rex Aſini aures habet. Dominiq; coarguit aures, id eſt Midę regis aures conuincit eē aſininas.

monſtro marino exponere Laomedontis coegit. Quam quidem cum Hercules illac cum Argonautis tranſiens liberaſſet, ac promiſſis equis a perfido rege fraudaretur, et Troiam expugnauit, et Heſionem captam Telamoni ſocio donauit. Nepheleidos, Helles Nepheles filię. Helle namq; Athamantis, Helles.

Ille quidem cęlare cupit, turpiq; pudore,
Tempora purpureis tentat velare Tiaris.
Sed ſolitus longos ferro reſecare capillos
Viderat hoc famulus, qui nec, cū prodere viſū
Dedecus auderet, cupiens efferre ſub auras,
Nec poſſet reticere tamen, ſecedit, humumq;
Effodit, & domini quales aſpexerit aures,
Voce refert parua, terręq; immurmurat hauſtę,
Indiciumq; ſuę vocis, tellure regeſta
Obruit, & ſcrobibus tacitus diſcedit opertis.
Creber arūdinibus tremulis ibi ſurgere lucus
Cępit, & vt primum pleno maturuit anno
Prodidit Agricolam. leni nam motus ab auſtro
Obruta verba refert, dominiq; coarguit aures.
Vltus abit Tmolo, liquidumq; per aera vectus
Anguſtum citra pontum Nepheleidos Helles
Laomedonteis Latoius aſtitit aruis.
Dextera Sigei. Rhętei lęua profundi
Ara Panomphęo vetus eſt ſacrata Tonanti.
Inde nouę primum moliri męnia Troię
Laomedonta videt, ſuſceptaq; magna labore
Creſcere difficili, nec opes expoſcere paruas.
Cūq; Tridentigero tumidi genitore profundi
Mortalem induitur formā, phrygięq; Tyrāno
Aedificant muros, pacto pro męnibus auro.
Stabat opus, pretium rex inficiatur, & addit
Perfidię cumulum, falſis periuria verbis.
Non impune feres rector maris inquit, & oēs
Inclinauit aquas ad auarę littora Troię,
Inq; freti formam, terras conuertit, opesq;
Abſtulit agricolis, & fluctibus obruit agros
Pęna neq; hęc ſatis eſt, regis quoq; filia mōſtro
Poſcitur ęquoreo, quam dura ad ſaxa reuinctā
Vindicat Alcides, promiſſa munera dictos
Poſcit equos, tantiq; operis mercede negata
Bis periura capit ſuperatę męnia Troię
Nec pars militię Telamō ſine honore receſſit.

Fabulę ſextę decimi libri argumentum.

LACT. Cannę vocales

VLTus abit Tmolo, liquidumque per aera vectus etc. Inter Sygeum, Rhęteū, quę promontoria, quo loco ara Iouis Panopęi Phrygibus eſt conſecrata, Laomedon Capis filius cum Ilium poneret, Apollo et neptunus in homies verſi operas ſuas ęſtimati ad extruēdū murū addixerūt. Ita tū vt neptunus pfidia regis offēſus i agros eius mare mitteret, omnesq; fructus obrueret, ſupra quā penam coegit eum Heſionem filiam marinę proſtituere bellue. Qua liberata ab Hercule rurſus in fraude cognitus, equos enim quos ob ſalutem virginis pactus erat ei abnegauit. Ideoq; ille expugnato Ilio heſionem abreptam Telamoni, qui ſocius militię fuerat, copulauit.

Apollo et Neptunus i homines Laomedontis pfidia

RAPH.

VLTus abit Tmolo, Apollo atq; neptunus cum Laomedōtem męnia Troię edificantē vidiſſent, in humanam figuras cuerſi, pacto auro ſe cito opus illud abſoluturos receperunt. Męnibus vero perfectis cum promiſſum aurum repoſcerent, a Laomedonte illo fraudati, qui iureiurādo ſe nihil pmiſiſſe affirmauit, tantam perfidiam inultam eſſe non permiſſerunt. Neptunus enim et diluuium immiſit, quo totus ager Troianus eſt deuaſtatus, et Heſionem filiam

et Nepheles filia fuit ac ſoror Phrixi, a q̄ in mari ſubmerſa Helleſpontus fuit cognominatus. Latoius, Apollo Latonę filius. Dextera Sigei. Rhętei, Sigeum et Rhęteum pmontoria ſunt Troię notiſſima. Ara Panompheo Tonanti, ſic quidem in exemplaribus legitur, ſed corrupte legi facile Homeri carmine coarguitur, nam in octauo Iliados libro ſic ſcri. de hac eadem [illegible Greek] hoc eſt vbi panompheo Ioui ſacra faciebant Achiui. Quare hic quoq; Panomphęo legendum eſſe, vel refragātibus exemplaribus audacter contenderim. Panompheus autem Iuppiter dictus eſt, vt exponit Euſtac. vel q̄ omnium voces vel q̄ oīus voce colat audiat. nam [illegible Greek] vox dē. Suſcepta magna, incepta grandia. Stabat opus, erectum erat. Inficiatur negat. Nā inficiari, et inficias ire negare eſt. Mōſtro ęquoreo, ceto. Vindicat, liberat. Dictos, pactos, promiſſos, ex ſolis equorum ſemine progenitos. Bis periura męnia, nam primum Apollini atq; Neptuno ędificatis muris, deinde Herculi pro liberata Heſione pacta pręmia denegarat. Nec pars militię Telamon, Telamon Aeaci filius ex Heſione Laomedontis filia Teucrum ſuſcepit.

Telamon

Fabulę

Heſioneq; data potitur. nam coniuge Peleus



Clarus erat diua. nec aui magis, ille ſuperbit
Nomine, q̃ ſoceri. ſiquidem Iouis eſſe nepotem
Contigit haud vni, coniunx Dea contigit vni.
Nam ſenex Thetidi Proteus prędixerat vdę.
Concipe. mater eris iuuenis, qui fortibus armis
Acta patris vincet, maiorq; vocabitur illo.
Ergo ne quicq̃ mundus Ioue maius haberet,
Quãuis haud tepidos ſub pectore ſenſerat ignes.
Iuppiter, ęquoreę Thetidis connubia vitat.
Inq; ſua Aeaciden ſuccedere vota nepotem
Iuſſit, & amplexus in virginis ire marinę.
Eſt ſinus Aemonię, curuos falcatus in arcus.
Brachia procurrunt. vbi ſi foret altior vnda,
Portus erat. ſummis inductũ eſt ęquor harenis
Littus habet ſolidum, quod nec veſtigia ſeruet,
Nec remoretur iter, nec opertum pẽdeat alga.
Myrtea ſilua ſubeſt bicoloribus obſita Baccis.
Eſt ſpecus in medio, Natura factus, in arte
Ambiguũ. magis arte tamen, quo ſępe venire
Frenato Delphine ſedens Theti nuda ſolebas.
Illic te Peleus, vt ſomno victa iacebas,
Occupat, & quoniam p̃cibus tẽtata repugnas,
Vim parat, innectens ambobus colla lacertis,
Quod niſi veniſſes variatis ſępe figuris
Ad ſolitas artes, auſo foret ille potitus.
Sed modo tu volucris volucrẽ tñ ille tenebat.
Nũc grauis arbor eras, hęrebat ĩ arbore Peleus.

Fabulę ſeptimę libri vndecimi argumentum.

LACT. CLArus erat diua, nec aui magis ille ſuperbit &c. Proteus cum Thetidi prędixiſſet, ſi vellet iugalis fieri, quod filium parente ſuo fortiorem procrearet, Iuppiter incenſus eſt pulchritudine nymphę, qui id ſibi ne incideret, concubitum eius refugit, & ſucceſſiones coniugi Peleum nepoti dedit, quem illa refugiens modo in uolucrem, modo in arborem, interdum in Tigrim conuerſa concluderet, Peleus Neptunus orauit, vt opem ſibi ferret, qui cum Proteo preces eius commendaret, ille emergens e mari Peleo mandauit, vt quieſcenti Thetidi meridiano calore inſidiaretur, eamq; vinculis illigatam aggrederet. Ex quo Achilles Grecorum fortiſſimus natus eſt.

RAPH. Peleus NAM Cõiuge Peleus Clarus erat Diua, Peleus Æaci filius ac Telamonis frater, nepoſq; Iouis ſolus ex hominibus Deam vxorem ducere meruit. Cum enim Proteus Thetidi prędixiſſet, ipſam eẽ parituram filium pre maiorẽ Iuppiter q̃uis eius amore captus, illo quidem abſtinuit coniugio, ne poſt autem Peleo mãdauit, vt illam duceret vxorem. Quare Peleus Thetida ĩ ſpelunca quieſcentẽ fruſtra eſt amplexus, nã Dea cũ in volucrẽ, et arborem conuerſa a Peleo nõ dimitteretur, in Tigridem ſe transfigurauit, cuius ſęuitia territus Peleus eam dimiſit. Admonitus autem a Proteo, vt eam dormientem et vinclis ligaret, et quamuis in mille varias figuras conuerteretur, tãdiſper detineret donec in priſtinas rediſſet formã, illa tandem eſt potitus, ex qua Achillem ſuſcepit. Pulchra autem phantaſia varias Thetidis transfigurationes poeta deſcribit. Nec aui, Iouis. Quam ſoceri. Nerei. Nam Thetis Nerei filia fuit. Siquidem Iouis eſſe nepotem, nam multis inquit nepotibus eſſe Iouis contigit. Siquidẽ Siquidẽ vero interdum vna eſt dictio, vt hoc loco, interdum duę, id qd facile ex ipſo digno ſcitur ſenſu. Coniunx Dea cõtigit vni, vxor, inquit Dea ſoli Peleo obuenit. Vdę, humidę, nympha. n. fuit marina. Quãuis, quãuis Thetidis amore Iuppiter teneretur. Haud tepidos ignes, vehementes amores. Connubia, nuptias. Æaciden Peleum Æaci filium Iouis ex Ęgina nepotem. Eſt ſinus Æmonię, Topographia eſt. Deſcribit enim ſpecum, in quo Thetis feſſa requieſcere ſolebat. Æmõię, Theſſalię. Falcatus Falcatus, in ſimilitudinẽ falcis figuratus, eſt autem nomen ſimile participio a falce dechnatum. Brachia pcurrũt, promontoria quę brachia videntur, ĩ mare protenduntur. Seruet, cuſtodiat. Remoretur, retardet. Pẽdeat, ſuſpẽſuſ ſit. Myrtea ſil. ſubeſt, hoc eſt ſilua myrtis conſita illi adiacet ſinui. ſubeſſe autem illã ait, quod ex phyſicorũ ſententia mare q̃ terra altius eſt. Obſita, conſita, prępoſitio nanq; p prępoſitione poſita eſt. Occupat, inuadit. Ad ſolitas artes, ad conſuetas tibi transformatiões. Auſo, tentata, et pcubitu appetito. Carpathiũ

tit vates, Proteus, qui in Carpathio habitat mari, a Carpathio inſula dicto. Thalamis petitis, nuptijs optatis. Innecte, connecte, colliga. Centuꝫ mentita figuras, mutata in centum falſas figuras. Eſt autem numerus finitus pro infinito poſitus. Sed preme, comprime, ac retine. Dum quod fuit ante reformet. hoc eſt dum in priſtinaꝫ redeat formam. Suos fluctus, marinas vndas. Inclinato temone, inclinato curru. Parteꝫ enim pro toto poſuit. Currus autem Solis cum tendit ad occaſum deſcendere videtur.

Heſperiū fretum, Atlanticum mare, in quod Sol condi videtur. Conſueta cubicula, ſolitā ſpeluncam. Relicto fluctu, derelicto mari. Donec ſua membra teneri ſenſit, donec ſe ligatam eſſe animaduertit. Sine numine, ſine auxilio numinis alicuius et dei. Exhibita eſt Thetis, ideſt in figuram Thetidis eſt conuerſa. Ingenti Achille, ſemine ex quo magnus Achilles eſt natus.

Fabulę octanę vndecimi lib. argumentū.

LACT. FELix et nato, felix &c. Peleus fratre Phoco interēpto profugus Trachina ad Ceycem Luciferi filium venit, ſuſceptusq; ab eo merente cauſam meroris ab ipſo audiuit, huic Ceyci nanq; frater erat Dedalion habens filiaꝫ Chionem ſpecioſiſſimam, quę cum ab Apolline, et Mercurio amaret, a Mercurio per quieteꝫ cōpreſſa eſt. Item ab Apolline in anum verſo horum altero Autolycum furacis ſtirpem, qui ex albis nigra, et ex nigris alba fecit procreatum. Ex Apolline vero Philomena ſtudioſiſſimum citharę. Hāc etiam gloriam iam quod cuꝫ talibus concubuiſſet Deis, Dianę ſe pulchritudini prętuliſſet, itaque Dea confeſtim vt debuit procacem eius linguam ſagitta traiecit, atq; ex eo vulnere eſt ſubito interēpta. Qua calamitate Dedalion cum ſe eodem rogo vellet cōſumi, neq; eum proximi paterentur, vt furijs inſtinctus montem Parnaſuꝫ petiſſet, et ſe pręcipitaſſet, anteq; radicem montis contingeret, ab Apolline in volucrē accipitrem eſt conuerſus.

Tertia forma fuit maculoſę Tigridis illa
Territus Aeacides a corpore brachia ſoluit.
Isq; Deos pelagi vino ſuper ęquora fuſo,
Et pecoris fibris, & fumo thuris adorat,
Donec Carpathius medio de gurgite Vates
Aeacide dixit. thalamis potiere petitis.
Tu modo, cum gelido ſopita quieſcit in antro,
Ignaraꝫ laqueis, vincloq; innecte tenaci.
Nec te decipiat centum mentita figuras.
Sed prme quicqd erit, dū q fuit ante reformet.
Dixerat hęc Proteus, & condidit ęquore vultū,
Admiſitq; ſuos in verba nouiſſima fluctus.
Pronus erat Titan, inclinatoq; tenebat
Heſperiū temone fretum, cum pulchra relicto
Nereis ingreditur conſueta cubilia fluctu,
Vix bene virgineos Peleus inuaſerat artus,
Illa nouat formas, donec ſua membra teneri
Senſit, & in partes diuerſas brachia tendit.
Tūc demū ingemuit. neq; ait ſine numie vicis.
Exhibita eſtq; Thetis. cōfeſſaꝫ amplectit heros.
Et potitur votis, ingentiq; implet Achille.
Felix & nato. felix & coniuge Peleus.
Et cui ſi demas iugulati crimina Phoci,
Omnia contigerant. fraterno ſanguine ſonteꝫ,
Expulſumq; domo patria, Trachinia tellus
Accipit, hic regnum ſine vi. ſine cęde regebat
Lucifero genitore ſatus, patriumq; nitorem
Ore ferens Ceyx, illo qui tempore męſtus,
Diſſimiliſq; ſui, fratrem lugebat ademptum.
Quo poſtq Aeacides feſſus, curaq;, viaq;,
Venit, & intrauit paucis comitantibus vrbem,
Quosq; greges pecorū, q ſecū armēta trahebat,
Haud procul a muris ſub opaca valle reliquit,
Copia cum facta eſt adeundi tecta tyranni,
Velamenta manu pretendens ſupplice, qs ſit,
Quoq; ſatus memorat. tm̄ ſua crimina celat;
Mentiturq; fugę cauſam, petit vrbe, vel agro
Se iuuet, hunc contra placido Trachinius ore
Talibus alloquit, medię quoq; cōmoda plebi
Nr̄a patet Peleu, nec ihoſpita regna tenemus.
Adijcis huic animo monimenta potētia, daꝫ:
Nomen, auūq; Ionē, nec tempora pde pcando.

IVGVlati Phoci, Phocus Æaci filius ex Pſamathe nympha a Peleo fuit interfectus. Quare Peleus a patre in exilium eiectus ad Ceycem Trachinę regem infeliceꝫ Dedalionis fratris caſum lugenteꝫ confugit. Nam Dedalion Luciferi filius Chionem filiam habuit, quę cum iaꝫ ex Mercurio Autolycuꝫ, ex Apolline Philemonem genuiſſet Diana ſe formoſiorē eſſe iactauit. Quare Dea irata ſagittis eam confecit, cuius morte Dedalion tantum concepit dolorem, vt ex Parnaſi vertice ſe in mare precipitarit. Sed Apollo non immemor voluptatis, quā de illius filia conceperat, eum in accipitrem antequam in mare caderet, commutauit. Omnia contigerant, ad felicitatem facientia intelligamus. Trachinia tellus, trachin quę et Trachis dicitur vrbs ē Theſſalię ſub Oeta monte ab hercule ędificata, ἀπὸ τῆς τραχύ τητος, &

RAPH. Phocus
Ceyx
Dedalion
Chione
Trachin

Quod petis omne feres, tuaq; hęc ꝑ ꝑte vocato
Qualiacunque vides. vtinam meliora videres.
Et flebat. moneat tantos quę cauſa dolores,
Et Peleus, comitesq; rogant, quibus ille profatur.
Forſitan hanc volucrem, rapto quę viuit, & oēs
Terret aues, ſemper pennas habuiſſe putetis.
Vir fuit, & tanta eſt animi conſtantia, quantus
Acer erat, belloque ferox, ad vimq; paratus
Nomine Dędalion, illo genitore creatus,
Qui vocat Auroram. cęloq; nouiſſimus exit.
Culta mihi pax eſt pacis mihi cura tuendę,
Coniugijque fuit. fratri fera bella placebant.
Illius virtus gentes, regesque ſubegit,
Quę nunc Thisbeas agitat mutata columbas.
Nata erat huic Chione, q̄ dotatiſſima forma
Mille procis placuit, bis ſeptem nubilis annis.
Forte reuertentes Phębus, Maiaque creatus,
Ille ſuis Delphis. hic vertice Cyllenęo
Videre hanc pariter. pariter traxere calorem.
Spē Veneris differt in tempore noctis Apollo.
Non fert ille moras, virgaque mouente ſopores
Virginis os tangit. tactu iacet illa potenti.
Vimq; Dei patitur. Nox cęlum ſparſerat aſtris.
Phębus anum ſimulat, ꝓreptaq; gaudia ſumit.
Vt ſua maturus compleuit tempora venter,
Alipedis de ſtirpe Dei verſuta propago
Naſcitur Autolycus, furtum īgenioſus ad omne,
Qui facere aſſuerat patrię non degener artis
Candida de nigris, & de candentibus atra.
Naſcitur e phębo (nanq; eſt enixa gemellos)
Carmine vocali clarus, citharaq; philemon.
Quid peperiſſe duos, & Dijs placuiſſe duobus,
Et forti genitore, & progenitore Toante
Eſſe ſatam ꝓdeſt? an obeſt quoq; gloria multis?
Obfuit huic certe, quę ſe pręferre Dianę
Suſtinuit, faciemque Deę culpauit. at illi
Ira ferox mota eſt, factisq; placebimus inquit.
Nec mora curuauit cornu, neruoq; ſagittam
Impulit, et meritam traiecit arundine linguam.
Lingua iacet, nec vox, tentataq; verba ſequuntur
Conantemq; loqui, cū ſanguine vita reliquit.
Quā miſer (O pietas) ego tūc, patrioq; dolorē

eſt ab aſperitate dicta, vnde Trachinius derinatur. Lucifero genitore ſatus, Ceyx phoſphori, hoc eſt Luciferi fuit filius, Halcyonesq; maritus. Diſſimilis fui, nam pręſe quandam hylaritatem antea ferre conſueuerat, quę tunc in męſtitiā fuerat conuerſa. Fratrem ademptum, Dędalionem in accipitrem commutatum. Velamenta, ramum oliuę dicit, q ab externis, qui pacem afferebant geſtabatur. Vnde virgilius in octauo Æneidos, Tum pater Aeneas puppi ſic fatur ablata, Paciferęque manu ramum pretendit oliuę. Sua crimina phoci, fratris cędem. Mentiturque fugę cauſam, falſam fugę cauſam refert. Medię plebi, infimę. Patent, parata ſunt. Hac autem oratione Ceyx ſe in omnes benigniſſimum eſſe oſtendit. Inhoſpita, inhoſpitalia. Huic ani. noſtro animo per ſe benigno ac liberali. Omne feres, habebis, accipies. Meliora, feliciora. Peleusq; comi. q ro. ſic quidem corrupte legitur, neq; enī ratio carminus patitur, vt q; copula breuis ꝓducatur. Quare illa q; eraſa hanc copulam et in verſus principio putaui reponendam. Quę rapto viuit, rapina. Accipitris autem eſt periphraſis. Qui vocat Auroram, Luciferi periphraſis. Nā Lucifer et primus ſtellarum incipit, et vltimus lucere deſinit. Tuendę, cōſeruandę. Thisbeas columbas, Thisbe vrbs eſt Bęotię a Thisbe aſopi filia cognominata columbis abundans, vnde Thisbeus declinatur. Portus autem et nauale Thisbeorum (vt ait Stephanus ex ſententia Epaphroditi) columbis plenum erat. Agitat, vexat, perſequitur. Accipitres nāq; maxime columbas inſiſtant. Nata erat huic Chione, ab eximio candore forſitan ſic fuit appellata. Nam Chione nix interpretatur. Maiaq; creatus, Mercurius. Hic vertice Cyllenęo, hic Mercurius a Cyllene Arcadię monte, vbi Mercurius ipſe natus eſſe fingitur. Pariter traxere calores, vna ambo cęperūt amare. Mouente ſoporem, inducente ſomnum. Iacet, in ſomnum reſoluit. Prerepta gaudia, antea a Mercurio rapta. Alipedis Dei, Mercurij talaria alata in pedibus geſtātis. Quod idcirco fingitur, quia Mercurius velociſſimus eſt omnium planetarum. Verſuta, aſtuta, callida, quę nigra in candida vertere ſciat. Candida de nigris, hoc de aſtutis verſutisq; dici ſolet. Carmine vocan. ꝯ ſonoro ac ſuaui. Progenitore tonante, auo Ioue, qui Luciferi pater eſt. Curuauit cornu, flexit arcum ex cornu ꝯfectū, ē.n. metonimia. Arūdine, ſagitta ex arūdie ē calamo facta. Verba tentata, quę Chione emittere conata eſt. Sequunt, linguas ſubaudiamus. Quā miſer ego tūc, ſui ſubaudiatur. Cū quadam exclamatione autē hęc efferunt, ac ſi diceret, O q̄tum miſer ego tūc fui. O pietas, exclamatio affectui ſeruiēs. De lamētaē, valde lamē

Autolycus

Philemon

Declamētari

Corde tuli. fratrique pio ſolatia dixi.
Quę pater haud aliter q̃ cautes murmura pōti
Accipit, & natam delamentatur ademptam.
Vt vero ardentem vidit, quater impetus illi
In medios fuit ire rogos, quater inde repulſos
Cōcita membra fugę mandat, ſimiliſq; iuuēco
Spicula crabronum preſſa ceruice gerenti.
Qua via nulla ruit. iã tum mihi currere viſus
Plus homine eſt, alaſq; pedes ſumpſiſſe putares.
Effugit ergo omnes, veloxque cupidine leti
Vertice parnaſi potitur, miſeratus Apollo,
Cum ſe Dędalion ſaxo miſiſſet ab alto,
Fecit auem, & ſubitis pendentem ſuſtulit alis.
Oraq; adūca dedit, curuos dedit vnguibus hãos
Virtutem antiquam maiores corpore vires.
Et nunc Accipiter nulli ſatis ęquus in omnes
Sęuit aues, aliiſq; dolens fit cauſa dolendi.
Quę dum Lucifero genitus miracula narrat
De conſorte ſuo, curſu feſtinus anhelo
Aduolat armenti cuſtos phocęus Anetor,
Et pelen, pelen, magnę tibi nuncius adſum
Cladis ait, quodcunq; ferat. iubet edere peleus.
Pendet & ipſe metu trepidi Thrachinius oris.
Ille refert, feſſos ad littora curua iuuencos
Appuleram, medio cum Sol altiſſimus orbe
Tantum reſpiceret, quantum ſupereſſē videret,
Parsq; boum fuluis genua inclinarat harenis
Latarumq; iacens campos ſpectabat aquarum.
Pars gradibus tardis illuc errabat, & illuc.
Namq; alii, celſoq; extant ſup̃ ęquora collo.
Tēpla mari ſubsūt, nec marmore clara. nec au
Sʒ trabibus dēſis, lucoq; vmbroſa vetuſto. (ro
Nereides, Nereuſq; tenent. hos nauita ponti
Edidit eſſe Deos, dum retia littore ſiccat.
Iuncta palus huic eſt denſis obſeſſa Salictis,
Quam reſtagnantis fecit maris vnda paludes.
Inde fragore graui ſtrepitus, loca p̃xima terret
Bellua vaſta Lupus, ſiluiſq; paluſtribus exit,
Oblitus & ſpumis, & craſſo ſanguine rictus
Fulmineus, rubra ſuffuſus lumina flamma.
Qui q̃q̃ ſęuit pariter rabieq; fameq;
Acrior eſt rabie. neq; enim ieiunia curat
Cęde boum, diramq; famem finire, ſed omne
Vulnerat armentum, ſterniq; hoſtiliter omnes
Pars quoq; de nobis funeſto ſaucia morſu,
Dum defenſamus, leto eſt data, ſanguine littus
Vndaq; prima rubet, demugitęque paludes.

tatur, vt deamare valde amare dicimus. Spicula crabonum, Crabro volatile ē, vt veſpa maxime iuuencos infeſtans. Alaſq; pedes, iam enim in accipitres verti cęptus erat. Cupidine leti, cupiditate mortis.

Crabro

Dędaliō in aues

Vertice parnaſi potitur, in verticem, ac ſummitatem parnaſi aſcendit. Ab alto ſaxo, monte. Subitis alis. ſubito natis.

Ora adūca, roſtg aduncum. Maiores corpe vires, maiores q̃ vt illi tam paruo corpori conueniant. Nulli ſatis ęquus, rapto enis viuit accipiter. Sexdecim autem accipitrus genera eſſe ſcribit Plinius, quę ſiqs noſſe cupit, inde petat. Illud ſciendum aput priſcos accipitres manſueſcere nō conſueſſe, id quod facile, cum ex aliis, q̃ de accipitribus ſcribuntur, tum ex his Plinii verbis colligi poteſt. In Thracię parte ſuper Amphipolim homines, atq; accipitres ſocietate q̃dam aucupantur. Hi ex ſiluis et arundinetis excitant aues, illi ſuper volantes deprimunt, rurſus captas aucupes diuidunt cum his. Traditum eſt miſſas in ſublime ibi excipere eos, et cum tempus ſit capturę clangore ac volatus genere inuitare ad occaſionem. Deniq; Plinius de manſuetis accipitribus ne vnū quidem verbum facit, nequaquam taciturus ſi tēpore ſuo in vſu fuiſſent.

Accipiter.

Fabulę nonę libri vndecimi argumē.

LACTA.

QVÆ dum Lucifero etc. Anetor paſtor armentorum, quem peleus ad Ceyca perduxerat, indicat a lupo, cui obſiſti nequiret, cuſtodes interemi, qui vt intellexit Samates Nereidis id ſibi accidere, quod phocus ea ętate Æaco genitus a ſe interiſſet, et id p̃cibus qua vltione eēt ſedandum, ſuppliciter ab ea petit, ne vltra proſequeret̃ admiſſum, quę aliquãdo thetis ſororis mota precibus ne amplius fera armenta petens ſęuiret, in ſaxi eam figurã vertit.

RAP.

DE Conſorte ſuo, fratre ſuo Dędaliōe. Lupi āt qui pelei armēta lacerarat, Metamorphoſin in ſaxum ſubtexit poeta.

Curſu feſtinus anhelo, Hypallage eſt. Feſtino ſiquidē curſu illum anhelantē veniſſeītelligimus.

Phocęus Ane. a Phocide regione phocęus Phocaicuſq; declinatur. Et Pelen, Pelen, conduplicatio ſubitum malum nūciantis maxime cōuenit. Trepidi oris, trepide nunciantis.

Pendet, ſollicitus ē.

Tantum reſpiceret, periphraſis meridiei. Campos latarum aquaꝝ, ęquor.

Gradibus, paſſibus. Templa mari ſubſunt, ad ſunt, iuxta mare ſunt.

Edidit, dixit.

Huic, luco ſubintelligatur. Reſtagnantis, ęſtuantis. Elegantet autem deſcribit locum luporū latebris accōmodatum.

Sed mora dānoſa eſt.nec res dubitare remittit.
Dum ſupereſt aliqd,cuncti coeamus ad arma,
Arma capeſſamus,coniunctaq; tela feramus.
Dixerat agreſtis.nec Pelea damna mouebant.
Sed memor admiſſi Nereida colligit orbam.
Damna ſuo inferias extincto mittere Phoco.
Induere arma viros,violentaq; ſumere tela
Rex iubet Oetęus,cum quis ſimul ipſe parabat
Ire.ſed Halcyone coniunx excita tumultu
Proſilit,& nondum totos ornata capillos,
Disÿcit hos ipſos,colloq; infuſa mariti,
Mittat vt auxilium ſine ſe, verbisq; precatur,
Et lachrymis,animasq; duas, vt ſeruet i vna.
Aeacides illi.pulchros regina,pioſq;
Pone metus. plena eſt promiſſi gratia veſtri.
Nō plꝰ arma mihi cōtra noua mōſtra mouēt
Numen adorandū pelagi eſt, erat ardua turris
Arce locus ſumma,feſſis loca grata carinis.
Aſcendunt illuc,ſtratoſq; in littore tauros
Cum gemitu aſpiciunt,vaſtatoremq; cruento
Ore ferum,longos infectum ſanguine villos.
Inde manus tendens in aperti littora ponti,
Cęruleam Peleus Pſamathen,vt finiat iram
Orat,opemq; ferat.nec vocibus illa rogantis
Flectitur Aeacidę. Thetis hāc ꝓ cōiuge ſupplex
Accepit veniam,ſed enim irreuocatus, ab acri
Cęde Lupus perſtat dulcedine ſanguinis aſper,
Donec inhęrentem lacerę ceruice iuuencę
Marmore mutauit.corpus, pariterq; colorem,
Omnia ſeruauit.lapidis color indicat illum
Iam non eſſe Lupum,iam non debere timeri.



Nec tamen hac profugū conſiſtere Pelea terra
Fata ſinunt.Magnetas adit vagus exul,& illic

OVI. Meta.

datum. Inde, ex ea palude. Oblitus, infectus. Eſt aūt synegdoche. Rictus.n. oblitos et īfectos hūs intelligitur. Fulmineus, iſtar fulminis omnia pſternēs.

Funeſto morſu, mortali. Saucia, vulnerata. Leto data,interfecta. Defenſamus,defendere conamus. Demugiteq; paludes,mugitu boum replete, eſt autem participium contra grāmaticam rationem formatū. (Demugitus)

Remittit, permittit. Arma capeſſamus, anadiploſis pulchra exhortatiōi accōmodata. Agreſtis,paſtor. Admiſſi,cōmiſſi,et fraterne cędis. Nereida colligit orbam, hoc eſt ratiocinatur Pſamathen nymphā Phoci matrem filio inferias mittere. Rex Oetęus, Ceyx rex Trachinę, quę contermina eſt Oetę monti. A quibuſdam tamē ętherius legitur, hoc eſt ſydereus et ſplendidus. Excita, euocata ex intima ędiū parte ac Gynęceo. Significat autem Halcyonem de viri ſalute quem vehementiſſime amabat, maxime ſollicitam eſſe.

In vna, nam Halcyones vitam a Ceycis vita pēpēdiſſe exitus fecit manifeſtū. Eo nanq; in mari ſubmerſo ipſa quoq; vitā dolore finiuit.

Aeacides illi, inqt verbum, quod facile ſubauditur, fuit, ꝑtermiſſum. Plena eſt, perfecta atq; cumulata. Numen pelagi, pſamathe nympha marina.

Ardua turris,alta Turris autem a terrendis hoſtibus dicitur. (Turris) Feſſis loca grata carinis, illa nāq; nautę aſpicientes in portum naues dirigebant,ſeq; terrę propinquos eſſe cognoſcebant. Inde,ab illa turri. In littora. verſus littora. Aperti ponti, maris late patentis. Pſamathen. pſamathe nympha fuit Nerei filia & Phoci mater. (Pſamathe.) Aeacidę rogantis, pelei ꝑcantis, illi nanq; fuerat irata, eoq; precibus illius nihil mouebatur. Sed enim irreuocatus ab acri cęde Lupus perſtat, ſed eius lupus ferox inquit perterritus ꝑſtat in acri cęde dulcedine ſanguinis allectus. Marmore mutauit, i marmor Thetis autem ſubaudiatur. Locus vero ipſe quo lupus in ſaxum fuit transmutatus Lycion fuit appellatus, ἀπὸ τοῦ λύκου, id eſt a lupo. (Lycion)

Fabulę decimę libri xi. argumentum.

NEC Tamē hac pfugum conſiſtere etc. (LACT.) Ceyx Luciferi filius, ꝓdigÿs agitatus Miletum ad oraculum Apollinis quoniam Delphos Phorbas cū phlegyis infeſtabat, contendit, coniugiq; Halcyone Aeoli filię tradenti ꝑfectionem ob deſyderium affirmauit intra alterum mēſem ſe reuerſurū, quod vt non poſſet pſtare naufragio uitā amiſit. Cuius aduentum cum illa deſyderaret, non reſpōdentem tempore deſtinato,et i dies grauiſſimo luctu affice

Sumit ab Aemonio purgamīa cędis Acaſto.
Interea, fratriſq; ſui, fratremq; ſecutis
Anxia prodigijs turbatus pectora Ceyx,
Conſulat vt ſacras (hoīu3 oblectamina) ſortes.
Ad Clarium parat ire Deum. nā tēpla ꝓfanus
Inuia cū Phlegyis faciebat Delphica phorbas.
Conſilij tamen ante ſui fidiſſima, certam
Te facit Halcyone, cui protinus intima frigus
Oſſa receperunt. buxoq; ſimillimus ora
Pallor obit, lachrymiſq; genę maduere ꝓfuſis.
Ter conata loqui, ter fletibus ora rigauit.
Singultuq; pios interrumpente querelas,
Quę mea culpa, tuam dixit chariſſime mentē
Vertit? vbi eſt, quę cura mei prior eſſe ſolebat?
Iam potes Halcyone ſecurus abeſſe relicta?
Iam via longa placet? iā ſu3 tibi charior abſ̄s?
At puto per terras iter eſt, tantumq; dolebo.
Non, etiam metuam? curęq; timore carebunt?
Aequora me terrent, & ponti triſtis imago,
Et laceras nuper tabulas in littore vidi.
Et sępe in tumulis ſine corpore, nomina legi.
Ne ne tuum fallax animum fiducia tangat,
Quod ſocer Hippotades tibi ſit, q carcere fortes
Contineat ventos, & cum velit ęquora placet
Cum ſemel emiſſi tenuerunt ęquora venti,
Nil illis vetitum eſt, incōmendataq; tellus
Omnis, & oē fretū eſt, cęli quoq; nubila vexāt,
Excutiuntq; feris rutilos concurſibus ignes.
Quo magis hos noui (nam noui, & sępe p̄rna
Parua, domo vidi) magis hos reor eē timēdos.
Quod tua ſi flecti precibus ſententia nullis
Chare poteſt coniūx, nimiumq; es certus eūdi,
Me quoq; tolle ſimul. certe iactabimur vna.
Nec niſi, quę patiar, metuas, pariterq; feremus
Quicqd erit, pariter ſup ęquora lata feremur,
Talibus Aeolidis dictis, lachrymiſq; mouetur,

retur miſericordia Iunonis, quā ipſius ſcibus fatigabat, per quietem ſomnus eius filius ad indicdus Morphea imitatorem figurarus miſſus eſt, cuius frater a Dijs ſceon et hominibus Phetor appellaf, et qui in varias figuras haberi ſolitus eſt. Iis Hipatheſus Thrachinam ad Halcyonem dimiſerat, quę coniugem cōperit interijſſe. Excuſſa ergo ſopore lumē inſuri iuſſit. Agnitū vero periiſſe nouiſſime ad littus decurrit, vbi illum dimiſerat et vt naufragi ex anime corpus ſui ſtuari proximo littore perſpexit in figuram volucris Aeolus cuſſit, quę ab eius nomine vocatur, in eandem ſpeciem corpus Ceycis eſt verſus. Hę volucres Hyberno tempore per ſeptem dies in mare nidū ponunt pulloſque qui caſus ſuorū maiorꝫ deplorent, in littore exponunt.

RAPH. MAGnetas adit,

Magnetes — Magnetes populi ſūt Theſſalię equorꝫ domitores clariſſimi, de quibus Lucanus in .vi. Et Magnetes equis, Minyę gēs cognita remis.

Magneſia — Magneſia vero ē regio theſſalię. Eſt etiā Magneſia vrbs iuxta Męādrum, et regio a magnete dicta. Ab Aemo. Aca.

Acaſtus — Acaſtus rex fuit Theſſalię Pelię filius, vt ex Senecę Medea colligitur. Is

Cretheis — vxorem duxit Cretheidem, vel (vt quidam aiunt) Hippolytam, quę qdes Pelei amore capta eſt. Spreta autem illum marito accuſauit, q ſe de ſtupro interpellaſſet. Quare Acaſtus Peleum tanquam ad venationem in Pelion montes ex vrbe eduxit, illicq; penitus inermem reliquit, vt a feris interimeretur, ſed Mercurius vel (vt quidas putant) Chiron illi eſt opitulatus, deditq; enſem a Vulcano fabricatum, quo et feras occurrētes interfecit, et in vrbē reuerſus Acaſti vxorem, ipſumq; Acaſtum (vt quidam aiunt) interemit. Interea fratriſq; ſui, Ceyx Luciferi filius fratris caſu admodum ſollicitus ad Clarium oraculum conſulēdus ire cum vellet, diu ab Halcyone vxore fuit remoratus. cum vero illi promiſiſſet ſe intra duos mēſes reuerſurum, abire permiſſus eſt. ſed in Aegęo tempeſtate ↄ̄phenſus naufragium fecit, nauiq; amiſſa vna cum ſocijs ſubmerſus, quē vxori promiſerat reditum, pręſtare non potuit. Vxor aūt cū quotidie pro mariti ſalute Dijs omnibus Iunoniq; in primis vota ſolueret, opera illius per ſomnium admonita eſt, maritum in mari periſſe. Quare expergefacta ad littus vn̄ ſoluerat maritus acceſſit, ac dum infortunia ſua ꝗreretur, cadauer in mari longius aſpexit, ꝙ cum mariti eſſe cognouiſſet, ad illudq; per vndas exilire vellet,

Ceyx et Halcyōe in aues — Halcyones in auem conuerſa ad os mariti aduolauit q miſeratione Deorꝫ pia vxoris oſcula ſentiēs in eiuſdem generis auem ipſe quoq; fuit transfiguratus. Ab his autem auibus .xiiij. dies Halc. ſunt dicti, quibus mare quietum eſt. Nā tempore brumę nidificant, ac dum et excludāt pullos et educent, mare omni tēpeſtate caret. Anxia pectora turbatus ſynegdoche poetica, hoc eſt ſollicitū animum et turbatū habens. Prodigijs fratris ſui, cuius filia Dianę ſagitta ſubito fuerat interfecta.

Fratremq; ſecutis, qui in accipitrem fuerat commutatus. Hoīum oblectamina, mortaliū oblectamenta, ' nōn informiorꝫ remedia. Ad Clarium Deū, ad oracula Clarij Apollinis, quę olim in Lycia fuerunt. Nam Claros vrbs eſt Lycię Apollinis oraculo clariſſima. Claros Nam tē. Del. tacitę obie

Phorbas Phlegię Profanus Facere certum

ctioni occurrit. Profanus Phor. phorbas Phlegiarum rex fuiſſe phibetur, ac contra Delphos bellum ſuſcepiſſe, Phlegię autem populi fuerunt Theſſalię aduerſus Deos impij, qui tandem a Neptuno diluuio immiſſo fuerunt deleti. Profanus, ſacrilegus, qui nulla ſacrorum cura tangebat. Te facit certã, in ſoluta oratione certiorem diceremus, eſt autem apoſtrophe ad Haclyon eſt. Cui protinus intima frigus Oſſa receperunt, ideſt quę ſtatim tremere cępit. Receperunt, conceperunt, traxerunt. Obit, occupat. Rigauit, madefecit. Eleganter autẽ effingit mores vxoris mari tum efflictim deamantis. Pias querelas, a pio amore prouenientes lamentationes. Vertit, cõuertit, commutauit. Securus, ſine vlla mei cura. Triſtis imago ponti, aſpera facies maris. In tumulis, ſepulchris. Sine corpora, erãt nanq; cenotaphia, hoc eſt inania ſepulchra.

Hippotades

Hippotades, Æolus Hippotę Troiani nepos, filius nãque fuit Iouis ex Segeſta Hippotę filia. Placet, mitiget. In cõmutata, ſic qdẽ legebat, ſed nihil ſenſui ↄuenire vr̃, incõmendata vero maxime quadrare, vt itelligamus neq; terram, neq; mare ventis eſſe commendata, ſed violenter perturbari atq; vaſtari. Excutiuntq; feris, ex concurſu nubium, vt ſcribunt phiſici fulmina generant. Rutilos ignes, fulmina. Æolidis, Halcyones Æoli filię. Ignis, amor. Propoſitos pelagi curſus, ꝓpoſitam ac deliberatam nauigationem. Non tamen idcirco cauſam probat, hoc eſt non tamen idcirco vxori perſuadet, vt ſe diſcedere permittat, neq; diſceſſum ſuum ęgre ferat. Per patrios ignes, per Luciferi ſplendorem. Quam Luna bis impleat orbem, q̃ duo tranſeant menſes. Recurſus, velocis reditus. Æquore tingi, in ęquor deduci. Pinum nauem ex pino confectã. Veluti pſaga, tanq̃ pſentiẽs malum futurum. Collapſa corpore tota eſt, ſemimortua in terrã cecidit. Quęrente moras Ceyce, lachrymis enim vxoris motus diſcedebat inuitus. Ordinibus geminis, Nam biremis erat. Ad fortiora pectora. geſtus exprimit remigrantium. Æquali ictu, ęquali percuſſione. id enim exigit ars remigandi. Vbi terra receſſit Longius, hoc ex vulgari ſenſu dictũ eſt. neq; n. terra cũ ſit imobilis, recedere pt, q̃uis abeũte naue refugere videat. Dũ licet, dũ põt. Fluitãtia vela, ſemotãtia. Vacuũ lectũ, marito carentẽ. Quę ps abſit, nã optia ps lecti aberat maritus. Portubus exierãt, e portu egreſſi erant. Aura, vẽtus. Rudẽtes, funes ſũt nautici rudẽtes a ſtrepitu, quem vento agitati emittũt, dicti. Rudere nãq; qd̃ aſinorum ẽ ꝓpriũ. vñr. Obuertit, ↄuertit. Lateri, in latus. Cornua, antẽnarum. In ſũma locat arbore, i ſũmitate arboris collocat & ponit. Id ãt fieri ſolet, cũ ſecũdus flare cępit vẽtus, Carbaſa, vela. Deducit, detrahit. Malo, arbore nauis. Vtraq; tellus ẽ a q̃ diſceſſerat et quam petebat Ceyx.

Rudẽtes

Sydereus cõiunx neq; enĩ minor ignis ĩ ipſo ẽ.
Sed neq; propoſitos pelagi dimittere curſus,
Nec vult Halcyonen in partẽ adhibere pericli,
Multaq; reſpondit timidum ſolantia pectus.
Non tamen iccirco cauſam probat. addidit illis
Hoc quoq; lenimen, quo ſolo flexit amantem.
Longa qdem eſt nobis omnis mora ſed tibi iuro
Per patrios ignes (ſi me modo fata remittant,
Ante reuerſurum, q̃ Luna bis impleat orbem.
His vbi promiſſis ſpes eſt admota recurſus,
Protinus eductam naualibus, ęquore tingi,
Aptariq; ſuis pinum iubet armamentis.
Qua rurſus viſa veluti pręſaga futuri
Horruit Halcyone, lachrymaſq; amiſit obortas,
Amplexuſq; dedit, triſtiſq; miſerrima tandem
Ore vale, dixit, collapſaq; corpore toto eſt.
At iuuenes, quęrente moras Ceyce, reducunt
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos,
Aequaliq; ictu ſcindunt freta. ſuſtulit illa
Humentes oculos, ſtantemq; in puppe recurua,
Concuſſaq; manu dantem ſibi ſigna maritum
Prima videt, redditq; notas. vbi terra receſſit
Longius, atq; oculi nequeũt cognoſcere vultus,
Dum licet, inſequitur fugientem lumine pinũ
Hęc q̃q;, vt haud poterat ſpacio ſũmota videri
Vela tamen ſpectat ſummo fluitantia malo.
Vt nec vela videt, vacuum petit anxia lectum,
Seque toro ponit. renouat lectuſq;, locuſq;,
Halcynoes lachrymas, & q̃ ps admonet, abſit.
Portubus exierat, & mouerat aura rudentes,
Obuertit lateri pendentes nauita remos,
Cornuaq; in ſumma locat arbore, totaq; malo
Carbaſa deducit, venienteſque accipit auras.
Aut minus, aut certe mediũ nõ amplius ęquor
Puppe ſecabatur, longeque erat vtraq; tellus,
Cum mare ſub noctem tumidis albeſcere cępit
Fluctibus, & pręceps ſpirare valentius Eurus.
Ardua iam dudum demittere cornua rector
Clamat, & antennis totum ſubnectite velum,
Hic iubet, impediunt aduerſę iuſſa procellę.
Nec ſinit audiri vocem fragor ęquoris vllam.
Sponte tamen properant. alij ſubducere remos.

Elegans tempeſtatis deſcriptio

Procella

Sub noctem.prope noctem.ſignum eſt autem maximę tempeſtatis futurę,'cum vndę albeſcere videntur. Pręceps Eurus,violentus. Valentius, vehementius. Ardua cornua, alta. Procellę, ventorum impetus.Eſt enim procella (vt Seruius tradit) vis venti cum pluuia,dicta q omnia percellat et concutiat.

Suſpicere

Aries

Balliſta

ta,infernum . Eſt enim Acheron vnus ex infernis fluuijs. Suſpicere.ſurſum aſpicere, Aliquádo mirari ſignificat. Icta latus, in latere percuſſa. synegdoche eſt poetica. Pulſata, percuſſa.

Ferreus aries,inſtrumentum eſt bellicum aries, quo priſci ad diruendos muros vtebanť. Balliſtane,balliſta quoq; inſtrumentum eſt bellicum,quo ſaxa longe emittuntur. In curſu,impetu. Protenta, porrecta.

Pars munire latus,pars ventis vela negare.
Egerit hic fluctus,ęquorq; refundit in ęquor.
Hic rapit antennas.quę· dũ ſine lege geruntur,
Aſpera creſcit hyems, omniq; a parte feroces
Bella gerunt venti,fretaq; indignantia miſcét.
Ipſe pauet,nec ſe quis ſit ſtatus,ipſe fatetur
Scire ratis rector.nec quid iubeatue,velitue.
Tanta mali moles,tantoq; potentior arte eſt.
Quippe ſonant clamor veri ſtridore rudentes.
Vndarũ incurſu grauis vnda.tonitribus ęther,
Fluctibus erigitur,cęlumq; ęquare videtur
Pontus,& inductas aſpergine tangere nubes,
Et modo cum fuluas ex imo vertit harenas,
Concolor eſt illis.Stygia modo nigrior vnda,
Sternitť interdum,ſpumiſq; ſonantibus albet.
Ipſa quoq; his agitť vicibus Trachinia puppis.
Et nunc ſublimis veluti de vertice montis
Deſpicere in valles,imumq; Acheronta videť.
Nũc vbi demiſſam curuũ circumſtetit ęquor,
Suſpicere inferno ſummum de gurgite cęlum.
Sępe dat ingentem fluctu latus icta, fragorem.
Nec leuius pulſata ſonat,q̃ ferreus olim
Cum laceras aries,baliſtaue concutit arces.
Vtq; ſolent ſumptis incurſu viribus,ire
Pectore,in arma feri,protentaq; tela leones,
Sic vbi ſe ventis commiſerat vnda coortis,
Ibat arma ratis,multoq; erat altior illis,
Iamq; labant cunei,ſpoliatq; tegmine cęrę
Rima patet,prębetq; viam letalibus vndis.
Ecce cadunt largi reſolutis nubibus imbres.
Inq; fretum credas totum deſcendere cęlum.
Inq; plagas cęli tumefactum ſcandere pontum.
Vela madent nimbis.& cum cęleſtibus vndis
Aequoreę miſcentur aquę.caret ignibus ęther,
Cęcaq; nox pmitur tenebris hyemiſq;, ſuiſq;,
Diſcutiunt tamen has,pbentq; micantia lumen
Fulmina.fulmineis ardeſcunt ignibus vnde.
Datq; quoq; iam ſaltus intra caua texta carinę
Fluctus,& vt miles numero pręſtantior omni
Cum ſępe aſſiluit defenſę mœnibus vrbis.
Spe potitur tandem,laudiſq; accenſus amore
Inter mille viros,murũ tamen occupat vnus.

Fragor,ſtrepitus.

Pars munire latus,ne aqua ingrediatur. Pars ventis vela negare,vela cõplicare. Egerit,eijcit. Æquor,aquã maris. Refundit, reijcit. Rapit celeriter detrahit. Sine lege,ſine ordine.

Ab omni parte, ab oriente et occidéte,a ſeptentrione et meridie. Freta indignantia, tumeſcétia. Miſcent, perturbant. Nec ſe quis ſit ſtatus ipſe fatetur Scire ratis rector, ordo eſt et ſenſus, Et ipſe rector et gubernator nauis, fatetur ſe neſcire qs,ẽ qualis rerum ſtatus aut quid iubere,vel leue debeat. Tanta mali moles, magnitudo . Eſt autem acclamatio, qua tépeſtatis ſęuitia declaratur. Quippe ſonant, nanque ſtrepũt.Ea vero omnia deſcribit elegantiſſime,quę in magnis tempeſtatibus euenire ſolent. In curſu, impulſu.

Erigitur, extollitť.

Aſpergine, aſperſione. Concolor eſt illis,eundem cũ ipſis harenis habet colorem. Sternitť interdum , ſtratum videtur ẽ ęquale.

Agitur,agitatur.

His vicibus,mutationibus. Deſpicere,deorſum aſpicere, interdum contemnere ſignificat.

Deſpicere

Imum Acheron

In arma ratis, in nauis inſtrumẽta,armamenta.

Multoq;,multo q̃ nauis erãt altiores.

Cęrę,picis,qua naues inunguntur.

Letalibus vndis, mortiferis aquis.

Scandere,aſcendere.. Caret ignibus ęther,ſyderibus ęther carere videbatur, quę nulla apparebant.. Cęcaq; nox,obſcura.

Diſcutiunt,depellũt. Ardeſcũt,ſplédeſcũt. Intra caua texta,intra concauitatem carinę. Omni numero, omni multitudine. Mœnibus,in muros.

Spe potitur tandem,hoc eſt tandẽ voti fit compos, in murumq; aſcendit.

Decima vnda

Decimę vndę, maximę atque vaſtiſſimę. Nam decima quęq; vnda maxima eſſe videtur, vt Ouid. in primo de Triſtibus libro teſtatur,cũ inquit . Qui venit hic fluctus,fluctus ſupeminet oẽs, Poſterior nono eſt vndecimoq; prior. Hinc factum eſt vt decimum,decumanumq; p maximo amplisſimoq; accipiať. vt decumana porta in caſtris maxima,vt q̄ ab hoſtibus foret auerſa, et decumana ſcuta ampliſſima,et decuma

Decumanus

nus in

Sic vbi pulſarunt celſi latera ardua fluctus,
Vaſtius inſurgens Decimę ruit impetus vndę.
Nec prius abſiſtit feſſam oppugnare Carinã,
Quam velut in captę deſcẽdat moenia nauis.
Pars igitur tentabat adhuc inuadere pinum.
Pars maris intus erat. trepidãt haud ſegnius oẽs
Quam ſolet vrbs, alijs murꝫ fodiẽtibus extra,
Atq; alijs murum trepidare tenentibus intus.
Deficit ars, animiq; cadunt, totidemq; videntᷓ
Quot veniũt fluctus, ruere, atq; irrũpe mortes.
Nõ tꝫ hic lachrymas. ſtupet hic. vocat ille btõs
Funera, quos maneat, hic votis numẽ adorat,
Brachiaq; ad cęlum, q̃ non videt, irrita tollẽs
Poſcit opem, ſubeunt illi, fraterq;, parenſq;.
Huic cũ pignoribus domus, ꝛ q̃ cuiq; relictũ ẽ.
Halcyone Ceyca monet. Ceycis in ore
Nulla niſi Halcyone eſt, & cum deſyderet vnã,
Gaudet abeſſe tñ. patrię quoq; vellet ad oras
Reſpicere, inq; domũ ſupremos vertere vultus.
Verum vbi ſit neſcit, tanta vertigine pontus
Feruet, et inducta piceis e nubibus vmbra
Oẽ latet cęlum, duplicataq; noctis imago eſt.
Frangitur incurſu nimboſi turbinis arbor.
Frangitur & regimẽ, ſpoliũq; animoſa ſupſtes
Vnda velut victrix, ſinuataq; deſpicit vndas.
Nec leuius. q̃ ſi quis Athon, Pindumq; reuulſos
Sede ſua, totos in apertum euerteret ęquor,
Pręcipitata cadit, pariterq; & pondere, & ictu,
Mergit ĩ ima ratem, cũ qua ps magna viroꝝ
Gurgite preſſa graui, neq; in aera reddita, fato
Functa ſuo eſt. alij partes, & membra Carinę
Trũca tenẽt. tenet ipſe manu, q̃ ſceptra ſolebat
Fragmina nauigij Ceyx. ſocerumq;, patremq;
Inuocat (Heu) fruſtra, ſed plurima nãtis ĩ ore
Halcyone coniunx. illam meminitq;, refertq;.
Illius ante oculos, vt agant ſua corpora fluctus.
Optat, & exanimis mãibus tumulet amicis.
Dum natat, abſentẽ q̃ties ſinit hiſcere fluctus,
Nominat Halcyonẽ, ipſiſq; immurmurat vndis
Ecce ſuper medios fluctus niger arcus aquaꝝ
Frangitur, & rupta merſus caput obruit vnda.
Lucifer obſcurus, nec quem cognoſcere poſſẽs,
Illa nocte fuit. quoniamq; excedere cęlo
Non licuit, denſis texit ſua nubibus ora.
Aeolis interea tantorum ignara malorum
Dinumerat noctes, & iam quas induat ille,
Feſtinat veſtes. iam quas vbi venerit ille,

tius in agro limes, qui longiſſimus et maximus foret. Vaſtius, validius. Abſiſtit, deſiſtit. Velut in moenia, ſimilitudo eſt a captis vrbibus ſumpta ſignificat autẽ fluctum partem intra nauem irrupiſſe. Pinum, nauem. Trepidãt, timent. Haud ſegnius, non minus.

Pulchra autem ſimilitudine exprimit timorem nautarum a tempeſtate deprehenſorum. Tenentibus, defendentibus.

Irrumpe — Deficit ars, tempeſtati ars ſuccumbit. Irrumpere, cum impetu intrare.

Non tenet hic lachrymas, alius inquit lachrymat, alius ſtupet, attonitus que videtur. Funera quos maneant, qui exequiarum honore non priuentur. Hic votis numen adorat, alius inquit Dijs vota facit. Subeunt illi, in mentem veniunt cum pignoribus, cum liberis. Tanta vertigine, euerſione, perturbatione. Eſt autem acclamatio qua maxima tempeſtas declaratur.

Piceis e nubibus, nigris, aqua plenis.

Incurſu, impetu. Turbinis, venti violentioris. Regimen, gubernaculum. Superſtes, ſuperãs, ſuperextans. Sinuata, in ſinum coacta, conuoluta.

Quam ſiquis Athon, Pindumue, montes eſſe Macedonię Athon, et Pindũ Theſſalię ſuperius diximus. Pręcipitata, ſpulſa ventis. Et ictu, impulſu. In ima, in profundum.

Stoicoꝝ dogma — Functa ſuo fa. mortua eſt. Ex ſnia autẽ ſtoicoꝝ hoc ait, qui omnia a fato fieri, putant. Et membra, fruſta abrupta. Socerum, Æolum. Patremq;, Luciferum.

Exanimis, mortuus. Tumulet, ſepeliatur. Hiſcere, os aperire.

Ecce — Ecce ſuper medios, repentini mali fere ſignificatiua eſt hęc particula ecce. Niger arcus, nubes nigra & aquarum plena arcui ſimilis. Merſus obruit, hoc eſt obruit et ſubmerſit. Nõ licuit, non potuit. Neq; enis ſydera per noctem cęlum relinquere poſſunt, ac interdiu quidem quãuis videantur. Texit, cooperuit, ne vide, et filium pereuntem. Æolis, Halcione Aeoli filia. Feſtinat veſtes, feſtinãter ſuit et facit. Pia thura ferebat, pie ſacrificabat. Qui nullus erat, qui nõ erat neque enim mortui eſſe dicuntur. Hoc ſolum, vt nullam aliam ipſi pręferret.

Manus funeſtas, funere et morte mariti pollutas. Meę vocis, meorum verborum mandatorum. Viſe, ad videndum vade. Deſcribit autem et ſomnum Deum, et ſomni aulam. Sopori feram aulam, ſoporem, et ſomnum afferentem, atq; inducentem. Somni, Dei ſoporis. Arquate, in arcus ſimilitudinem figurato.

Cimerij ſomni domus — Eſt prope cimerios, cimerijq; (vt Strabo

Ipſa gerat, reditusq; ſibi promittit inanes.
Omnibus illa quidē ſuperis pia thura ferebat.
Ante tamen cūctos Iunonis templa colebat.
Proq; viro, qui nullus erat, veniebat ad aras.
Vtq; foret ſoſpes coniunx ſuus, vtq; rediret
Optabat, nullamq; ſibi pręferret. at illi
Hoc de tot votis poterat contingere ſolum.
At Dea non vltra pro functo morte rogari
Suſtinet, vtq; manus funeſtas arceat aris,
Iri meę dixit fidiſſima nuncia vocis,
Viſe ſoporiferam Somni velociter aulam.
Extinctiq; iube Ceycis imagine mittat
Somnia ad Halcyonen veros narrantia caſus.
Dixerat, induitur velamina mille colorum
Iris, & arquato cęlum curuamine ſignans
Tecta petit iuſſi ſub nube latentia regis.
Eſt prope Cimerios longo ſpelunca receſſu
Mōs cauus, ignaui domus, & penetralia Sōni,
Quo nunq̃ radijs oriens, mediusue, cadensue,
Phoebus adire poteſt. nebulę caligine mixtę
Exhalantur humo, dubię crepuſcula lucis.
Non vigil Ales ibi criſtati cantibus oris
Euocat Auroram. nec voce ſilentia rumpunt,
Solicitiue Canes, Canibusue ſagacior Anſer.
Non fera, nō pecudes, nō moti flamine rami,
Humanęue ſonum reddunt conuitia linguę.
Tuta quies habitat. ſaxo tamen exit ab imo
Riuus aquę Lethes, p quē cū murmure. labēs
Inuitat ſomnos crepitantibus vnda lapillis.
Ante fores antri foecunda papauera florent,
Innumerę́q; herbę, quarum de lacte, ſoporem
Nox legit, & ſpargit per opacas humida terras.
Ianua ne verſo ſtridorem cardine reddat,
Nulla domo tota. cuſtos in limine nullus.
In medio torus eſt Hebeno ſublimis in antro
Plumeus. vnicolor. pullo velamine tectus,
Quo cubat ipſe Deus mēbris languore ſolutis.
Hunc circa paſſim varias imitantia formas
Sōnia vana iacēt totidem. quot meſſis ariſtas,
Silua gerit frondes, eiectat littus harenas.
Quo ſimul intrauit, manibusq; obſtātia, virgo
Somnia dimouit. veſtis fulgore reluxit
Sacra domus, tardá'q; deus grauitate iacentes
Vix oculos tollens, iterumq;, iterumq; relabēs,
Summaq; percutiens nutanti pectora mento
Excuſſit tandem ſibi ſe, cubitoq; leuatus
Quid veniat (cognouit enim) ſcitatur. at illa.

atq; Sextus ſcribunt) populi fuerunt iuxta Baias habitantes ſubterranea domicilia, vbi ſacra Plutonia fiebant. Dabanturq; ab his reſponſa, atq; inde faciebāt quęſtum. conueniebant enim aduenę aliquid audituri, qui ducebantur in cauernas illas, quas nec oriens, nec occidens ſol aſpiciebat, vt ſcribit in Odyſſea Homerus. Hi a quodam rege deleti fuerunt, cum oraculi fides parum ſucceſsiſſet. Alij ſcribunt Cimerios populos eſſe in Aſia. Amazonibus proximos, qui ex vltimo venerint occidente. Iuxta Cimerios ſomni aulam eſſe fingit poeta, quam vt omnia, vna cum ſomno et inſomnijs elegantisſime deſcribit. Ignaui, inertis, pigri. ab effectu ꝙ ignauos et pigros homines reddat. Quo nunquam, pulchra poetę phantaſia. Solis enim radij ſomnum auertunt, tenebrę autem alliciunt.

Crepuſculum — Exhalantur, emittentur. Dubię lucis, crepuſculi eſt interpretatio. Nam crepuſculum ieſt dubia lux. Ales criſtati oris, periphraſis eſt Galli.

Somni deſcriptio — Nihil autem in aula Somni eſſe poeta ait, quo turbari ſomnus poſſit. Omnia vero adeſſe quę ſomnum ipſius allicere valeant.

Vnda labens, murmure ſiquides aquę ſomni efficiunt ſuasues. Canibusq; ſagacior anſer, id maxime tum fuit cum pertum, quo tempore Capitolium a Gallis obſidebatur. Canibus enim quieſcentibus anſerum clangore excitati cuſtodes Gallos iam Capitolium ingreſſos, ex arce deturbarunt.

Lethes, nomen illi aquę conueniens. Lethe nanque obliuio interpretatur. Dormientes autem omnium obliti vidētur. Foecunda papauera, multorum ſeminum fertilia, quę ſomnum maxime inducunt, vnde et ſoporiferum papauer vocatur. Stridorem reddat, ſtrepitum faciat. Hebeno, ex hebeni nigro ligno confectus. Hebenus — Hebenus autem arbor eſt Indica, cuius lignum natura eſt nigrum. Scite vero poeta ſomni lectum nigrum eſſe fingit, pullus nāque color ſomnum hominibus allicit.

Vix oculos tollēs, eleganter geſtus deſcribit poeta eorum, qui graui ſomno premuntur. Eſt autem proſopopoeia, rei enim corpore carenti corpus attribuit. Cognouit enim, illam veniſſe ſubaudiamus, eſt autem parentheſis.

Cubitoque leuatus, innixus, neque enim aliter caput poterat ſuſtinere ſomnus.

Scitator, rogat.

At illa, reſpondit vel ſimile verbum eſt ſubaudiendum.

Somne quies rerum, elegans ſomni deſcriptio.

Quem cura fugit, ſcite, qui enim curis premuntur, dormire non poſſunt.

Somne quies rerũ, placidiſſime Somne Deorũ,
Pax animi quẽ cura fugit, qui corpora duris
Feſſa miniſterijs mulces, reparasq; labori,
Somnia, quę veras ęquẽt imitamine formas
Herculeam Trachina iube ſub imagine regis,
Halcyonen adeãt, ſimulachraq; naufraga fin/
Impat hoc Iuno. poſtq̃ mãdata pegit, (gant.
Iris abit. neq; enim vlterius tolerare ſoporis
Vim poterat, labiq; vt ſomnũ ſenſit in artus,
Effugit, & remeat, ꝑ quos mõ venerat, arcus.
At pater e populo natorum mille ſuorum
Excitat artificem, ſimulatoremq; figurę
Morphea. non illo iuſſos ſolertius alter
Exprimit inceſſus, vultũq;, ſonumq; loquendi
Adijcit & veſtes, & conſuetiſſima quęq;
Verba. ſed hic ſolus homines imitatur. at alter
Fit fera, fit volucris, fit longo corpore ſerpens.
Hũc Icelon Superi, mortale Phobetora vulgus
Nominat. eſt etiam diuerſę tertius artis
Phãtaſos. ille in humũ, ſaxũq;, vndãq;, trabẽq;,
Quęq; vacant anima, fallaciter omnia trãſit.
Regibus hi, ducibusq;, ſuos oſtendere vultus
Nocte ſolent. populos alij, plebemq; pererrant.
Pręterit hos ſenior. cunctisq; e fratribus, vnum
Morphea, q pagat Thaumãtidos edita, Sõnus
Eligit, & rurſus molli languore ſolutus,
Depoſuitq; caput, ſtratoq; recondidit alto.
Ille volat, nullos ſtrepitus facientibus alis
Per tenebras, intraq; morę breue tẽps, in vrbẽ
Peruenit Aemoniã, poſitisq; e corpore pẽnis
In faciem Ceycis abit, ſumptaq; figura
Luridus, exanimi ſimilis, ſine veſtibus vllis
Coniugis ante torũ miſerę ſtetit. vda videtur
Barba viri, madidisq; grauis fluere vnda capil
Tum lecto incũbens fletu ſup ora ꝑfuſo (lis
Hęc ait, agnoſcis Ceyca miſerrima coniunx?
An mea mutata eſt facies nece? reſpice, noſces,
Inueniesq; tuo pro coniuge coniugis vmbram.
Nil opis Halcyone nobis tua vota tulerunt.
Occidimus, falſo tibi me promittere noli.
Nubilus Aegeo deprehendit in ęquore nauem
Auſter, & ingenti iactatam flamine ſoluit.
Oraq; noſtra tuum fruſtra clamantia nomẽ
Implerunt fluctus. nõ hęc tibi nunciat auctor
Ambiguus. non iſta vagis rumoribus audis,
Ipſe ego fata tibi pñs mea naufragus edo (me
Surge age, da lachrymas, lugubriaq; indue, nec

Mulces foues. Labori, ad laborem.
Herculeam Trachina, ab Hercule ędificatam, excultamque ut pauloante diximus. Regis, Ceycis. Simulachra naufraga, ſimulachra naufragij a Ceyce facti.
Fingant, effingant, exprimant.
Vim ſoporis, ſomni violentiam. At pater e populo, ſomno Deo multos eſſe filios poeta fingit, e quibus tres nominat quibus facultas eſt ſe in varias figuras transmutandi. E populo, e turba, et multitudine. Mille, finitum numerum pro infinito poſuit. Simulatoremq; figurę Morphea, Morpheus απο της μορφης, hoc eſt a forma, dicitur formę ſimulator.

Morpheus

Phobetor

Phãtaſos

Hunc Icelon ſuperi, ικελος ſimilis transfertur, quo quidem nomine is eleganter appellatur, qui ſe omnibus animalibus ſimilem exhibere poteſt. Icelon autem per L ſcribendum eſt, quamuis Iccon vulgus grammaticorum hactenus legerit. Mortale Phobetora vulgus. Phobetor terrefactor interpretari poteſt. ſic autem eſt legendum, quamuis corrupte Phebetora in exemplaribus legatur. Eſt etiam diuerſę tertius artis Panthaſos, Latini quidem ſic legunt, ſed minus recte, cum id nomen a gręcis non agnoſcatur. Phantaſos autem qui imaginator transferri poteſt, forſitan ab Ouidio fuit ſcriptus. φαντα ζομαι nanq;, vnde phantaſos deriuatur, imaginari ſignificat. Eleganter autem hoc nomine donatur, qui hanc hominibus immittit imaginationem, vt ſibi per ſomnum videantur videre vndam, ſaxum, trabem aliudue quid inanimatorum. Vacant, carent. Thaumãtidos edita, Iridis iuſſa Thaumantis filię. Somnus, ſomni Deus. Molli languore, ſuaui ſopore. Strato, lecto. In vrbem Aemoniam, Trachina. In faciem Ceycis abit, in figuram Ceycis ſe conuertit. Luridus, niger. Vda, humida. Tua vota, tuę preces. Falſo, vane. Aegeo in ęquore, Aegeum dictũ eſt ab inſula quam Aegas vocat Homerus Neptuno dicata, in qua neminem fas eſt dormire ꝓpter phãtaſmata, vt inquit Nicocrates. Alij dicunt a Neptuno Aegeus pelagus fuiſſe denominatum. Vt enim Pherecydes ait. Is Deus Aegeus vocatur. Quod vero Nicocrates ait ab Aegeo, qui ſe in illud mare ex arce Athenarum ꝓcipitauit, Aegeum eſſe dictũ falſum eſt. Longe nanque a mari diſtat. Aegeum quidam nunc a vulgo Archipelagus vocatur. Soluit, diſſoluit, reſoluit. Ambiguus, dubius. Vagis, incertis.

Morpheus l ceycẽ

Aegeum m.

Mea fata, meam mortem, mea infortunia. Lugubria, veſtes luctui conuenientes. Inania tartara, vacua, neque enim animę, ut quę ſunt incorporeę occupant locum. Tartarus autem locus eſt apud inferos profundiſſimus. Lachrymas mouet, lachrymas emittit.

Tartarus.

Mane, expecta.

Quo te rapis, quo fugis. Excutit, expellit. Si ſit illic, an ſit illic, vbi viſus fuerat maritus.

Nam moti voce miniſtri, hac parentheſi exponit poeta, quo modo Halcyone circumſpexerit, an illic eſſet maritus quē per ſomnum videre ſibi fuerat uiſa.

Altrici, nutrici.

Nulla eſt Halcyone, nulla eſt, conduplicatio mulieri grauiſſimo dolore affectę maxime conueniens. Ait autem ſe non eſſe, verum vna cum marito periſſe. Solantia tollite verba, auferte inquit verba conſolatoria, & nolite me cōſolari. Aſſuetos vultus, ſolitos, hoc eſt hylares & lętos. Nitebat, ſplendebat.

Humente, madido. Et ne me fugeres, apoſtrophe halciones ad maritum querelarum plena.

Fuit ah fuit, anadiploſis dolenti accommodata. Neq; enim de vitę tempore quicquam. Nō ſimul egiſſem, hoc eſt omne tempus vitę meę tecum traduxiſſem tecumq; fuiſſem. Diſcreta, ſeparata, diuiſa.

Indeploratum ſub inania Tartara mitte.
Adiicit his vocem Morpheus, quā coniugis illa
Crederet eſſe, ſui, fletus quoq; fundere veros
Viſus erat, geſtumq; manus Ceycis habebat.
Ingēit Hacyōe. lachrymas mouet, atq; lacertos
Per ſomnum, corpusq; petēs, amplectit auras,
Exclamatq; mane quo te rapis? ibimus vna.
Voce ſua, ſpecieq; viri turbata. ſoporem
Excutit, & primo ſi ſit, circumſpicit illic,
Qui mō viſus erat (nā moti voce miniſtri
Intulerant lumen) poſtq̄ non inuenit vsquā,
Percutit ora manu, laniatq; a pectore veſtes.
Pectoraq; ipſa ferit, nec crines ſoluere curans
Scindit, & altrici, quę luctus cauſa, roganti,
Nulla eſt Halcyone, nulla eſt ait, occidit vna
Cum Ceyce ſuo. ſolantia tollite verba.
Naufragus interiit, vidi, agnouiq; manusq;,
Et diſcedentem cupiens retinere, tenenti
Vmbra fuit. ſed & vmbra tn̄ manifeſta, viriq;
Vera mei. non ille quidem, ſi quęris, habebat
Aſſuetos vultus, nec quo prius ore nitebat
Pallentem, nudumq;, & adhuc humēte capillo
Infelix vidi. ſtetit hoc miſerabilis ipſo
Ecce loco, & quęrit veſtigia ſi qua ſuperſint.
Hoc erat, hoc animo qđ diuinante timebam,
Et ne me fugiens ventos ſequerere, rogabam.
At certe vellem, quoniam periturus abibas,
Me quoq; duxiſſes. fuit ah, fuit vtile, tecum
Ire mihi. neq; enim de vitę tempore quicquā
Non ſimul egiſſem. nec mors diſcreta fuiſſet.
Nūc abſens perii, iactor quoq; fluctibus abſens.
Et ſine me, te pontus habet crudelior ipſo
Sit mihi mens pelago, ſi vitam ducere nitar
Longius, & tanto pugnem ſupereſſe dolori.
Sed neq; pugnabo, nec te miſerande relinquā.
Et tibi nūc ſaltem veniā comes, inq; ſepulchro
Si non vrna, tamen iunget nos littera. ſi non
Oſſibus oſſa meis, at nomen nomine tangā.
Plura dolor prohibet, verboq; interuenit omni
Plangor, & attonito gemitus a corde trahuntur
Mane erat egreditur tectis ad littus, & illum
Męſta locum repetit, de quo ſpectarat euntem.
Dum moratur ibi, dūq; hinc retinacula ſoluit.
Hoc mihi diſcedens dedit oſcula littore dixit.
Dumq; notata oculis reminiſcitur acta, fretūq;
Proſpicit, in liquida ſpatio diſtante tuetur
Neſcio qd quaſi corpus, aqua primoq; qd illud

Nunc abſens perii, ſecum Ceyce viro periſſe ait Halcyone, quamuis abſens fuerit, ꝙ ſuam quoque animam in ceycis corpore fuiſſe vult videri. Abſens, corpore non animo.

Ducere, producere. Supereſſe, ſuper viuere. Nunc ſaltem, poſtquam tu periiſti. Littera, epitaphium. Prohibet, loqui ſubaudiamus. Attonito, doloribus ſtupefacto.

Mane erat, prima pars diei aderat.

Euntem, recedentem maritum.

Dumq; moratur ibi, ordo ē et ſenſus, et Halcyone videt neſcio quod corpus lōge poſitum in media aqua, dumque Halcyone ibi moratur, et dum dixit, Vir meus hinc ſoluit retinacula, et diſcedens ex hoc litore me oſculatus eſt, et dum reminiſcitur acta a Ceyce ſuis oculis animaduerſa, et mare proſpicit. Retinacula, funes, quibus naues ad terras ligantur ac retinentur. Soluit, Ceyx ſubaudiatur. Reminiſcitur, in memoriam reuocat Halcyone. Tuetur aſpicit. Appulit, ad littus ſubintelligatur.

Corpus, cadauer.

Et ſi qua eſt coniunx, heu et miſera ſubaudiatur. Quo magis, quanto magis. Tuetur, aſpicit. Hoc minus, tanto minus eſt cōpos mentis. Admotum, appulſum. Et vna, et ſimul cum exclamatione. Ad Ceyca, ad Ceycis cadauer.

Eſſet, erat dubiũ. poſtq̃ paulum appulit vnda,
Et q̃uis aberat, corpus tamen eſſe liquebat. (tẽ,
Quis foret ignorãs, q̄ naufragus, om̄e mota
Et tãq̃ ignoto lachrymas daret, heu miſer, inq̄t
Quisqs, & ſi qua eſt cõiunx tibi fluctibus actus
Fit propius corpus, quod quo magis illa tuet̃,
Hoc minus, ⁊ minus eſt mentis. iã iãq. ꝓpinq̃
Admotum terrę, iam quod cognoſcere poſſet,
Cernit. erat coniunx. ille eſt exclamat, & vna
Ora, comas, veſtem lacerat, tendẽsq; tremẽtes
Ad Ceyca manus. ſic o chariſſime coniunx?
Sic ad me miſerande redis? ait. adiacet vndis
Facta manu moles, q̄ primas ęquoris vndas
Frangit, & incurſus quę prede laſſat equarum.
Inſilit huc, mirumq; fuit potuiſſe. volabat.
Percutiensq; leuem modo natis aera pennis,
Stringebat ſummas ales miſerabilis vndas.
Dumq; volat, męſto ſimilẽ, plenumq; querelę
Ora dedere ſonum, tenui crepitantia roſtro.
Vt vero tetigit mutũ. & ſine ſanguine corpus
Dilectos artus amplexa recentibus alis,
Frigida nequicquam duro dedit oſcula roſtro.
Senſerit hęc Ceyx, an vultum motibus vndę
Tollere ſit viſus, populus dubitabat. at ille
Senſerat, & tandem ſuperis miſerantibus, ambo
Alite mutantur. fatis obnoxius iisdem.
Tũc quoq; mãſit amor, nec coniugale ſolutũ eſt
Fędus in alitibus. coeunt, fiuntq; parentes,
Perq; dies placidos hyberno tempore ſeptem
Incubat Halcyone pendentibus ęquore nidis.
Tum via tuta maris. ventos cuſtodit, & arcet
Aeolus egreſſu, prętatq; nepotibus ęquor.
Hos aliquis ſenior circum freta lata volantes
Spectat, & ad finem ſeruatos laudat amores.
Proximus, aut idẽ, ſi fors tulit, hic quoq; dixit
Quem mare carpentẽ, ſubſtrictaq; crura gerẽtẽ

Moles uer. Moles, murus maximus, quo portus ab vndarum incurſuurus reddebatur. Quę prede laſſat, laſſos ac debiles reddit antequam in portuꝫ perueniant. Inſilit huc, illuc in illam molem manu factam. Potuiſſe, inſilire. Volabat, iam enim in auem fuerat conuerſa. Stringebat, redebat, leniter attingebat. Dilectos artus, amata Ceycis membra.

Tollere, extollere.

Alite, in alites.

Obnoxius, ſubiectus, debitus.

Halcyões Perq; dies placidos. Halcyones (vt refert Plinius) foetificant bruma, qui dies Halcyonides vocantur, placido mari per eos et nauigabili. Siculo maxime. Faciunt autem ſeptem ante brumam diebus nidos, et totidem ſequentibus pariunt. Quibus quidem quatuordecim diebus maxima tranquillatur mare, vnde et Halcedonia pro tranquillitate a Planto in Caſſina accipiuntur, cum inquit. Tranquillum eſt, Halcedonia ſunt circa forum. Nam (ut ſcribit Sextus) Halcedones a veteribus latinis dictę ſunt, quę a grecis Halcyões vocant, et Halcedonia dies, q Halcyonides appellant. Sane Ariſtoteles in. viij. d aialibus Halcyonuꝫ duo eſſe genera ait. Alterum vocale, quod arundinibus inſideat, alterum mutum paulo maiori corpore. Plinius vero ſcribit Halcyonem paulo paſſere et amplioré, colore Cyaneo et ſubnigro. Dictę ſũt Halcyones, ut Ouidius putat ab Halcyone Ceycis vxore, vt alij αποο του κυειν εντηαλι, hoc eſt a concipiendo in mari. Vt vero Hegeſander in commentarijs narrat ab Halcyoneo gigante, cuius filię fuerunt, Phoſtonia, Anche, Methone, Alcippe, Palene, Drimoſterie, quę poſt patris mortem ſe a canaſtręo promontorio in mare pręcipitarunt. Amphitrie uero ipſas in aues commutauit, quas ab Halcyoneo patre Halcionas uocarunt.

Halcyone i auẽ

Ceyx in auem

Halcedones

Perq; dies placidos ſeptem, de numero quidem horum dierum varię ſunt antiquorum opiniones, Smonides nanque in Pentathlis undecim eſſe ait, quod etiam Ariſtoteles in libris de animalibus confirmat. Philochorus autem nouem eſſe ſcribit, Demagoras vero ſeptem, cuius opinioni Ouidius adhęret. Incubat Halcyone, incubare proprie dicuntur aues, dum oua fouẽt. Halcyone autem et Halcyon dicitur. Halcedo quoque latine uocatur. Plautus in penulo. Quam mare dulce eſt, cum ibi Halcedo pullos educit ſuos. Pendentibus nidis, Halcyonum nidi admirationem habent, ut refert Plinius. Pilę figura paululum eminentiores, ore peranguſto, grandium ſpongiarum ſimilitudine, intercidi non queunt, franguntur ictu valido, ut ſpuma arida maris, nec vnde confingantur. inuenitur, putant ex ſpinis aculeatis. Tum uia tuta maris, nam (ut diximus) per quatuordecim illos dies, quibus foetificant, Halcyones mare trãquillatur, id quod benignitate Aeoli fieri ait poeta, ut commodum nepotibus faciat. nam Halcyone (ut vidimus) Aeoli filia fuit. Pręſtat, accommodat, ac tutum reddit ęquor Halcyonum pullis.

Incubat

Halcyonũ nidi

Fabulę. xi. vndecimi libri argumentum.

HOS aliquis ſenior circum freta lata etc. Aeſacus natus Priami et Alyxothoes Crebeninanis filię ſub LACTA

monte Ida furtim editus vrbanū apparatū ꝯſultumq; cū filijs et labori poſtpoſuiſſē,icidit i ꝯſpectū Eperies nymphę, cuius captus pulchritudine dū fugiētem pſequitē cū interemptus eius extitit. cōfuſa.n. timore p ignorantiā ſerpentem calce ꝓſſit, cuius morſu ꝯcidit, eius deſyderio Aeacus ne diutius dolorem ſentiret e monte in ſubiectū pelagus ſe ꝓcipitauit,q priuſquā mergeretē,in auē ꝯuerſu. Hęc ęq̄ra amat, nomēq; Mergi tenet, q amne mergit̄ illo.

NYMPHA. Aeſacus HOS aliqs ſenior, Aeſacus Priami filius ex Alyxothoe nympha cū amore Eperies nymphę captus eā fugientē pſequeretē, in cā fuit,vt illa periret,nā inter fugiendū a ſerpente icta lęſit, tantoq; dolore Aeſacon affecit, vt moriturus e ſcopulo ſe in mare pręcipitarit. Quē Tethys miſerata in mergū tráſmutauit.ille vo' idignatus q mori non potuerit,ſe mergere nūquā deſiſtit,vn̄ ē mergus a ſępius ſe mergēde a latinis eſt dictus. Proximus aut idem ſi ſors tulit,hoc eſt aliqs ꝓximus,aut forte idem ſenior.

Subſtricta crura, ſubtilia. Sūt huius origo,Ilus, et Aſſaracus,et Ganymedes filij fuerūt Trois Troianorū regis. Laomedon vero Ili fuit filius, ac Priami pr̄, vt cū ex alijs ꝑmultis, tum ex Homero apte colligitur. Proles Dymantis, Hecuba, quam Dymantis filias fuiſſe ſcribit Ho-

Ilus

Aſſaracus

Hecuba pater

Aſpicis,oñdens ſpatioſum in guttura Mergus,
Regia progenies,& ſi deſcendere ad ipſum
Ordine perpetuo quęris,ſunt huius origo
Ilus,& Aſſaracus,raptuſq; Ioui Ganymedes,
Laomedōq; ſenex, P̄amuſq; nouiſſima Troię
Tempora ſortitus.frater fuit Hectoris iſte,
Qui niſi ſenſiſſet prima noua fata iuuenta,
Forſitan inferius non Hectore nomen haberet,
Quanuis eſt illum proles enixa Dymantis,
Aeſacon vmbroſa furtim peperiſſe ſub Ida
Fertur Alyxothoe gracili conata bicorni.
Oderat hic vrbes,nitidaq; remotus ab aula
Secretos montes,& inambitioſa colebat
Rura,nec Iliacos cętus,niſi rarus adibat.
Non agreſte tamē,nec inexpugnabile amori
Pectus habēs.ſiluas captatam ſępe per omnes
Aſpicit Eperien patria Cebrinida ripa
Iniectos humeris ſiccantem Sole capillos.
Viſa fugit nymphe, veluti perterrita fuluum
Cerua Lupum,longeq; lacu deprenſa relicto
Accipitrem fluuialis Anas,quam Troius heros
Inſequitur,celeremq; metu,celer vrget amore.
Ecce latens herba Coluber fugientis adunco
Dente pedem ſtrinxit,viruſq; in corpore liquit
Cum vita ſuppreſſa fuga eſt. amplectitur amēs
Exanimem,clamatq;, piget,piget eſſe ſecutum.
Sed non hoc timui.nec erat mihi vincere tāti.
Perdidimus miſeram nos te duo, vulnus ab an-
A me cũ data eſt.ego ſum ſceleratior illo, (gue
Qui tibi morte mea mortis ſolatia mittam.
Dixit,& e ſcopulo,quem rauca ſubederat vnda
Decidit in pontū.Tethys miſerata cadentem
Molliter excepit,nantemq; per ęquora pennis
Texit,& optatę non eſt data copia mortis.
Indignatur amans inuitum viuere cogi,
Obſtariq; animę miſera de ſede volenti
Exire,vtq; nouas humeris aſſumpſerat alas
Subuolat,atq; iterū corpus ſuper ęquora mittit
Pluma leuat caſus,furit Aeſacus, inq; ꝓfundū
Pronus abit,lęthiq; viam ſine fine retentat.
Fecit amor maciem.longa internodia crurum
Longa manet ceruix.caput eſt a corpore lōge.
Aequor amat.nomenq; manet,qa mergit̄ illo.

Publij Ouidij Naſonis Metamorphoſeos
Liber vndecimus explicit.

merus. Euripides vero Ciſſei Thracū regis. Alyxothoe,nympha fuit hęc,ex q̄ Priamus Aeſacū ſuſcepit.

Alyxothoe

Conata,nixa et hęrens. Gracili bicorni, bicorne inſtrūm ē ruſticū. captatam, quā ſępe capere tētauerat. Eperien Cebrinida. Cebrinis fluuij ignobilis filiaꝫ, vñ & (vt Herodianus ſcribit) Cebrinia vrbs et regia Troadis fuit cognominata. Lōge lacu relicto,ſcite.naꝫ in lacu capi nō poſſunt,cū aduolāte accipitre ſe mergāt, ut ijs q illo aucupio delectanē eſt notū. Lacu,gurgite. Fluuialis anas,fluuios incolens. Vrget, ipellit.

Bicornis

Cebrinis

Cebrinia

Coluber, ſerpens.
Strinxit,percuſſit.
Virus,venenum.
Suppreſſa,repreſſa.

Nec erat mihi vincere tāti,vt tu plures intelligamus. Nos duo ego,ē ſerpēs. Subederat,ſubroſerat. Decidit in pōtū,ſic qdeꝫ & legi pōt,ſed deſilit, vel dijcit forſitan elegātius legeretē, vt intelligamus Aeſacū ipſm ſe i mare ꝓcipitaſſe. Copia mortis,facultas moriēdi. Miſera de ſede,de miſero corpe. Subuolat,ſurſum volat. Sup ęq̄ra in mare. Furit, idignatē. Pronus,in caput. elegāter aūtē Mergi nām poeta deſcribit. Fecit amor maciem,amor quē morte finire cupiebat,illū fecit macilentū. Lōga internod a cruꝝ,internodiū id dr̄ ſpatiū, qd ē inter duos nodos.Nodoſa a ē crura mergus hr̄e vr̄. Nomēq; manet,a mergendo

Aeſacus in mergum

Internodium

Mergus

nanq; mergus a latinis fuit denominatus.

LACT. Fabulę primę duodecimi libri argumentum.

Neſcius aſſumptis Priamus pater Æſacō alis &c. Agamēnon Atrei et Europes filius dux Achiuoꝝ, cū in Aulide Ioui ſacra miniſtraret, ↄſpexit dracone̅ in arbore, q̄ ip̄endebat arę la pſum ad nidū volucris cidus octo pullis ↄſumptis ab eodē ſerpente nouiſſime circūuolante mr̄e Aqla ↄuerſus in ſaxū eſt. Quoꝝ pdigio Calchas Teſtoris filius augur vīdit p.ix.annos in Troadē dimicaturos, decimo aūt illo'cos potituros. Fertur aūt portus Boeotię hic eſſe, vbi mille naues aduerſis tēpeſtatibus ſtetissēt. Morantibus. n. Achiuis vīdet a Calchāte nō añ claſſes poſſe moueri, q̄ phigeniā pr̄ imolaſſet. Quę cū p̄re cōi ad arā eēt applicata, Iecr ſacrificiū obductis nubibus a Diana rapta eſt, & p ea ſuppoſita ceruа.

RAPH. Neſcius aſſum. Quę ꝑe belli Troiāi ſactę ſunt Metamorphoſeis, hoc lib. fere deſcribit poeta, ac primū Draconis trāſmutationē, q pullos cū matre apud Aulidē ſpectantibus grę̄cis duorauit pſpicue exponi Nā cū mille Grę̄coꝝ Helenā repētinū naues ad aulidē ↄueniſſet, ac Ioui ſacrificare grę̄ci vellēt, ecce ſerpens platanū arę iminentē aſcendit, ac primū pullos octo q adhuc in nido erāt, deinde circūuolantem matrem deuorauit. Quod quidem cum alij admirarent, Calchas ex eo collegit be ū nonē annos duratuꝝ, ac decimo demū anno Troiā captū iri. Cęteꝝ ſerpēs ille ad ꝑpetuā rei memoriā in ſaxū a Dijs fuit cōmutatus

Neſcius as. more ſuo poeta ↄtinue et libꝝ libro ↄnectit, et q̄dā ꝑnarrat, quo cōmodius (quā dixi) Draconis Metamorphoſin ī ſaxū exponat. Tumulo. q. n. h. cenotaphio in q̄ nomē ſine corpore erat inſcriptū. Inferias de ſacrificia fecerat. Nam inferię dn̄r ea ſacrificia, q̄ īferis et mortuis fiunt. Inferię Hęc aūt a poeta narrant vt hunc libꝝ cū ſupiore aptius ↄnectat. Paridis. p. ꝑiphraſis eſt. Paris. n. defuit exequijs Æſaci frīs. Nā ī Grę̄ciā ad rapiēdā Paridis Helenā nauigarat, quā Venus ipſi pollicita erat, cū indiciū idex electus ſup trius Deaꝝ pulchritudine Iunonis, Palladis, et Veneris, p Venere ipā ſnia tulit, vt ī laudatione Helenes Iſocrates narrat. Orta nāq; inter illas Deas ↄtentione de pulchritudine, Alexāder q Paris fuit cognoīatus Priami filius idex fuit cōſtitutus, cui qdē cum Iuno polliceret ſe totius Aſię regnū ↄceſſurā. Pallas vō ipi īuictum ī bellis effecturā. Venus aūt Helenā mulieꝝ oīm pulcherrimam, p Venere, vt Helena potiret iudicauit. Poſtmō, poſtea. Lōgū. b. decē nāq; annos durauit cum coniuge. Helena. commune Cōmune g. Pelaſgę, ↄcilīū totius Grę̄cię. Inuia, ī nauigabilia. Aulis Aulis de pi. Aulis vrbs eſt Beotię Chalcidi finitima ab Aulide Eunymi filij Cephiſi filia cognoīata. Piſcoſa, piſcibus abūdāte. Tenuiſſet, retinuiſſet, remorata fuiſſet. Incāduit, calefacta fuit. Cęruleū Dra. nigꝝ. Quę ſta. p. quę iminebat ſacrificijs cęptis. Theſtorides, Calchas Theſtoris filius. Circū ſua dā. circū ſua pignora, q cū maxio ſuo dāno deuorari a dracōe videbat. At no. vo. ordo eſt et ſenſus, Atq; Calchas digerit et diſtribuit nouem volucres et aues in nouem belli annos.

Fabulę ſecundę. xij. libri argumentum.

Permanet &c. Iphigenia ſupradcā Agamēnōis filia in ceruā, & a Diana ē in Tauricos fines trāſ LACT. lata.

Permanet Ao. Agamemnon ad bellū Troianum proficiſcēs, cum apud Aulidē reliquos Grę̄cię principes expectaret, iprūdēs Dianę ceruā RAPH.

Raphaelis Regij in duodecimum Metamorphoſeos Ouidij Librum enarrationes.



P. Ouidij Naſonis Metamorphoſeos Liber. xij.

Neſcius aſſumptis Priamus pater
 Aeſacon alis
Viuere, lugebat, tumulo quoq;
 nomen habenti
Inferias dederat cū frībus Hector
Defuit officio paridis pn̄tia triſti, (inanes,
Poſtmodo qui rapta lungū cum cōiuge bellū
Attulit in patriam, coniuratęq; ſequuntur
Mille rates, gentiſq; ſimul commune Pelaſgę.
Nec dilata foret vindicta, niſi ęquora ſęui
Inuia feciſſent venti Boeotaq; tellus
Aulide piſcoſa, puppes tenuiſſet ituras.
Hic patrio de more, Ioui cum ſacra paraſſent,
Vt vetus accenſis incanduit ignibus ara,
Serpere cęruleum Danai videre draconem
In platanū, coeptis quę ſtabat proxima ſacris.
Nidus erat volucꝝ bis quatuor arbore ſūma,
Quas ſimul et matrē, circū ſua dāna volantes

occidit. Quare Dea irata in tantam tempeſtatem mare excitauit, vt Grecorum claſſis inde ſolue re non poſſet. Cum autem etiā peſte laborarent, conſultus Calchas reſpondit, Dianę iram Agamēnonio ſanguine eſſe placandam. Tandem igitur Agamemnonis quoq; conſenſu adducta Iphigenia ad aras vt immolaretur, a Diana dicitur fuiſſe sacerdoti ſubrepta, ac illius loco cerua ſuppoſita. Bellaque non transfert, e Grecia ad Troiam.

Quia moenia fecerat vrbis, nam vna cum Apolline muros vrbis Troię ędificauit Neptunus.

Neque enim neſcitur: tacetue, hoc eſt ꝫ ſcit et ait virginis ſanguine Dianā eſſe placandam. Virginis Deę Dianę. Publica cauſa, publica vtilitas. Rexq; patrem, hoc eſt officium regis pietatem patris expugnauit.

Iphigenia in ceruam Mycenę

Mycenida, Iphigeniam Mycenęam. Mycenę autem vrbs eſt Peloponeſi, a Myceneo Spartonis filio ac Phoronei fratre dicta.

Fabulę tertię. xii. libri argumentum.

LACT.

Ergo vbi etc. Cum fama p orbem Graiorum aduentu ad expugnandum Ilium eſſet in Troade claſſes apparuiſſent. Primus in congreſſu bellantiū Proteſilaus Hiphicli filius ab Hectore eſt interemptus, dehinc nouiſſime Cygnum Neptuni filium, qui nullo telo interimi poterat ab Achille, cum diu incertamine victorię contentio eſſet, ꝫ fruſtra in eum tela eminus iaceret, Meneto Lycio prius interempto ſtricto enſe perſequens

Famę ędium deſcriptio

pręcipitatum ſupra ſaxum eliſo gutture preſſit. Qui priuſquam ſpoliaretur armis ab eo, Neptunus eius parens in volucrem eiuſdem nominis contulit, ne nominis aboleretur perpetuitas.

RAPE.

ERgo vbi, vt Cygni Neptuni filij, cuius corpus nulla ex parte poterat vulnerari, Metamorphoſin cus ſuperiore cōnectat poeta, multa prętermittit, ac primū Famę aulā deſcribit, deinde aduentum Grecorum ad littus Troianum, tum Proteſilai cędem, qui primus egredi in littus Troianum auſus ab Hectore fuit interfectus. Phoebes, Dianę. A tergo, a puppi. Phrygia harena, littore Troiano.

Famę comi...

Orbe locus medio, Famę ędium elegans deſcriptio. Triplicis mundi in tris partes diuiſi, cęlum, mare, et terram, ſiue tribus partibus cōſtantis cęlo, aqua, et terra. Vſquam, aliquo in loco. Abſit, diſtet. Regionibus, regionū multarum ſpatio. Fama tenet, habitat Famam autem incorpoream, tāquam corpus habentem deſcribit. Legit, elegit.

Sūma in arce, in arcis ſimilitate. Innumeros aditus, innumerabiles et infinitos ingreſſus. Et nullis incluſit limina portis, ianua ędium Famę ſemper ait patere, nec vnquam claudi cum nullę inſint. Qualia de pelagi, qualia inquit eſſe ſolent murmura ab vndis pelagi venientia. Increpuit, crepare et ſtrepere fecit. Commenta, ficta. ſic Virgilius. Tam ficti, prauiq; tenax, ꝙ nuncia veri. Confuſa, obſcura,

Theſtorides vincemus, ait gaudere Pelaſgi.
Troia cadet. ſed erit noſtri mora longa laboris
Atq; nouem volucres in belli digerit annos.
Ille vt erat virides amplexus in arbore ramos,
Fit lapis, & ſeruat ſerpentis imagine ſaxum.
Permanet Aoniis Nereus violentus in vndis,
Bellaq; nō transfert. & ſunt qui parcere Troię
Neptunum credant, qꝫ moenia fecerat vrbis.
At non Aheſtorides, neq; enī neſcitur, tacetue.
Sanguine Virgineo placandam virginis iram
Eſſe Deę, poſtquam pietatem publica cauſa,
Rexq; patrem vicit, caſtumq; datura cruorem
Flentibus ante aram ſtetit Iphigenia miniſtris.
Victa Dea eſt, nubemq; oculis obiecit, & inter
Officium, turbamq; ſacri, vocemq; precantum.
Suppoſita fertur mutaſſe Mycenida cerua.



Ergo vbi qua decuit, lenita eſt cęde Diana
Et pariter Phoebes, pariter maris ira receſſit.
Accipiunt ventos a tergo mille Carinę,
Multaq; perpeſſę, phrygia potiuntur harena.
Orbe locus medio eſt inter terraſq;, fretumq;,
Cęleſteſq; plagas triplicis confinia mundi,
Vnde quod eſt vſq̄, quamuis regionibus abſit,
Inſpicit, penetratq; cauas vox omnis ad aures.
Fama tenet, ſummaq; domū ſibi legit ī arce.
Innumeroſq; aditus, ac mille foramina tectis
Addidit, & nullis incluſit limina portis.
Nocte, dieq; patet, tota eſt ex ęre ſonanti,
Corripuit ſerpens, auidaq; recondidit aluo.
Obſtupuere omnes at veri prouidus augur

ſcura,quę difficulter percipi poſſunt. Vacuas aures,ocioſas. Illic credulitas,Famę comites enumerat poeta. Conſternatiq; timores, ab effectu, q̄ conſternatos atq; perturbatos hoies reddant.

Seditioq; recens,nouus tumultus. Suſurri, murmura. Ipſa quid in cęlo.Fama inquit omnia quęcunq; in mūdo aguntur videt.

acies corpore illius retunderetur, tandem correptus,et ſtrangulatus eſt.Quem cum Achilles ſpoliare vellet, arma ſine corpore fuiſſe relicta animaduertit,nam pater Neptunus illum in auem cygnum iam commutarat. Stabat,erectus erat. Achilles

Achillis, Achilles autem Pelei et Thetidis fuit filius,

In totum orbem, de iis quę in toto orbe aguntur. Fecerat hęc notū, vulgauerat. Hoſtis adeſt, hoſtes adueniunt.

Fataliter,ex fatorū lege. Protiſilae cędis,p̄tſilaus Iſiphyli fuit filius, ac Laodamię Acaſti filię maritus, qui gręcorum primus in littus Troianum egredi auſus,ab Hectore fuit interfectus. Protiſilai cędes Stát magno, conſtant, quia fortiſſimum virum amiſerunt.

Forteſq; animę, conſtant verbum ē ſubaudiendū. Nec cognitus Hector,cōſtat magno ſubaudiatur.eſt enim ordo ē ſenſus,ē hector non cognitus magno cōſtat Gręcis . ſi enim cognitus fuiſſet facile illū vitaſſet p̄teſilaus. Achaica dextera, Gręcorum vires, quamuis ad Achillem et Aiacem alludere videatur, q̄ multos ex Troianis interfecerunt. Signata,infecta ſanguine ſubaudiatur.

Proles Neptunia Cygnus, tandem ad Cygni metamorphoſin id quod a principio libri intēdebat poeta peruenit. Nam Cygnus Neptuni filius,quod dono patris nullo ferro poſſet vulnerari, Achilles impetum expectare auſus eſt, a quo ſępius haſta fruſtra percuſſus, cum ferri Cygnus Neptuni filius

Tota fremit,voceſq; refert,iteratq; quod audit.
Nulla quies intus,nullaq; ſilentia parte.
Nec tamē ē clamor,ſed p̄uę murmura vocis.
Qualia de pelagi (ſi quis procul audiat) vndis
Eſſe ſolent,qualemue ſonum,cū Iuppiter atras
Increpuit nubes,extrema tonitrua reddunt.
Atria turba tenet,veniunt leue vulgus,euntq;,
Mixtaq; cū veris paſſim commenta vagantur
Millia rumorum,confuſa verba volutant.
E quibus hi vacuas implent ſermonibus aures.
Hi narrata ferunt alio,menſuraq; ficti
Creſcit,& auditis aliquid nouus adiicit auctor.
Illic credulitas,illic temerarius error,
Vanaq; lętitia eſt,conſternatiq; timores,
Seditioq; recens,dubioq; auctore ſuſurri.
Ipſa quid in cęlo rerum,pelagoq; geratur,
Et tellure videt,totum inquirit in orbem.
Fecerat hęc notum,Graias cum milite forti
Aduentare rates,neq; inexpectatus in armis
Hoſtis adeſt,p̄hibentq; aditus, littuſq; tuentur
Troes,& Hectorea primus fataliter haſta
Proteſilae cadis,commiſſaq; pręlia magno
Stát Danais,forteſq; aię,nec cognitus Hector,
Nec phryges,exiguo q̄d Achaica dextera poſſit
Sanguine,ſenſerunt.& iam ſignata rubebant
Littora,iam leto proles Neptunia Cygnus
Mille viros dederat,iam curru ſtabat Achillis,
Totaq; peliacę ſternebat cuſpidis ictu
Agmina,p̄q; acies,aut Cygnū,aut hectora q̄rēs
Congreditur Cygno.decimum dilatus in annū
Hector erat.tum colla iugo candentia,preſſos
Exortatus equos,currum direxit in hoſtem.
Concutienſq; ſuis vibrantia tela lacertis.
Quiſquis es o iuuenis dixit,ſolamen habeto
Mortis,ab Aemonio q̄d ſis iugulatus Achille,
Hactenus Aeacides.vocem grauis haſta ſecuta ē.
Sed q̄q̄ certa nullus fuit error in haſta,
Nil tamen emiſſi profecit acumine ferri.
Vtq; hebeti Pectus tantummodo contudit ictu
Nate Dea (nam te fama pręnouimus) inquit
Ille.quid a nobis vulnus miraris abeſſe?
(Mirabant̄ enim) nō hęc,quam cernis equinis

dictus vel απο του αχοσ λυειν, hoc eſt a ſoluendo dolore,medicus enim fuit a Chirone medicinam doctus, vel απο του αχοσ λιευσινε ωενεν χειν,hoc eſt ab inferendo illē ſibus dolore, vel ab a particula priuatiua,et χιλον, hoc eſt cibo. Neq; enim lac guſtauit prorſus,ſed medulis ceruorum a Chirone nutritum fuit. Vnde (vt inquit Euphorion) a Myrmidōibus Achilles fuit nominatus. Peliacę cuſpidis, Pelias haſta Achillis dicta eſt a Pelio monte,ex quo fuerat reciſa,vnde Peliacus declinatur. Pelias Equos pres. col.ca.hoc eſt p̄ſſa ē onerata iugo colla albentia habentes,ē enim synegdoche maxime huic poetę familiaris. Hactenus Aeaci,locutus eſt ſubaudiatur. Vt he. tanquam hebeti et obtuſo,non autē acuto. Caſſis,galea. Caua par.concauum ſcutum.

Decor, pulchritudo,ornamentum.

Mars quoq; ob hoc,propter decorē, vt ornatus videatur non autem vt protegatur. Indiſtrictus,inuulneratus.

Eſt aliquid,modeſte genus ſuū oſtētat Cygnus, ac matri Achillis antepo nit. Nereide, Thetide nympha, Nerei filia. Sed qui Nereaque,ex eo ſubau-

Fulua iubis, caſſis. nec onus cana parmá ſini
Auxilio mihi ſút. decor eſt q̄ſitus ab iſtis. (ſtrę
Mars q̄ ob h̄ capere arma ſolet, remouebit oē
Tegminis officium. tamē indiſtrictus abibo.
Eſt aliquid non eſſe ſatum Nereide, ſed qui
Nereaq;, & natas, & totum temperat ęquor.
Dixit. & hęſurum clypei curuamine telum
Miſit in Aeacidē, qđ & ęs, & proxima rumpit
Terga nouena boū. decimo tñ orbe moratū eſt
Excipit hoc heros. rurſusq; trementia forti
Tela manu torſit. rurſus ſine vulnere corpus;
Syncerumq; fuit. nec tertia cuſpis apertum,
Et ſe prębentem valuit diſtringere Cygnum.
Haud ſecus exarſit, q̄ circo Taurus aperto,
Cum ſua terribili petit irritamina cornu
Phęniceas veſtes, eluſaq; vulnera ſentit.
Num tamen exciderit ferrum, conſyderat haſtę.
Hęrebat ligno. manus eſt mea debilis ergo.
Quasq; ait ante habuit vires effudit in vno.
Nam certe valuit. vel cum Lyrneſia primum
Męnia deieci, vel cum Tenedonq;, ſuoq;
Aeetionias impleui ſanguine Thebas.
Vel cum purpureus populari cęde Caycus
Fluxit, opusq; meę bis ſenſit Telephus haſtę.
Hic quoq; tot cęſis, quorum per littus aceruos
Et feci, & video, valuit mea dextra, valetq;.
Dixit, & ante actis veluti male crederet, haſtam
Miſit in aduerſum Lycia de plebe Nemeten.
Loricamq; ſimul, ſubiectaq; pectora rupit.
Quo plągente, graue morībūdo pectore terrá,
Extrahit illud idem calido de vulnere telum.
Atq; ait hęc manus ē, hac q̄ nuō vicimus haſta
Vtar in hunc idem. ſit in hoc p̄cor exitus idem,
Sic fatur. Cygnūq; petit. nec fraxinus errat,
Inq; humero ſonuit non euitata ſiniſtro.
Inde velut muro, ſolida a caute repulſa eſt.
Qua tñ ictus erat, ſignatum ſanguine Cygnū
Viderat, & fruſtra fuerat gauiſus Achilles.
Vulnus erat nullum. ſanguis fuit ille Nemetę.
Tum vero preceps, curru fremebundus ab alto
Deſilit, & nitido ſecurum cōminus hoſtem
Enſe petens, parmam gladio, galeamq; cauari

diatur. eſt autem Neptuni periphraſis. Terga nouena, nouem terga et pelles. Decimo or. decimo tergore. Moratum eſt, retentum eſt, atq; remoratum. Syncerumq; fuit, integrum. Apertum, nudatum. Et ſe p̄bentem, ſe haſtę opponētem. Diſtringere, vulnerare. Circo aperto, ſpacioſo. In circo autē venationes exhibebātur. Phęnicias ve. purpureas, quibus maxie agreſtes tauri in harena irritabantur. Eluſa, irrita et vana. Ergo, affectui et indignationi ſeruit hęc dictio ergo. Indignatur enim Achilles, q̄ Cygnus acuta haſtę cuſpide vulnerari non poſſit. cuius maxima vero indignatione in dextrę ſuę debilitatem cāuſa refert.

Lyrneſus Lyrneſia męn. Lyrneſus vrbs Troadis, quam Gręci diripuerunt, vnde Breſcida rapuit Achilles. Solus Echionias, corrupte quidem ſic legitur eorum culpa, q ſibi omnia permittunt in iis inuertendis, q̄ in priſcis exemplaribus deſcripta non percipiunt. cum

Aetionię thebę enim quasnam Ouidius Aetionias Thebas vocaret, minus intelligerent homines et imperiti et temerarii, non ſolum Aetionias in Echionias inuerterunt, ſed hoc quoque nomen ſolus commodo ſuo aſcripſerunt, ignorātes Echionias Thebas in Bęotia eſſe, q̄ pro grecis contra Troianos ſteterunt, vt aperte in ſecundo Iliados narrat Homerus. Quas autem ſe iactat expugnaſſe Achilles in Cilicia ſunt Aetionię dictę ab Aetione Andromaches patre, quem ab Achille interfectum

Thebemq; vrbem Cilicię excelſam fuiſſe depopulatam apud Home. Andromache ipſa conqueritur. Thebę autem multarum vrbium eſt nomen. ſiquidem et in Aegypto et in Bęotia, et in Cilicia et in Syria et in Ionia iuxta Miletum, et Attica ē in Theſſalia Phthiotide, et in Italia thebę fuerunt. Thebę Thebę ſane Cilicię p̄ Troianis cōtra Gręcos arma ſumpſerūt legitur etiam, Aetioneas. Purpureus Caycus, flumen eſt Myſię Caycus, quam regionem Gręci deuaſtarunt, ne Troianis ferre auxiliū poſſet. Cęde popu. occiſione populi ſui. Caycus

Bis ſenſit Telephus, Telephus Herculis fuit filius ex auge nympha, qui expoſitus, a cerua dicitur fuiſſe educatus, robuſtusq; effectus Lycus imperauit. Sentiens autem p̄ Troianis ab Achille quidem in femore fuit vulneratus, ſed a ſuis protectus mortem effugit. cū vero nulla remedia vulneri inuenirentur, Apollo conſultus reſpondit aliter non poſſe ſanari, niſi iterum ſe Achilli pręberet, vulnerandus. Quod cū feciſſet, ſcolumis euaſit, hoc autem Plinius ad naturalem referens rationem ait. Ferri naturam ſtipticam eſſe, ideoque medicos emplaſtris plagarum limaturā ferri adhibere ſolere. Vnde et Achilles inquit doctus a Chirone p̄ deraſiones ferri Telephi vulnus dicitur curaſſe. Ante actis, cędibus ante factis. Plangente, percutiente. Vtar in hoc idem, ego idē vtar haſta eadem cōtra hunc Cygnum. Fraxinus, fraxina haſta. Non telephus

Cernit, & in duro lędi quoq; corpore ferrum.
Haud tulit vlterius, gladioq; aduerſa reducto
Ter, q̄ter ora viri, capulo caua tēpora pulſat,
Cedentemq; ſequens inſtat, turbatq;, ruitq;,
Attonitoq; negat requiem. pauor occupat illū,
Ante oculoſq; natant tenebrę, retroq; ferenti
Auerſos paſſus medio lapis obſtitit aruo,
Quem ſuper impulſum reſupino corpe cygnū
Vi multa vertit, terręq; affixit Achilles.
Tum clypeo, genibusq; p̄mens p̄cordia duris,
Vincla trahit galeę, quę preſſō ſubdita mento
Eliduut fauces, & reſpiramen, iterq;
Eripiunt animę. victum ſpoliare parabat.
Arma relicta videt. corpus Deus ęquoris albas
Cōuertit in volucrē, cuius modo nomen hēbat.
Hic labor hęc requiem multoꝝ pugna dieꝝ
Attulit, & poſitis pars vtraq; ſubſtitit armis.
Dumq; vigil Phrygios ſeruat cuſtodia muros,
At vigil Argolicas ſeruat cuſtodia foſſas,
Feſta dies aderat, qua Cygni victor Achilles,
Pallada mactatę placabat ſanguine vaccę.
Cuius vt impoſuit Profecta calentibus aris,
Et Dijs acceptus penetrauit in ęthera nidor,
Sacra tulere ſuam. pars eſt data cętera menſis.
Diſcubuere toris proceres, & corpora toſta
Carne replent, vinoq; leuant, curasq;, ſitimq;.
Non illos citharę, non illos carmina vocum,
Longaq; multifori delectat tibia buxi.
Sed noctem ſermone trahunt, virtusq; loq̄ndi
Materia eſt. pugnam referunt, hoſtisq;, ſuamq;.
Inq; vices adita, atq; exhauſta pericula ſępe
Cōmemorare iuuat. qd enim loq̄ret Achilles?
Aut qd apud magnū potius loqueret Achillē?
Proxima precipue domito victoria Cygno
In ſermone fuit. viſum mirabile cunctis,
Quod iuuenis corpus nullo penetrabile telo,
Inuictumq; a vulnere erat, ferrumq; terebat.
Hoc ipſe Aeacides. hoc mirabantur achiui.
Cum ſic Neſtor ait. veſtro fuit vnicus ęuo
Contemptor ferri, nulloq; forabilis ictu
Cygnus. at ipſe olim patientem vulnera mille
Corpore non lęſo perrhębum Cęnea vidi.

mutata, a cygno, qd nihil illa offendebatur. So lida caute, ſolido lapide. Securę ho. Cygnus nihil timentem, qr vulnerari non poterat. Ferrum lędi, retundi. Ter quater, ſępius. Cedentem, retro ſubintelligat. Ruit, eruit. Tenebrę na. volitant, attonitus. n. nihil pſpicere poterat. Quem ſuper, anaſtrophe ē, ſuper quem. n. in ſoluta dicimus orone.

Affixit terrę, pſtrauit. Trahit, trahēs ſtringit. Eliduut, comprimunt. Cōuertit in volu. ꝯuertit in volucrem nō nouam, ſed in quā Cygnus Stheneli regis Lygurum filius caſu Phaethontis ſine fine dolens fuerat commutatus, vt in ſecūdo poeta narrauit. Fabulę. iiij. libri duodecimi argumentū.

ACT. HIC Labor etc. Superato autē Cygno īter epulas Achilles, cęteriq; Achiui admirantur corporis duriciem, quod toties haſta a corpore eius eſſet repulſa, quę admiratio a Neſtore ſene doctiſſimo ſpecioſiore exemplo infirmatur. Retulit. n. ſua ętate Cenim Phiati filiam fuiſſe, quę ꝓpter pulchritudinē a Neptuno compreſſa fit. Data venia ob iniuriā, vt in viꝝ mutata nullo telo īterfici poſſit. Hinc cum Pirithous Ixionis filius Neptuni interesſet, ducta Hippodamia, et Eurytus inter Centauros incitatus in nuptā nouas impetum feciſſet, cęteri proſiluere Lapithe, atq; Centauri ī nuptias frequentantes. Ideoq; cum maxia cędes eēt exorta, pluſrimiq; ex vtraq; parte ob raptum matronarum ꝯcidiſſent, et quod inuiolabilis ipſe reſtaret ab vniuerſis,

qui ex cęde reliqui fuerunt, nouiſſime impetu facto, congeſtisq; in eum arboꝝ truncis ſpūm reddere coactus eſt. Tū non immemor Deus Neptunus a quo ſpecioſum munus acceperat, ſupradictū in volucrem nominis ſui transfigurauit.

RAPH. HIC Labor, deſcripturus poeta duplicem Cęnei mutationem, nā ex foemina in virum, et ex viro in auem eſt transfiguratus, ſacrificia, conuiuiaq; Gręcoꝝ principum, plurimq; Lapitharum cum Centauris ī Pirithoi nuptijs pnarrat. Foſſas, caſtrorum. Profecta, exta. Acceptus, gratus. Nidor, odor ꝓprie toſtaꝝ carnium. Nidor

Sacra tulere ſuā, ſacrificia habuere ſuam portiones. Toris, in lectis. ſtratis nanque tribus lectis antiqui diſcūbebāt.

Toſta carne, nā heroes elixis non veſcebantur carnibus.

Multifori buxi, Multa foramina habentis, hęc autem oblectamenta ocioſorum et delicatorū ſunt, non fortium atq; bellicoſorum.

Virtus, fortitudo.

Exhauſta, expugnata, ac ſuperata.

Inuictumq; a vulnere erat, inſuperabile atq; expers vulneris erat. Terebat, hebetabat, retundebat. Forabilis, penetrabilis. Perrhębum Cęnea vidi, Cęnis Elatei Lapithę filia fuit, cui Neptunus cum vim intuliſſet, copiam fecit vt quicquid vellet, peteret, ſe. n. omnino cōceſſurum. Puella vt vir inuulnerabilis effi ceret petit. Id illi benigne pſtitit Neptunus, Cęneusq; vocatus nulli Deoꝝ neq; ſacrificabat, neq; ſupplicabat, ſed ſuę dū Cęnes

taxat haſtę, cui etiam peregrinos ad ſe venientes ſacrificare cogebat. Qua impietate iram Iouis in ſe concitauit. Nam in pugna a Centauris in nuptijs Pirithoi excitata, multos hoſtium cus interfeciſſet, neq; ipſe cuiuſquas ferro vulnerari poſſet, a Centauris tandem coniectis arboribus fuit

patronymica nanq; forma pro poſſeſſiua eſt poſita. Tibi enim popularis Achille, ex eodem quo tu Achille populo fuit. Multorum fruſtra votis, nulli enim vnquam nubere voluit. Tuę matris, Thetidis. Secretaq; littora carpens, per ſecreta littora ambulans. Æquorei Dei, Neptuni.

Cęnea Perrhębum, qui factis indytus, Othrin
Incoluit, quoq; id mirum magis eſſet in illo,
Fęmina natus erat. mōſtri nouitate mouent,
Quisqs adeſt, narretq; rogāt, quos inter achilles
Dic age (nam cunctis eadē eſt audire volūtas)
O facunde ſenex ęui prudentia noſtri,
Quis fuerit Cęneus. cur in contraria verſus.
Qua tibi militia, cuius certamine pugnę
Cognitus, a quo ſit victus, ſi victus ab vllo eſt.
Tum ſenior. q̈uis obſtet mihi tarda vetuſtas,
Multaq; me fugiant primis ſpectata ſub annis,
Plura tñ memini, nec quę magis hęreat, vlla
Pectore res noſtro eſt inter belliq;, domuſq;
Acta tot. ac ſi quem potuit ſpacioſa ſenectus
Spectatorem operum multorum reddere, vixi
Annos bis centum. nunc tertia viuitur ętas.
Clara decore fuit proles Elateia Cęnis
Theſſalidū virgo pulcherrima, perq; ꝓpiquas
Perq; tuas vrbes (tibi enim popularis achille)
Multorum fruſtra votis optata procorum.
Tentaſſet peleus thalamos quoq; forſitan illos,
Sed iam aut contigerant illi connubia matris,
Aut fuerant promiſſa tuę. nec Cęnis in vllos
Denupſit thalamos, ſecretaq; littora carpens
Aequorei vim paſſa Dei eſt. ita fama ferebat.
Vtq; noua Veneris Neptunus gaudia cepit,
Sint tua vota licet dixit ſecura repulſę.
Elige quid voueas, eadem quoq; fama ferebat.
Magnum, Cęnis ait, facit hęc iniuria votum.
Tale pati iam poſſe nihil. da foemina ne ſim.
Omnia pręſtiteris. grauiore nouiſſima dixit
Verba ſono, poteratq; viri vox illa videri.
Sicut erat. nam voto Deus ęquoris alti
Annuerat, dederatq; ſuper, ne ſaucius vllis
Vulneribus fieri, ferrone occumbere poſſet.
Munere lętus abit, ſtudijſq; virilibus ęuum
Exigit Atracides, peneiaq; arua percurrit.
Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus,
Nubigenaſq; feros, poſitis ex ordine menſis,
Arboribus tecto diſcumbere iuſſerat antro.
Aemonij proceres aderant. aderamus & ipſi
Feſtaq; confuſa reſonabat regia turba.

oppreſſus, in auemque a Neptuno trāſmutatus. Perrhębum. Perrhębus vrbs eſt Theſſalię, vnde Perrhębus et Perihebeus nomen gentile declinatur, cuius nominis cum prima ſyllaba ſit breuis, duplicato r a poeta ꝓducta eſt. Inclytus, pręclarus. Othrin, mons ē Theſſalię Othris notiſſimus. Voluntas audire, figura eſt greca nam audiendi latine dicitur. Cur in contraria verſus, ex foemina in mares.

Perrhębus

Othris

Si victus ab vllo ē, bene dubitat Achilles, an ab vllo ſit victus Cęneus, cum inuulnerabilis eſſet.

Cęnis in virum

Quamuis obſtet mihi, quamuis inq̄t Neſtor memoriam meam ſenectus impediat, multorumq; ſum oblitus, plura tamen recordor. Pulchre autem ſenis decorum ſeruatur, nā et ętatem excuſat Neſtor, et ſe iactat, id quod ſenili ętati peculiare eſſe Horatius tradit. Multaque me fugiant, multorum ſum oblitus.

Nunc tertia viuitur ętas poetica licētia hoc verbo viuit in paſſiua et voce, et ſignificatione vſus ē poeta. Ætatem vero pro ſeculo poſuit. Nam ſeculum centum annorum ſpacium comprehendit. Proles Elateia, Elatei filia. Theſſalidum, Theſſalarum,

Ita fama ferebat, ſic dicebatur ab omnibus Cęnim a Neptuno fuiſſe compreſſam. Sint tua vota licet, hoc eſt ſecure potes omnia quecunq; vis optare, nullam enim feres repulſam. Secura repulſę, nullam timentia repulſam.

Quid voueas, quid optes. Magnum facit hęc iniuria votum, hęc iniuria inquit, qua mihi virginitatem eripuiſti, efficit, vt magna petere audeam. Nihil tale, talem violentiam ne pati poſſim concede. Omnia pręſtiteris, omnia mihi videberis pręſtitiſſe. Grauiore ſono, maiore voce, ia Cenis in marem fuerat conuerſa. Marium enim voces q̄ foeminarum ſolent eſſe grauiores. Annuerat, voto conceſſerat id quod cupiebat. Dederatque ſuper, inſuper contulerat. Atracides, Atrax vrbs eſt Theſſalię ab Atrace Penei et Burę filio ędificata et denominata, vnde Atracides declinatur et Atracius. Patronymicum autem pro poſſeſſiuo eſt poſitum.

Atrax

Peneia ar. per quę Peneus labitur. Duxerat Hippodamen, Pirithous Ixiōis nō ex vrbe, ſed ex coniuge filius Hippodamiam vxorem duxit, ad cuius nuptias Cētauros, lapithasq; inuitauit, ſed

dit,ſed Centauri in primiſq; Eurytus vino calens
vim nouę nuptę afferre cum vellet, maximã exci
tant pugnam,in qua cum multi vtrinq; cecidiſ-
Pirithoi ſent,Lapithę tandem ſuperiores euaſerunt. Au
nuptię daci Ixione, qui auſus eſt de ſtupro interpellare
Ixion Iunonem, q̃ ei nubẽ ſibi ſimilem obiecit, ex qua
Centauri nati eſſe
feruntur,caput qdem
humanum, reliqua
vero membra equa
hñtes.Quod qdem cũ
fieri non. poſſit, id
circo factum eſt (vt
Palęphatus narrat)
ꝙ Ixione in Theſſa
Lapitha lia regnante tauro
rum rum grex in Pelio
Centau monte ferus eſt effe
rorũq; ctus,quibus qdẽ nõ
certamẽ ſolum montes infe
ſtabantur, ſed culta
quoq; loca deuaſta-
bantur. Quare mo
tus Ixion multas pe
cunias ijs ꝓpoſuit,q
feros illos tauros ca
perent. Iuuenes igiť
qdam ad radices Pe
lij montis habitan
tes in vico, q Nephe
le.i. nubes vocabať,
cęperunt ita docere
equos vt feſſorem
paterenť,antea nãq;
equitare neſciebant,
verum curribus ſolũ
vtebantur.Ita ſingu
los equos cum aſcẽ
diſſet in tauros im
petum fecerunt,iacu
liſq; vuulnerãtes tã
dem interfecerunt,
Cẽtauri Vnde & Cẽtauri iu
uenes illi fuerũt de-
nominati απο του
κεντειν τους ταυρους
hoc eſt a ſtimulan-
dis et vulnerandis
bobus.Nulla quippe
tauri pars Centau
ris ineſt . Figura ve
ro hominis et equi
eſſe videtur, ex eo ꝙ
primi aſcendere eqs
cęperunt.Acceptis ãt
ab Ixione pecunijs
adeo ſupbi ſunt effe
cti,vt cũ alios mul
tos tum Ixionem ip
ſum Lapithis impe
rantem varijs iniu

Ecce canũt Hymenęon,& ignibus atria fumãt.
Cinctaq; adeſt virgo,matrũq, nurũq, caterua
Pręſignis facie.felicem diximus illa
Coniuge pirithoum,qđ pene fefellimus omen
Nam tibi ſęuorum ſęuiſſime Centaurorum
Euryte q̃ vino pectus,tam virgine viſa
Ardet,& ebrietas geminata libidine regnat.
Protinus euerſę turbant conuiuia menſę,
Raptaturq, comis ꝑ vim noua nupta ꝓhenſis.
Eurytus Hippodamen,alli,quã qſq; probabat,
Aut poterat,rapiunt,captęq; erat vrbis imago
Fęmineo clamore ſonat domus.ocyus omnes
Surgimus & primus,quę te vecordia Theſeus
Euryte pulſat?ait,qui me viuente laceſſas
Pirithoum,violaſque duos ignarus in vno?
Neue ea magnanimus fruſtra memorauerit heros
Sũmouet inſtantes,raptamq; furentibus aufert
Ille nihil contra.neq; enim defendere verbis
Talia facta poteſt.ſed vindicis ora proteruis
Inſequitur manibus,generoſaq; pectora pulſat
Forte fuit iuxta ſignis extantibus aſper
Antiquus crater,quem vaſtum, vaſtior ipſe
Suſtulit ęgides,aduerſaque miſit in ora.
Sanguinis ille globos pariter,cerebrũq;, merũq,
Vulnerẽ,ꝛ ore uomẽs,madida reſupinus harena
Calcitrat.ardeſcunt germani cęde Bimembres,
Certatimq; oẽs vno ore arma,arma loquũtur.
Vina dabant animos,& prima pocula pugna
Miſſa volant, fragileſq; cadi,curuiq; lebetes,
Res epulis quondã,nũc bello,& cędibus aptę.
Ergo aut exilio, relinquens philoctetem in Lemno tanquam exulem. Aut nece, inducens exercitum ad lapidandū Palamedem. Deſertū vt Neſtora, ut in. viij. Iliados narrat Homerus. Cum Neſtor vna cū alijs Gręcis fulmine Iouis territus fugere non poſſet, quod vnus ex ipſius equis foret ab Alexandro catapulta vulneratus, facile fuiſſet ab Hectore oppreſſus niſi re cognita Diomedes ē clara voce, Vlyſſem inclamaſſet ad opem ſeni ferendam, et nihilominus illo fugiente ſolus ipſe Neſtorē ab impetu Hectoris protexiſſet, ac in ſuum currum recepiſſet. Proditus a ſocio eſt, ab Vlyſſe fuit derelictus. Qui autē ſocios in pugna derelinquunt, vt proditores habentur.

Trepido, timido. Alludit autē ad verba, quę Diomedi attribuit Homerus. Quo fugis inquit Vlyſſes Laertę fili? Cur terga vertis? Cur committis vt tanquam imbellis ac timidus a tergo vulneris? Mane hic mecū, mane dum a ſene amico truces Hectorem arceamus. Mortalia, res mortalium. Hęc autem ſententia eo pertinet, vt qui ferre opem noluit, ea indigere cogatur. En eget auxilio, qui non tulit, hoc de vndecimo Iliados libro ſumptū eſt. Nam (vt ibi ſcribit Homerus) cum Vlyſſes Socum Hipaſi filium interficiſſet, Troianorum turba in illum ſic impetum fecit, vt ē ſe retroferre, et ſuorum auxilium implorare ſit coactus, cum iā Soci haſta fuiſſet vulneratus. Aiax igitur a Menelao admonitus ſcuto illum accurrens a vi hoſtium intrepide protexit. Vulnusq; tuum, nam latus illius haſta traiecerat Socus. Hector adeſt, aduenit. Deos, Deorum, in primiſq; Iouis auxiliū.

Nam

At postquam eripui, cui standi vulnera vires
Non dederant, nullo tardatus vulnere fugit.
Hector adest, secumq; Deos in prelia ducit,
Quaq; ruit, non tu, tantum terreris Vlysse,
Sed fortes etiam, tantum trahit ille timoris.
Hunc ego sanguineę successu cędis ouantem
Eminus ingenti resupinum pondere fudi.
Hunc ego poscentem cũ quo cõcurreret, vnus
Sustinui, sortemq; meam vouistis Achiui.
Et vestrę valuere preces, si queritis huius
Fortunam pugnę, non sum superatus ab illo.
Ecce ferunt Troes, ferrumq;, ignesq;, Iouemq;
In Danaas classes. vbi tunc facundus Vlysses?
Nempe ego mille meo protexi pectore puppes
Spem vr̃i reditus, date pro tot nauibus arma.
Quod si vera mihi licet dicere, queritur istis
Quã mihi maior honos, cõiũctaq; gloria nr̃a
Atq; Aiax armis, nõ Aiaci arma petunt. Cest.
Cõferat his Ithacus Rhesũ, ĩbellẽq; Dolona,
Priamidenq; Helenũ rapta cũ pallade captũ.
Luce nihil gestũ est, nihil ẽ Diomede remoto.
Si semel ista datis meritis tam vilibus arma,
Diuidite, & pars sit maior Diomedis in illis.
Quo tamen hęc Ithaco? q clã, q semp inermis
Rem gerit, & furtis incautum decipit hostem.
Ipse nitor galeę claro radiantis ab auro
Insidias prodet, manifestabitq; latentem.
Sed neq; Dulichius sub Achillis casside vertex
Pondera tanta feret, nec non onerosa, grauisq;
Pelias hasta potest imbellibus esse lacertis.

Nam (vt scribit Homerus) se Iouis filiũ esse iactabat. Hector. Non tu tñ, emphasis est. Intelligit enim qd non exprimitur. Non tñ tu, qui es oĩus timidissimus terreris impetu Hectoris, sed & fortes. Est aũt apostrophe cõtemptus plena. Tantũ trahit ille timoris, acclamatio est. Ingenti pondere, maximo saxo. Nam (vt i decimoquarto Iliados volumine legitur) cum Hector hastam in aciem iecisset, neq; vulnerasset, Aiax ipse sublato maximo saxo pectus illius ita percussit, vt cum ingenti armorum strepitu in terram caderet. Hunc ego poscentem, prouocantem. id autem ex. vij. Iliados libro ẽ notum, ibi nãq; scribitur Hector Heleni vatis exhortatiõe gręcos omnes ad singulare certamen prouocasse. Ac cũ hi noues Gręcorũ fortissimi, Agamemnon, Diomedes, duo Aiaces, Idomeneus, Meriões Eurypylus Euemõis filius, Thoas Andręmonides. Vlysses Nestoris exhortatione, inter se forent sortiti quis ipsorũ cum Hectore pugnare deberet. Aiax sorte se Hectori obiecit, qui cum adueniente nocte e pugna ęquali cũ honore discederent, se inuicem muneribus sunt prosecuti, Nam Hector Aiaci gladiũ, contra Aiax Hectori Baltheum dono dedit. Sortemq; meam vouistis Achiui, hoc quoq; ab Homero sumptus esse videtur, qui scribit Achiuos sublatis in altum oculis, manibusq; his pcibus ad Iouem vsos fuisse. Iuppiter pater da vt Aiacis Telamonij, aut Aiacis Oilei, aut Agamemnonis sorti sit locus, atque ita euenit vt Aiacis id quod maxime optabant, sors proferretur. Vouistis, ergo voto optastis, tametsi nouistis fere legatur. Et vestrę valuere preces, nã vt optauerant, sors Aiacis prima prolata est, vt cum Hectore pugnaret. Non sum superatus ab illo, pari nãq; gloria vterq; ex ea pugna recessit.

Ecce ferunt Troes, hoc quoq; in quintodecimo Iliados describit Homerus. Iouẽq; auxilium Iouis Hectori fauentis. Nempe ego, solus Aiax aliis Gręcorũ ducibus perterritis classem ab ignibus hostium protexisse ab Homero quoq; scribitur.

Quod si vera licet, arroganter nimium contra artis oratorię pcepta hęc quoq; dicuntur. Conferat his Ithacus Rhesum, his gestis meis cõparet Vlysses, quẽ cũ quodam cõtemptu Ithacum Aiax appellat. Rhesus autem rex fuit Thracię, q (vt scrib. Homerus) cum i auxilium Troianorũ cũ candidissimis eqs venisset, a Diomede et Vlysse ea ipsa nocte, qua ad Troiam peruenerat fuit interẽptus. Imbellemq; Dolona, Dolon (vt idem scribit Homerus) Eumedis pręconis filius, cum speculator ad castra Gręcorum ab Hectore missus eẽt, a Diomede simul et Vlysse captus fuit et interfectus. Priamidemq; Helenum, Helenus Priami fuit filius, qui a Diomede & Vlysse captus fata Troianorum arcana Gręcis reuelauit. Rapta cum Pallade, cũ Palladio, quod Vlysses vna cũ Diomede rapuit. Quo tñ hęc Ithaco? arma Achillis incõmodo Vlyssi futura ostẽdit aiax. Quo, ad qd, ad quẽ finem, petuntur aũt verbum est subaudiẽdum. Et furtis, dolis fraudibus, insidijs

Dulichius vertex, Vlyssis caput. Nam Dulichius insula est ithacę vicina. Nec non onerosa, ordo est, et sensus. Et Pelias hasta non potest esse nõ onerosa et grauis imbellibus lacertis. Nec clype. vasti, in clypeo achillis (vt scribit Homerus) quatuor elementa sculpta videbant. Quod tibi si populi, hoc quoq; contra artis pręcepta ab aiace dictum est. Neq; enim error iudicibus fuit obijciendus.

Trahenti, pprie dixit. Illa enim trahimus, quę gestare nõ possumus. Viri fortis, achillis. Vulgiq; secutum vltima murmur erat, nam populus murmure suo aiacis dicta approbare est visus. Astitit, surrexit. Atque oculos paulũ tellure moratos, imitat Homerũ Ouidi. qui vlyssem stetisse

Rhesus
Dolon
Helenus
Dulichiũ

Nec clypeus vaſti cęlatus imagine mundi
Conueniet timidę, nateq; ad furta ſiniſtrę.
Debilitaturus quid te petis improbe munus?
Quod tibi ſi populi donauerit error Achiui,
Cur ſpolieris erit, non cur metuaris ab hoſte.
Et fuga, qua ſola cunctos timidiſſime vincis,
Tarda futura tibi eſt geſtamina tanta trahēti.
Adde quod iſte tuus tam raro prelia paſſus
Integer eſt clypeus. noſtro qui tela ferendo
Mille patet plagis, nouus eſt ſucceſſor habendus.
Deniq; quid verbis opus eſt? ſpectemur agēdo.
Arma viri fortis medios mittantur in hoſtes,
Inde iubete peti, & referentem ornate relatis.
Finierat Telamone ſatus, vulgiq; ſecutum
Vltima murmur erat. donec Laertius heros
Aſtitit, atq; oculos paulum tellure moratos
Suſtulit ad proceres, expectatoq; reſoluit
Ora ſono. neq; abeſt facundis gratia dictis.
Si mea cum veſtris valuiſſent vota pelasgi,
Non foret ambiguus tanti certaminis heres,
Tuq; tuis armis, nos te poteremur Achilles.
Quem quoniā nō ęqua mihi, vobisq; negarūt
Fata (manuq; ſimul veluti lachrymātia terſit
Lumina) quis magno melius ſuccedit Achilli,
Quā per quē magnus Danais ſucceſſit achilles?
Huic modo ne proſit, quod vt eſt hebes, eſſe videt,
Neue mihi noceat, quod vobis ſemper achiui
Profuit ingeniū, meaq; hęc facundia, ſi qua eſt,
Quę nunc pro dn̄o, pro vobis ſepe locuta eſt,
Inuidia careat, bona nec ſua quiſq; recuſet.
Nā genus, & proauos, & quę non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra voco. ſed enim quia rettulit aiax
Eſſe Iouis pronepos, nr̄i quoq; ſanguinis auctor
Iuppiter ē, totidemq; gradus diſtamus ab illo
Nam mihi Laertes pater eſt, acriſius illi,

oculis in terram defixis, immotoque ſceptro; priusquam illam eloquentię procellam effunderet, ſcribit.

Vlyſſis oratio

Si mea cum veſtris, artificioſiſſima Vlyſſi attribuitur oratio, vt perſonę decorum ſeruet. Nam Vlyſſes cum ab alijs, tum ab Homero inter eloquentiſſimos numeratur. Quare et affectus ſtatim in exordio mouet, et ſua ſine vlla arrogantia amplificat et ab aduerſario obiecta ita reſellit, vt illum in maximum adducat precipitium, ac deinde principibus perſuadeat, ſe arma Achillis q̄ Aiax magis meruiſſe. Principium autem a beneuolentia ſumptum eſt. ſe enim cum alijs Grecis ſemper optaſſe ait ſalutē Achillis, per quod ſignificat ſe vehementer illius morte dolere, q Grecis omnibus gratiſſimus fuiſſet. Tuque tuis armis, poteteris, ac poſſideres, et fruereris ſubaudiat. Eſt enī hypozeugma. Poteremur autem legendum eſt, vt ſit tertię coniugatiōis, ita verſu exigente. Hac autem apoſtrophe ad achillem animos auditorum ad fletū inclinat. Manuque ſimul, hęc ex perſona poetę dicuntur. Ex arte autem finxit ſe flere Vlyſſes, quo facilius perſuaderet ſe morte Achillis graui dolore fuiſſe affectum. Quam per quem magnus Danais, hoc eſt q̄ is cuius opera Achilles ad bellum Troianum deductus eſt, is autem Vlyſſes fuit. Nam vt ipſe paulo poſt narrat, cum Thetis mater Achillis cognoſceret filium in bello Troiano periturum, illum virginis habitu ornatum Lycomedi ſcyri inſulę regi vna cum filiabus ipſius educandum commendauit, vt tantiſper apud eum in virgineo habitu lateret, dum Troia foret deleta. Cum vero ſine Achille Troia capi non poſſet, nec vſquam inueniretur, Vlyſſes id quod erat ſuſpicatus, mercibus quibus foeminę capiuntur, gladium ſcutumq; ac galeam immiſcens ad Lycomedem ſe contulit, vbi mercibus illis expoſitis Achilles gladium ac ſcutum alia negligens tractare coepit, ex quo cognitus ad bellum Troianum fuit deductus. Huic modo ne proſit, aduerſarium vt hebetem ac ingenio tardum, omniq; facundia carentem in contemptum adducit. Si qua eſt, ex arte ſuam eloquentiam extenuat Vlyſſes, ne in ſe inuidiam, odiumque auditorum transferat. Inuidia careat, nā Aiax in inuidiam Vlyſſis eloquentiam adducere conatus eſt, cum dixit. Tutius eſſe fictis verbis contendere quam manu pugnare. Bona ſua, propria vel natura data, vel induſtria comparata. Sed enim quia rettulit Aiax Eſſe Iouis pronepos, figurata et poetica eſt hęc locutio. In ſoluta nanq; oratione accuſatiuo vteremur, diceremus que Aiax rettulit ſe eſſe Iouis pronepotem. Acriſius illi,

Acriſij duo

duo fuerunt nobiles Acriſij et hic Iouis filius ac Vlyſſis auus, et alter Abantis Arginorum regis filius ac Danaes pater, legitur etiam Acreſius. Neque in his quiſquam damnatus et exul, Peleum Achillis patrem notat Vlyſſes, qui Phoco fratre interfecto ab Aeaco patre in exilium fuit expulſus. Eſt quoque per matrem, Anticlia mater Vlyſſis filia fuit primi ſinonis Mercurij filij. Phthiam, Scyronque ſeruntur, Phthiam ad Peleum, Scyron ad Pyrrhum Achillis filium ex Deidamia Lycomedis filia.

Inppiter huic.neq; in his quiſq̃ d.inatus,ⁿ exul
Eſt quoq; per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas.Deus eſt in vtroq; parente.
Sed neq; materno ꝙ ſum generoſior ortu,
Nec mihi ꝙ pater eſt fraterni ſanguinis inſons
Propoſita arma peto.meritis expendite cauſam
Dũmodo ꝙ fratres Telamon.peleusq; fuerũt,
Aiacis meritum non ſit,nec ſanguinis ordo,
Sed virtutis honor ſpolijs quęratur in iſtis.
Aut ſi proximitas,primusq; requiritur hęres,
Eſt genitor peleus,eſt pyrrhus filius illi.
Quis locus Aiaci? phthiá hęc,Scyronq; ferant.
Nec minus eſt iſto Teucer patruelis Achilli.
Nũ petit ille tamen.num ſi petat auferat illa?
Ergo operum quoniá nudum certamẽ habet,
Plura quidem feci,q̃ quę comprendere dictis
In promptu mihi ſit.rerũ tamen ordine ducar.
Prę́ſcia venturi genitrix Nereia leti
Diſſimulat cultu natum,& deceperat omnes,
In quibus Aiacem,ſumptę fallacia veſtis.
Arma ego foemineis animum motura virilẽ
Mercibus inſerui.neq; adhuc proiecerat heros
Virgineos habitus,cũ parmá,haſtamq; tenenti
Nate Dea,dixi,tibi ſe peritura reſeruant
Pergama.qd dubitas igentẽ euertere Troiam?
Inieciq; manum,fortemq; ad fortia miſi.
Ergo opa illius,mea ſunt,ego Telephon haſta
Pugnantem domui,victum,orantemq; refeci.
Quod Thebę cecidere,meũ ẽ.me credite Lesbõ,
Me Tenedõ,Chryſenq;,ⁿ Cillá Apollinis vrbes
Et Syrum cepiſſẽ.mea concuſſa Putate
Procubuiſſe ſolo Lyrneſſia męnia dextra.
Vtq; alios taceam,qui ſęuum perdere poſſet
Hectora nẽpe dedi,p me iacet Inclytus Hector.
Illius hęc armis,quibus eſt inuentus Achilles,
Arma peto.viuo dederam.poſt fata repoſco.
Vt dolor vnius Danaos peruenit ad omnes,
Aulidaq; Euboicam complerunt mille carinę,
Expectata diu nulla,aut contraria claſſi
Flamina ſunt,duręq; iubẽt Agamẽnona fortes
Immeritam ſęuę natam mactare Dianę.

Ergo operum quoniam, quoniam inquit quę-
ſtio eſt ſola vter noſtrum pluribus, ac maioribus
meritis Grecorum exercitum affecerit, non om-
nia quę geſſi referre poſſum. Prę́ſcia venturi,
hinc incipit merita ſua commemorare ſine vlla
Thetis arrogantia Vlyſſes. Genitrix Nereia. Thetis Ne-
rei filia. mřq; Achil-
lis vt ẽ Home. ẽ ple-
riq; poetarum aſſe-
runt. Suidas vero,
Varię de Ariſtoteles, ẽ Diony-
matre ſius chalcidenſis ſcri
Achilles bunt Achillem ex
opiones Thetide chironis fi-
lia natum. Delma-
chus autem ex philo-
mela Actoris filia.
Diſſimulat cultu na
tum h eſt habitu ſi-
mulat Achillem nõ
eſſe puerum; ſed pu-
ellam. In quibus,
inter quos. Arma,
gladium,haſtá, par
mam. Proiecerat,
depoſuerat. Ad for
tia,ſubaudiamus ge-
renda. Ergo ope
ra illius mea ſunt,
colligit Vlyſſes om-
nia quęcunq; geſſit
achilles,ſibi eſſe aſcri
benda cum illum la
titantem deprehen-
derit,ad bellũq; Tro
ianum adduxerit.
A cauſa enim effe-
ctus ſeparari nõ po-
teſt. Ego telephon
Telephus haſta, Telephus her-
culis filius ex Auge
nympha rex fuit Ly
cię,qui cum reſiſtere
Grecis ab achille i ſe-
more fuit percuſſus,
ac deinde iterato vul-
nere,ut in ſuperiori-
bus diximus, ſana-
Thebę tus. Quod Thebę
cecidere meum eſt,de
thebis cilicię patria
Andromaches intelli
gendum eſt.Nã eas
diripuit Achilles.
Me credite Lesbon,
Lesbos Lesbos inſula eſt cla-
ra Alcęi carminibus
et Sapphus. Chry
ſenq; et cillam, Chry
Chryſe ſe vrbs eſt Troadis p
pe Lemnum Apolli
ni ſimula, quam expugnauit Achilles, cum pro
Troianis ſentiret.Sunt tamen ẽ alię vrbes hoc no
mine ẽ loca.Eſt.n.vrbs in Helleſponto inter Ophry
nium ,et abydum. Eſt etiam promontoriũ Lesbi
in Tenedum vergens.Eſt ẽ Bithynię vrbs et Carię.
Cylla quoq; Vrbs eſt Troadis Apollini ſacra a Grę
cis direpta. Et Syr.
Syros Syros abſq;.c. inſula
ẽ Ionię cũ vrbe eiuſ-
dem nõis.Nam Scy-
ros per.c.patria ẽ Ly
comedis. Tñ ẽ ſi Se-
ſtõ forſitan non ine
Seſtus pte legeret. Eſt.n. Se-
Lyrneſus ſtus vrbs Helleſponti
notiſſima. Lyrne-
ſia męnia.Lyrneſus vrbs
fuit Troadis, vñ Bri
ſeida rapuit Achilles.
Seuũ Hectora,ma
gnum.terribilem.illũ
n.ex arte laudat Vlys
ſes, vt inde maior
Achillis.q eum ſupe-
rauit, gloria cogno
ſcat. Viuo dederam
arma,cum ea merci-
bus inſerui.Tunc.n.
primũ arma tracta-
re cępit Achilles. Hic
ãt eſt epilogus primi
meriti vlyſſis,q achil
lem in bellum miſit.
Poſt fa.poſt mortẽ.
Vt dolor vnius ſm
exponit meritũ Vlys
ſes,quo ꝓbat ſe armis
achillis digniorẽ eẽ
q̃ Aiax. Nã cum mil
le Grecorum naues
ad Aulida cõueniſ-
ſent,inde tempeſtati-
bus impediti ſoluere
non poterant. Qua-
re conſulti vates re-
ſponderunt, Dianã
ſanguine filię Aga-
memnonis eſſe pla-
candam.Nam Aga-
memnon illius cer-
uam imprudens ne-
carat,cum vero pr fi
liam immolari nol
let,vi eloquentię Vlys-
ſis expugnatus eſt,vt
publicam vtilitatem
priuatę anteponeret
charitati. Miſſus q̃-
que ad clytemne-
ſtram non minore
arte ab ea filiam ab-

Denegat hoc genitor, diuisq; iraſcitur ipſis,
Atq; in rege tamen, pater eſt. ego mite parentis
Ingenium verbis ad publica commoda verti.
Nunc equidē fateor, faſſoq; ignoſcat Atrides,
Difficilem tenui ſub iniquo iudice cauſam.
Hunc tamen vtilitas populi, fraterq;, datiq;,
Sūma monet ſceptri, laudē vt cū ſanguīe pēſet.
Mittor & ad matrem, quę nō hortanda, ſed aſtu
Decipienda fuit. quo ſi Telamonius iſſet,
Orba ſuis eſſent etiam nunc lintea ventis.
Mittor & Iliacas audax orator ad arces,
Viſaq; & intrata eſt altę mihi curia Troię.
Plenaq; adhuc erat illa viris, interritus egi,
Quam mihi mandarat cōis Grecia cauſam?
Accuſoq; Parin. p̄ idamq; Helenamq; repoſco,
Et moueo Priamū, priamoq; Antenora iūctū
At paris, & fratres, & qui rapuere ſub illo.
Vix tenuere manus (ſcis hęc Menelae) nefan-
Primaq; lux noſtri tecū fuit illa pericli. (das
Longaq; referre mora eſt, q̄ cōſilioq;, manuq;
Vtiliter feci ſpacioſi tempore belli.
Poſt acies primas, vrbis ſe męnibus hoſtes
Continuere diu, nec aperti copia Martis
Vlla fuit, decimo demum pugnauimus anno.
Quid facis interea, qui nil niſi prętia noſtri?
Quis tuus vſus erat? nam ſi mea facta requiris,
Hoſtibus inſidior. foſſas munimine cingo,
Conſolor ſocios, vt longi tędia belli
Mente ferant placida, doceo quo ſimus alendi,
Armandiq; modo. mittor quo poſtulat vſus.
Ecce iouis monitu deceptus imagine ſomni
Rex iubet incępti curam dimittere belli.
Ille poteſt auctore ſuam defendere vocem.
Non ſinat hoc Aiax, delendaq; pergama poſcat
Quodq; pōt, pugnet. cur nō remoratur ituros?
Cur nō arma capit? det qđ vaga turba ſequat?
Non erat hoc nimiū, nunq̄ niſi magna loq̄nti
Quid? q; & ipſe fugit? vidi, puduitq; videre.
Cum tu terga dares, inhoneſtaq; vela parares.
Nec mora. quid facitis? q̄ vos dementia, dixi,
Concitat o ſocij captam dimittere Troiam?

dixit, quę niſi perfeciſſet Vlyſſes, claſſis Grecorum nunquam ab Aulide profecta fuiſſet. Vt dolor vnius poſtquam dolor vnius Menelai, quem ex Helena vxore ſibi ablata capiebat, omnes grecos cō-
Aulis monit. Aulidaq; Euboicam, Aulis, Bęotię vrbs eſt iuxta chalcidem, portum habens ampliſſimum conuentu mille nauium grecorum nobiliſſima. Atq; in rege tamen pater ē, paterna charitas.
Tenui, obtinui.
Difficilem cauſa, ꝓpter iniquum iudicē. Nā Agamemnon magis priuata charitate, q̄ publica vtilitate moueri videbat.
Summa, poteſtas.
Laudem vt cū ſanguine penſet, gloriā. Hęc aūt oīa ab Vlyſſe fuerūt Agamemnoni cōmemorata, publica vtilitas, Menelaus frater, ac ſumma ptās illi data. Mittor et Iliacas, Vlyſſes (vt Homerus quoq; ſcribit) vna cum Menelao ad Helenā repetendam orator ad priamū miſſus eſt.
Intrata- Et intrata eſt, ꝓ principium ꝯ grammatices rōnem poetica licentia formatum.
ta
Plenaq; adhuc erat illa viris, ſignificat ſe non noctu, ſed interdiu, cū adhuc curia viris eſſet plena, intrepide regem Priamū adiſſe. Prędāq; predam appellat, q̄ vna cum Helena aſportauerat Paris. Priamoq; Antenora iunctum, nā Antenor, ſemper cenſuit Helenam Menelao eē reddendā. Sub illo, in illo tpe. Spacioſi belli, diuturni, ac longi, ē in decimum vsq; annum protracti.
Poſt acies primas, poſt prima prelia.
Demum Demum, ſclum.
Quis tuus vſus erat quę tota Grecis vtilitas erat. Ecce Iouis monitu, aliū commemorat in Grecos meritū Vlyſſes. Nam (vt Homerus in ſecundo Iliados narrat) Iuppiter per ſomniū Agamemnonem admonuit, vt toto exercitu cum Troianis confligeret. Futurum enim vt victoriam adipiſceretur. Agamemnon vero vt ſuorum animos tentaret, conuocatis ad concionem Grecis finxit ſe in ſomnis a Ioue admonitum. vt Greciam cū toto exercitu repeteret, Troiam enim nulla rōne capi poſſe. Quare cum oēs deduceren naues, vt redirent in patriā, Vlyſſes id diſſuadere principibus cępit, tantūq; eloquentia valuit, vt oēs mutare snias coegerit. Auctore, Iouis auctoritate. Nō ſinat hoc Aiax, pulchra ironia q̄ ſignificat Vlyſſes aiacē nulla predituum eloquētia illū prohibere nō potuiſſe. Det, edat, dicat aliquid, proponat aliquod ꝯſilium quod turba ſequat.
Non erat hoc nimium, Aiaci inquit magna ſemp iactanti huc nimium non erat. Quid quod et ipſe fugit? fugere voluit. Inhoneſta vela, inhoneſte ac turpiter. nomen enim ꝓ aduerbio poſitum ē. Vela aūt legendum ē, non bella, vt ferre in exemplaribus eſt deprauatum. Quid facitis? hęc ex ea oratione ſumpta ſunt, quam Homerus artificioſiſſimam Vlyſſi attribuit. Concitat dimittere, vt dimittatis in ſoluta oratione diceretur. Captam Troiam, non q̄ re vera capta eſſet, ſed quę in eo erat ut facile capi poſſet. Nā apud Homerū colligit Vlyſſes futurū ē ut Troia decimo anno

anno quo volebāt recedere,oīa explabit. In quę, ad quę. Dolor ipſe diſertum,ex arte eloquentiã ſuam Vlyſſes in dolorem refert,quo arrogantiã vitet,et magis ſibi Gręcos conciliet,quoq; dedecore ſe maximo affectum dolore fuiſſe ait. Profuga de claſſe, ad fugiendum parata. Conuocat Atrides. Agamemnō.

tonymia.Nam ptinens pro ptento poſitũ eſt. ſpecularer,explorarem,ingrerem. Cuius equos ptiũ Dolon noctu ad ſpeculandum qd hoſtes agerent miſſus,equos achillis ſibi pro mercede dari ſi Troiani vincerent,depopoſcit.Eſt at ordo, Arma mihi eius viri negate, cuius equos hoſtis Dolon pro nocturna ſpeculatione popoſcerat.

Quidue domū fertis decimo niſi dedecus ãno?
Talibus atq; alijs,in quę dolor ipſe diſertum
Fecerat,auerſos profuga de claſſe reduxi.
Conuocat Atrides ſocios terrore pauentes,
Nec Telamoniades etiam nunc hiſcere quicq̃
Audet,& auſus erat reges inceſſere dictis.
Therſites,etiam per me haud impune proteruus.
Erigor,& trepidos ciues exhortor in hoſtes,
Amiſſamq; mea virtutem voce refundo.
Tempore ab hoc quodcunq; pōt feciſſe videri
Fortiter iſte,meū eſt qui dantē tergare traxi.
Deniq; de Danais quis te laudatue,petitue?
At ſua Tydides mecum communicat acta,
Me probat,& ſocio ſemper confidit Vlyſſe.
Eſt aliquid de tot Graiorum milibus, vnum
A Diomede legi.nec me ſors ire iubebat.
Sed tamen & ſpreto noctiſq;,hoſtiſq; periclo
Auſum eadem q̃ nos,Phrygia de gēte Dolona
Interimo,non ante tamen,q̃ cuncta coegi
Prodere,& edidici, quid perfida Troia pararet.
Omnia cognoram,nec qd ſpecularer habebã,
Et iam promiſſa poteram cum laude reuerti,
Haud contentus eo,petij tentoria Rheſi,
Inq; ſuis ipſum caſtris,comitesq; peremi
Atq; ita captiuo victor,votiſq; potitus,
Ingredior curru lętos imitante triumphos.
Cuius equos ptiũ pro nocte popoſcerat hoſtis,
Arma negate mihi,fueritq; benignior Aiax.
Quid Lycij referam Sarpedonis agmina, ferro
Deuaſtata meo?cum multo ſanguine fudi
Cęranon Iphitiden, Alaſtoraq;,Chromiũq;,
Alcandrumq;.Haliũq;,Noemonaq;,Pritaninq;
Exitioq; dedi cum Pheridamante Thoona,

Hoc quoq; de Home. eſt ſumptum. Telamoniades,Aiax Telamonis filius. Inceſſere,pruocare. Dictis, conuitijs,vt ex.ij. Ili. patet. Therſites. quo nemo deformior,nemo lingua proteruior in Gręcorum exercitu fuiſſe ab Homero ſcribitur, cum Agamemnonem q̃s conuitijs inceſſiſſet, ab Vlyſſe ſceptro grauiter fuit percuſſus. Refundo, in animos eorum remitto. Reparo,reſtituo.quamuis in quibuſdam exemplaribus repoſco legat. Therſites

Tpe ab.h.eleganter colligit Vlyſſes q̃cunq; Aiax fortiter fecit poſteaq̃ eum cũ alijs a fuga reuocauit, ſibi eſſe aſcribenda.

Eſt aliquid,modeſte loquitur Vlyſſes. Innuit at pulchrum, ac glorioſum eſſe a pſtanti viro ſociũ delegi.Nã diomedes vnũ ex oībus Gręcorum optimatibus Vlyſſem ſocium delegit ad ſpeculãdũ Troianorum caſtra lturus, vt aperte in.x.ſcribit Home.

Nec me ſors ire iubebat,ſignĩat ſe ſpōte ſociũ Diomedis iuiſſe ad ſpeculandũ qd hoſtes in caſtris agerent,qua nocte & dolonem, qui & ipſe ad

Illa vero ironia Vlyſſes arma Achillis et Aiaci neganda,et ſibi adiudicanda eſſe oſtēdit.

Benignior, beneficentior,gratior, Ironicos at hęc q̃s dixit.

Quid Lycij referam Sarpedonis, Sarpedō filius fuit Iouis ex Europa ac Minois frater.Hic cum rex eēt Lycię,Troianiſq; faueret,multis ex eius ſocijs ab Vlyſſe cęſis a Patroclo tandem fuit interfectus. Cęranon Iphitiden. Iphiti filiũ.Fere at eos q hoc loco ab Vlyſſe enumerant,et Sarpedonis ſocios fuiſſe,& ab Vlyſſe interfectos in.v. Iliados ſcribit Homerus. Veſtemq; manu diduxit, remouit a pectore, diuiſit. Hoc autem ex poetę perſona eſt dictum. Quid tamē hoc refert? ac ſi diceret nihil. confutat enim Vlyſſes id qđ iactauerat Aiax ſe ſolũ faces Troianorum a Gręcorum claſſe repuliſſe.Nã alij quoq; ingt,in primiſq; Patroclus,armis Achillis Idutus reſtitit hoſtibus naues nr̃as incendere volentibus. Sarpedō

Iouemq;, Iuppiter nãq; Hectori, Troianiſq; fauebat. Neq;

gręcorum caſtra ſpeculator veniebat,interemerunt,& Rheſum Thracię regem q auxilium Troianis tulerat,vna cum comitibus interfecerunt.ac equos cãdidos in ſua caſtra priuſq̃ quicq̃ pabulorum Troię guſtarit,abduxerunt,vt ex Homerico, Virgilianoq; carmine notiſſimum eſt. Auſum eadem q̃ nos nam & ipſe ſpeculator ad caſtra Gręcorum fuerat miſſus. Perfida Troia,pfidi Troiani. Eſt.n.me-

enĩ benefacta maligne,ex arte Vlyſſes,q̃ aduerſario honeſte negare non pt,ita pcedit,vt cũ alijs tñ ea eſſe cōia aſſeueret. Maligne detractare,cũ q̃dam malignitate & vituperatiōe detrahere. Modo ne cōia ſolus,dũmō ingt Aiax ea q cōia ipſi nobiſcum ſunt,ſibi ſoli nō arroget.Qua gdē orōne Vlyſſes et Aiacē in inuidiã adducit,et ſibi principũ Gręcorum beneuolentiã pciliat. Repulit Actorides,patroclus des Actori

Actoris nepos, qui armis Achillis indutus ab Hectore fuit interfectus. Cum enim Achilles Agamēnoni iratus in aciem aduerſus hoſtes deſcendere nollet, precibus amicorum conceſſit Patroclo, vt ſuis armis indutus Troianorum impetum retardaret. Troas cum defenſore, Hectore. Troianorum nanq; defenſor fuit Hector. Auſuʒ etiam Hectoreis, Aiax (vt narrat Hōerus) cum Hectore ſingulari certamine pugnauit, cuʒ id ei ſorte contigiſſet, qua ex pugna vterque ſine vulnere diſceſſit ab altero pernitioſis donatus muneribus. Hector quidem baltheo, quo ligatus circum Ilij mœnia fuit tractus. Aiax vō gladio, in quem incumbens ſeipſum interfecit. Regis, Agamēnonis, Ducis, Menelai. Et pręlatus munere ſortis, colligit Vlyſſes non virtute, ſed ſorte Aiacem cuʒ Hectore contendiſſe. Cum enim nouem (vt diximus) ſe pugnatores cuʒ Hectore profiterentur, conſilio Neſtoris, factuʒ eſt, vt ſortem quisq; ſuam in galeaʒ deijceret, ac cuius pma, educta foret, is in certamen cum Hectore deſcenderet.

Et pręlatus, antepoſitus alijs nulla re alia quam ſorte.

Sed tamen euentus, cum quadam illuſione īſultat Aiaci Vlyſſes, qui iactauerat ſe ſolum cum Hectore ſingulari certamine congredi auſum fuiſſe. Fortiſſime, ironicos eſt dictum. Qui tibi videris fortiſſimus, cum non ſis. Me miſerū, hęc lachrymans videtur pronunciaſſe Vlyſſes.

Quanto dolore, cum prępoſitio ſubaudiatur, vt cum quanto dolore intelligatur. Graium murus, Gręcorum propugnaculum. Eſt autem metaphora, qua maxime Achilles commendatur. Referrem, reportarem corpus humo ſublatum. Hoc autem facto ſe maxime dignum Achillis armis Vlyſſes oſtendit. His humeris, indicans humeros ſuos hęc dicit Vlyſſes. Eſt autem pulchra anadiploſis, quę manifeſte ab Aiace obiecta diluit, et ſe aptum eſſe ad ea gerenda arma oſtendit. Laboro, exopto ſtudeo, enitor. Senſurus, cogniturus, intellecturus.

Et Charopē, fatisq; immitibus Ennomō actū,
Quiq; minus celebres nr̄a ſub męnibus vrbis
Procubuere manu. ſunt & mihi vulnera ciues
Ipſo pulchra loco. nec vanis credite verbis.
Aſpicite en (veſtēq; manu diduxit) & hęc ſūt
Pectora ſemper (ait) veſtris exercita rebus.
At nihil impendit per tot telamonius annos
Sanguinis in ſocios, & hēt ſine vulnere corpus.
Quid tamen hoc refert, ſi ſe pro claſſe pelasga
Arma tuliſſe refert cōtra Troasq;, Iouemq;?
Cōfiteorq; tulit. neq; enim benefacta maligne
Detrectare meuʒ eſt. modo nec cōmunia ſolus
Occupet, atq; aliquem vobis q̄ʒ reddat honoreʒ.
Repulit Actorides ſub imagīe tutus Achillis
Troas ab arſuris cum defenſore carinis.
Auſum etiam Hectoreis ſolum concurrere telis
Se putat, oblitus regisq;, ducisq;, meiq;
Nonus in officio, & pręlatus munere ſortis.
Sed tamen euentus veſtrę fortiſſime pugnę
Quis fuit? Hector abit violatus vulnere nullo.
Me miſerum, quanto cogor meminiſſe dolore
Temporis illius, quo Graium murus Achilles
Procubuit, nec me lachrymę, luctusq;, timorq;,
Tardarunt quin corpus homo ſublime referrē
His hūeris. his inq̄ humeris, ego corpus Achillis
Et ſimul arma tuli, quę nūc quoq; ferre laboro
Sunt mihi quę valeant in talia pondera vires.
Eſt animus certe veſtros ſenſurus honores.
Scilicet idcirco pro nato cęrula mater
Ambitioſa ſuo fuit, vt cęleſtia dona
Artis opus tantę rudis, & ſine pectore miles
Indueret? neq; enim clypei cęlamina nouit.
Oceanum, & terras, cumq; alto ſydera cęlo

Veſtros honores, cęlaturam armoruʒ ſummo cum honore mihi a vobis adiudicatorum. Scilicet idcirco, ironia qua Aiacem in contemptum Vlyſſes adducit. Cęrula mater, Thetis, quę cum Hector Patroclo interfecto armis Achillis foret potitus, rogauit Vulcanum vt filio ſuo ſcutum, galeam, tibialia, ac thoracem decentia fabricaret. Ille vero cuʒ alta, tum ſcutum ea arte Expoliuit, vt in eo cęlum cum quatuor elementis ſpectarentur. Eorum autem artificium non intellectum iri ab Aiace Vlyſſes ait, cum et ingenio careat, ē omni doctrina. Sine pe. ingenio. Cęlamina, cęlaturam ē ſculpturam. Oceanum et terras, cęlaturam clypei dſcribit Ouid. ab Homero ſūptuʒ. Pleiadas Hyadasq; ſic Homerus. πληιάδας θ' ὑάδας τε τό τε σθένος ὠρίωνος. Immunemq; ęquoris Arcton, Arctos minor eſt vrſa, vt ſuperius quoque diximus, quę curus quoque (vt Homerus ſcribit) cognominatur. Solum autem ex omnibus hoc ſydus nunquam occidit, ac idcirco ab Homero quoque ęquoris expers dicitur eſſe. οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο. id eſt. Hęc autem ſola expers lauacrorum Oceani. Diuerſasq; vrbes, in ſcuto Achillis duę diuerſę vrbes a Vulcano (vt narrat Homerus) cęlatę fuerunt quarum altera pace frui, altera bello et obſidione premi videtur. Nam

Scutum Achillis

Cęlami

Arctos

in altera nuptię atq; conuiuia celebrantur, iudi ciaq; exercent. altera duo exercitus et quidem in ter ſe diſſidentes obſidere videntur. Quid? quod me duri, ſic ab Aiace ſibi obiecta refutat Vlyſſes, vt illum in odium contemptumq; adducat. Nam obiecta ſibi eſſe cum Achille communia oſtendit.

Ego ſum maturi or illo, ego citius q̃: Achilles ad bellum ve ni. Cum tanto vi ro, quantus fuit Achil les. Neue in me ſto lidę, Aiacem in con temptum adducit, q̃ tanta ſit ſtulticia vt ea dixerit, quę in ſu dicum pudorem re cidere poſſint. Nam ſi inquit mihi turpe eſt accuſaſſe Palame dem, turpe itidem vo bis eſt eum damnaſ ſe. Hęc enim duo ſe inuicem confirmant, ac ſub eandem ratio nem cadunt, vt cle. tradit. An falſo Palamedem, hoc en thymemate oſtendit. Vlyſſes non minus principibus Gręcis, turpe fuiſſe Palame dem damnare, q̃ ſi bi accuſare, eſt autem αντιθετον quo ma xime enthymemata exornantur. Sed neq; Naupliades, Pa

Nauplia des

lamedes Nauplij fili us. Se autem Vlyſſes ita purgat, vt oſten dat Palamedem in manifeſta proditiōe fuiſſe depręhenſum, id quod principibus q̃s Grecis gratum eſſe ſciebat, ne innocentē damnaſſe ibiq; vide rentur. Pretio, au ro, quod in tentorio Palamedis fuit depę henſum, cum illuc opera Vlyſſis foret importatum. Nec Poeantiadē, quę de Philoctete ſibi ſunt obiecta refellit Vlyſſes, ac ſe cō ſenſu principum in Lemno inſula illum reliqſſe ait. Eſſe reus merui, debeo accuſari. Conſenſi ſtis enim, vt illum in Lemno relinquerem curan dum. Feros dolores, acerbos cruciatus. Quę quoniam vates, in fatis erat Troiam ſine Hercu

Pleiadas, Hyadaſq;, immuneq; ęquoris Arcton,
Diuerſaſq; vrbes, nitidumq; Orionis enſem,
Poſtulat, vt capiat quę non intelligit arma.
Quid? q̃ me duri fugientem munera belli
Arguit incoepto ſerum acceſſiſſe labori?
Nec ſe magnanimo maledicere ſentit Achilli.
Si ſimulaſſe vocas crimen, ſimulauimus ambo.
Si mora pro culpa eſt, ego ſum maturior illo.
Me pia detinuit coniunx. pia mater Achillē,
Primaq; ſunt illi data tempora, cętera vobis.
Haud timeo, ſi iam nequeā defendere crimen
Cum tanto commune viro. deprenſus Vlyſſis
Ingenio tamen eſt ille, at non Aiacis, Vlyſſes.
Ne ue in me ſtolidę conuitia fundere linguę
Admiremur eum, vobis quoq; digna pudore
Obijcit. an falſo Palameden crimine turpe eſt
Accuſaſſe mihi? vobis damnaſſe decorum?
Sed neq; Naupliades facinus defendere tantū,
Tamq; patens valuit, nec vos audiſtis in illo
Crimina. vidiſtis, pretioq; obiecta patebant.
Nec Poeantiaden, q̃ habet Vulcania Lemnos
Eſſe reus merui, crimen defendite veſtrum,
(Conſenſiſtis enim) nec me ſuaſiſſe negabo,
Vt ſe ſubtraheret belliq;, vięq; labori,
Tentaretq; feros requie lenire dolores,
Paruit, & viuit. non hęc ſententia tantum eſt
Fida, ſed & fœlix cum ſit, facit eſſe fidelem.
Quem qm̄ vates delenda ad pergama poſcunt
Ne mandate mihi? melius Telamonius ibit,
Eloquioq; virum morbis, iraq; furentem
Molliet, aut aliqua perducet callidus arte.
Ante retro Simois fluet, & ſine frondibus Ide
Stabit, & auxilium promittet Achaia Troię,
Quam ceſſante meo pro veſtris pectore rebus
Aiacis ſtolidi Danais ſolertia proſit.
Sis licet infeſtus ſocijs, regiq;, mihiq;

lis ſagittis quę Philoctetę traditę fuerant, capi nō poſſe. Idcircoq; oportebat Philoctetem cum ſagit tis ipſis bello Troiano intereſſe. Medius Telamo nius ibit, pulchra ironia, q̃ Aiacem deridet Vlyſſes vt inertē atq; ingenio, eloq̄ntiaq; carentem. Elo quioq; eloquētia qua prius caret. Aliq̃ arte, aliq̃ fraude, cū tardus ſit, et hebes. Hęc nāq; oīa ironice dr̄. Ante re. ſi. flu. ante reg: nā mutabitur, q̃ nobis Aiacis ingeniū pdes ſe poſſit. Et ſi. frō. arboribus. A pte nā q̃ totū intelligimus.

Achaia, Grecia.

Meo pe. mea prudē tia. ſolertia, inge nij acumen. Sis li. inſe. apoſtrophe ad Philoctetē, qua ſigt ſe Vlyſſes eloquētia ſua multum Grecorum rebus prodeſſe poſſe, ac Philoctetem quāli bet ſibi iratum pla caturū, ac ſecum ad Troianum bellū adu cturum pollicet. So cijs, grecis. Regiq;, Agamēnoni. Exe crere, deteſteris. Me umq; deuoueas ſine fine caput, hoc ē q̄uis aſſidue mihi mala i precaris, atq; ea oīa facias quę ſolent a capitalibus inimi cis fieri, et optari, te tū eloquentia mea placabo. Te tamen aggrediar, verbis et oratione, hoc eſt allo quar. Tamq; tuis potiar ſagittis, ſic ire pte mea tuas ſagit tas habebo, vt habui et Helenum vatem egregiū, et Palladium q̃ niſi hoſtibus ab ſtuliſſes. Troia nūq̃ capi potuiſſet. Ex ar te aūt Vlyſſes ea repe tit merita quę exerci tui Grecorū gratiſſi ma fuerit. Paueat for. dūmodo ſubintelligat.

Dardanio vate. piphraſis eſt Heleni vatis egre gij Nam Helenus Priāi fuit filius vaticinandi arte inſignis. vt ex carmine quoq; Virgiliano eſt no tum Qui ab Vlyſſe captus oīa Troianorū fata reuelare coactus eſt. Retexit, aperuit. Signum

penetrale Phrygię Minerue, Palladium, quod Vlyſſes vna cum Diomede cęſis ſummę cuſtodibus arcis rapuit, cum oraculum eſſet capi Troiam non poſſe quādiu in ea Palladium ipſum ſeruaretur.

Et ſe mihi comparat Aiax, affectui, et indignationi ſeruit illa et copula. Nempe capi Troiam, artificioſe in cōmemoratione Palladij ablati immoratur Vlyſſes, cum ſine illo Troia capi nō poſſet, nec ſine maximo periculo Troianis auferri. Per excubias, per vigilias ē cuſtodias hoſtium. Ex arte autem exagerat hoc factum Vlyſſes, vt oſtendat ſe auctorem fuiſſe Troię capiundę. Sua ęde, ſuo templo. Lęua, manu ſiniſtra.

Taurorum tergora ſeptem, hoc eſt ſcutum ſeptem corijs boum tectum. Illa nocte mihi, ſe rapiendo Palladium Vlyſſes colligit auctorem fuiſſe victorię Troianę. Tydiden meum, Diomeden mihi amicum.

In illo, Palladio a nobis rapto. Minorem, inferiorem.

ſapiente, eloquēte omnis enim eloq̄ns ſapiens eſſe exiſtimatur. Pro claſſe, pro claſſis defenſione.

Indomitę, dextrę viribus ratione carētibus ac temeritati.

Ipſe quoq; hęc peteret, arma Achillis.

Moderatior aiax, Oilei filius, qui inter fortes ab Homero numeratur. Ex arte autem ſibi iudices cōciliat Vlyſſes, illos tū a modeſtia, tum a virtute laudando.

Eurypi- Eurypylusq; ferox,
li duo

Eurypyli duo ad bellum Traianum profecti ſunt, alter Herculis filius ex Co inſula augurio inſignis, alter Euemonis filius ex Ormenio vrbe, qui (vt ſcrib. Homerus) cum quadraginta nauibus in expeditionem Troianam Agamemnona eſt ſecutus. Is cum viribus plurimum poſſet, arma tamen Achillis non popoſcit. Claroque Andremone natus, periphraſis Thoantis, Nam (vt in ſecundo narrat Homerus) Thoas Andremonis filius princeps Aetolorum ad bellum Troianum cum quadraginta nauibus eſt profectus. Thoas

Dure Philoctete, licet execrere, meumq;
Demoneas ſine fine caput, cupiasq; dolenti
Me tibi forte dari, noſtrumq; haurire cruorē,
Te tamen aggrediar, mecumq; reducere nitar.
Vtq; tui mihi, ſic fiat tibi copia noſtrum,
Tamq; tuis potiar (faueat fortuna) ſagittis,
Quam ſum Dardanio, quē coepi, vate potitus.
Quam reſponſa Deum, Troianaq; fata retexi,
Quā rapui Phrygię ſignū penetrale Mineruę
Hoſtibus e medijs, & ſe mihi comparat Aiax.
Nempe capi Troiā prohibebant fata ſine illo.
Fortis vbi eſt Aiax? vbi ſunt ingentia magni
Verba viri? cur hic metuit? cur audet Vlyſſes
Ire per excubias? & ſe committere nocti?
Perq; feros enſes, non tantum moenia Troum,
Verum etiam ſummas arces intrare, ſuaq;
Eripere ęde Deam, raptamq; auferre p hoſtes.
Quę niſi feciſſem, fruſtra Telamone creatus
Geſtaſſet lęua taurorum tergora ſeptem,
Illa nocte mihi Troię victoria parta eſt,
Pergama tunc vici, cum vinci poſſe coegi.
Deſine Tydiden, vultuq;, & murmure nobis
Oſtentare meum, pars eſt ſua laudis in illo.
Nec tu, cum ſocia clypeum pro claſſe tenebas,
Solus eras. tibi turba comes, mihi cōtigit vnus
Qui niſi pugnacem ſciret ſapiente minorem
Eſſe nec indomitę deberi pręmia dextrę,
Ipſe quoq; hęc peteret, peteret moderatior Aiax.
Eurypylusq; ferox, claroq; Andremōe natus.
Nec minus Idomeneus, patriaq; creatus eadē
Meriones. peteret maioris frater Atridę.
Quippe manu fortes, nec ſunt tibi Marte ſcđi
Conſilijs ceſſere meis. tibi dextera bello
Vtilis, ingenium eſt, q̄ eget moderamine nr̄o.
Tu vires ſine mente geris, mihi cura futuri.
Tu pugnare potes, pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides, tu tantum corpore prodes,

Nec minus Idomeneus, necnon etiam. Idomeneum autem Lyctiis fuiſſe, ac Cretenſibus imperaſſe, in expeditione que Troiana vna cum Merione, quo auriga vtebatur fortiſſime ſe geſſiſſe, et Homeri et Virgilij carminibus notiſſimum eſt. Patria eadem, ambo namque Lyctij fuerunt. Idomeneus,


Peteret maioris frater Atridę, Menelaus Agamemnonis frater. Nec ſunt tibi Marte ſecundi, nec ſunt pugnando inferiores. Conſilijs meis, meę prudētię. Ingenium quod eget moderamie noſtro, ſed coniunctio ſubintelligatur. Vires enim corporis Aiaci concedit Vlyſſes ceterum ſerocī ingenio quod ſuo regimine indigeat, illum prędiutum eſſe ait. Sine mente, ſine ingenio, et prudentia. Eſt autē pulchra comparatio, qua ſe Vlyſſes Aiace multo pręſtantiorē eſſe oſtendit. Mihi cura futuri, ego inquit proſpicio futura, quod nemo niſi prudentia pollens facere poteſt. Temperat, regit et gubernat. Pectora potiora manu, ingenij acumina viribus corporis meliora.

Vigor omnis in illis, omnis inquit virtus in ingenij acumine conſiſtit. At vos o proceres, artificioſe in peroratione Vlyſſes, et quędam ex pręſtantioribus meritis ſuis commemorat, et iudices rogat, vt ſe habeant cōmendatum

commendatum, ſibique Achillis arma velint adiudicare. Vigili veſtro, ei qui pro vobis libenter vigilare conſuevit. Tot annorum, decem enim annos pro Grȩcis ſollicitus fuerat: Vlyſſes.
Hunc titulum, hunc honorem. Iam labor in fine eſt, ſcite. nam finito labori prȩmium debetur, Obſtantia fata remoui, ex arte id quod maximum eſt iterum commemorat Vlyſſes, vt oſtendat ſe auctorem fuiſſe, vt Troia capi poſſit. Poſſe capi faciendo, vt capi poſſet in ſoluta diceretur oratione.
Perque Deos oro, per palladem, cuius ſimulachrum Troianis abſtulerat.
Siquid adhuc ſupereſt, reſtat.
Siquid adhuc audax, in quo conficiundo audacia opus ſit. Ex prȩcipitiq; petendum, ex periculoſo loco ſumendum. Fatis Troiȩ, fatis prohibentibus ne Troia capiatur. Huic date, digito et manu palladium quod Troianis abſtulerat Vlyſſes indicauit.
Mota manus procerum eſt, commota et perſuaſa fuit principum Grȩcorum multitudo Vlyſſis oratione. Et quid facundia poſſet Tunc patuit, tunc inquit manifeſtum fuit quantum eloquentia valeat in animis hominum flectendis. Tulit, habuit. Grȩci nanque Achillis fortiſſimi viri arma Vlyſſi potius ob facundiam q̃ fortitudinem adiudicarunt. Inuictumq; virum vicit dolor, ſtulte dictum eſſe videtur. Quo nanque modo eum dolor vincat, qui vinci non poteſt? sed aut ante, aut alioq eſt ſubaudiendum, vt intelligamus, alioqui, antea inuictũ Aiacem a dolore et indignatione fuiſſe ſeparatus.
Et meus hic certe eſt, illa et copula maxima ſignificat indignatione Aiacem fuiſſe vexatum.
Tum demum, tunc ſolum. Qua patuit,

Aiax in Hyacinthum

Nos animo. quãtoq; rates qui temperat, anteit
Remigis officium, quanto dux milite maior,
Tñ ego te ſupero. nec non in corpore noſtro
Pectora ſunt potiora manu, vigor oĩs in illis.
At vos o proceres vigili date prȩmia veſtro,
Proq; tot annorum curis, quos anxius egi,
Hunc titulũ meritis penſandũ reddite noſtris.
Iam labor in fine eſt. obſtantia fata remoui,
Altaq; poſſe capi faciendo, pergama cepi.
Per ſpes nunc ſocias, caſtraq; mȩnia Troum,
Perq; Deos oro, quos hoſti nuper ademi,
Et ſi quid ſupereſt, quod ſit ſapienter agendũ,
Si qd adhuc audax, ex prȩcipitiq; petendũ eſt,
Si Troiȩ fatis aliquid reſtare putatis,
Eſte mei memores, aut ſi mihi nõ datis arma.
Huic date, & oſtendit ſignum fatale Mineruȩ.



Mota manus pcerũ eſt. & quid facũdia poſſet,
Tunc patuit, fortiſq; viri tulit arma diſertus.
Hectora qui ſolus, qui ferrũ, ignemq;, Iouẽq;

quatenus patuit, et ceſſit ferro. Educere, extrahere. De Oebalio vulnere, de ſanguine Hyacinthi Oebaly, qui (vt in decimo narrauit poeta) in florem purpureũ ab Apolline amatore fuit conuerſus. Littera communis, in folijs inquit illius floris in quem Aiax fuit conuerſus, litera communis eſt, ẽ Hyacinthi pueri querelis et nomini Aiacis. Nam in illo flore (vt in decimo quoque diximus) inſcriptȩ videntur hȩ duȩ literȩ grȩcȩ. αι. quȩ in diphthongum coagmentatȩ, et querimoniȩ ſunt idicas, et in hoc nomine αιαξ primȩ. Hic autem illud quoq; aperte colligitur eos magnopere decipi qui putant hya in decimo eſſe legendum, easq; literas in flore inſcriptas. Illuȩ vero florem poſt Aiacis mortem primuȩ apud ſe natum Salamini aſſerunt, ut Pauſanias ſcribit. eſſe autem album ſubrubicundum, lilioq; minorem, ac folijs literas ineſſe quȩ i Hyacinthis legantur.
Hȩc nominis, Aiacis. Illa querelȩ, Hyacinthi qui gemens ac clamans αι αι extinctus eſt.

Fabulȩ ſecundȩ libri decimitertij argumentum.

LACTA.

VICTOR ad Hypſipyles patriam etc. Vlyſſes poſtquã Philoctetȩ ſagittas ipſo comitante in caſtra Graiorum pertulit, qbus Iliũ captum eſt, pda diues Hecuba Priami cõiunx Vlyſſi ſorte ceſſit, quȩ nouiſſime acerbitatibus interitum Aſtyanactis et polyxenȩ, quȩ in buſtis Achillis fuerat īterempta mȩrens claſſis Thraciȩ cum eſſet appulſa, ex reliquis liberis, qui reſtabant, orbȩ, Polydorum apud Polymeſtora, qui clam fuerat educatus putabat incolumẽ permanere. quȩ dum ſpaciatur in littore animaduertit eum aquȩ fluctibus in aridum delectum. Polymeſtor autem propter aurum, quod cum infante polydoro ci

Suſtinuit toties, vnam non ſuſtinet iram.
Inuictumq; virum vicit dolor. arripit enſem.
Et meus hic certe eſt. ē ꝑ hūc ſibi poſcit Vlyſſes
Hoc ait vtendum eſt in me mihi, quiq; cruore
Sępe phrygū maduit, dñi nunc cęde madebit
Ne quiſq̄ Aiacem poſſit ſuperare, niſi Aiax,
Dixit, ꝑ in pectus tum demū vulnera paſſum
Qua patuit ferro, letalem condidit enſem.
Nec valuere manus infixum educere ferrum.
Expulit ipſe cruor, rubefactaq; ſanguine tellus
Purpureum viridi genuit de ceſpite florem,
Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.
Littera communis medijs pueroq;, viroq;
Inſcripta eſt folijs. hęc nominis, illa querelę.
Victor ad Hypſipyles pr̄iam, clariq; Thoantis
Et veterum terras infames cęde virorum,
Vela dat. vt referat Tirynthia tela ſagittas,
Quę poſtq̄ ad Graios dño comitante reuexit,
Impoſita eſt ſero tandē manus vltima bello.
Troia ſimul, Priamusq; cadūt. Priameia cōiūx
Perdidit infelix hominis poſt omnia formaʒ,
Externaſq; nouo latratu terruit auras.
Longus in anguſtuʒ qua clauditur Helleſpontus
Ilion ardebat, neq; adhuc conſederat ignis,
Exiguumq; ſenis Priami Iouis ara cruorem
Combiberat, tractuſq; comis Antiſtita Phębi
Non profecturas tendebat ad ęthera palmas.
Dardanidas matres patriorum ſigna Deorum
Dum licet amplexas, ſuccenſaq; tēpla tenentes
Inuidioſa trahunt victores pręmia Graij.
Mittitur Aſtyanax illis de turribus, vnde
Pugnantem pro ſe, proauitaq; regna tuentem
Sępe videre prēm monſtratū a matre ſolebat.
Iamq; vlam ſuadet, Boreas, flatuq; ſecundo
Carbaſa mota ſonant, Ruit et vti nauita ventis.

traditum fuerat, auaritia quoq; facinoris euʒ interfecit. Et vt Iudicia quoq; facinoris cęlari poſſent, eum in profundum pręcipitauit. Quod vt Hecuba ſupradicta ciſſei filia comperit, pro pollicitatione curauit, vt perueniret ad Polymeſtorem dicens ſe velle adijcere ſuper hod ante dederat auꝝ. quo facilius nati cęlarentur indicia. Et tyrannus verum eſſe exiſtimans petenti ſecretū colloquium dedit. Hecuba nacta locuʒ lumina ei abſtulit, quam Thraces dum proſequuntur ſaxis, verſa eſt in canis figuram.

RAPH. Hecuba in caneʒ

VICTOR ad Hypſipyles, Hecubę in canes Metamorphoſin apte cum ſuperioribus connectit poeta. Nā Vlyſſes poſt adeptaʒ armorum achillis victoriam in Lemnuʒ ad Philoctetem cum Herculis ſagittis adducenduʒ miſſus fuit. Quo aducto ac Troia tandē incenſa cum Gręci claſſem ī Thraciaʒ appuliſſēt, Prolyxenam Priami atq; Hecubę filiā manibus Achillis expoſcentibus imolarūt, cuius corpus lotura cum ad littus Hecuba acceſſiſſet, forte polydori filij a Polymeſtore Thracię rege īteremptī cadauer ibi conſpicata, vlciſci tātum ſcelus decreuit. Nam Priamus Polymeſtori tanq̄ amico belli euentū ignorās cum multis pecunijs Polydoꝝ natu minimum filiorum commendarat, vt ſiquid vrbi accideret ſuoruʒ aliquis ſupereſſet. Hecuba igitur accerſitū ad ſe Polymeſtora ſub ſpe theſauri indicandi, vna cum alijs mulieribus captiuis excęcauit. Quare cū Thraces ipſam lapidibus inſectarentur in illos latrare cępit. voluntate Deorum in canem conuerſa. Victor, Vlyſſes in certamine armorum Achillis victor. Vela dat, nauigat. Ad Hypſipyles patriaʒ, periphraſis eſt Lemni inſulę. nam Hypſi-

Polydori cędes Hypſipyle

pyle filia Thoantis Lemnioꝝ regis in Lemno regnauit. Et veterum terras infames, Lemnię mulieres cuʒ Venerem in adulterio deprehenſam cum Marte contemnerent, in ſe Deę iram concitarunt, nam Venus hircino odore illis immiſſo effecit, vt a maritis ſpernerentur Quare de illis cū ad bella aduerſus Thraces gerenda profecti eſſent interficiendis cum primum rediſſent, vxores cōſilium inierunt. Quod quidem cum reliquę effeciſſent, ſola Hypſipyle Thoanti patri pepercit.

Tirynthia tela ſagittarum Herculis ē Expoſitio. Dño, Philoctetę, cui moriens hercules donauerat ſagittas. Manus vltima, finis. Externas auras, externum aerem, Nam Hecuba in Thracia in canem fuit transformata. Longus Helleſpontus, mare ē helleſpōtus anguſtū et longum Aſiaʒ ab Europa diſterminās. Dictus eſt autem Helleſpōtus ab Helle Phrixi ſorore, quę in illo ſubmerſa eſt. Qua clauditur in anguſtum, vbi cogitur in anguſtum et ſtrictū. anguſtatur autē maxime Helleſpontus illic vbi olim fuerunt Sextos et Abydos. ad Helleſpontum auteʒ vſq; Troas vbi fuit Ilium protenditur.

Helleſpōtus

Conſederat ceſſauerat, extinctus erat.

Iouis ara, ad quā Priamus ipſe fuerat interfectus vt carmine quoq; Virg. eſt notum. Exiguum cruorem, in ſenibus parum eſſe ſanguinis Phyſici aiunt. Antiſtita Caſſandra Phębi ſacerdos. Signa, ſtatuas, ſimulachra. Tenentes, colentes, amplectentes. Inuidioſa pręmia, prędā inuidię plenam. Mittitur Aſtyanax illis. Aſtyanax Hectoris ex andromache fuit filius ſic dictus ꝙ vrbi videretur īperaturus. Nam αστυ vrbs αναξ rex interpretatꝰ. Is ab Vlyſſe

Aſtyanax

poſt Troię direptionem ex altiſſima turri fuit p cipitatus. Tuentem, defendentem. Carbaſa mota ſo. vela a ventis cómota ſtrepunt. Ventis, vẽtorũ cõmoditate. Troia vale, ordo eſt, Troades et mulieres Troianę clamant, Troia vale, rapimur, et vi abducimur. Prenſantẽ tumulos, amplectentem filiorũ ſepulchra Hecubam.

les, vt in primo Iliados narrat Homerus. Religarat, religari iuſſerat. Referebat, repręſentabat, pręſe ferebat. Petijt, aggreſſus eſt, inuaſit.

Immemoresq; mei, Achillis vmbra Gręcos ingratitudinis accuſat. Obruta, ſepulta. Ne facite, ne ſitis in me ingrati.

Tróia vale rapimuir, clamãt. dãt oſcula terrę
Troades, & patrię fumantia tecta relinquunt.
Vltima conſcendit claſſem mirabile viſu
In medijs Hecube natorum inuenta ſepulchris.
Prenſantem tumulos, atq; oſſibus oſcula dãtẽ
Dulichię traxere manus. tamen vnius hauſit.
Inq; ſinu cineres ſecum tulit Hectoris hauſtos.
Hectoris in tumulo canum de vertice crinem
Inferias inopes, crinem, lachrymasq; reliquit.
Eſt vbi Troia fuit, phrygię contraria tellus
Biſtonijs habitata viris. polymeſtoris illic
Regia diues erat, cui te cõmiſit alendum
Clã Polydore pr̃, Phrygijsq; remouit ab armis
Conſiliũ ſapiens, ſceleris niſi prẽmia, magnas
Adieciſſet opes, animi irritamen auari.
Vt cecidit fortuna Phrygũ, capit ipius enſem
Rex Thracum, iuguloq; ſui demiſit alumni.
Et tanq̃ tolli cum corpore crimina poſſent,
Exanimem ſcopulo ſubiectas miſit in vndas.
Littore Threicio claſſem religarat Atrides,
Dum mare pacatum, dũ ventus amicior eẽt.
Hic ſubito quantus, cum viueret, eſſe ſolebat,
Exit humo late rupta, ſimiliſq; minanti
Temporis illius vultum referebat Achilles,
Quo ferus iniuſto petiit Agamemnona ferro.
Immemoreſq; mei diſceditis inquit Achiui?



Obrutaq; eſt mecum virtutis gratia noſtrę?

Dulichię tra.ma. Vlyſſes. Nam Hecuba illi forte obtigerat. Hauſit, accepit. Hectoris, in tumulo, Anadiploſis ad miſerationem accõmodata. Canum de vertice crinem, reciſum ſubaudiamus. Inferias inopes. i. ſacrificia inopum & pauperiorũ. Eſt vbi Troia fuit. Thraciam e regione Troadis eẽ ait. Contraria, ex aduerſo atq; e regiõe poſita. Biſtonijs viris, Thracibus. Nam Biſtonia vrbs ẽ Thracię a Biſtone Martis et Callirhoes filio cognominata, vnde et Biſtones et Biſtonij Thraces dñr. Thracia aũt Helleſponto a Phrygia ſeparatur.

Thracia

Biſtonia

Polymeſtoris illic, Polymeſtor rex fuit Thracię auaritia et Polydori cęde famoſiſſimus. Hęc autem de Euripidis Hecuba ab Oui. ſumpta eſſe videnẽ. Conſilium ſapiens, acclamatio eſt, qua Priami prudentia cõmendatur.

Polymeſtor

Irritamen, puocationem. Iugulo, in iugulum. Exanime, mortuũ. Cadauer aũt Polydori in mare iecit Polymeſtor. Sui alumni, Polydori quem a patre alendum nutriẽdumq; ſuſceperat.

Quo petijt Agamẽnona, quo tempore ob Briſeidem raptas in Agamemnonem ſtrinxit enſes Achil-

Vlq; meum non ſit ſine honore ſepulchrũ, hoc eſt, vt meum honorẽ ſepulchrum. Mactata Polyxena, imolata. Polyxena vero quę multorũ hoſpita interpretatur filia fuit Priami ex Hecuba, quã Achilles et viuus amauit, et mortuus ſibi imolari efflagitauit. Parentibus, obedientibus. Immiti vmbrę, crudeli, quę ſibi virginẽ imolari volebat. Ad tumulus, ad ſepulchrũ Achillis, quod in Sigeo pmõtorio erat.

Polyxena

Diro buſto, ſepulchro crudelium & dirorũ manium, qui ſibi virginem imolari iubebant. Quę memor ipſa ſui, ſuę generoſitatis. Poſt quã crudelibus aris Admota ẽ, poſtquã crudeliter ad aras fuit adducta, eſt. n. hypallage. Fera ſacra crudelia vt pote quibus ipſa interficiebatur. Neoptolemus, Pyrrhum achillis ex Deidamia filiũ, qui Neoptolemus fuit appellatus, quod iuuenis admodũ ad bellum Troianum eſt profectus. νεος nãq; iuuenis ſeu nouus, πτολεμος qui frequẽtius πολεμος dicitur bellum interpretaẽ. Pyrrhus autem ruffis capillis fuit cognominatus, πυρος nãq; Gręci ruffum appellãt. Ferrũ, enſem quo ipſa erat iugulanda. Vtere iã dudum, ꝗ forti animo Polyxena eſſet,

Neoptolemus

Pyrrhus

Generoſus

hic facile colligit, ꝙ Pyrrhum hortat, vt ſe cito velit imolare. Iamdudũ, cito. Generoſo ſanguine meo, ſanguine, quę ſum generoſa. Generoſi vocãt, qui a nobilibus maioribus genus ducunt.

Nulla mora eſt, in me ſubaudiatur. Conde, conijce, imitte. Inguluꝫ ſimul, hęc a poeta dicta non ſunt. ſed ſicut ſerat redimebat et auro, quando ingt mater mea poterat, non lachrymis ſolum. ſed etiam auro ſuorum cadauera ab hoſtibus redimebat. Quas illa tenebat, mira puellę conſtantia exprimitur, quę tam intrepide mortem exciperet. Prębita exhibita. Defecto poplite, deficientibus genubus.

Ne facite, vtq; meũ nõ ſit ſine honore ſepulchꝛ:
Placet Achilleos mactata Polyxena manes.
Dixit. ꝙ immiti ſocijs parentibus vmbrę
Rapta ſinu matris, quã iã prope ſola fouebat.
Fortis, ⁊ infelix, ꝙ pluſquam foemina virgo
Ducitur ad tumulum, diroq; fit hoſtia buſto.
Quę memor ipſa ſui, poſtq̃ crudelibus aris
Admota eſt, ſenſitq; ſibi fera ſacra parari,
Vtq; Neoptolemum ſtantem, ferrumq; tenẽtẽ.
Vtq; ſuo vidit figentem lumina vultu,
Vtere iam dudum generoſo ſanguine dixit.
Nulla mora eſt. aut tu iugulo, vel pectore telũ
Conde meo, iugulumq; ſimul. pectuſq; retexit.
Scilicet haud vlli ſeruire Polyxena vellem.
Haud per tale ſactum numen placabitis vllũ.
Mors tantum vellem matrẽ mea fallere poſſet.
Mater obeſt, minuitq; necis mihi gaudia, q̃uis
Non mea mors illi, verũ ſua vita gemenda eſt.
Vos modo, ne ſtygios adeã nõ libera manes,
Eſte procul, ſi iuſta peto, tactũq; viriles
Virgineo remouete manus. acceptior illi,
Quiſquis is eſt, quẽ cęde mea placare paratis,
Liber erit ſanguis. ſi quos tamen vltima noſtri
Verba mouent oris, Priami vos filia regis,
Nunc captiua rogat, genitrici corpus ineptum
Reddite, neve auro redimat ius triſte ſepulchri
Sꝫ lachrymis. tũc cũ poterat, redimebat ⁊ auro.
Dixerat, ꝙ populus lachrymas, q̃s illa tenebat,
Non tenet. ipſe etiam flens, inuitusq; ſacerdos
Prębita coniecto rupit pręcordia ferro.
Illa ſuper terram defecto poplite labens,
Pertulit intrepidos ad fata nouiſſima vultus.
Tunc quoq; cura fuit, partes velare tegendas,
Cum caderet, caſtiq; decus ſeruare pudoris.
Troades excipiunt, deploratoſq; recenſent
Priamidas, ꝙ qd dederit domus vna cruoris.
Teq; gemunt virgo, teq; o modo regia coniũx.
Regia dicta parens. Aſię florentis imago.
Nunc etiã prędę mala ſors, quã victor Vlyſſes
Eſſe ſuam nollet, niſi ꝙ tamen Hectora partu
Ediderat, dñm matri vix repperit Hector.
Quę corpus cõplexa animę tam fortis inane,

q̃ vt ſit admonendũ. Scilicet haud vlli, nulli certe ingt ſeruire vellẽ cũ ſim Polyxena Priami regis filia. Scilicet, certe, aſſeuerantis eſt aduerbiũ. Haud vlli, nulli. Polyxena, emphaſis eſt, ac ſi dicere, Priami regis filia. Hectoriſq; ſoror.

Pellicet

Per tale factum, per meam cędẽ. legit et sacrũ. Figurata ẽt oratione vtit Polyxena qua tametſi nihil de morte curare videat, innuit tñ cęde ſua nullum numen iri placatum, eoq; ſe non eſſe imolandã. Fallere, latere. Se aũt Polyxena in matrem piam oſtendit, cum de illa ſola ſe dicat eſſe ſollicitam. Hęc vero ex Hecuba Eurypidis ſumpta eſſe videnẽ.

Mater obeſt, dolor quo mater afficitur morte mea aiũ meũ cruciet. Vos modo ne ſtygios, rogat Polyxena ne quiſq̃ virorum ſe tangat, vt inuiolata ad inferos deſcendat. Ne non libera, vt libera moriar. Acceptior, gratior. Quiſquis is eſt, ſiue Deus, ſiue heros, ignorat enim Polyxena, quem cęde ſua ſint placaturi.

Si quos tñ vltima noſtri, patheticos et affectus plena oratio Polyxenę attribuitur, qua nõ amici modo, verũ hoſtes quoque lachrymare cogunẽ. Ius ſepulchri, facultatem ſepeliendi. Tunc cũ po

Ad fata no. vſque ad mortem. Tunc quo. cu. fu. hoc idem et Eurypides ſcribit, quã curam Iulio q̃z Cęſari fuiſſe narrat Tranquillus, vt togã ad pedes demitteret, quo a piuratoribus vulneratus honeſtius caderet. Partes tegendas. pudendas.

Troades exc. ſuſcipiunt iacens Polyxenę cadauer. Recenſent recognoſcunt, enumerant, id quod in nenijs et fletibus fiebat. Quid cruoris, quantum ſanguinis, nam Priamidę oẽs fuerunt, interfecti.

Teq; gemunt virgo, apoſtrophe ad Polyxenam atq; Hecubam, quę pauloante Aſię regina vocabatur. Deplorat autẽ illius calamitatẽ poeta, quam omnes captiuam propter ſenectutem aſpernabantur. Aſię florentis imago, de maxima felicitate in maximam calamitatem cecidiſſe Hecubã poeta oſtendit. Aſia autẽ dicta eſt ab Aſia Promethei filia, matreq; Atlantis. Quidam ἀπὸ τῆς ἀσίας hoc eſt a cęno, quod multũ coeni habeat, dictã putant. Nũc etiã pdę mala ſors, ſed vel aũt, taliſue cõſtructio ſubaudiat ita ſenſu exigẽte, nã Hecuba pauloañ quidem erat regia cõiũx, regia parens, Aſię florentis imago. Nunc aũt eſt etiaꝫ pdę mala ſors, quã omnes aſpernabantur.

Aſia

banbit. Niſi quod tamen Hectoris partu Edide rat, ratio, qua motus Vlyſſes eam accepit captiuã.

Animę tam fortis inane, tam conſtãti anima vacuum. Oſculaq; ore tegit, parua polyxenę ora. Eſt enim ab ore diminutiuum hoc loco oſculũ. Plangit, Percutit. Conſueta, plangi et percuti ſi lorum cędibus. Caniciem ſuam, caput ſuum canum. Solebãt autem priſci in maximis doloribus caput puluere deturpare. Cõcreto, coagulato. Vertẽs, voluẽs.

Nata tuę, pathetica oratio querelis, doloribusq; accommodata. Nata iaces, repetitio lugenti Hecubę, quę ex tam feliciſſimo ſtatu in tantã ceciderat miſeriã maxime conueniens.

Tuum pectus, vulnere transfixum ſubaudiatur. Mea vulnera, meos dolores.

Orbator nři, q nos liberis orbauit atque ſpoliauit. Paridis, Phębiq; ſagittis, diri gente nanq; Paridis ſagittas Appolline, vt et Homerus et Virg. ſcribũt Achilles fuit interfectus. Mi, mihi. In genus hoc, in genus noſtrum. Vellicatur autem hoc loco Ouidi. a Scauro apud Senecam, quod neſciat relinquere qđ bene ceſſit. Cum eniz inqt, polyxena eẽt adducta tumulo Achillis imolãda, Hecuba dixit. Cinis ipſe ſepulti In genus hoc ſęuit, poterat eſſe contentus. adiecit Tumulo quoq; ſenſimus hoſtem. Neq; hoc contentus adiecit. Aeacide foecũda fui. Aiebat Scaurus non minus magnam virtutem eſſe ſcire deſinere, q̃ ſcire dicere, ſed hoc oratori magiſquam poetę preceptum eſt. Tumulo q̃ȝ ſenſimus

Quas toties prę dederat natiſq;, viroq; (fundit
Huic q̃ȝ dat lachrymas, lachrymas in vulnera
Oſculaq; ore tegit, cõſuetaq; pectora plangit,
Caniciemq; ſuam cõcreto in ſanguine verrẽns
Plura quidem, ſed & hec laniato pectore dixit.
Nata tuę (qd eni ſupeſt?) dolor vltime mřis.
Nata iaces, videoq; tuum mea vulnera pectus.
Et ne perdiderim quenq̃ ſine cęde meorum,
Tu quoq; vulnus habes. at te q̃ȝ foemina, rebar
A ferro tutam, cecidiſti & foemina ferro.
Totq; tuos idem fratres, te perdidit idem
Exitium Troię, noſtriq; orbator Achilles.
At poſtq̃ cecidit Paridis, Phębiq; ſagittis,
Nunc certe dixi, non eſt metuendus Achilles.
Nunc q̃ȝ mi metuẽdus erat. cinis ipſe ſepulti
In genus hoc ſęuit, tumulo q̃ȝ ſenſimus hoſtẽ.
Aeacidę foecunda fui. iacet Ilion ingens,
Euentuq; graui finita eſt publica clades.
Sed finita tamen, ſoli mihi pergama reſtant,
In curſuq; meus dolor eſt. modo maxima rer͛
Tot generis, natiſq; potens, nuribusq;, viroq;,
Nũc trahor exul, inops, tumulis auulſa meor͛,
Penelopę munus, q̃ me data penſa trahentem
Matribus oñdens Ithacis. Hęc Hectoris illa eſt
Clara parens, hęc eſt dicet priameia coniunx.
Poſtq; tot amiſſos tu nunc, quę ſola leuabas
Maternos luctus, hoſtilia buſta piaſti.
Inferias hoſti peperi. quo ferrea reſto?
Quid ve moror? q̃ me ſeruas dãnoſa ſenectus?
Quo Dij crudeles? niſi quo noua funera cernã,
Viuacem differtis anum? quis poſſe putaret
Felicem Priamum poſt diruta pergama dici?
Felix morte ſua eſt. nec te mea nata peremptã
Aſpicit, & vitam pariter, regnumq; reliquit.
At puto funeribus dotabere regia virgo,
Condeturq; tuũ monumentis corpus auitis.
Nõ hęc eſt fortuna domus. tibi munera nřis
Contingent fletus, peregrineq; hauſtus harenę.
Omnia perdidimus. ſupeſt cur viuere tẽpus
In breue ſuſtineam. proles gratiſſima matri
Nunc ſolus. quondã minimus de ſtipite virili,
Has datus Iſmario regi polydorus in oras.

hoſtem, in tumulo & ſepulchro exiſtentem. Aeacidę foecunda fui, ad Achillis voluptatem multos peperi filios. Euentu graui, exitu pnicioſo. Sed finita tamen, ſtulte hoc dictum eſſe videtur. Si.n. finita ſunt pergama, quo modo reſtant? An delecta quidem ſunt, ſed Hecubę reſtare videntur, quia hoſtes perinde in eã ſęuiunt, ac ſi pergama ipſa ſtarent.

Soli mihi, nam pinde in me ſęuiunt hoſtes atq; ſi finis nõ eſſet impoſitus bello.

In curſu. in perſeuerantia. Neq; enim finitur. Modo maxima rerum, ex quã felicitate in quas miſerias reciderit, flebiliter Hecuba commemorat. Tot generis, natiſque potens, Hecuba Priamo ſeptem filias et duodecim filios peperiſſe ſcribitur. Ex alijs nãq; mulieribus reliqs ad qnquaginta vſq; Priamus ſuſcepit.

Nunc trahor, diſſolutum eſt maxime querimonijs conueniens. Leuabas, diminuebas leues reddebas. Hoſtilia buſta, hoſtiũ ſepulchra et manes. Piaſti, placaſti. Eſt aũt apoſtrophe ad polyxenã commiſerationis plena. Quo ferrea reſto, ad quem vitę exitum dura ego ac in meipſam crudelis reſeruor. Quid ve moror? expecto.

Differtis, in longum tempus producitis. Viuacẽ anũ, me vetulam diu viuẽtem. Nec te mea nata, rationibus colligit Hecuba Priamũ inter felices numerãdum. At puto funeribus dotabere, exequiarum honoribus ornaberis. Eſt autem hrõia q̃ ſignificat hecuba Polyxenã ẽ funeris, et ſepulturę

honore caritura*m*. Haustus, a corpho, atq; iniectio. Terra nanq; mortuis iniiciebatur. Superest cur viuere tempus, ve tot filiis inquit meis Hecuba solus restat polydorus polymestori regi commendatus. Sed decipitur Hecuba, iam enim a polymestore fuerat interfectus. Datus, missus.

Polydorus polymestori commēdatus

educādam susceperat, interfectorem. Hostem, catuli raptorem. Animorum, magnitudinis ac prestantie animi sui. Nam se monstrare, ait vel simile verbum, quod eleganter pretermittitur. est subaudiendum. Latens, occultum.

Ismarus

Ismario regi, polymestori Thracie regi. nam Ismarus Thracie mons est. De hoc autem polydoro sic et Virgilius in tertio Aeneidos scribit. Hunc polydorum auri quondam cum pondere magno Infelix priamus furtis mandarat alendum Threicio regi. cum iam diffideret armis Dardanie, cingiq; vrbem obsidione videret. Ille ut opes fracte Teucrum, et fortuna recessit, Res Agamemnonias, victriciaq; arma secutus, Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, et auro vi potitur, quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Et sparsos sanguine, infectos sanguine, cadauera autem antiqui abluebant. Introrsus obortas, intus natas. Deuorat, consumit. Modo, interdum. Aduersa terra, in Troade vbi fuit Troia e regione Thracie sita.

Polymestoris excecatio

Toruos vultus, tristitia efferatos.

Positi, iacentis.

Maneret, esset.

In imagine, in imaginatione et cognitione pene, qua polymestorem afficere posset. Vtq; furit, sequit Hac autem similitudine ostendit poeta, quam tam iram, indignationemq; conceperit Hecuba aduersus polymestorem filii, quem

Quid moror interea crudelia vulnera lymphis
Abluere: & sparsos immiti sanguine vultus?
Dixit, & ad littus passu procedit anili
Albentes lacerata comas. date Troades vrnas
Dixerat infelix, liquidas hauriret vt vndas.
Aspicit eiectum polydori in littore corpus,
Factaq; Threiciis ingentia vulnera telis.
Troades exclamant. obmutuit illa dolore,
Et pariter vocē lachrymasq; introrsus obortas
Deuorat ipse dolor, duroq; simillima saxo
Torpet, & aduersa figit modo lumina terra,
Interdum toruos extollit ad ethera vultus,
Nūc positi spectat vultum, nūc vulnera nati,
Vulnera precipue, seq; armat, & instruit ira.
Qua simul exarsit, tanq̄ regina maneret,
Vlcisci statuit, peneq; in imagine tota est.
Vtq; furit catulo lactente orbata Leena.
Signaq; nacta pedū sequitur, quē nō videt, hostē,
Sic Hecube, postq̄ cum luctu miscuit iram,
Non oblita animorū, annorum oblita suorum
Vadit ad artificem dire polymestora cedis,
Colloquiumq; petit. nam se monstrare relictum
Velle latens illi, quod nato redderet, aurum.
Credidit Odrysius, predeq; assuetus amore,
In secreta venit. tum blando callidus ore,
Tolle moras Hecube dixit, da munera nato.
Omne fore illius quod das, quod & an̄ dedisti,
Per superos iuro spectat truculenta loquentem,
Falsaq; iurantem, tumidaq; exestuat ira.
Atq; ita correpto, captiuarum agmina matrū
Inuocat, & digitos in perfida lumina condit,
Expilatq; genis oculos, facit ira valentem.
Immergitq; manus, foedataq; sanguine sonti
Nō lumē (neq; enī superest) loca luminis hau
Clade sui Thracū gens irritata tyranni (rit.
Troada telorum, lapidumq; incessere iactu
Cepit. at hec missum rauco cū murmure saxū
Morsibus insequitur, rictuq; ad verba parato
Latrauit conata loqui locus extat, et ex re
Nomen habet, veterisq; diu memor illa malorū
Tum q̄s Sithonios vlulauit mesta per agros,
Illius Troasq; suos, hostesq; pelasgos,

Odrysius, Polymestor Thracius. nam Odryse (vt in superioribus quoque scripsimus) sunt populi Thracie et odrysa vrbs eorum.

Odrys[...]

Spectat truculenta, indignata, toruum prese ferens aspectum. Nam truculentus dicitur aspectu ferox atq; terribilis, quales tauri sunt.

Troad[...]

Falsa iurantem, peierantem. Tumida ira, ab effectu que tumidos et inflatos homines reddit.

Correpto, comprehenso polymestore. In perfida lumina, in perfidi polymestoris oculos. Est enim hypallage.

Expilat, extrahit, eruit. Facit ira valentem, parenthesis tacite obiectioni occurrens. Sanguine sonti, sanguine nocentis ac scelerati polymestoris.

Lumen, oculos.

Superest, saluus est. Haurit, percutit, aperit. Troada, hecubam Troianam. Incessere, irritare, prouocare, inuadere. Rauco cum murmure, cum Hecuba noce canina. iam canem enim in canem fuerat conuersa. Et ex re nomen habet, nam κυνὸς σῆμα appellatur, idest canis sepulchrum. Est autem in chersoneso Thracia iuxta Abydum, vt Strabo refert. Per Sithonios agros, Thracios nam Sithonia ps est Thracie. Illius Troasq; suos, hec ad connectendam Memno-

Incesse[...]

Hecuba[...]

Cani[...]

Et pulchr[...]

Sithonia

nis cinerum in aues cum ſuperiore Metamorphoſin a poeta inſeruntur. Vt et ipſa Iouis, Iunone quę Troianorum adeo atrox erat inimica.

Fabulę tertię libri.xiij.argumentum.

LACT. NON vacat aurorę &c. Memnon Tithoni Auroręq; filius Priamo ferens auxilium ab Achille occiditur, mater ergo precibus pro aſſiduo officio inducende lucis ab Ioue Ipetrat, vt fauillę eius adu-ſto rogo, pariterq; ſorores in volucres cõuertantur, Memnonides nomine, quę memores belli quot annis ad ſepulchrum eius conueniunt, et inter ſe dimicantes ſanguine ſuo manibus eius frequētes parentant. Et ipſa mater eius matutinis tēporibus lachrymas deſyderio filij ſui Mēnonis transformat in rorem, quod tamen monumentum in Phrygia conſtitit patruus eius, vt heſiodus vult.

RAPH. Mēnon NON vacat Aurorę, Mēnon Tithoni atq; Aurorę filius, cum in bello Troiano ab Achille fuiſſet interfectus, mater Iouem rogauit, vt aliq̄ eum efficeret honore. Iuppiter autē fauillas rogi ipſius cõgregatas, eiusq; ſocios in aues cõuertauit, quę Memnonides a Memnone vocatę, ſingulis quibusq; annis ad ſepulchrum illius acriter inter ſe pugnantes duci ſuo parentare videntur.

Mēnõis cineres aues

Quanquam iiſdem fauerat armis, propter Tithonum maritum, qui Laomedontis fuerat filius, ac Priami frater. Lutea mater, Aurora ipſa Memnonis mater rutila ac rubicunda. Non ſuſtinuit, non potuit. Parēs,

Tithonus

cauſa cur non ſuſtinuerit ſpectare, quia parens.

Omnibus inferior, in ſoluta oratione omnium infima diceretur. Aureus ęther. Splendidum cęlum. Nam mihi ſunt, parentheſis cauſam continens cur Aurora omnium Dearum ſit infima. Dies ſacrificos, in quibus mihi ſit ſacrificandum.

Illius fortuna Deos quoq; mouerat omnes.
Sic omnes, vt & ipſa Iouis coniunxq;, ſororq;
Euentus Hecubam meruiſſe negauerit illos.
Non vacat Aurorę, q̄q̄ iiſdem fauerat armis,
Cladibus, & caſu Troięq;, Hecubęq; moueri.
Cura deam propior, luctusq; domeſticus angit
Mēnonis amiſſi. Phrygiis quem lutea cāpis,
Vidit Achillea pereuntem cuſpide mater.
Vidit, & ille collor, quo matutina rubeſcunt
Tempora, palluerat. latuitq; ī nubibus ęther.
At non impoſitos ſupremis ignibus artus
Suſtinuit ſpectare parens, ſed crine ſoluto,
Sicut erat, magni genibus procumbere nõ eſt
Dedignata Iouis, lachrymisq; has adderẽ voces.
Omnibus inferior, quas ſuſtinet aureus ęther.
(Nam mihi ſunt totũ rariſſima tēpla p orbē)
Diua tamen veni. non vt delubra, dieſq;
Des mihi ſacrificos, caliturasq; ignibus aras.
Si tñ aſpicias, quantum tibi foemina pręſtes,
Tum cum luce noua, noctis confinia ſeruo,
Pręmia dāda putes. ſed non ea cura. neq; hic ē
Nūc ſtatus Aurorę meritos vt poſcat honores.
Memnonis orba mei, venio, qui fortia fruſtra
Pro patruo tulit arma ſuo, primisq; ſub annis
Occidit a forti (ſic Dij voluiſtis) Achille.
Da precor huic aliquem ſolatia mortis honorē
Summe Deũ rector, maternaq; vulnera leni.
Iuppiter annuerat. cum Mēnonis arduus alto
Corruit igne rogus, nigriq; volumina fumi
Infecere diem, veluti cum flumina natas
Exhalant nebulas, nec Sol admittitur infra.
Atra fauilla volat, glomerataq; corpus in vnũ
Denſatur, faciemq; capit, ſumitq; colorem.
Atq; animum ex igni, leuitas ſua prębuit alas.
Et primo ſimilis volucri. mox vera volucris
Inſonuit pennis. pariter ſonuere ſorores
Innumerę, quibus eſt eadem natalis origo.
Terq; rogũ luſtrant, & conſonus exit in auras
Ter plangor. quarto ſeducunt caſtra volatu.
Tunc duo diuerſa populi de parte feroces
Bella gerunt, roſtrisq; & aduncis vnguibus iras
Exercent, alasq;, aduerſaq; pectora laſſant.

Ignibus, ſacrificijs

Aſpicias, conſyderes.

Quantũ ti. foe. prę. quantum tibi pſtem, quis foemina ſim. Noctis cõfinia ſeruo, hoc eſt cuſtodio ne nox ſuos fines trāſeat. Niſi enim Aurora vigilans eſſet, nox ſemp videret duratura.

Orba, priuata. Fruſtra, q: et ipſe fuit interfectus, et Troia euerſa. Pro patruo ſuo Priamo. A forti Achille interfectus, percuſſus, ſimileue participium ſubaudiat.

Maternaq; vulnera leni, maternos dolores mitiga. Volumina, reuolutiones. Infecere, obſcurauere, & nigrauere. Exhalant, emittunt. Infra, nebulas ſubaudiendum. Glomerataq;, congregata.

Faciem capit, figuram, ac formam accipit. Atque animum ex igni, ſcite. Anima nanque vt flamma ſemper eſt in motu, vnde philoſophorum quidam dixerunt animam eſſe ignem.

Leuitas ſua prębuit alas, id eſt ppria fauillę leuitas alas effecit. Quibus eſt eadem natalis origo, nā et ipsę ex fauillis ſunt ortę. Luſtrant, circumuolāt.

Plangor, clangor. Seducunt caſtra, ſeparant caſtra, et diuidunt ſe in duas partes. Diuerſa de parte, ex partibus aduerſis. Cognata, ſimul nata.

Prępetibus ſubitis, ſubito natis alitibus. Auctor, Memnon earum origo. Memnonides.n.a Memnone fuerunt cognominatę, vt pauloante diximus, et ipſe poeta aperte teſtatur. More parentali, more eorum qui inferis parentant. Parentalia vero proprie dicuntur ſacrificia, quę manibus fiunt. Rebellant, bellum iterum inter ſe ſuſcipiunt.

Memnonides — Parentalia

ra patrem, Æneam ex incendio Troiano, et ſacra Deę Veſtę et pſes Anchiſen abſtuliſſe, Aſcaniumque abduxiſſe, carmine quoque Virgiliano eſt notum. Et ſacra altera, neque enim minus pium eſt parentibus quam ſacris auxilium ferre. Cythereius heros, Æneas Veneris, quę et Cytherea dicitur, filius. Prędam illam, ſacra et patrem.

Inferięque cadunt cineri cognata ſepulto
Corpora, ſeque viro forti meminere creatas,
Prępetibus ſubitis nomen facit auctor, ab illo
Memnonides dictę. cum Sol duodena peregit
Signa, parentali moriturę more rebellant.
Ergo alijs latraſſe Dymantida flebile viſum eſt.
Luctibus eſt aurora ſuis intenta, piasque
Nunc quoque dat lachrymas, et toto rorat in orbe.



Non tamen euerſam Troię cum mœnibus eſſe
Spem quoque fata ſinunt, ſacra et ſacra altera patrem
Fert humeris venerabile onus Cythereius heros,
De tantis opibus prędam prius eligit illam,
Aſcaniumque ſuum, profugaque per ęquora claſſe
Fert ab Antandro, ſceleratamque littora Thracum,
Et Polydoreo manantem ſanguine terram
Linquit, et vtilibus ventis, ęſtuque ſecundo
Intrat Apollineam ſocijs comitantibus vrbem.
Hunc Anius, quo rege homines, antiſtite phœbus
Rite colebatur, temploque, domoque recepit,
Vrbemque oſtendit, delubraque nota duasque
Latona quondam ſtirpes pariente retentas.
Thure dato flammis, vinoque in thura profuſo,
Cęſarumque boum fibris de more crematis,
Regia tecta petunt, poſitiſque tapetibus altis

Dymantis — Dymantida, hecubam Dymantis filiam, quamquam alij, in primisque Euripides ac Virgilius Ciſſei regis Thracię filiam fuiſſe ſcribant.

Rorare — Rorat, rorem fundit.

Fabulę quartę lib. xiij. argumentum.

LACT. NON tamen &c. Æneas cum parente Anchiſe et filio Aſcanio profugus Delphos venit. Hic ab Anio ſacerdote Apollinis recipitur hoſpitio, quibus indicat quinque ſe filiarum parentem orbum relictum. Andrum.n.a quo Andros inſula reliquiſſe patriam huic vt Apollo dederit augurium, ſic Liberum dediſſe virginibus, vt contacta manibus earum in ſegetem, vinum, oleumque verterentur, eas Agamemnon. vt cœleſti munere exercitum aleret, cum vellet abducere, in inſulam eandem Andron profugiſſe. Hinc rurſus ne vinculis illigatę reperirentur potentia regis Agamemnonis, Liberi numen effecit ob miſericordiam et muneris ſui cauſam, vt in columbarum ſpeciem transferrentur.

Antandros — Fertur ab Antandro, Antandrus vrbs eſt ſub Ida, ab Antandro duce cognominata. Ariſtoteles autem ſcribit illam prius Edonida fuiſſe vocatam, quo tempore a Cimerijs inhabitabatur. Linquit, quis ibi iam vrbem Aeneam ędificaſſet, vt Vir. narrat. Apollineam vrbem, Delus Apollinis oraculo inſignem. Hunc

Anius — Anius, Deli regem fuiſſe, Apolliniſque ſacerdotem etiam Virgilius ſcribit. Rex Anius, rex idem hominum, Phœbique ſacerdos. Quo rege homines, vtebant eſt ſubaudiendum. Delubraque nota clara propter oraculum. Duas ſtirpes, duas arbores quas tenens, amplectenſque Latona Apollinem et Dianam enixa eſt.

Latonę partus — Retentas, alludit ad fabulam. Nam Iuno ita Latonam dicitur perſecuta, vt nuſquam quieſcere poſſet. Cum vero Delum conſcendiſſet, complexa duas arbores oliuam et palmam, vt poeta in ſexto narrat, Apollinem pepit atque Dianam. Thure dato flammis, hoc eſt ſacrificijs perfectis. Fibris crematis, exuſtis, combuſtis. Morem autem piorum hominum exprimit poeta, qui ante omnia Deos ſolent venerari, vt Virgilius quoque precipit. In primis venerare Deos.

RAPHA. NON tamen euerſam, Anij Apollinis Delij ſacerdotis filiarum Metamorphoſin in columbas deſcripturus poeta, Ænee pietatem prius, ad Delumque nauigationem commemorat, quo aptius fabulę connectantur. Sacra et ſacra alte-

Poſitis tapetibus, ſtratis tapetibus. Illos autem cœnaſſe ait. Tunc pius Anchiſes, inquit verbum ſimile eſſe ſubaudiendum, facile conſtat. Cum primum,

Munera cui liquido capiunt Cerealia Bacche
Tunc pius Anchiſes.o phoebi lecte ſacerdos
Fallor?an & natū, cū primū hęc mœnia vidi,
Bisq; duas natas,quantum reminiſcor hebas?
Huic Anius niueis circundata tempora vittis
Concutiens,& triſtis ait.non falleris heros
Maxime vidiſti natorum quinq; parentem,
Quē nūc tantā hoīes rerū incōſtantia verſat,
Pene vides orbū,quod enim mihi filius abſens
Auxilium?quem dicta ſuo de nomine tellus
Andros habet,p pře locūq; & regna tenentem?
Delius augurium dedit huic,dedit altera Liber
Fœmineę ſtirpi voto maiora,fideq;
Munera,nam tactu natarum cuncta mearū
In ſegetem,laticemq; meri,baccamq; Mineruę
Transformabantur,diuesq; erat vſus in illis.
Hoc vbi cognouit Troię populator Atrides,
(Ne non ex aliqua veſtrum ſenſiſſe procellam
Nos quoq; parte putes)armorū viribus vſus
Abſtrahit inuitas gremio genitoris, alantq;
Imperat argolicam cęleſti munere gentem.
Effugiunt quo quęq; poteſt. Euboea duabus,
Et totidem natis Andros fraterna petita eſt.
Miles adeſt,& ni dedantur,bella minatur.
Victa metu pietas conſortia corpora pœnę
Reddidit,& timido poſſes ignoſcere fratri.
Non hic Aeneas,non qui defenderet Andron
Hector erat p quos decimū duraſtis in annum
Iamq; parabantur captiuis vincla lacertis.
Ille attollentes etiam nunc libera cęlo
Brachia,Bacche pater fer opem dixere,tulitq;
Muneris auctor opem (ſi miro perdere more
Ferre vocatur opem) nec qua ratione figuras
Perdiderint potui ſcire,aut nūc dicere poſſum.
Summa mali nota eſt.pēnas ſumpſere,tuęq;
Coniugis in volucres niueas abiere columbas.

primum,quando primum. Bisq; duas natas, Anius quatuor habuit filias,quibus Bacchus conceſſit,vt quicqd tangerent in frumentum,vel vinum,vel oleum commutaretur. Eas cum Agamēnon vi ducere vellet in expeditionem Troianas, vt exercitum alerent,Bacchi auxilio in columbas fuiſſe conuerſas fabulantur. Vidiſti parentem,me ſubaudiamus. Pene orbū, fere carentem filijs. Tanta inconſtantia,inſtabilitas fortunę.Eſt autem acclamatio ſenis grauitati maxime conueniens. Quod.n.mihi filius abſens Auxilium,nulli inquit ſibi eſſe auxilio filium abſentem quis ſit viuus. Andros habet, Andros inſula ē vna ex Cycladibus, ab Andro Anij filio, vt ſcribit Ouidius,vt alij Eurymachi, denominata. Augurium, auguriorum ac vaticinandi peritiam. Voto maiora fideq;,hoc eſt maiora q̄ quis ex petere aut credere debeat. Laticem meri, vinum. Baccamq; Mineruę,oliuā; Pallas enim oliuam extulit in lucem. Diues vſus,opulēta vtilitas. Troię populator Atrides Agamemnon Troię depredator. Ne non putes,vt putes. Euboea duabus,euboea inſula eſt Boeotię adiacens admodum lōga. vnde et Macris fuit quondam appellata, et Macra, id eſt longa vt tradit Plinius,ſed et chalchodotis, et chalcis, ęre ibi primum reperto et abantis, et aſopis. Pietas,Andri,fris ī ſorores. conſortia corpora,ſorores. Per quos, quorum virtute. Captiuis lacertis, captiuarum brachiis. Miro more,mira modo. Perdere, deſtruere, delere. Ferre vocatur opem, ac ſi diceret Anius, perdere miro modo non eſſe opem ferre. Tuę

Andros

Anij filiarum tactu omnia in fruges mutari

Eubuea

Anij filię in colūbas

coniugis.Veneris. Nam Veneri columbę ſunt dicatę. Abiere,conuerſę fuere.

Fabulę quintę,xiij.libri argumentum.

TALibus atq; &c. Diſcedentes ab Anio Anchiſes et Æneas inuicem munera dant accipiuntq;,in quibus fuit crater Aeneę datus ab Alcone Lydio cęlatus. Anius autem a Therſe Boeotio acceperat,in quo ſculptę erant Thebę et Orionis filię, quę pro populo Thebano paſſę erant immolari, et harum proci cum mulieribus aduſti eſſent duo adoleſcentes inde increuerunt, qui ex virginum nomine coronę ſunt nominati. LACT.

TALibus atq; aliis,hęc idcirco a poeta narrantur,vt aptius ſequentem Metamorphoſin cum ſuperiore connectat. Nam Thebani cum peſtilentia laborarēt oraculum acceperūt eam eſſe ceſſaturam, ſi ſe duę virgines p populo deuouerent. Duę autem Echionis filię cum ſe immolandas tradidiſſent,iāq; cremarentur, duo iuuenes, qui Stephani, hoc eſt coronę ſunt vocati, de rogi fauilla viſi ſunt exire,exequiasq; matrū celebrare. Antiquā matrem, Italiam,vnā Dardanus in Phrygiā fuerat profectus. Sic et Virgilius, Dardanię duri, quę vos a ſtirpe parentum. Prima tulit tellus,eadem vos vbere lęto Accipiet reduces,antiquam exquirite matrē.Hic domus Ænee cunctis dominabiē ānis.Et natorum, et qui naſcentur ab illis. Nepoti.Aſcanio. Iſmenius,Thebanus.ab Iſmeno Boetię fluuio. Alcō Myleus,non mylei filius, ſed a patria ſic cognominatus,mylę namq; nomen eſt duarum vrbiū, quarum altera eſt in Sicilia altera in Theſſalia. Duo autem fuerunt Alcones clari,hic argentari, RAPH.

Alcon Mylę

ni faber, et alter Cretenſis arte ſagittandi inſignis. Longo argumento, prolixa materia: Vrbs erat, in illo cratere cęlata. Thebe autem Boeotię fuerunt ſculptę. Hę pro nomine erant, nam ſeptem portę ſignificant eas eſſe Thebas Boeotias. Thebe Boeotię Thebe enim Boeotię ſeptem portas habuiſſe dicuntur. Effuſeque comas, diffuſas et ſparſas comas et pectora aperta habentes. Eſt enim ſinegdoche poetica. Lambunt arentia ſaxa, herbę nanq; omnes aruerant. Natas ab Echione, filias Echionis Thebani legimus et Orione. Non foemineum, timidũ, ſed virile et audax. Coronas, latine dixit, nam apud Gręcos stephani vocantur. Summus, in ſummitate.

Fabulę ſecundę deci mitertij libri argumentum.

LACT. HACTEnus &c. Petens inſulam Cretã, et hinc Italiam ſupradicti, vt aliquando errores poſitis ędibus ſiſtire poſſent multis regionibus tranſitis Ambraciam adeunt a Dijs ꝑ certamen potitam, in qua Ambraciæ imaginem in ſaxum cõſpiciunt figuratam, hinc in Aoniam in quam oraculum Iouis dati aſpiciunt Moloſſi regis filios, qui ſine flamma dũ conſumerentur immortalium numine factum eſt, vt in auium figuras mutarentur.

RAPH. HACtenus antiquo, ſigna inquit hactenus enumerata in antiquo ęre ſculpta erant, ſed crateris ſummitas inaurato achanto cingebatur. Signis, ſimulachris. Erat aſper, cęlatus. Nam vaſa cęlata aſpera ſunt. Inaurato acantho, acanthus frutex eſt ſpinoſus ſemper florens. Virg. in georgicis. Et baccas ſemper florentis acanthi. acãthus Leniora, minora. Remittunt, retribuunt. Inde recordati teucros, apollinis oraculum non percipiẽtes Troiani in Cretam nauigarunt. Primam enĩ originem ſe putabant ducere a Teucro Scamandri Cretenſis filio, qui in Phrygiam profectus arcẽ (Index in ſaxum — Filij Moloſſi)

Talibus, atq; alijs, poſtquam conuiuia dictis
Implerunt, menſa ſomnum petiere remota.
Cumq; die ſurgunt, adeuntq; oracula Phoebi.
Qui petere antiquã matrem, cognataq; iuſſit
Littora proſequitur rex, & dat munus ituris.
Anchiſę ſceptrũ, chlamydẽ, pharetrãq; nepoti,
Craterẽ ęneę, quem quondã miſerat illi
Hoſpes ab Aonijs Therſes Iſmenius oris.
Miſerat hunc illi Therſes; fabricauerat Alcon
Myleus, & longo cęlauerat argumento.
Vrbs erat, & ſeptem poſſes oſtendere portas,
Hę pro nomine erant, & quę foret illa, docebãt.
Ante vrbem exequię tumuliq; ignesq; rogiq;
Effuſeq; comas, & apertę pectora matres
Significãt luctũ, Nymphę quoq; flere videntur,
Siccatosq; queri fontes. ſine frondibus arbor
Nuda riget. lambunt arentia ſaxa capellę.
Ecce facit medijs natas ab Echione Thebis,
Hanc nõ foemineum iugulo dare pectus aptő.
Illam demiſſo per fortia pectora telo
Pro populo cecidiſſe ſuo, pulchrisq; per vrbes
Funeribus ferri, celebriq; in parte cremari.
Tum de virginea geminos exire fauilla.
Ne genus intereat, iuuenes, quos fama Coronas
Nominat, & cineri materno ducere pompas.
Hactenus antiquo ſignis fulgentibus ęre
Summus inaurato crater erat aſper Acantho.
Nec leniora datis Troiani dona remittunt,
Dantq; ſacerdoti cuſtodem thuris acerram,
Dant paterã, claramq; auro, gemmisq; coronã.

Troianam ędificauit. Sed ante eũ Dardanus eã loca iam coeperat habitare. Iouem, aeiem, nam (vt ſcribit Virg.) peſtilentia laborare coeperunt. in aeri

Centum inclytis vrbibus, Creta inſula Hecatompolis ab Homero vocatur, q centum vrbibus fuerit ornata. Creta hecatõpolis Auſonios, Italos. Auſonia nãq; Italia ab Auſonibus populis fuit cognominata. auſonia Strophadũ q; receptos, Strophades inſulę ſunt ĩ mari Ionio duę iuxta Zacinthum ἀπὸ τῆς στροφῆς, hoc ẽ a cõuerſione dictę; et Calais dictę, nam illuc vsq; Harpyas perſecuta retro rediere. Strophades Aello, nomen eſt vnius Harpyiarũ, quę tres eſſe finguntur, Neptuni et terrę filię, Aello, Ocypite, et Celeno. Harpyię tres

Et iam Dulichios por. Dulichium, Ithaca. Samus inſulę sũt in Ionio mari, quibus imperauit Vlyſſes. Samus quidem inſula eſt in mari Ionio tetrapolis, hoc eſt quatuor vrbium, e quibus vna Same vocatur. Vnde Virg. Iam medio apparet cur ſu nemoroſa Zacynthos, Dulychiumq; Sameq; & Neritos ardua ſaxis. Tametſi (vt Strab. narrat) Vrſis quoq; interdum Samos vocetur. Eſt etiam Samos inſula Carię adiacẽs clariſſima, quę prius ẽ Parthenia, et Dryuſa, et Anthemuſa, et Melamphylos fuit appellata. Sciendu3 eſt aũt Samos a priſcis Gręcis editiora et altiora loca arcibus ſtruendis apta conſueſſe vocari, vt idem Strabo inquit. Dulichiũ Ithaca Samus Neritiasq; domos. Neritus et mons eſt in Ithaca inſula, et vrbs (vt Strabo refert) quę et Leucas appellatur, vnde Neritium poſſeſſiuũ. Neritus Certatam lite Deorũ Ambraciam, Ambracia vrbs eſt Epiri ab Ambrace Teſproti filio dicta, vel (vt alij dicunt) ab Ambracia Aegęi filia, quam Auguſtus apud actium promontorium, victo Antonio, amplificauit vna cum templo apollinis Actiaci, eãq; Nicopolis appellauit, hoc eſt victorię vrbẽ. Ab ambracia vero ſinus dr ambracius anguſtis admodum faucibus ſpatioſus ꝗ̃ accipies. Certatã, pcipius ſinus ambracia Nicopolis ambraci us ſinus

contra grāmaticos rationem formatū, de qua Dij certarūt. Qui vero fuerint Dij illi ac iudex, q in ſaxum fuit mutatus non memini me legiſſe. Ab apolline, ob apollinis actiaci templum. illuc enim ad quinquennales ludos multi populi confluebāt.

Actiaci

Actiaco, qui apud actium colebatur. actium ſane et vrbis et tēpli et ꝓmontorij nomē ē, vnde actiacum dicitur. Terram Dodonida. Dodone vrbs eſt Epiri, vnde Iuppiter Dodoneus. Dicta eſt autem a Dodone nympha, vel a Dodonō Iouis et Europę filio. Sua quercu, nā in nemore querno Dodonę vicino columbas dediſſe reſpōſa ex ſententia dodoneorum antiſtitū Herodotus ſcribit. q aſſeruere geminas ex aegypto colūbas euolaſſe vtranq; nigrā vnam quidē in africam, alteram vero ad ipſos, quę fago inſidens humana voce locuta ſit, eo loci Iouis oraculum conſtituere debere. et ſe interpretatos eſſe, quod ipſis annunciaretur diuinitus fieri, et ob id feſta fuiſſe. Dodoneū autē oraculum omnium Grecię oraculorum fuit vetuſtiſſimum. Chaoniosq; ſinus. Chaones populi ſunt Epiri. Vnde et Chaonia (vt ſcribit Pli.) fuit dicta. Quāuis Virgil. aſſerat a chaone Troiano fuiſſe cognominatam.

Dodone

Dodoneum oraculum

Chaonia

Inde recordati Teucros a ſanguine Teucri
Ducere principium Cretam tenuere, locíq;
Ferre diu nequiere Iouem, centumq; relictis
Vrbibus, Auſonios optant contingere portus.
Sęuit hyēs, iactatq; viros, ſtrophadúq; receptos
Portibus infidis exterruit ales Aello.
Et iam Dulichios portus, Ithacamq;, Samumq;,
Neritiasq; domos regnum fallacis Vlyſſei,
Prętereunt vecti certatam lite Deorum
Ambraciam, verſiq; vident ſub imagine ſaxū
Iudicis, Actiaco quę nunc ab Apolline nota ē
Vacalemq; ſua terram Dodonida quercu,
Chaoniosq; ſinus, vbi nati rege Moloſſo
Impia ſubiectis fugiere incendia pennis.
Proxima Phęacum felicibus obſita pomis
Rura petunt, Epiros ab his, regnataq; vati
Buthrotos Phrygio, ſimulataq; Troia tenetur.
Inde futurorum certi, quę cuncta fideli
Priamides Helenus monitu prędixerat, intrāt
Sicaniā, tribus hęc excurrit in ęquora linguis.
E quibus imbriferos eſt verſa pachynos ad Auſtros
Mollibus expoſitū zephyris Lilybeon ad Arctos
Aequoris expertes, ſpectat Boreamq; Pelorus.
Hanc ſubeunt Teucri remis, & ęſtuq; ſecundo
Sub noctem potitur zanclęa claſſis harena.
Scyla latus dextrum, lęuū irrequieta Charybdis
Infeſtant. vorat hęc raptas, reuomitq; carinas.
Illa feris atram canibus ſuccingitur aluum
Virginis ora gerens & (ſi non omnia vates
Ficta reliquerūt) aliquo quoq; tempore virgo.

copia eiuſdem Nereidis nulla fieret. qa feritas eius eſſet inuiſa, incenſus furore ſpelunca relicta palā proſiluit, vagatusq; per ſiluas conſpexit Galateam gremio acidis reſidentē annulum ſcopulum aetnę eos eiecit, cuius vi exterrita Galatea ſubiecto mari merſa eſt. Acis autem qui effugere impetum eius non potuit, obrutus ſaxo eſt, cuius cruor numine eiuſdem Galatee in flumen eiuſdē nois ſui eſt in Sicilia, viſus eſt, cuius liquori ſe iunxit voluptate.

Phęacum, phęaces populi Corcyrę inſulę dicti a phęace filio Neptuni, et Cercyrę, aſopi filię, a qua etiā inſula Cercyra fuit cognominata. Nam antea. Drepāe ē ſcheria vocabaē. De phęacum vero origine varię ſunt antiquorū opiones. Nā apolloni as ē Acuſilaus ex Vrani teſticulorꝫ exciſione guttas cecidiſſe ex quibus alij gigātes alij phęacas natos eſſe. His accedit alcęus, q ait phęacas habere genus ex Vrani guttis. Homerus autem ait phęacas Dijs gratos eſſe, quia a Neptuno originem ducunt. Epiros ab his poſt hęc. nā in Italiam nauigantibus a corcyra occurrit. Epirus regio, in qua eſt Buthrotus olim Romanorum Colonia. Nam Epiros et proprium eſt regionis ē generale nomē

RAPH.

Epiros

Buthrotus

Vbi nati rege Moloſſo, hęc fabula mihi eſt ignota. Significat autem poeta Moloſſi filios in aues fuiſſe conuerſos.

Proxima phęacum, Ænee nauigationem deſcribit poeta, quo in Siciliam tandem perueniat, vbi acis iuuenis in fluuiū ſui nois fuit conuerſus.

Fabulę ſeptimę decimę tertij libri argumentū.

PRoxima etc. acis fauni ſimethidesq; nymphę filius Galateam Nerei et Doridis filiam cum diligeret, nec minus ipſe ab ea peteretur, cyclops quia

ACTA.

ſignificatq; continentem et terram in ifinitum protenſam, vnde et ἤπειρος dicta eſt, quaſi ἄπειρος hoc eſt ifinita. Terra autem in tres Epiros ē continentes dicitur diuiſa, aſiam, Europam, africam.

Terra in tres Epiros

Buthrotos, buthrotos autem eſt vrbs haud longe a Corcyra diſtans, a primo habitatore ſic dicta. Phrygio vati Heleno Priami filio.

Sicaniam, Siciliam, quę tria habet promontoria, Pachynum, Lilybęum, et Pelorum. Tribus linguis, tribus promontorijs quorum Pachynus Grecīam, Lilybęum Africam, Pelorus Italiam ſpectat. E quibus Pachynos

Tria Sicilię ꝓmōtoria

verſa eſt figurata eſt locutio. verſa enim ad linguā refertur, non ad Pachynum. Ad auſtros, ad meridiem, vnde flat Auſter. Mollibus zephyris, molliter ac ſuauiter flantibus. Lilybeon, Lilybeū autem et vrbs eſt Siciliæ et promontorium occidentem verſus, vñ flat zephyrus ſpectās. Ad Arctos, ad ſeptētrionem. Peloros, Pelorus autem dictus ē a Peloro claſſis Hannibalis gubernatore ibi ſepulto.

Lilybeū

Pelorus

Zancle

rybdis. Quā dum pectidos, Galatea Nerei et Doridis fuit filia, quem amore Acidis capta Polyphemū Cyclopem ſe amantem fugiebat. ſed cū Cyclops eam in gremio Acidis, reſidentem deprehēdiſſet, ira correptus ingens ſaxum in illos conıecit, quo Acis obrutus (nā Galatea aufugerat) in fluuiū ſui nominis fuit cōuerſus. Et lachrymę vocem impediere loquētis, eleganter poeta mollis nymphę mores effingit. Marmoreo pollice, candidis digitis. Virgo, Scylla. Deā, Galateā. Nereis, Galatea Nerei filia. His ver. ſuccedit. Cratæide natā, Scyllā Phorci et Crataidis nymphę filiā. Cratis āt fluuius ē Calabrię, cuius filia mater Scyllę fuiſſe videtur. Nympha Simethide, Simethi fluuij filia. Et octonis, ſedecim annos natum Acim fuiſſe ſignificat. Dubia lanugine, adeo tenui, vt vix videretur, in dubio ꝙ eſſet, virum pubeſcere cępiſſet Acis.

Galatę et acidis amor

Cratis

Simethus

Zanclęa harena, Zancle vrbs eſt Sicilię a Zanclo gigante, vel a Zancle fonte dicta, vt ſcribit Hecateus. Alij autem ꝙ ibi Saturnus occultauit falcem, qua patris teſticulos amputauit. Nam Siculi falcem Zanclon vocant, vt Stephanus de claris vrbibus tradit. Strabo autem ſcribit eandem eſſe cum Meſſana a Meſſenis conditoribus ſic vocata. Zanclen vero antea vocatam, ꝙ in curuo littore ſita foret. Zanclia nanq; vocari curua. Scylla latus dextrum, duę fuerunt Scyllę a poetis decantatę, quarum altera Niſi filia in auem fuit commutata. altera Phorci filia in monſtrum, qđ in freto Siculo nauigantibus inſidiatur, cuius fabulam in principio libri ſequētis plene poeta exponit. Charybdis, hęc vetula fuit furaciſſima, quę cum Herculi boues furata eſſet, ab illo in fretum proiecta in monſtrum marinum fuit conuerſa, quod adhuc priſtinam retinet rapiendi naturam. nā illac tranſeuntes naues ad ſe rapit, deuoratq; ac reuomit. Vnde Seneca in Thyeſte. Quod rapax hauſit, reuomit ca

Duę Scyllę

Charybdis

Hanc multi petiere proci, quibus illa repulſis
Ad pelagi nymphas, pelagi gratiſſima nymphis
Ibat, & eluſos iuuenū narrabat amores.



Quam, dum pectendos pbet Galatea capillos,
Talibus alloquitur referens ſuſpiria dictis.
Te tamen o virgo genus haud immite virorū
Expetit, vtq; facis, potes his impune negare.
At mihi, cui pr̄ eſt Nereus, quē cęrula Doris
Enixa eſt, quę ſum turba quoq; tuta ſororum,
Non niſi per luctus licuit Cyclopis amorem
Effugere, & lachrymę vocē impediere loquētis.
Quas vbi marmoreo deterſit pollice virgo,
Et ſolata Deam eſt. refer gratiſſima dixit,
Neue tui cauſam tege, ſum tibi fida doloris.
Nereis his contra reſecuta Crateide natam eſt.
Acis erat Fauno, nymphaq; Simethide cretus,
Magna quidē patriſq; ſui, matriſq; voluptas.
Noſtra tamen maior. nā me ſibi iunxerat vni
Pulcher, & octonis iterum natalibus actis.
Signarat teneras dubia lanugine malas.
Hunc ego, me Cyclops nullo cum fine petebat.
Nec ſi quęſieris, odium Cyclopis, amorne
Acidis in nobis fuerit prǽſtantior, edam.
Par vtrumq; fuit. proh quanta potentia regni
Eſt Venus alma tui. nempe ille immitis, & ipſis
Horrendus ſiluis, & viſus ab hoſpite nullo
Impune, & magni cū Dijs cōtēptor Olympi
Quid ſit amor ſentit, noſtriq; cupidine captus

Nullo cum fine, ſine fine, id eſt vehemēter. Nec ſi quęſieris, vtrum maiori odio Cyclopem, an amore acidem proſequerer, ignorat. Nec edam, nec edere, et dicere poſſim. Prǽſtantior, maior, vehemētior. Par ſed vtrumq; fuit, ęquale vtrumq; fuit et odium quo Cyclopem, et amor quo acidem proſequebat Scylla. Impune, ſine pęna. Omnes enī ad ſe venientes interficiebat Polyphemus. Raſtris, pulchra emphaſis, qua capillorum Polyphemi et magnitudo, et denſitas innuitur, ut qui non pectinibus, ſed raſtris pecterentur. Et componere vultus, gratos efflare vultus

Vritur oblitus pecorum, antrorumq; ſuorum.
Iamq; tibi formę, iamq; eſt tibi cura placendi.
Iam rigidos pectis raſtris Polypheme capillos.
Iam libet hirſutam tibi falce recidere barbam,
Et ſpectare feros in aqua, & componere vultus.
Cędis amor, feritaſq;, ſitiſq; immenſa cruoris
Ceſſant. & tutę veniunt, abeuntq; carinę.
Telemus interea Siculum delatus in ęquor,
Telemus Eurymides, quē nulla fefellerat ales,
Terribilem Polyphemon adit, lumenq;, quod vnū
Fronte geris media, rapiet tibi dixit Vlyſſes.
Riſit, & o vatum ſtolidiſſime fallens (inquit)
Altera iam rapuit. ſic fruſtra vera monentem
Spernit, & aut gradiens ingenti littora paſſu
Degrauat. aut feſſus ſub opaca reuertit antra.
Prominet in pontum cuneatus acumine lōgo
Collis, vtrunq; latus circunfluit ęquoris vnda.
Huc ferus aſcendit Cyclops, mediuſq; reſedit.
Lanigerę pecudes nullo ducente ſecutę.
Cui poſtq̄ pinus, baculi quę prębuit vſum,
Ante pedes poſita eſt antennis apta ferendis,
Sumptaq; arūdinibus cōpacta eſt fiſtula cētū.
Senſerunt toti paſtoria ſibila montes.
Senſerunt vndę. latitans ego rupe, meiq;
Acidis in gremio reſidens, procul auribus hauſi
Talia dicta meis, auditaq; verba notaui.
Candidior folio niuei Galatea liguſtri.
Floridior prato, longa procerior alno,
Splendidior vitro tenero laſciuior hędo,
Leuior aſſiduo detritis ęquore conchis,
Solibus hybernis, ęſtiua gratior vmbra,
Nobilior pomis, platano conſpectior alta.
Lucidior glacie, matura dulcior vua,
Mollior & cygni plumis, & lacte coacto,
Et ſi non fugias, riguo formoſior horto.
Sęuior indomitis eadem Galatea iuuencis,
Durior annoſa quercu, fallacior vndis,
Lentior & ſalicis virgis, & vitibus albis,
His immobilior ſcopulis, violentior amne,
Laudato pauone ſuperbior, acrior igni,
Aſperior tribulis, foeta truculentior vrſa,
Surdior ęquoribus, calcato immitior hydro,
Et quod pręcipue (ſi poſſem) demere vellem,
Non tantum ceruo claris latratibus acto,
Verum etiam ventis, volucriq; fugatior aura.
At bene ſi noris, pigeat fugiſſe, moraſq;
Ipſa tuas damnes, & me retinere labores.

…noc hilbus et iucundos, vt amicę poſſit placere. Telephus interea. Telephus quidem legitur, ſed Telemus legendum eſſe facile ex Theocrito colligitur. Nam Telemus Eurymi filius inter Cyclopas vates fuit egregius, qui Polyphemo prędixit oīa quęcunq; ab Vlyſſe paſſus eſt. Quem nulla fefellerat ales, auguriorum peritiſſimum Telemū fuiſſe oſtendit. Altera iam rapuit, galatea. Ad id autē alludit, quod cęci finguntur eſſe amantes. Sic, huiuſmodi dictis. — Telemus

Degrauat, deprimit. Prominet in pontum, topographia. Deſcribit enim promontorium poeta, in quod ſe Polyphemus recepit. Prominet, procurrit.

Cuneatus collis, in cunei ſimilitudinem factus. Vtrunq; latus, et dextrum, et ſiniſtrum. Huc, illuc in illum collem.

Mediuſq; reſedit, in medio. Quod.n. loci eſt ad homines eſt relatum. Lanigerę pecudes, pecora et oues. Cui poſtquam pinus, per emphaſim quantus fuerit Polyphemus poeta oſtendit pinum pro baculo ei geſtandam attribuens, ex qua malus nauis commode fieri potuiſſet. Paſtoralia ſibila, paſtorales cantus. Hauſi, audiui.

Notaui, memorię commendaui. Candidior folio, cantilena Cyclopis laudes Galatę continens, tam aperte deſcribitur a poeta, vt nihil expoſitione indigere videatur. Sumpta autem ex Theocrito eſſe videtur. Niuei liguſtri, candidi floris. Eſt autem liguſtrum violę genus candidiſſimę. Videtur autem ad Galatę nomen alludere, quod a candore lactis illi inditum fuiſſe innuit Heſiodus, quinit Galateā candidas comas et faciē lacti ſimiles habuiſſe. Procerior, longior, atq; rectior. Alno, alnus arbor eſt in ripis fluminum in magnam altitudinem creſcens. Leuior, leuigatior. Terſior, politior. Sęuior indomitis, hactenus Galatę virtutes fuerunt enumeratę, nunc vitia referuntur. Sęuior, ferocior. Annoſa quercu, vetere, multorum annorum. Fallacior vndis, mari quod in temporis momento mutatur. Lentior, flexibilior, mutabilior. Aſperior tribulis, tribulus herba eſt ſpinoſa ſegetibus inimica. Truculentior, terribilior. Foeta vrſa, vrſa, quę peperit.. Calcato hydro, preſſo ſerpente, qui maxime calcatus ſęuire ſolet. Demere, eripere. Fugacior, velocior ad fugiendum. At bene ſi noris, me ſubaudiamus. Enumerat autem Polyphemus omnia quęcunque ſibi adſunt bona, quo Galateam in ſui polliciat amorem. Labores, ſtudeas, ac nitaris. Pendentia antra, ſuſpenſę et altę ſpelunce. Sunt poma gra- — Liguſtrum — Alnus — tribulus

ſtantia ramos, deprimentia. Pomorum autem magnitudinem ſignificat Polyphemus, quę tanta ſunt, vt ramos degrauent. Auro ſimiles, flauę, bene maturę, tunc enim ſunt aurei coloris. Mollia fraga, ſuauia. Leges, colliges. Autumnalia corna, autumni tempore matureſcentia. Corna autem ſunt baccę rubicundę in medio nucleum duriſſimum habentes, vnde Virgilius Lapidoſaq; corna. Verum etiam generoſa, aurei ac crocei coloris nouisque cęris ſimillima. Arbutei foetus, arbuti fructus. Eſt autem arbutus humilis arbor poma ferens rubicunda. Hoc pecus omne meum, hę omnes meę ſũt oues. Circumeant, circũire et ingredi poſſint. Eſt autem ordo. Tu ipſa pręſens potes videre diſtentum vber in cruribus vt vix circũeant. Quod vero quidam ſuſtineant potius q̃ circumeant putant eſſe legendum ſpecie recti vt in plerisq; alijs decipiuntur. Diſtentum vber, plena vbera. Significat autem ingreſſum ouium magnitudine vberum impediri. Alijs in ouilibus hędi, in alijs ſtabulis quę a capris caprilia, vt ab ouibus ouilia vocantur. Denſant, condenſant in caſeum. Delicię faciles, quę facile haberi poſſunt. Vulgata munera, vulgaria dona, quales ſunt damę, lepores, caprę columbę. Demptusq; cacumine nidus, de arboris ſummitate acceptus. Inueni geminos, hęc ſunt illa munera, quę non eſſe vulgaria Polyphemus

coma

Arbutus

caprilia

ouilia

Sunt mihi pars montis viuo pendentia ſaxo
Antra, quibus nec Sol medio ſentitur in ęſtu,
Nec ſentitũ hyems. ſunt poma granãtia ramos,
Sunt auro ſimiles longis in vitibus vuę,
Sunt & purpureę, tibi & has ſeruamus, & illas.
Ipſa tuis manibus ſilueſtri nata ſub vmbra
Mollia fraga leges, ipſa autumnalia corna,
Prunaq; non ſolum nigro liuentia ſucco,
Verũ etiam generoſa, nouasq; imitantia cęras.
Nec tibi caſtaneę me coniuge, nec tibi deerunt
Arbutei foetus. omnis tibi ſeruiet arbos.
Hoc pecus oẽ meũ ẽ, multę q̃s vallibus errant,
Multas ſilua tegit, multę ſtabulantur in antris.
Nec (ſic forte roges) poſſem tibi dicere q̃t ſunt,
Pauperis eſt numerare pecus. de laudibus harũ
Nil mihi crediderís. pręſens potes ipſa videre,
Vt vix circumeant diſtentum cruribus vber.
Sunt foetura minor tepidis in ouilibus agni.
Sunt quoq; par ętas alijs in ouilibus hędi.
Lac mihi ſemper adeſt niueũ. pars inde bibẽda
Seruatur, partem liquefacta coagula durant.
Nec tibi delitię faciles, vulgataq; tantum
Munera cõtingent. damę, leporesq́;, caprę q;,
Parq; columbarum, dẽptusue cacumie nidus.
Inueni geminos, qui tecum ludere poſſint,
Inter ſe ſimiles, vix vt dignoſcere poſſis,
Villoſę catulos in ſummis montibus Vrsę,
Inueni, & dixi, dominę ſeruabimus iſtos.
Iam modo cęruleo nitidum caput exere põto,
Iam Galatea veni, nec munera deſpice noſtra.
Certe ego me noui, liquideq; in imagine vidi
Nuper aquę, placuitq; mihi mea forma vidẽti
Aſpice ſim quãtus. non eſt hoc corpore maior
Iuppiter in cęlo (nam vos narrare ſoletis
Neſcio quẽ regnare Iouẽ) coma pluria toruos
Promiet ĩ vultus, humerosq; vt lucus obũbrat
Nec mea q̃ duris horrent denſiſſima ſetis
Corpa, turpe puta. turpis ſine frõdibus arbor.
Turpis equus, niſi colla iubę flauentia velent.
Pluma tegit volucres, ouibus ſua lana decori
Barba viros, hirtęq; decẽt in corpe ſetę. (eſt.
Vnũ eſt in media lumen mihi fronte, ſed iſtar

ait. Dominę, amicę, amatores namq; amicas dominas appellare ſolent. Tibullus. Quam iuuat immites ventos audire cubantem. Et dominam tenero continuiſſe ſinu. Exere, emitte. Certe ego me noui, ſe quoque formoſum eſſe colligit Polyphemus. Quantus, quam magnus. Neſcio quem regnare Iouem, cum quodã contemptu hoc ait Polyphemus, vt qui ab omni religione eſſet alienus. Nec mea quod duris horrent denſiſſima ſetis, hypallage eſt. Nam dura corpora denſiſſimis ſetis intelliguntur horrere. Colligit autem multis ſimilibus Polyphemus pilos & ſetas potius ſibi decori q̃ dedecori eſſe. Velent, tegant. Hirtę ſetę, erectę. Vnum eſt media lumen mihi fronte, hypophora et obiectioni quę fieri poſſet occurrit Polyphemus, fateturque ſe vnum quidem dũtaxat oculum habere, ſed ita magnum, vt par duobus eſſe poſſit. Sed inſtar, ad magnitudinem et ſimilitudinem magni ſcuti. Quid? non hęc omnia magno, exemplo ſolis Polyphemus oſtendit vnicum oculum ſibi ornamento eſſe, cum ſol qui omnia videt, vno ſit oculo contentus. Meus genitor, Neptunus. In veſtro ęquore, vbi vos viuitis o Nereides. Tibi enim ſuccumbimus vni, ſubijcimus nos tibi ſoli. Sperne, contemne. Nerei, Galatea Nerei filia. Eſt. n. vocandi caſus. Huius contemptus, quo me ſpernis. Patientior, tolerantior. Placeatq; ſibi, pulcher ſibi videatur.

Dominę

ſua q̄ forma ſuperbia ſit. Modo copia detur, modo ipſum comprehendere poſſim. Hęc autem cuȝ maxima indignatione a Polyphemo iactata fuere. Sentiet eſſe mihi, hoc eſt cognoſcet me p̄ mēſura tam magni corporis vires habere. Trahā, extraham. Diuulſa, diſcerpta. Si ſe tibi miſceat,

noua cornua cannis. Naȝ fluuiorum Dij cornua habere finguntur, quod boum ſimiles eſſe dicuntur, et propter ſtrepitum, et p̄pter circumflexiones, quas cornua vocant. Cincta autem cornua cannis idcirco habere finguntur, q̄ fere in ripis fluminum arundines naſcuntur. Cęruleus, niger.

Miſcere — ſi tecum coeat, atque concumbat. Vror, crucior. Lęſus ignis, offenſus amor. Exęſtuat — Exęſtuat, feruet, inflammat. Acrior, acrius et vehementius. Nomen enim pro aduerbio ponit. Cum ſuis viribus, cum ſuis ignibus. Vires Aetne — Vires enim Aetnę incendia ſunt aſſidua. Moueris, cōmoueris ad miſericordiam, ut mihi morem geras. Ferus, terribilis. Ignaros, neſcios nos videri eoq; ſecuros. Veneris veſtrę, veſtrę voluptatis. Veſtris regnis, in veſtra aquarum regna. Quamuis extremus angulus, quamuis vltima pars anguli. Hinc vero colligitur q̄ magnum fuerit illud ſaxum quod in Acim Polyphemus iecit.

Obruit, texit cooperuit. Per fata, p̄mittentibus fatis. Vires auitas, vires Simethi fluuij, vt i fluuium conuerteret. Hoc autem idcirco fictuȝ eſt, q: acis fluuius eſt Sicilię ex Aetna mōte decurrēs tanto impetu, vt ide fuerit appellatus. Acis — Acis in fluuium — Nam Acis ſagitta interpretatur.

Tum moles tacta dehiſcit, tum rupes percuſſa aperitur.

Properataq; ſurgit arundo, properata quidem legitur, ſed procera, hoc eſt recta et longa, arūdini magis conuenire videtur. Tameſi properata pro properanter ac feſtinanter nata intelligi poſſit. Extitit, extra ſtetit. Incinctus iuuenis flexis, ſic quidem legitur, ſed inflexis forſitan ē cinctus ſic legendum, ut utrunq; in alterius locum transferatur, hoc modo. Inflexis iuuenis cinctus

Ingentis clypei. quid? non hęc omnia magno
Sol videt e cęlo? Solis tamen vnicus orbis.
Adde, q̄ in veſtro genitor meus ęquore regnat
Hunc tibi do ſocerum. tantum miſerere, precesq́;
Supplicis exaudi, tibi enim ſuccumbimus vni.
Quiq; Iouē, & cęlū ſperno, & penetrabile fulmē,
Nerei te vereor. tua fulmine ſęuior ira eſt.
Atq; ego contemptus eſſem patientior huius,
Si fugeres omnes. Sed cur cyclope repulſo
Acin amas? preferſq; meis amplexibus Acin?
Ille tamen placeatq; ſibi, placeat, licebit,
Quod nollem Galatea, tibi, modo copia detur,
Sentiet eſſe mihi tanto pro corpore vires.
Viſcera viua trahā, diuulſaq; mēbra per agros,
Perq; tuas ſpargam, ſi ſe tibi miſceat, vndas.
Vror enim, lęſusq; exęſtuat acrior ignis,
Cumq; ſuis videor tranſlatam viribus Aetnā
Pectore ferre meo. nec tu Galatea moueris.
Talia nequicquā queſtus (nā cuncta videbā)
Surgit, & vt taurus vacca furibundus adempta
Stare nequit, ſiluaq;, & notis ſaltibus errat.
Cum ferus ignaros, nec quicquā tale timentes
Me videt. atq; Acin. videoq;, exclamat, & iſta
Vltima ſit, faciant, Veneris concordia veſtrę.
Tantaq; vox, quantam Cyclops iratus habere
Debuit, illa fuit. clamore perhorruit Aetna.
Aſt ego vicino pauefacta ſub ęquore mergor.
Terga fugę dederat conuerſa Simethius heros.
Et fer opē Galatea (precor) mihi ferte parentes
Dixerat, & veſtris periturum admittite regnis
Inſequit Cyclops, partemq; e monte reuulſam
Mittit, & extremus quamuis peruenit ad illum
Angulus e ſaxo, totum tamen obruit Acin.
At nos quod fieri ſolum per fata licebat,
Fecimus, vt vires aſſumeret Acis auitas.
Puniceus de molle cruor manabat, & intra

Et antiquum perueniſſe flumina nomen, Acis nanq; fluuius ille fuit appellatus.

Fabulę. viij. decimi tertij libri argumentum.

LACTA. — DEſierat Galatea loqui, cętusq; ſoluto etc. Glaucus Anthedonis filius piſcator cū ſpecioſos piſces cępiſſet, et eos vellet recentiſſimos in vrbeȝ ferre, in opaco loco p̄ximo mari eos dum requieſceret, ac retia ſiccarentur ſub recentiſſimam herbam expoſuit, at illi vigore eius, ſuccoq; contacti recuperato ſpiritu quem amiſerant, miſerunt ſe in profundum. At Glaucus experrectus exiſtimans vim, quandam diuinitatis eſſe in herba, ipſe quoque ieiunium polluit, alienatusq; mente ex alto ſe pręcipitauit in pelagus. Sed inter Deos marinos receptus. qui ut Scyllam Tethydis filiam eodem mari verſantem conſpexit, pulchritudine eius accēſus eſt, quem ne alloqui poſſit mari recondita eſt.

RAPH. — DESIErat Galatea loqui finem ſermoni ſuo impoſuerat Galatea, hęc autem ad connectendam cum ſuperioribus Glauci transfigurationem a poeta narrantur. Nam Glaucus Polybi filius piſcator cum eſſet, forte piſces captos in prato expoſuit, qui cum in mare reſiluiſſent, vt cauſam huius rei cognoſceret, dentibus cępit illas herbas mandere, in quibus iacuerant piſces. ſed ſtatim mutata natura ſe

in mare precipitauit, quem Dij miſerati in Deū marinum, ſiue (vt Strabo refert) in balenā transmutarunt, Glaucum āt piſcem inde fuiſſe denominatum aiunt. Quod quidem idcirco fictū fuiſſe Palephatus ait, q Glaucus optimus fuit vrinator, qui cum ſub aqua nataret ad inſulam quandam cultoribus vacuā, indeq; poſt tres, amplius ve dies rediens, ſe apud marinos Deos fuiſſe profitebaē. Sicq; rudibus tunc hominibus facile pſuaſit ſe marinū Deum fuiſſe effectū.

Scylla redit, ad littus reuertitur e mari. Seductos receſſus gurgitis, ſecretos ſinus. Nouus incola, Glaucus q paulo ante in Deum marinum fuerat cōmutatus. Fuerunt aūt tres Glauci poetarum carminibus clari. Is qui in Deum marinuz fuit conuerſus, ē quē in Iliados. vi. ſcribit Homerus, cum ferreis Diomedis armis ſua aurea permutaſſe, et quē narrat Virgi. in Georgicis ob cōtemptā Venerem dētibus ſuaꝝ equarum fuiſſe laniatum. Fuit et Glaucus Caryſtius pugil, de quo Pauſanias, et Glaucus Minois filius, qui cum in dolium mellis cecidiſſet, extinctus ope Aeſculapij reuixit, de quo Hyginus. Eſt ēt Glaucus Lycię et ſinus et fluuius, vt Strabo ē Plinius narrant. In Euboica Anthedo. Anthedon vrbs eſt Bęotię maritima ab Anthedone Dij et alces abantis filio denominata, vel q̄ŏ olim fit ανθηρωτατη. i. floridiſſima. Eſt et alia eodēz nomine iuxta Gazam iudes maritima, vñ Anthedonius. Eſt ēt portus anthedonius.

Anthedon

Euboica, q Euboea Bęotię adiacet. Morari, remorari, retinere. In ſummum, in ſummitatem et cacumen. In vnum apicem, in vnū cacumē. Coniectus, coactus. Conuexus, inclinatus. Locum autem deſcribit precipitio accommodatum. Ad ęquora, in mare verſus. Tortilis piſcis, qui ſe facile torquet. Vltima inguina, vltimā inguinuz ptem. Ad id autem alludit poeta quod Strabo ait, Glaucum in balenam fuiſſe transfiguratum. Senſit, animaduertit Glaucus eas mirari et addubitare vtrus Deus an monſtrum eſſet. Et innitens moli, adherens rupi et ſaxo. Nō ego pdigiū, monſtrū. Sed Deus aquę, ſed Deus marinus. Maius iis maiorem potentiā. Sed ſcilicet altis Deditus equoribus, Sed piſcādi i mari ſtudioſus. Significat enis Glaucus ſe fuiſſe piſcatorē. Tantum, ſoluz. Nam modo ducebam, interdum inquit Glaucus retibus interdum amis piſces capiebam. Ducebam, trahebam. Linum, hami lineam. Sunt viridi prato, topographia et loci deſcriptio. Morſu lęſere, depaſcere. Genialia ſerta, genio ac voluptati ſerta conuenientes coronas. In illo ceſpite, in illo herboſo littore. Ceſpes enim dicit terra cum ppria herba auulſa. Recenſerem, dinumerarem. Captiuos, captos. Lina madentia, retia madefacta per metonymiam. Inſuper, deſuper, ſuperne. Egerat, impulerat. Res ſimilis ficte, videbitur ſub audiendum. Sed quid mihi fingere prodeſt?

Genialia ſerta

Ceſpes

Temporis exiguum rubor euaneſcere cępit.
Fitq; color primo turbati fluminis imbre,
Purgaturq; mora. tum moles tacta dehiſcit,
Viuaq; per rimas, properataq; ſurgit arundo,
Osq; cauum ſaxi ſonat exultantibus vndis.
Miraq; res, ſubito media tenus extitit aluo
Inflexis iuuenis cinctus noua cornua cannis.
Qui, niſi q maior, q toto cęrulus ore eſt,
Acis erat, & ſic quoq; erat tamen Acis in amnē
Verſus, & antiquum tenuerunt flumina nomē
Deſierat Galatea loqui, cętuq; ſoluto
Diſcedunt, placidisq; natant Nereides vndis.
Scylla redit neq; enim medio ſe credere ponto
Audet, & aut bibula ſine veſtibus errat harena,
Aut, vbi laſſata eſt, ſeductos nacta receſſus
Gurgitis, incluſa ſua membra refrigerat vnda.
Ecce fretum ſcindens alti nouus incola ponti
Nuper in Euboica verſis Anthedone membris
Glaucus adeſt, viſęq; cupidine virginis ardet.
Et quęcunq; putat fugientem poſſe morari
Verba refert. fugit illa tamen, veloxq; timore
Peruenit in ſummum poſiti ppe littora mōtis.
Ante fretum eſt ingens apicez cōiectus in vnū
Lōga ſub arboribus cōuexus ad ęquora vertex.
Conſtitit hic, & tuta loco monſtrū ne, Deus ne
Ille ſit ignorans, admiraturq; colorem,
Cęſariemq; humeros, ſubiectaq; terga tegētem,
Vltimaq; excipiat quod tortilis inguina piſcis.
Senſit, & innitens, quę ſtabat proxima moli,
Non ego pdigium, nec ſum fera bellua virgo,
Sed Deus (inqt) aq̄, nec maius in eq̄re protens
Ius hz, & Triton, Athamantiadesq; palęmon.
Ante tamen mortalis eram. ſed ſcilicet altis
Deditus ęquoribus, tantum exercebar in illis.
Nam modo ducebam ducentia retia piſces,
Nunc in mole ſedens moderabar arūdine linuz
Sunt viridi prato confinia littora, quorum
Altera pars vndis, pars altera cingitur herbis.
Quas neq; cornigerę morſu lęſere iuuencę,
Nec placidę carpſiſtis oues, hirtęue capellę.
Non apis inde tulit collectos ſedula flores,
Non data ſunt capiti genialia ſerta, nec vnquā

Falciferę ſecuere manus, ego primus in illo
Ceſpite conſedi, dum lina madentia ſicco.
Vtq; receníerem captiuos ordine piſces,
Inſuper expoſui, quos aut in retia caſus,
Aut ſua credulitas in aduncos egerat hamos.
Res ſimilis fictę, ſed qđ mihi fingere prodeſt?
Gramine contacto coepit mea pda moueri,
Et motare latus, terraq; vt in ęquore niti.
Dūq; moror, mirorq; ſimul, fugit ois i vndas
Turba ſuas, dñmq; nouū, littusq; relinquunt,
Obſtupui, dubitoq; diu, cauſamq; requiro,
Num Deus hoc aliqs, num ſuccus fecerit herbę.
Quę tñ has inquā vires habet herba? manuq;
Pabula decerpſi, decerptaq; dente momordi,
Vix bene cōbiberant ignotos guttura ſuccos,
Cum ſubito trepidare intus pręcordia ſenſi,
Alteriusq; rapi naturę pectus amore,
Nec potui reſtare diu, repetendaq; nunquam
Terra vale dixi, corpusq; ſub ęquora merſi.
Dij maris exceptum ſocio dignantur honore,
Vtq; mihi, quęcunq; feram mortalia demant,
Oceanūq;, Tethynq; rogāt. ego luſtror ab illis,
Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto
Pectora fluminibus iubeor ſupponere centum.
Nec mora, diuerſis lapſi de partibus amnes,
Totaq; vertunt ſupra caput ęquora noſtrum
Quę poſtq̄ redeunt, aliumq; me corpore toto.
Ac fueram nuper nec eundem mente recepi.
Hactenus acta tibi poſſum memoranda referre.
Hactenus & memini, nec mens mea cętera ſenſit.
Hanc ego tum primū viridē ferrugine barbā,
Cęſariemq; meā, quā longa per ęquora verro,
Ingentesq; humeros, & cęrula brachia vidi,
Cruraq; pinnigero curuata nouiſſima piſce.
Quid tñ hęc ſpēs? qđ Dijs placuiſſe marinis?
Quid iuuat eſſe Deum niſi tu nō tangeris iſtis?
Talia dicentem dicturum plura reliquit
Scylla Deum. furit ille, irritatusq; repulſa
Prodigioſa petit Titanidos atria Circes.

hęc ſi diceret. Nullam habeo cauſam cur fingere debeam.

Gramine, herba.

Mea pręda, capti piſces, iamq; mortui. Niti, ſalire, ſalientes enim ita ſolent, vt longiores edant ſaltus. Motare, frequenter mouere. Dumq; moror, mirorq; ſimul, agnominatio lepida. Has vires, tantam vim vt mortuos piſces viuos efficere poſſit. Trepidare, ſalire, moueri.

Pectus rapi, animum teneri. Alterius naturę, ęquoris ac piſcis. Reſtare, reſiſtere, amori & cupiditati alterius naturę. Socio honore, nam me quoque in ſuum numerum admiſerunt. Feram, habeam. Demant, auferant.

Luſtror, purgor.

Nefas, impietatem, humanamque infirmitatem. Supponere, ſubijcere.

De diuerſis partibus, de diuerſis regionibus. Quę poſtquam redeunt poſtquam inquit fluuij ęquoraque a me receſſerunt, alium me eſſe percepi, q̄ paulo ante fueram. Recepi, percepi. Nec eundem mente, nam mentem quoq; mutaueram. Acta memoranda, facta memoria digna. Viridem ferrugine, cęruleam et ſubnigras. Ferrugo nanque eſt (vt Seruius exponit) purpura nigrior. Vnde Virgi. Cum caput obſcura nitidus ferrugine texit.

Verro, traho. Ruraq; pinnigero, crura ſua ait Glaucus in piſcis quādam caudam fuiſſe transformata. Curuata, cum inflexione quadam mutata. Pinnigero piſce, in piſcem pinnas habentem. Non tangeris, non moueris.

Furit, in furorem ſtimulatur. Irritatus, indignatus, ira inflammatus. Prodigioſa atria, ędes monſtrum plenas. Homines nāq; multi I feras varias mutati illic detinebantur. Titanidos, Circe Titani, hoc eſt ſolis filię.

Reſtare

Ferrugo

Fabulę primę libri.xiiij.argumentum.

LACT. IAmq; giganteis &c. Glaucus Anthedonius ſupradictus Scyllam circa Siciliam conſpicatus cum adamaſſet,& q nollet ſequi appetentem venit ad circé,obſecrans remedia vt amanti ſuccurret, quem illa nõ leui cupiditate capta nequiens a propoſito retardare amoré indicit dicens, quę eſſet.quę ſibi preferretur. Inſtructa enis Hecates carminibus venit in locum in quo Scylla abluí cõſueniſſet,venenisque imbuit,quibus illa a renuſpube canibus eſt efferata, vt amantibus odio ac timori eſſet. Quod ob factũ illa poſtea in Vlyſſes amatum ab ea exercuit ſęuitiam, quod Glaucus factum hoc a Circe doléter tulit.

RAPH. IAmq; giganteis. Glaucus cũ a Scylla fuiſſet ſpretus, ſe ad Circen Solis filiam herbis carminibusq; potentiſſimaſ cõtulit, eamq; rogauit,vt ſibi opem ferret,efficeretq; carminibus vt a Scylla redamaretur. Sed Circe illius ſtatim amore capta ipſum in ſuos amplexus pellicere tẽtauit, a quo ſpreta cum fuiſſet omnem

Scylla in mõſtrũ indignationé I Scyllam conuertit, ac ſinum quendã I quẽ oſtendere Scylla ipſa conſueuerat,venenis infecit. quibus pubetenus in varia monſtra conuerſa,cuȝ ſibimet ipſi diſpliceret in fretum Siculum deſiluit,vbi cum alios,tum in Circes odium Vlyſſis ſocios ſubmerſit, ac forſitan & Æneę ſtruxiſſet inſidias, niſi iam in ſaxum fuiſſet conuerſa, quod etiamnum a nautis vitatur.

Raphaelis Regij in quartumdecimum Metamorphoſeos Ouidij Librũ enarrationes.



P.Ouidij Naſonis Metamorpho. Liber. xiiij

IAmq; giganteis iniectam faucibus Aetnam,
Arnaq; Cyclopuȝ,quid raſtra, quid vſus aratri
Neſcia, nec quicquam iunctis debentia bobus,
Liquerat Euboicus tumidaꝝ cultor aquarum,
Liquerat & Zanclen, aduerſaq; moenia Rhegi,
Nauifragumq; fretũ,gemino qđ littore pſſum
Auſonię, Siculęq; tenet confinia terrę.
Inde manu magna Tyrrhena p ęq̃ra vectus,
Herbiferos adiit colles,atq; atria Glaucus
Sole ſatę Circes variarum plena ferarum.
Quam ſimul aſpexit dicta,acceptaq; ſalute.
Diua Dei miſerere,precor.nam ſola leuare
Tu potes hũc dixit (videar mõ dignus) amorẽ
Quãta ſit herbaꝝ Titani potentia nulli, Crẽ.
quã mihi cognitius.qui ſuȝ mutatus ab illis.
Neue mei non nota tibi ſit cauſa furoris,
Littore in Italico Meſſenia moenia contra
Scylla mihi viſa eſt,pudor eſt p̃miſſa, pceſq;
Blanditiaſq; meas, contemptaq; verba referre.
At tu ſiue aliquod regnũ eſt i carmine,carmẽ
Ore moue ſacro,ſiue expugnatior herba eſt,
Vtere tentatis operoſę viribus herbę,

Gigãtis faucibus,capitibus Gigantum, qui oppreſſi Aetna dicuntur. Quid raſtra, ſint verbũ quod ſępe eleganter pretermittitur,ſubandiatur. Neſcia,arua nanq; illa nunquaȝ fuerant arata. Euboicus cultor, Glaucus Anthedonius. Tumidarum aquarum, periphraſis é maris.

Liquit et Zanclen, Zancle,vt in ſuperiore diximus libro,eadem eſſe cum Meſſena videtur. Aduerſaq; moenia Rhegi, Rhegiũ Rhegium e regione Meſſene ſitum eſſe ſignificat. Rhegiũ aũt eſt vrbs I finibus Calabrię vbi Sicilia ab Italia diſtracta fuiſſe memoratur Vnde et Rheginũ ἀπὸ τοῦ ῥηγνυντος dictum eſt,hoc eſt ab abrumpendo, q eo in loco Sicilia ab Italia fuerit abrupta , vt Pli. tradit. Nauifragũq; Naufragum. fretum,in quo multa fiunt naufragia. Nã a nauibus frangendis nauifragum componit, quod nomen cum ſit hoc loco quatuor ſyllabarum , corrupte fere tribus effert. Preſſum, anguſtatum.

Gemino littore, duobus litoribus Italico,et ſiculo. Auſonię ſiculęq; tenet cõfinia,freto nãq; Sicilia ab Italia diſterminat. Inde,a freto, nam mare inferum,quod et Tyrrhenum vocatur, vſque ad fretum protendi tur. Herbiferos colles, Circęum ſignificat , in quo monte Circeũ Circe di habitaſſe, q̃ homines carminibus ſuccisq; herbaꝝ in feras conuertebat . Simul, poſtq̃. Modo, duꝫ mõ. Leuare,leué facere. Titani, o Circe filia titanis et ſolis, Cognitius,notius. Qui ſuȝ mutatus

exponit, cur nulli ſit notius quanta ſit herbarum potentia q̃ ſibi, quia inquit ab illis ſum conuerſus ex homine in Deũ marinum. Mei furoris, amoris tam vehementias. Meſſenia menia ꝑtra, e regione Meſſenę vrbis, quam et zancle appellatã fuiſſe diximus, eſt autem Anaſtrophe, ꝑpoſitio náq; quę preponit debet poſtpoſita eſt.

cto, et me quę tibi ea quę rogaſti, concedere nolo, et Scyllam quę te eſt aſpernata. Prius in equore, ante rerũ natura commutabitur, q̃ ego ab amãda Scylla deſiſtam. Frondes, arbores. pars enim pro toto per synegdochẽ frequenter vſurpatur. Algę, herbę ſunt maris peculiares algę. Soſpite Scylla, incolumi ẽ viua. Alga

Nec medeare mihi, ſanesq; hęc vulnera mãdo,
Fineq; nil opus eſt partem ferat illa caloris.
At Circe (neq; enim flãmis habet aptius vlla
Talibus ingenium, ſeu cauſa eſt huius in ipſa,
Seu Venus indicio facit hoc offenſa paterno)
Talia verba refert. melius ſequere volentem,
Optantemq́; eadem, pariliq; cupidine captam
Dignum eras vltro, poteras certeq; rogari,
Et ſi ſpem dederis (mihi crede) rogaberis vltro
Ne dubites. adſitq; tuę fiducia formę.
En ego cum Dea ſim, nitidi cum filia Solis,
Carmine cũ tm̃, quãtũ quoq; gramine poſſis,
Vt tua ſim, voueo, ſpernentem ſperne, ſequenti
Redde vices, vnoq; duas vlciſcere facto.
Talia tentanti, prius inquit in equore frondes
Glaucus, & in ſummis naſcent montibus algę;
Soſpite q̃ Scylla noſtri mutentur amores.
Indignata Dea eſt, & lędere quatinus ipſum
Non poterat, nec vellet amans, iraſcitur illi,
Quę ſibi ꝑlata eſt, Venerisq; offenſa repulſa,
Protinus horrendis infamia pabula ſuccis
Conterit, & tritis Hecateia carmina miſcet,
Cęrulaq; induitur velamina, perq; ferarum
Agmen adulantum media proceſſit ab aula,
Appoſitumq; Petens contra Zancleia ſaxa
Rhegion ingreditur, feruentesq; ęſtibus vndas.
In quibus, at ſolida ponit veſtigia terra,
Summaq; decurrit pedibus ſuꝑ ęquora ſiccis,
Paruus erat gurges curuos ſinuatus in arcus,
Grata quies Scyllę, quo ſe referebat ab ęſtu
Et maris, & cęli, medio cum plurimus orbe
Sol erat, & minimas a vertice fecerat vmbras.
Hunc Dea pręuitiat, portentificisq; venenis
Inquinat. hic preſſos latices radice nocenti
Spargit, & obſcurum verbo℞ ambage nouo℞
Ter nonies carmen magico demurmurat ore,
Scylla venit, mediaq; tenus deſcenderat aluo,

Pu dor eſt referre, me pudet vbi narrare. blãditijs náq; vſus erat. Glaucus Deo nõ ꝯuenientibus. Aliquid regnum, aliq̃ potentia. Expugnatior, potentior ad expugnandum ẽ vincendum. Operoſę, efficacis. Fineq; nil, q̃a nihil opus eſt fine, ĩ eſt nolo vt amori meo finis imponatur.

Partes ferat illa caloris, hoc ẽ illa quoq; mei amore capiat. Vellet enim Glaucus efficeret circe, vt a Scylla redamaretur.

Ingenium aptius, naturam aptiorem et inclinatiorem.

Talibus flammis, talibus amoribus.

In ipſa, in ipſius voluntate ad amores, libidinemq; ꝓna.

Indicio ꝑmo, Iudicio Solis, q illius cum Marte ꝯcubitũ Vulcano indicauit, q̃re Venus indignata omnem Solis progeniem turpiſſimis amoribus Iquinauit. Volentem, me ſubaudiamus. Pariliq; cupidine, pari amore.

Dignus eras, vltro poteras rogari ſponte inquit ob pulchritudinem tuam poteras ac debebas a Scylla rogari. Adſitq; tuę fiducia formę, ĩ eſt tuę pulchritudini ꝯfide. Voueo, votis exopto. Hinc ãt oſtẽdit Glaucus ſingulari q̃dã pulchritudine fuiſſe ornatũ. Spnentẽ, Scyllã. Seq̃nti Redde vices, me viciſſim ſeq̃re et redama. Vnoq; duas vlciſcere fa

Quatinus, quoniam. Quatenus vero inquantum ſigni ficat. Lędere non poterat, Deus enim erat. Amans, cauſa cur nollet, quia amans. Repulſam Veneris. propter collatus repulſam. Infamia pabula, infames herbas propter nocumenta. Hecateia carmina, incantatões ab Hecate matre acceptas. Cęrula velamina, cęruleas veſtes et nigras. Quatinus Quatenus

Proceſſit, exceſſit.

Feruentesq; ęſtibus vndas, periphraſis. eſt freti quod a feruendo eſt dictus. ſignificat autem Scyllam pedibus fretum fuiſſe ingreſſam. Fretum

Ponit veſtigia, ingreditur. Summaq; decurrit, hoc eſt per ſummitatem maris currit ſiccis pedibus, q̃ niſi eſſet Dea, maxime mirandum foret. Paruus erat gurges, gurgitem deſcribit in quo ſe lauare ſolebat Scylla glauci amica.

Medio cum plurimus orbe Sol erat, periphraſis eſt meridies Medio orbe, medio cęlo.

Pręuiciat ante inficit precorrumpit.

Portentificis venenis, portenta ac mõſtra facientibus.

Inquinat, inficit.

Preſſos latices, ſuccos expreſſos ex herbis noxijs. Magico ore, hypallage eſt. Magicum enim carmen accipimus.

Demurmurat, deorſum murmurat.

Cui ſua foedari latrantibus inguina monſtris
Aſpicit. ac primo non credens corporis illas
Eſſe ſui partes, refugitq;, abigitq;, timetq;
Ora proterua canū. ſed quos fugit, attrahit vna,
Et corpus quęrens femorum, cruriumq;, pedūq;,
Cerbereos rictus pro partibus inuenit illis.
Statq; canum rabies. ſubiectaq; terga ferarum
Inguinibus truncis, vteroq; extante coercet.
Flevit amans Glaucus, nimiūq; hoſtiliter vſę
Viribus herbarum fugit connubia Circes.
Scylla loco manſit, cumq; ē data copia primū
In Circes odium ſocijs ſpoliauit Vlyſſem.
Mox eadem Teucras fuerat merſura carinas,
Ni prius in ſcopulū, qui nunc quoq; ſaxeus extat,
Transformata foret. ſcopulū quoq; nauita vitat.
Hunc vbi Troianę remis, auidāq; Charybdim
Euicere rates, cum iam prope littus adeſſent
Auſonium, Libycas vento referuntur ad oras.
Excipit Aenean illic animoq;, domoq;
Non bene diſſidium phrygij latura mariti
Sidonis, inq; pyra ſacri ſub imagine facta
Incubuit ferro, deceptaq; decipit omnes.
Rurſus harenoſę fugiens noua mœnia terrę,
Ad ſedes Erycis, fidumq; relatus Aceſten,
Sacrificat tumulumq; ſui genitoris honorat.
Quasq; rates Iris Iunonia pene cremarat,
Soluit, & Hippotadę regnum, terrasq; calenti
Sulfure fumantes, acheloidumq; relinquit
Sirenum ſcopulos, orbataq; preſide pinus
Inarimen, Prochytenq; legit, ſteriliq; locatas

Fœdari, deturpari. Abigit, depellit manibus. Ora proter. improba, rabida. Corpus ſe. carnem ac pulpā ſummaru coxaru. Femora.n. ſummitates coxaru dicūtur, ac pro inguinibus ponunt, vñ femoralia declinantur, quibus pudenda teguntur. Cerbereos rictus, ora canum Cerbero ſimilium. Stat, horret. Inguinibus truncis, mutilatis. nā īguina in canes fuerant cōuerſa. Vtero ex. emittente ventre.

Femora Femora hu

Scyllę inguina ī canes

Coercet, continet, comprimit.

Fabulę ij decimiquarti libri argumentū.

LACTA. FLEuit amās Glaucus etc. docet eandē Scyllam transformatam eſſe in ſaxū, ne Aeneę nauiganti nocere poſſit in Italiā.

RAPH. FLEuit amās Glaucus, quia amans fleuit Scyllę fatum. Scylla loco manſit, ī eodem gurgite remanſit. In Circes odiū, ſciebat.n. Vlyſſem a Circe amari. Multos ēt e ſocijs in freto ſiculo amiſit Vlyſſes, vt in Odyſſea narrat Homerus. Mox, paulopoſt. Teucras ca. naues Aeneę Troiani. Fuerat merſura, ſubmerſiſſet, niſi quo tpe illac tranſijt Aeneas, in ſcopulum iam mutata fuiſſet. Ni prius in ſcopulum ē alij geographi, et Plini. in primis ſcribunt. Scyllam ſaxum eſſe ingens freto imminens quod in parte ſupiore humanam habet effigiem, in inferiore vero plures hȝ cauernas, quibus vñ refractę latratus canum et luporū vlulatus referre videntur.

Scylla in ſcopulū

Fabulę.iij.libri.xiiij.argumentum.

LACT. HVNC vbi etc. Cercopides pp fraudem, ſcelusq;, quę boni ſemp inſidiatores fuerunt, exoſus eſt Iuppiter vt quem alium habuiſſet, talem et ſpēm poſt obitū indicarent, in ſimias cōuerſi ſunt. Itaq; Inarimen, Prochytenq; Inſulas primas, quas hi incoluerant, Pithecuſa nomine ſuo pithecuſas vocauit.

RAPH. HVNC vbi Troianę errores Aeneę deſcribit poeta, vtcū ad Pithecuſam eum deduxerit inſulā cō modius Cercopum in Simias Metamorphoſin deſcribere poſſit. Auidam Charybdim, quę deuorat naues, atq; euomit. Non bñ latina, nam ſeipſam interfecit, vt ex carmine Virgiliano ēt pueris eſt notum. Sidonis, Dido Sidonia decepta ab Aenea, quę eam reliquit, quę ſibi illū vt maritū copulauit. Harenoſę terrę. Carthaginis, vnde Hiarbas apud Virg. Cui littus arandū dedimus. Ad fines Erycis, mons ē Sicilię Eryx ab Eryce Amyci Bebricorū regis et Veneris filio denominatus, qui viribus corpis pſtans, tādē cum Hercule caſtibus pugnās occubuit, vñ Venus Erycina fuit appellata. Iris in. a Iunone miſſa, notum eſt āt hoc ex v. Virg. Hippotadę re. Aeolias inſulas. Nā Aeolus Iouis fuit filius ex Aceſta Hippotę Troiani filia. Sirenum Acheloidū. Acheloi filiarū. Syrenes.n. Acheloi filię ex Calliope muſa fuiſſe dicuntur, quę iuxta fretū ſiculū habitantes ſuauiter adeo canebant, vt illac nauigātes ſopirent, ſomnoq; oppreſſos mergerent. Tres aūt fuiſſe dicūt. Parthenope, Leucoſia. Ligia. Orbataq; preſide pinus, nauis Palinuro gubernatore priuata, vt plene Virg. narrat. Inarimē, Prochytēq; legit, tranſit. Inarime aūt īſula eſt in ſinu Cāpano, in quo eſt mons flāmas eructās. Prochyte vero īſula eſt ſic dicta, quod terręmotu ab ęnaria ſit pfuſa. nam προχεω ſigt profundo. Pithecuſas habitātum nole di. Pithecuſa īſula eſt in ſinu Campano vrbē in mōte hñs Pithecuſas, a multitudine ſimiarum dcā. Nam πίθηκος ſimia dī. Iuppiter.n. Cercopum pfidiam odio hñs eos in ſimias cōuertit, hāc q; inſulā illis aſſignauit habitandā. Pli. vero audacter ab Oui. diſſentiens ſcri. Pithecuſam non a ſimiarū multitudine, vt aliq exiſtimauere, ſed a figulinis doliariorū denolatam eſſe, Pithos nāq; doliū a Grēcis appellat. Cercopidū exoſus, cum maxima Athenienſium, qui et Cecropidę dicūtur, ignominia ſic legitur, cum pſertim nuſq̄ lectum ſit Athenienſes Ioui odio fuiſſe, quare loco Cecropidum audacter protulerim Cercopum penultima pducta eſſe legendū.

Sidonis

Eryx

Hippotades

Sirenes

Inarime

Prochyte

Pithecuſa

Colle Pithecuſas habitantum nomine dictas.
Quippe Deū genitor fraudē, & periuria quōdā
Cercopum exoſus, gentiſq; admiſſa doloſę
In deforme viros animal mutauit, vt iidem
Diſſimiles homini poſſent ſimileſq; videri.
Membraq; contraxit, nareſq; a fronte remiſſas
Contudit, & rugis perarauit anilibus ora,
Totaq; velatos flauenti corpora villo
Miſit in has ſedes, nec non prius abſtulit vſum
Verborum, & natę dira in periuria linguę.
Poſſe queri tantum rauco ſtridore reliquit.
Has vbi pręterijt, & parthenopeia dextra
Męnia deſeruit, lęua de parte canori
Aeolidę tumulū, & loca foeta paluſtribus vluis
Littora Cumarum, viuacisq; antra Sibyllę
Intrat, & vt manes adeat per auerna paternos
Orat. at illa diu vultum tellure moratum
Erexit, tandemq; Deo furibunda recepto,
Magna petis dixit, vir factis maxime, cuius
Dextera per ferrū eſt, pietas ſpectata ꝑ ignes.
Pone tamen Troiane metum potiere petitis,
Elyſiaſq; domos, & regna nouiſſima mundi
Me duce cognoſces, ſimulachraq; chara parētis.
Inuia virtuti nulla eſt via. dixit, & auro
Fulgentem ramum ſilua Iunonis auernę
Monſtrauit, iuſſitq; ſuo diuellere trunco.
Paruit Aeneas, & formidabilis Orchi
Vidit opes, atauoſq; ſuos, vmbramq; ſenilem
Magnanimi Anchisę. didicit ꝙ iura locorum.
Quęq; nouis eſſent adeunda pericula bellis.

Nam (vt ſcribit Suidas) Candulus et Atlas fratres fraudulentiſſimi fuerunt, q pp ſceleſtos mores cercopes noiati ſunt, hoc eſt deceptores, ꝙ aduenas oēs ac Iouem ꝗ decipere conati ſunt. Quare indignatus Iuppiter in ſimias, quas gręci πιθήκους vocant transformauit. Cercopas, āt hoies fuiſſe doloſos ac pfidos indicio ē hoc Grecorum ꝓuerbiu κλοπα κερκώπων .i. foꝝ Cercopū. Quod qdem ꝓuerbium in malignos et fraudulentos vſurpat. Inde ēt κερκωπίζειν gręci dicunt pro eo qd eſt decipere & fraudare. Videt āt ad id allude re qd Cercopitheci ſimię caudatę dnr, ꝗ. nis ἀπὸ τῆς κέρκου, i eſt a cauda cognominent. Cercopa ſane (vt ait Sex. Pō.) gręci appellant lucrari vndiq; cupientem, ꝗſi κερδαίνω, quē nos quoq; lucrionem vocamus. Horati. ꝗ in Cercopas carmine inuectus eſt, ut narrat Plutar. Poſſe queri, facultatē querendi, ac lamentandi. Verbum enim pro nomine poſitum.

Fabulę .iiij. libri xliij. argumentū.

LACT. HAS vbi etc. Apollo Iouis et Latonę filius Glauci filiam cū diligeret, ꝓ ꝯcubitu optādi veniā tribuit. At illa in longū vi ctura tps ſpaciās in littore hauſto pugno harenę petit tot annoꝝ ſpacium quot

Cercopes in ſimias

ptes eius dinumerare poſſet. Igit ꝓſtata fide ad tēpora, ſenectute dilapſo corpore relicta eſt vox, quę ſibyllā indicaret. Deus vo voluiſſe mortui eam in eo munere, ſed illa neglexit Dei voluntatem.

RAPH. Sibylla in vocē

HAS vbi pręterijt, aduentum Aenee ad. Sibyllā deſcribit poeta, vt Sibyllā ipſam in vocē tandē ꝯuerſam fuiſſe exponat. Nā Sybilla cum eſſet virgo ab Apolline amata, cum ab eo vt qcqd vellet peteret hortante impetraſſet, vt tot annos viueret, quot in manu harenas tenebat, oblita ē adijcer voto, ne vnꝗ ſeneſceret. Quare cū Phębo morem gerere noluerit, ad tm̄ decrepitatis ꝑuenit, vt a corpe derelicta tota in voce fuerit cōmutata.

Parthenope

Parthenopeia męnia, Neapolim, ꝗ ē Parthenope ab vna Sirenū illic ſepulta fuit appellata.

Miſenus

Canori Aeolide, miſeni Aeoli filij. Quo non pręſtantior alter Aere ciere viros, Martemq; accēdere cantu, vt canit Vir. vñ ēt ꝓmōtoriū Miſenū fuit appellatū.

Cumę

Littora Cumaꝝ, Cumę vrbs cāpanię antiqſſima Italicaꝝ vrbiū, atq; Siculaꝝ a Chalcidenſibus qdē ꝯdita (vt Strabo in qt) ſeda Cumeis denolata. Naꝫ Colonię ductores Hippocles Cumęus, & Megaſthenes Chalcidēſis inter ſe pepigerūt, vt Chalcidenſiū qdē colonia eēt, a Cumęis vo nomē acciperet, alij ἀπὸ τῶν κυμάτων, hoc ē ab undis Cumas ſcribūt fuiſſe denolatas. Sed ꝑor nois huius rō mihi verior, ē vr.

Viuacis Sibyllę, ꝗ ſe ꝑngentos iā annos vexiſſet, vt ipſa paulo poſt narrat. Adamate nāq; ab ſe Apollo ꝯditionem tulit, vl qc qd vellet, optaret, ſe eni nihil negaturꝫ. Illa hauſta manu harena petijt vt tot annos viueret, nec adiecit ne ſeneſceret. Quare adeo conſenuit, vt vox ei ſola ſupeſſet.

Sibylla

Sibylla vero ex ſnia Mar. Varrōis ols foemina vates nūcupabatur, vel ab vnius Delphis noie, vel a ꝯſilijs Deoꝝ enunciandis, σιούς .n. Deos, et conſiliū βουλὰν appellabant Aeolico genere ſermonis. Itaq; ſibyllam dictā eſſe quaſi θεοβουλὰν ſcrib. Varro, eaſq; decem nunc ro fuiſſe, quas qdem ōs enumerauit ſub auctoribus, qui de ſingulis ſcriptitarunt.

Sibyllę decem

Prima antē fuit Perſica. Secūda Libyca. Tertia Delphica. Quarta Cimeria. Quinta Erythręa. Sexta Samia. Septima Cumana nomine Amalthea, quę ab alijs Herophile, vel Demophile nominat. Octaua Helleſpontica. Nona Phrygia. Decima Tiburs nomine Albunea.

Sibyllini libri

Cęterum Cumana ad quam ꝑueniſſe Aeneam Ouid. narrat, nouem libros attuliſſe ad regem Tarquinum priſcum narratur, ac pro eis trecentos Philippeos poſtulaſſe. Rexq; aſpernatus pretij magnitudinem mulieris inſaniam deriſiſſe. Illa in conſpectu regis tres combuſiſſe, ac pro reliquis idē pretium poſtulaſſe. Tarquinus multomagis mulierem in-

ſanire putaſſe,q̄ demũ tribus alijs exuſtis cũs in eodē p̄cio p̄ſeueraret,motus rex anus p̄tinacia reſiduos trecētis aureis emiſſe. Manes paternos,aīas Anchiſę pr̄is. Furibunda,furēti ſiīis. Deo rece, pto,Apolline accepto. Dextera,fortitudo. Per
Aeneas ad iferos ferr,p enſem, quo multos hoſtiū interfecit Æneas.

gum tp̄s eſt toleranda, Secula ſeptem, ſeptingen ſecubat tos annos,nā ſeculum centum annoꝝ ſpatiū cōplectitur. Supeſt videre, poetica locutio, ſupeſt vt videam. Tercentum muſſes ē muſta, tercentum annos intellig mus.

Fabulę.v.vi.ꝛ.vij.libri.xiiij.argumentum.

Pietas ſpectata per ignes,nā ex incendio Troiano et Deos penates,et prēm Anchiſen humeris exportauit Æneas. Elyſias Elyſium q; domos.Elyſium a poetis fingi ē locus eē apud iferos, vbi aīę eoꝝ qui bene vixerūt quieſcere in ſumma felicitate dicūt. Regna nouiſſima,inferos. Simulachraq; chara parētis, hoc ex Hoīem eoꝝ opinione dcm̄ ē ex tribus q aiunt hoiem ex tri conſtare bus ꝯſtare,aīa,corpe, et ſimulachro.Aiam q; celū petere.Corpus reddi terrę. Simulachrū ad iferos deſcendere. Inuia virtuti nulla eſt via,nā ſubaudiatur. Eſt.n.ſnia cām ꝯnis cur ſit ad inferos deſciſurus Æneas. Iunonis Auernę, Proſerpinę. Nemus.n. iuxta Auernū et Plutoni et Proſerpinę fuit dicatū. Formidabilis Orchi formidādi Plutonis. Inde ferens laſſ.ab īferis reuertēs. Laſſos paſſus, hypallage eſt ipſe.n.laſſus intelligit. Fallit ſer.lab. hoc eſt loquendo effi cit,ut labor non ſentiat.

Inde ferens laſſos auerſo tramite paſſus
Cum duce Cumęa fallit ſermone laborem.
Dūq; iter horrēdū per opaca crepuſcula carpit.
Seu Dea tu pręſens,ſeu Dijs Gratiſſima dixit,
Numinis inſtar eris ſemper mihi,meq; fatebor
Muneris eſſe tui,quę me loca mortis adire,
Quę loca me viſę voluiſti euadere mortis.
Pro quibus aerias meritis euectus ad auras,
Tēpla tibi ſtatuam,tribuā tibi thuris honores.
Reſpicit hunc vates,& ſuſpiratibus hauſtis,
Nec Dea ſum dixit,nec ſacri thuris honore
Humanum dignare caput.neu neſcius erres
Lux ęterna mihi,caritura q; fine dabatur,
Si mea virginitas Phębo patuiſſet amanti.
Dum tñ hanc ſperat, dū pręcorrumpere donis
Me cupit,elige ait virgo Cumęa,quid optes,
Optatis potiere tuis.ego pulueris hauſti
Oſtendēs cumulū,quot haberet corpa puluis,
Tot mihi natales contingere vana rogaui.
Excidit, vt peterem iuuenes q̄3 ptinus annos.
Hos tñ ille mihi dabat,ęternamq; iuuentam,
Si Venerē paterer,contempto munere Phębi
Innuba permaneo.ſed iam felicior ętas
Terga dedit, tremuloq; gradu venit ęgra ſenectus
Quę patiēda diu.nā iā mihi ſęcula ſeptē
Acta vides.ſupeſt numeros vt pulueris ęque,
Tercentum meſſes,tercentum muſta videre.
Tempus erit,cum de tanto me corpore paruam
Longa dies faciat.cōſumptaq; mēbra ſenecta.
Ad minimū redigēt onus.nec amata uidebor

LACT. T Alia connexum etc. Aeneas iter in Italia tendens ad Leſtrygonas venit.vbi Macareus Neritius comes Vlyſſis apparuit,congreſſiq; eos ē comitatus. Itaq; cū expoſuiſſet Achęmenides apud cyclopē q̄ eſſent paſſi ſocij,ſimiliter et ille a Circe cum comite,Eurylocho qui potione accepta ī varias figuras commutati ſunt,nouiſſime vlyſſes remedio mercurij eo venit,et ſocios recuperauit. Ex eo Circē illuxiſſe ſe ei in matrimonium,monuitq; Aeneas ne littoribus Circes accederet.

RAPH. T Alia connexit, pulchra phātaſia ad deſcribendum ſociorum Vlyſſis in varias ſeras Metamorphoſin deſcendit poeta, ac eoſdem in humanam figuraꝫ reſtitutionem. Macareum enim Neritiū atq; Achęmenidē Vlyſſis comites fingit ea quę ſibi euenerūt commemorare. De odyſſea autem Homeri hęc ſumuntur. Connexus per iter,

Numinis īſtar,ad ſimilitudinē Deę ꝑ Dea. Muneris eē tui,me vitam abs te dono accepiſſe. Tribuam tibi Thuris ho.ſi eſt tibi tanq̄ Deę ſacrificabo. Et ſuſpiratibus hau. ſuſpirijs tractis. Humanū,mortale. Dignare,dignum puta. Lux ęter.vita ppetua. Patuiſſet,expoſita ē apta fuiſſet. Optatis potiere tuis,voti tui cōpos fies. Pulueris hauſti,eruti. Tot natales,tot annos. Vana ſtulta. Excidit,e memoria fugit,oblita ſum. Hos tñ ille mihi dabat,dediſſet. Si venerem pa.ſi paſſa fuiſſem illū coire mecū. Innuba virgo,ſine nuptijs. Felicior ętas,iuuenilis ętas. Terga de fugit. Aegra ſene.ab effectu q̄ ęgros homines reddat. Quę pa.diu,quę mihi per longum

arduum. Memorante, narrante. Euboicam in vrbem.Cumas dicit q̄ a Chalcydenſibus condi tę fuerunt. Nutricis nomen, Caietę.nam Caieta Caieta nutrix Aeneę fuit q̄ moriens vrbi et portui nomen dedit,ut carmine Virgiliano eſt notum, Tu quoq; littoribus noſtris Æneia nutrix Aeternā moriens famam Caieta dediſti. Neritius Macareus, Macareus hic forte ad Circes potentiam explorandā ab Vlyſſe miſſus,cum potionem ab ipſa Circe acceptam guſtaſſet, vna cum omnibus ſocijs preter vnum Eurylochum , qui nihil bibere voluit, in porcum fuit conuerſus, ſed precibus Vlyſſis Circe eos tandem priſtinę reſtituit figurę, ut Homerus in decimo Odyſſeę libro narrat, vnde

hęc omnia quę a macareo referuntur, ab Ouid. ſumpta eſſe videntur. Quę vero narrat Achęmenides, in nono ipſius Odyſſeę leguntur. Hic quoq; ſubſtiterat, illic quoq; remanſerat. Neritius, Ithacēſius. Neritus.n. Ithacę mons eſt. Experiētis Vlyſſei, experti multa et paſſi Vlyſſis. Deſertū

Nerit ui

potior domus eſt, niſi melior et charior hęc domus ē mihi, q̄ ſit et mea et Vlyſſis nauis. Quod loquor et ſpiro, quod viuo. Fatetur autem Achęmenides ſe vitam ab Aenea accepiſſe, illiq; ſe omnia debere. Eſt autem ordo. Ille dedit quod loquor et ſpiro. Poſſim ne ingratus, parentheſis qua ſi

Nec placuiſſe Deo. phoebus quoq; forſitan ipſe
Vel non agnoſcet, vel dilexiſſe negabit.
Vſq; adeo mutata ferar, nulliq; videnda,
Voce tamen noſcar. vocē mihi fata relinquent.
Talia conuexum per iter memorante Sibylla,
Sedibus Euboicam ſtygijs emerſit in vrbem
Troius Aeneas, ſacriſq; ex more litatis,
Littora adit nondum nutricis habētia nomē.
Hic quoq; ſubſtiterat poſt tędia longa laborū
Neritius Macareus comes experientis Vlyſſei.
Deſertum quondam medijs in rupibus Aetnę
Noſcit Achęmeniden, improuiſoq; repertum
Viuere miratur. quis te caſuſue, Deuſue
Seruat Achęmenide? cur ignit barbara Graiū
Prora vehit? petitur veſtra quę terra carina?
Talia quęrenti iam non hirſutus amictu,
Iam ſuus, & ſpinis conſerto tegmine nullis
Fatur Achęmenides. iterū Polyphemō, & illos
Aſpiciam fluidos humano ſanguine rictus.
Hęc mihi in potior domus, Ithacīq; carina.
Si minus Aenean veneror genitore, nec vnq̄
Eſſe ſatis potero preſtem licet oīa gratus.
Quod loquor, & ſpiro, cęlūq;, & lumina Solis
Aſpicio, poſſim ne ingratus & imemor eſſe?)
Ille dedit, quod non anima hęc Cyclopis ī ora



Venit, & vt lumen iam nunc vitale relinquā,
Vt tumulo, aut certe non illa condar in aluo.
Quid mihi tunc animi, niſi timor abſtulit oēs

quondam, olim derelictū. Noſcit achęmenides, Achęmenides timore Polyphemi cyclopis in Sicilia ab Vlyſſe relictus ab Aenea illac nauigante fuit exceptus, vt ex carmine Virg. etiam pueris eſt notum. Seruat, ſeruauit. Putabat enī Macareum illum periſſe. Cur barbara graiū, miratur Macareus Achęmenidem Grecum Vlyſſiſq; comitem cum Troianis grecorū hoſtibus nauigare. Petit' veſtra quę terra carina? hoc eſt quo nauigatis? Iam nō hirſutus amictu, iam non aſperis indutus veſtibus, quales in Aetna latitans gerebat. Alludere autem poeta vr̄ ad ea, quę de Achęmenide Vir. ſcribit. Cum ſubito e ſyluis macie cōfecta ſuprema Ignoti noua forma viri, miſerandaq; cultu Procedit, ſupplexq; manus ad littora tendit. Reſpicimus, dira illuuies, immiſſaq; barba cōſertum tegimen ſpinis, ac cętera Graius. Et quōdā patrijs ad Troiam miſſus ī armis. Iam ſuus, iam ſui iuris. Iterū Polyphemon, illi interrogationi rn̄det. Cur barbara Graius Prora vehit? ſe autem gratum erga Aeneā oſtendit Achęmenides. Illos rictus fluidos, illa fluētia ora. Aſpiciam, optandi eſt modus. Ni

Achęme nides

gnificat Achęmenides ſe nunquam in Aeneam ingratum eſſe poſſe. Vt lumen iam nunc vitale relinquam, hoc eſt vt contingat me ſtatim mori. Vt tumulo condar, ſepeliar. Illud autem verbum dedit huc quoque eſt referendum. Aut certe, correctio eſt dicti prioris poſſet enim in mari perire. In illa aluo. Cyclopis notiſſima. Quid animi fuit? quis animus eſſe debuit. Permiſit, Tormen conīecit. Velut tormenti viribus acta, tormentum inſtrumentum eſt bellicū a torquendis, ē cum impetu mittendis lapidibus dictum. Acta, impulſa. Gigantęo lacerto, maximo brachio quantus gigantem deceret. Per quod vaſta Polyphemi magnitudo ſignificatur. Deprimeret, demergeret. Fluctus, ſaxorum iactu excitatus. Iam me nō eſſe oblitus in illa, perinde inquit timui, ac ſi in illa naue ego quoq; fuiſſem. Reduxit, liberauit. Et luminis orbus, oculo priuatus. Incurſat rupibus, incidit in ſaxa, ſic vt pedes lędat. Tabo, ſanie cadauerum deuoratorum. Execratur, deteſtatur. O ſi quis referat, ordo eſt, O ſi nullum ſit, aut leue damnum lucis ademptę,

Sensum, animumq; fuit? cũ vos petere alta relicta
Aequora conspexi. volui inclamare, sed hosti
Prodere me timui. vestrę q3 clamor Vlyssis
Pene rati nocuit, vidi cum monte reuulsum
Immanem scopulũ medias permisit i vndas.
Vidi iterum veluti tormenti viribus acta
Vasta giganteo iaculantem saxa lacerto.
Et ne deprimeret fluctus ne, lapis ne carinam
Pertimui, iam me non esse oblitus in illa.
Vt vero fuga vos ab acerba morte reduxit,
Ille qdẽ totã gemebũdus obambulat Aetnam,
Prętentataq; manu siluas, & luminis orbus
Rupibus incursat, foedataq; brachia tabo
In mare ptendens gentem execratur Achiuã.
Atq; ait. o siquis referat mihi casus Vlyssem,
Aut aliquem ex socijs, in quem mea seuiat ira.
Viscera cuius edam, cuius viuentia dextra
Membra mea laniẽ, cuius mihi sanguis inundet
Guttur, & elisi trepident sub dentibus artus,
Quã nullũ, aut leue sit damnũ mihi lucis ademptę?
Hęc & plura ferox. me luridus occupat horror
Spectantẽ vultus etiam nunc cęde madentes,
Crudelesq; manus, & inanem luminis orbem,
Mẽbraq; & humano concretã sanguine barbã.
Mors erat añ oculos, minimũ tñ ipsa doloris,
Et iam prensurum, iã nunc mea viscera rebar
In sua mersurum, mentiq; hęrebat imago
Temporis illius, quo vidi bina meorum
Ter quater affligi sociorum corpora terrę.
Dum super ipse iacens hirsuti more leonis
Visceraq; & carnes, cumq; albis ossa medullis,
Semianimesq; artus auidam condebat in aluũ.
Me tremor inuasit, stabã sine sanguine moestus,
Mandentemq; videns, eiectantemq; cruentas
Ore dapes, & frusta mero glomerata vomentẽ.
Talia fingebam misero mihi fata parari.
Perq; dies multos latitans, oẽmq; tremiscens
Ad strepitũ, mortẽq; timẽs, cupidusq; moriri.
Glande famem pellẽs, & mistã frõdibus herba,
Solus, inops, exspes, leto, poenęq; relictus,
Hanc pcul aspexi longo post tempore nauem,
Oraui q; fugam gestu, ad littusq; cucurri,
Et moui, Graia umq; ratis Troiana recepit.
Tu quoq; pãde tuos comitũ gratissime casus,
Et ducis, & turbę, quę tecum est credita põto.
Aeolon ille refert Thusco regnare profundo,
Aeolon Hippotaden cohibẽtem carcere vẽtos,

siquis casus, referat mihi Vlyssem. Referat. reuehat. Seuiat, seuiinam, ac crudelitatem coerceat.

Laniẽ, lacerem. Inundet, vnde more i pleat. Elisi artus, cõtusa mẽbra. Trepident, palpitent. Lucis ademptę, effossi oculi. Hęc et plura ferox, locutus est, iactauit, similene verbum est subandiendum. Luridus horror, ab effectu, q lividos et nigros faciat. Cęde, sanguine.

Et inanem luminis orbem, circulum oculo vacuũ. Mẽbraq;, vasta subandiamus. Concretam, pstrictam. Minimũ tñ ipsa doloris, afferebat, erat ue subaudiat. sic ait ex morte, quę sibi instare videbat, minimum doloris coepisse Achemenides ait, q videbat Polyphemũ oculo priuatum suę crudelitatis pęnas dedisse. Rebar, opinabar putabã. Hęrebat, affixa erat. Affligi, allidi. Semianimes, semimortuos. Auidã pdebat in aluũ, deuorabat. Sine sanguine, pallidus. Mãdentẽq; videns, q vidprivate Est.n.particl plus cãm significãs, cur moestus ac sine sanguine staret achęmenides. Frusta, carnium pres. Glomerata, pstricta. Talia fa. talem morte.

Moriri Cupidusq; moriri, moriendi. Est.n. gręca figura. Moriri ãt fm quartam declinauit pingationem, cum frequentius fm tertiam dicat. Glãde fa. nes pellens, glãdibus et herba vescẽs.

Exspes, extra omnẽ spem constitutus. Exspes

Et moui, commoui, persuasiq; vt me acciperet. Graium, Grecum, ac si diceret sibi hostem. Et dux, et comitum. Aeolus rex ventorum Ventri I vtre Vlyssi tradidit

Quę tecum est credita ponto, quę se tecum mari commisit. Aeolon ille refert, Aeolus Iouis ex Acesta filia Hippotę Troiãi filium regnasse dicitur apud insulas Aeolias ab ipo appelatas, qui ex consurgentibus nebulis ita vẽtos predicebat futuros, vt eos i sua potestate habuisse sit creditus. Ad hunc (vt Homerus scribit) cũ Vlysses peruenisset, quo commodius in patriam nauigaret, ventos in vtre ligatos ab ipso accepit. Sed socij aurum esse putantes vtrem soluerunt, vnde erumpentes venti maximam excitarunt tẽpestates, qua ad Aeolus redire coacti fuerunt. Thusco profundo, i Thusco mari. Hippotaden, hippotę nepotem. Cohibentem, coercentẽ, continentem. Bouis tergo, in vtre ex tergore ꝛ pelle bouis confecto. Terram petitam, ithacam expetitam. Proxima post nonam Auroram, decima dies.

Pauciq; laudatę dedit oſcula qualia nunquam
Vera dediſſet anus, glebaq; incurua reſedit
Suſpiciens pandos autumni pondere ramos.
Vlmus erat contra ſpecioſa nitentibus vuis,
Quam ſocia poſtquã pariter cũ vite probauit,
At ſi ſtaret (ait) cęlebs ſine palmite truncus,
Nil preter frondes, quare peteretur, haberet,
Hęc q̃z quę iuncta eſt vitis, requieſcit ĩ vlmo,
Si non iuncta foret, terrę acclinata iaceret.
Tu tamen exemplo non tangeris arboris huius
Concubituſq; fugis, nec te coniungere curas.
Atq; vtinam velles. Helene non pluribus eſſet
Sollicitata procis, nec quę Lapitheia mouit
Pręlia, nec coniunx timidi, aut audacis Vlyſſei.
Nunc quoq; cum fugias, auerſeriſq; petentes,
Mille viri cupiunt, & Semideiq;, Deiq;,
Et quęcunq; tenent albanos numina montes.
Sed tu ſi ſapies, ſi te bene iungere, anũq;
Hanc audire voles, quę te plus omnibus illis,
Pluſquam credis amo, vulgares reijce tędas.
Vertumnumq; tori ſocium tibi dilige, pro quo
Me quoq; pignus habe, neq; enĩ ſibi notior ille ẽ
Quã mihi. nec toto paſſĩ vagus errat in orbe.
Hęc loca magna colit. nec uti ps magna pcorũ
Quã mõ vidit, amat. tu primus, & vltimus illi

Vulgares tędas, nuptias per synegdochen. A par-
Tędę te nanque totum intelligimus. Quinque faces nanque
ex tęda arbore confectę nouę nuptę pręferebantur.
Procorum, amatorum, quibus nihil eſt incon-
Proci ſtantius. Proci autem a procando, hoc eſt a peten-
do dicti qui mulieres in matrimonium petunt,
vnde & procaces a ni-
Procaces mium petendo me-
retrices dicunt. De-
uouet, dedicat, deſti-
nat. Sane deuouere
hoc loco in bonam
accipitur partem, ali-
bi in malam. Virgi-
lius, pręcipue infelix
peſti deuota futurę.
Deuoue-
re Decoris, pulchritu-
dinis. Fingetur, for-
mabitur, tráſfigura-
bit. Primus habet,
primitię enim frugű
Vertumno dicabant
vt ipſe apud Proper-
tium commemorãs
cauſas cur Vertũnus
dicatur ait. Seu quia
vertentis fructum p-
cipimus anni. Vertű-
ni rurſus credidit eſſe
ſacrum. Prima mihi
variat liuentibus vua
racemis, Et coma la-
ctenti ſpicea fruge tu-
met. Hic dulces cera-
ſos. hic autumnalia
pruna cernis, et ęſti-
uo mora rubere die.
Inſitor hic ſoluit po-
moſa vota corona,
Cum pirus inuito
ſtipite mala tulit.
Cum ſuccis miti-
bus, dulcibus, ſuaui-
bus. Miſerere ar-
Idalia dentis, ardenter te a-
mantis. Idaliam,
Venerem Idalio Cy-
Rham- pri nemore dictam.
nuſia Rhamnuſidis irã,
Rhamnuſis quę et
Rhamnuſia dicitur,
pro Nemeſi ponitur.
quę Dea vlciſcitur ſu-
perbos, a Rhamnun-
te Atticę vico, vbi
maxime colebatur,
denominata. Cuius
quidem in Capitolio
ſacellum eſt, quam-
uis nomine careat
Romano, vt Plinius
ſcribit. Vetuſtas, ſenectus. Senes nanque idcirco prű-
dentiores videntur, quia multarum rerű peritiam
habent. Multa ſcire dedit, multarum rerum pe-
ritias mihi tribuit. Eſt enim verbum pro nőie poſi-
tum q̃d eſt illud perſii. ſcire tuum nihil eſt.

Fabulę .vij. libri .xiiij. argumentum.

Ardor eris, ſoliq; ſuos tibi deuouet annos.
Adde q eſt iuuenis, q naturale decoris
Munus habet, formaſq; apte fingetur in omnes.
Et quod erit iuſſus (iubeas licet omnia) fiet.
Quid q amatis idẽ? q̃d q̃ quę tibi poma coluntur,
Primus habet? lętaq; tenet tua munera dextra
Sed neq; iam foetus deſyderat arbore demptos,
Nec quas hortus alit cũ ſuccis mitibus herbas,
Nec quicq nisi te. miſerere ardentis. & ipſum,
Quod petit, ore meo pręſentem crede precari.
Vltoreſq; Deos, & pectora dura peroſam
Idaliam, memoremq; time Rhamnuſidis iram.
Quoq; magis timeas (& enĩ mihi multa vetuſtas
Scire dedit) referã tota notiſſima Cypro (ſtas
Facta, quibus flecti facile, & miteſcere poſſis.



Viderat a veteris generoſam ſanguine Teucri
Iphis Anaxareten humili de ſtirpe creatus.
Viderat, & totis perceperat oſſibus ignes,
Luctatusq; diu, poſtquam ratione furorem
Vincere non potuit, ſupplex ad limina venit.
Et modo nutrici miſerum confeſſus amorem,
Ne ſibi dura foret, per ſpes orauit alumnę.
Et modo de multis alicui blanditus amicis
Sollicita petit perpenſum voce fauorem.
Sępe ferenda dedit blandis ſua verba tabellis.
Interdum madidas lachrymarum rore coronas
Poſtibus intendit, poſuitq; in limine duro
Molle latus, triſtiſq; ferę conuitia fecit.

IACIS

VIDErat a veteris etc. In inſula Cypro Anaxarete fuit ex p-
genie Teucri Salaminia, quę forma cęteras genere eiuſdem
ciuitatis ſupergreſſa eſt. ſed vt pulchritudo eminens fuit, ita
propter aſpernationem virorum abominanda omnibus. Quam
cum Iphis eiuſdem ciuitatis amore diligeret, neque aditum ad
eam haberet, dolens q in tam grauem ſortem incidiſſet, ne
diutius doleret, ad extremum noctu clam ante fores puellę
ſuſpendio ſe liberauit. Cui, cum funus pro dignitate fortunę
per publicum maxima frequentia ducerent & patientis fune ex
ſupiori parte domus proſpiceret, ob nimiam crudelitatem,
animique duricias in veſtigio ſui a Venere ſaxo durata eſt, ita
vt apud Salaminios ſpes eius proſpicientis Veneris nomen
acceperit. Dehinc Vertumnus rediens in ſuam ſpeciem Pomona
potitus eſt.

VIDErat a veteris, Iphis Cyprius Anaxaretes puellę a- RAPH.
more captus, cum nullis precibus ea Iphis
poſſet potiri, vitam finire decreuit. Ad Anaxa
ianuam igitur amatę cum ſe ſuſpendiſ- rete
ſet, maximo merore matrem affecit. Cuius
vero funus efferretur, Anaxerete ad fe-
neſtram accedens, vt
inde

Sęuior illa freto ſurgente, cadentibus Auſtris,
Durior & ferro, quod Noricus excoquit ignis,
Et ſaxo, quod adhuc viuum radice tenetur.
Spernit, & irridet. factiſq; inmitibus addit
Verba ſuperba ferox, & ſpe quoq; fraudat amantem.
Non tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis, & ante fores hęc verba nouiſſima dixit.
Vincis Anaxarete, neq; erunt tibi tędia tandem
Vlla ferenda mei. lętos molire triumphos,
Et pęana voca, nitidaq; incingere lauro.
Vincis enim, morior q; libens. age ferrea gaude.
Certe aliquid laudare mei cogeris, eritq;
Quo tibi ſim gratus, meritumq; fatebere noſtrum.
Non tamen ante tui curam exceſſiſſe memento,
Quam vitam, geminaq; ſimul mihi luce carendum eſt.
Nec tibi fama mei ventura eſt nuncia leti.
Ipſe ego ne dubites, adero, preſenſq; videbor
Corpore vt exanimi crudelia lumina paſcas.
Si tamen o Superi mortalia facta videtis,
Eſte mei memores. nihil vltra lingua precari
Suſtinet, & longo facite vt narremur in euo,
Et quę dempſiſtis vitę, date tempora Famę.
Dixit, & ad poſtes ornatos ſępe coronis
Humentes oculos, & pallida brachia tollens,
Cum foribus laquei religaret vincula ſummis.
Hęc tibi ſerta placent crudelis, & impia dixit,
Inſeruitq; caput. ſed tum quoq; verſus ad illam eſt,
Atq; onus infelix eliſa fauce pependit.
Icta pedum motu trepidantum, & multa timentum
Viſa dediſſe ſonum eſt, adapertaq; ianua factum
Prodidit. exclamant famuli, fruſtraq; leuatum
(Nam pater occiderat) referunt ad limina matris,
Accipit illa ſinu complexaq; frigida nati
Membra ſui, poſtquam miſerarum verba parentum
Edidit, & matrum miſerarum facta peregit,
Funera ducebat mediam lachrymoſa per vrbem,
Luridaq; arſuro portabat membra feretro.
Forte vię vicina domus, qua flebilis ibat
Pompa, fuit, durę q; ſonus plangoris ad aures
Venit Anaxaretes, quam iam Deus vltor agebat.
Mota tamen, videamus (ait) miſerabile funus.
Et patulis iniit tectum ſublime feneſtris.
Vixq; bene impoſitum lecto proſpexerat Iphin.
Diriguere oculi, calidusq; in corpore ſanguis
Inducto pallore fugit, conataq; retro
Ferre pedes, hęſit, conata auertere vultus,
Hoc quoq; non potuit, paulatimq; occupat artus,

Inde exequias ſpreti iuuenis ſpectaret, in ſaxum fuit commutata. Veteris Teucri, de Teucro Telamonis filio. ite ig[illegible]nus, qui propter mortem Aiacis a patre, domo pulſus salaminam in Cypro condidit. Mitem amorem, eas enim a qua non amabat amabat. ſollicita voce, plusquam diligenti oratione. Perpenſum fauorem, impenſum et magnum, ac diligenter animaduerſum. Ea autem omnia deſcribit Ouidius, quibus amatores vtuntur, vt puellis amatis potiri poſſint. Intendit, alligauit. Poſuitq; in limine duro Molle latus, antitheton eſt. Durum nanq; opponit molli. Iphin autem ſępenumero in limine ianuę Anaxaretes iacuiſſe ait.

Stra Conuicia fecit, maledixit. Seręque ia nuam clauſam tenebat. Sęuior illa freto ſurgente, quod in tempeſtatem excitatur. Cadentibus Auſtris, flare deſinentibus. Tunc enim ſęuiſſimi ſunt. Noricj Noricus ignis, Norici populi ſunt Alpini ferro abundantes.

Quod adhuc viuum radice tenetur, hoc eſt quod nondum e terra eſt effoſum. Saxa enim nondum a ſua radice auulſa, et viua dicuntur et duriora ſunt. Spernit et irridet, Anaxarete Iphis humilitatem contemnens illius querelas irridet. Factis immitibus, aſperis, crudelibus illum namque a ianua fortaſſe depulit. Et ſpe quoque fraudat amantem, quod crudele admodum videtur.

Fraudat, priuat. Pęan Et Pęana voca, hoc eſt vocibus lętitię vtere, qualibus voti compotes gaudia ſua exprimere ſolent, vt alibi Ouidius. Dicite io Pęan, io Pęan dicite Pęan. Pęan vero hymnus quoq; eſt in Apollinem, qui a triumphantibus canebatur.

Incingere. coronare inquit viridi lauro, id quod triumphantes ſolent. Ferrea, dura, atq; crudelis. Certe aliquid mei cogeris laudare quod mihi ipſe mortem conſciui, vt tibi rem gratam facerem.

Curam tui, amorem. quo te proſequor.

Exceſſiſſe, a me ſubauditur. Gemina luce, et vita mea, et tu quę mihi altera lux es. Crudelia lumina, crudeles oculos. Humentes, lachrymantes. Hęc tibi ſerta placent, huiuſmodi inquit coronę tibi ſunt gratę vt laqueo collum inſeram. Hęc autem cum maxima Anaxaretes inuidia dicuntur. Inſeruitq; caput. laqueo ſubintelligatur. Eliſa fauce, compreſſa ceruice.

Icta, percuſſa. Famuli, Anaxaretes.

Fruſtraq; leuatum, alleuatum. Iam enim mortuus erat. Nam pater, Iphidis ſubaudiatur, eſt autem parentheſis. Funera ducebat. ducendas ac celebrandas exequias curabat. Lurida, nigra, qualia ſunt mortuorum membra. Portabat, por

tanda cunabat. Arſuro feretro, capulo comburendo. Feretrum enim vna cum cadauere comburebatur. Quoniam Deus vltor agebat, quã iam Nemeſis ſuperbię vltrix perſequebatur. Tectum, cubiculum. Iniit, intrauit. Vixq; bene impoſitum lecto, ordo eſt: Vixq; bene Anaxarete proſpexerat Iphin lecto et feretro impoſitum, cum illius oculi diriguere. Diriguere oculi, cum ſub audiendum, vt intelligatur, cum oculi rigidi ſunt facti.

Heſit, affixa eſt.

Saxum, ſaxi duricies q̃ paulo ante in pectore illius erat.

Salamis Salamis, quę ẽ Salamin dicitur inſula eſt cum vrbe eiuſdẽ nominis, et vrbs in Cypro a Teucro Telamonis filio ędificata.

Venus proſpiciens Veneris proſpicientis, Venus proſpiciens dicta videtur, q̃ virginum ſuperbiã amatores contemnentium proſpiceret, atq; prouideret. Nymphe autem cum ſit vocandi caſus ſine diphthongo ſcribaſ.

Lentos faſtus, diuturnam ſuperbiam.

Sic tibi, optantis eſt aduerbium hoc loco illud ſic. In iuuenem, in iuuenilem figuram. Qualis vbi oppoſitas, quã

Vertũnus pulcher eſſet Vertumnus anili habitu depoſito apta ſimilitudine oſtendit poeta. Inq; figura Capta dei nympha eſt, ſic quidem legitur: ſed nãq; loco illius inq; vt reponatur ſenſus expoſcit. Exponit enim poeta cuiui opus non fuerit. Nam Pomona forma Vertumni capta facile ei morem geſſit. Hanc vero emendationem noſtram inepti quidam Scalfornię reprehendunt vt verſum perturbantem, ſic enim aiunt, ſyllaba breuis natura produceretur, quaſi vero hoc et ipſi non viderimus, ac non illud ſecuti ſumus, quod non ſolum a grammaticis, ſed a Fabio quoq; Quintiliano pręcipitur. Iteram ſępe in metro in metro excludi Quo quidem modo nulla vis carmini affertur. Sed de hoc quoq; alibi plura. Et mutua vulnera ſenſit, nam et ipſa Vertumni amore cępit ardere.

Quod fuit in duro iampridem pectore ſaxum,
Neue ea ficta putes, dominę ſub imagine ſignũ
Seruat adhuc Salamis, Veneris q̃; noĩe tẽplũ
Proſpiciẽtis habet, quorũ memor o mea, lẽtos
Pone (precor) faſtus, & amãti iũgere nymphe.
Sic tibi nec vernum naſcentia frigus adurat.
Poma. nec excutiant rapidi florentia venti.
Hęc vbi nequicquã formas Deus aptus in oẽs
Edidit, in iuuenem redut, & anilia demit
Inſtrumenta ſibi, taliſq; apparuit illi,
Qualis vbi oppoſitas nitidiſſima Solis imago
Euicit nubes, nullaq; obſtante reluxit.
Vimq; parat, ſed vi non eſt opus. inq; figura
Capta Dei nympha ẽ, & mutua vulnera ſẽſit.



Proximus auſonias iniuſti miles Amuli

Fabulę. xviij. decimiquarti libri argumentum. LACTAN.

PROximus Auſonias etc. Poſt Amuli ac Numitoris Albanorum regum interitum Romulus vrbis a ſe conditę cępit imperium. Qui cum aduerſus Titum Tatium pro raptu virginum dimicaret, hoſtis appropinquanit patrię, quod vt Venus preſenſit, portis obſeratis vna patefacta ẽ Tarpeia virgine prodente patriam. Venus pro filij incolumitate a nymphis, quę proxime Iano erant geminũ petijt auxilium. Data ergo venia fecũdus portã quã Sabini irrupturi erant recluſo fonte, ſcaturientes aquę quę antea latuerant humo ſparsę p̃ſſius hoſtem auerterunt, victoriaq; Romulus rebus vrbis compoſitis iura reddens populo, ſicut petierat mater, raptus in cęlum eſt, ita vt Quirinus nouo nomine vocaretur.

RAPH. PROximus Auſo. ad hiſtoriam regum albanorum intermiſſa narratione mutationum Vertumni reddit poeta. Nam Palatini Amulius et Numitor filij fuerunt, qui cum ea conditione a patre regnum Albanorum accepiſſent, vt alternis annis regnarent, Amulius ſemel occupatum imperium fratri reddere nunquam animum inducere potuit, ſed Romulus et Remus ex filia Numitoris a Marte compreſſa nati, et Amulium interfecerunt, et regnum auo reſtituerunt. Ipſi vero vrbem Romam ędificarunt, vbi cum romulus omnia cõpoſuiſſet i amq; ſenior eſſet effectus Martis precibus in Deorum numerum fuit tranſlatus.

Iniuſti Amuli, fratrem enim contra ius et fas regno fraudauit. Feſti Palilibus, palilia feſta erant quę in honorem Palis paſtorum Deę celebrabantur, quibus Roma a Romulo et Remo condita fuiſſe dicitur, qui dies a priſcis Romanis maxime celebrabantur.

Tatius, patreſq; Sabini Bella gerunt, propter raptum ſabinarum. Nota eſt autem hiſto-

ria. Arcisq; via Tarpeia reclusa,ordo eſt et ſenſus.Et Tarpeia virgo exuit atq; dbpoſuit alam pena dignam armis et ſcutis in eaȝ congeſtis poſt reclusam et aptam arcis viam. Notior eſt aūt hec hiſtoria q̄ vt hoc loco ſit pluribus repetenda. Tarpeius Tarpeius autem mons eſt,qui poſtea capitolinus fuit dictus.In bello autem sabino Tarpeia Tarpeia Ta peij, qui arci preſidebat, filia, Sabinorum ornamentis, que in ſiniſtris geſtabant capta, hoſtibus prodidit arcem,qui cuȝ pacti eſſent ſe daturos id q̄d in ſiniſtris geſtabant in eam ſcuta coniecerunt, quo eſt fidem datam ſeruarent,et proditricē vlciſcerent. Sati Curibus,Sabini. Nā Cures Cures ſabinoꝝ vrbs eſt.

Ore p̄munt voces, ſilent. Et corpa victa ſopoꝛ.Romanos ſomno oppreſſos.

Iliades Iliades, Romulus Ilię filius. Iano loco iuncta tenebant, templo Iani. Deſcribit āt poeta mutationem aquaꝝ frigidarum in calidas. Naȝ ipſo prelio cum fugerent Romani precibus Romuli aquę calidę ſcaturire ceperūt, quibus Sabini phibiti ſunt vlterius Rōanos pſequi.Poeta vero pcibus. Veneris id factū fuiſſe ait. Iani templum Iani patientis, aperti. Nam Iani templum apertuȝ ſignificabat vrbem bello implicitam eſſe.clauſum vero pace gaudere. Lurida ſul. quod luridū colorem et palliduȝ efficiunt. Fumante bitumine,ardente. Bitumē Bitumē vero genus eſt picis faciliime ignes contrahentis. Certare Certare Alpino rigori,contendere cū Alpium frigore,quod ē

vehementiſſimū.Eſt āt p̄ſtructio greca. cōtrō nāq; tectum non ubi latine dicimus. Rigidis sabī.ſeueris. Preſtructa,obſtructa,obturata. Martius miles,Romanus. A Marte nanq; per Romulum originem ducunt Romani. Strata eſt,cooperta fuit. Generiq; cruorem,Romani enim sabinoꝝ filias vxores acceperunt. Pace tñ ſiſti belluȝ. interuentu Sabinarum bellū illud fuiſſe ſublatum notum eſt,q̄ vt ſit exponendum. Tatiumq; accedere regno,nas inter reliquas pacis cōditiones hoc etiā placuit, vt Tatius vnā cum Romulo ęqua ptāte, paribusq; honoribus regnaret.

Occiderat Tatius, de morte Tatij,q annis quinq; cum Romulo imperauit, et Titus Liuius, ē Dionyſius Halycarnaſeus copioſe ſcribunt, Lauinij fuit interfectus a proximis legatorum,qui ad res repetendas miſſi non ſolum ſua a Tatio non ipetrarant ſed a Sabinis quibuſdā iniuſto Romulo cōtemptus et fas perempti fuerant. Aequata, equalia facta. Tēpus adeſt ſoluere, figura eſt greca. Nam ſoluēdi in ſoluta oratione diceret. Fundamine magno, firmo fundamento.

Romulus Res Romana,imperium Romanū. Et pręſide pēdet ab vno,et vnius pſidis ē regis nutu ; regitur atque gubernatur. Dignoq; nepoti, Romulo. Imponere cęlo, in numerum Deorum referre. Nam memoro, in memoria habeo. Alias memorare ſignificat narrare Memorare eſt āt parentheſis.ordo nāq; eſt, Tu mihi

Rexit opes, Numitorq; ſenex amiſſa nepotum
Munere regna capit,feſtiſq; palilibus vrbis
Męnia conduntur. Tatius,patreſq; Sabini
Bella gerunt,arcisq; via Tarpeia recluſa
Dignam animaȝ pęna congeſtis exuit armis.
Inde ſati Curibus tacitorum more luporum
Ore premunt voces,& corpora victa ſopore
Inuadunt,portaſq; petunt,quas obice firmo
Clauſerat Iliade,.vnam tamen ipſa recluſit,
Nec ſtrepitum verſo Saturnia cardine fecit.
Sola Venus portę cecidiſſe repagula ſenſit,
Et clauſura fuit,niſi q reſcindere nunquam
Dijs licet acta Deuȝ,Iano loca iuncta tenebāt
Naiades Auſonię gelido rorantia fonte,
Has rogat auxilium,nec nymphę iuſta petentē
Suſtinuere Deam.venaſq;,& flumina fontis
Elicuere ſui,nondum tamen inuia Iani
Ora patentis erant,nec iter pręcluſerat vnda.
Lurida ſupponunt foecundo ſulfura fonti,
Incenduntq; cauas fumante bitumine venas.
Viribus his,alijsq; vapor penetrauit ad ima
Fontis,& Alpino modo quę certare rigori
Audebatis aquę,non ceditis ignibus ipſis,
Flammifera gemini fumant aſpergine poſtes
Portaq; nequicquā rigidis promiſſa Sabinis,
Fōte fuit preſtructa nouo,duȝ Martius arma
Indueret miles,que poſtquā Romulus vltro
Obtulit,& ſtrata eſt tellus Romana Sabinis
Corpibus,ſtrata eſtq; ſuis,generiq; cruorem
Sanguine cum ſoceri permiſcuit impius enſis.
Pace tamen ſiſti bellum,nec in vltima ferro
Decertare placet, Tatiumq; accedere regno.
Occiderat Tatius, populiſq; ęquata duobus
Romule iura dabas.poſita cuȝ caſſide Mauors
Talibus affatur, Diuumq;,hoīumq; parentem
Tēpus adeſt genitor (qm̄ fundamine magno
Res Romana valet,& pręſide pēdet ad vno)
Premia iam promiſſa mihi,dignoq; nepoti
Solueret,& ablatum terris imponere cęlo
Tu mihi cōcilio quondam pſente Deorum,
(Nā memoro, mēoriq; aio pia verba notaui)

quondam,et olim dixiſti concilio Deorum pſente.vnus erit Romulus,quem tu o Mars tolles ĩ ex tolles in sydera cęli. Et nubibus aera cęcis, hoc eſt ex hiſtoria ſumptum eſt.Nam Romulus,vt narrat.T.Liuius,cum ad exercitum recenſendum cõcionem in campo ad Capręę paludẽ haberet, ſubito coorta tempeſtas cum magno fragore tonitribusq; tam denſo regem operuit nimbo,vt conſpectũ eius concioni abſtulerit, nec deinde in terris Romulus fuit viſus,creditus eſt autem a patribus propter morum aſperitatem fuiſſe diſcerptus ſed plebi perſuaſerũt ipſum in sydera fuiſſe tranſlatum. Promiſſę rapinę, rapiendi Romuli e terris in cęlum. Senſit cognouit. Verberis, flagelli quo equi verberant. Nemoroſi Pallatii,nemoribus

Palatium

obſiti.Palatium autẽ vnus eſt ex collibus Romanis imperatorum ſede clariſſimus, quod nunc vulgus Palatium malum vocat. Non regia iura,regi non conuenienta. De litibus enim] priuatorum iudicabat. Suo Quiriti,ſuis Romanis.

Intabeſcere,liqueſcere, atq; conſumi. Et puluinaribus altis, ſedibus atque altaribus excelſis.Puluinaria nanque lecti dicuntur,qui in Deorum templis ſternebãtur.

Puluinaria

Trabeati,trabea induti.Nam Romulus dum uiueret trabea veſte vtebat. Trabearum autem genera ſunt tria,ut ſcri. Suetonius in libro de genere veſtium.Vnum quod Diis ſaciat quod totum eſt purpureũ. Alterum eſt regũ quod quidem eſt purpureũ,ſed albo in

Trabearũ tria gñia

fectum.Tertium eſt augurale de purpura et corola mixtum.

Fabulę.xix.decimiquarti libri argumentum.

FLebat vt etc.Herſilia coniunx Romuli cum fleret amiſſum coniugem a Iunone ei poſt datam

LACT.

Vnus erit,quem tu tolles in sydera cęli,
Dixiſti.rata ſit verborum ſumma tuorum.
Annuit omnipotens,& nubibus aera cęcis
Occuluit,tonitruq;,& fulgure terruit orbem.
Quę ſibi promiſſę ſenſit data ſigna rapinę,
Innixusq; haſtę preſſos temone cruento
Impauidus conſcendit equos Gradiuus,& ictu
Verberis increpuit,pronusq; per aera lapſus
Conſtitit in ſummo nemoroſi colle palati,
Reddentemq; ſuo non regia iura Quiriti
Abſtulit Iliaden.corpus mortale per auras
Dilapſum tenues,vt lata plumbea funda
Miſſa ſolet medio glans intabeſcere cęlo.
Pulchra ſubit facies,& puluinaribus altis
Dignior eſt,quę ſit trabeati forma Quirini.
Flebat vt amiſſum coniunx,cum regia Iuno
Irin ad Herſiliam deſcendere limite curuo
Imperat,& vacuę ſua ſic mandata referre.
O & de Latio,o et de gente Sabina
Pręcipuum matrona decus,digniſſima tanti
Ante fuiſſe viri coniunx,nunc eſſe Quirini
Siſte tuos fletus,& ſi tibi cura videndi
Cõiugis eſt,duce me lucũ pete,colle Quirino
Qui viret,& templũ Romani regis obũbrat,
Paret,& in terram pictos delapſa per arcus,
Herſiliam iuſſis compellat vocibus Iris.
Illa verecundo vix tollens lumina vultu,
O Dea (nãq; mihi,nec quę ſis dicere ꝓmptũ eſt,
Et liquet eſſe Deam) duc o duc inquit,& offer
Coniugis ora mihi,quę ſi modo poſſẽ videre
Fata ſemel dederint,cęlum accepiſſe videbor
Nec mora.Romuleos cũ virgine Thaumãtęa
Ingreditur colles.ibi ſydus ab ęthere lapſum
Decidit in terras,a cuius lumine flagrans
Herſilię crinis cum sydere ceſſit in auras.
Hanc manibus notis Romanę conditor vrbis
Excipit,& priſcum pariter cum corpore nomẽ
Mutat,Oraq; vocat,quę nũc dea iũcta Quirino ẽ.

imortalitatem Ora Quirini nuncupata eſt, quorum templa a populo Romano in colle Quirinali conſtituta ſunt.

RAPH.

Limite curuo, arcum dicit per quem Iris decurrere dicit Herſilię autẽ Romuli vxoris Metamorphoſim expõit poeta. nam et ipſa in Deã nomine Oram fuit cõuerſa. Nunc eſt Quirini.in Deorum numerum tranſlatus eſt.

Siſte tuos fletus,id eſt tuis fletibus finem impone. Pete locũ, vade ad lucum.

Colle Quirino, qui a Quirino Quirinalis fuit cognominatus. Romani regis, Romuli qui poſt mortẽ Quirinus fuit appellatus. Per arcus pictos,per arcus varijs coloribus diſtinctos, Et liquet, cõſtat. Offer,oſtende.

Collis Quirinalis

Ora,faciem, figuram. Cęlum accepiſſe videbor,felix mihi eſſe videbor.

Cũ virgine Thaumãtea, cum Iride Thaumãtis filia. Romuleos colles. Quirinalem collem. Ceſſit,receſſit. In auras,in aerem. Notis, amicis. Romanę conditor vrbis, Romulus Et priſcum pariter, nam corpus ex mortali effectum eſt immortale, et pro Herſilia Ora fuit cognominata. Quę nũc dea iũcta Quirino eſt,nã Ora ĩ tẽplo Romuli colebatur.

Fabulę primę.xv.libri argumentum.

LACT. Herſilia in Deã

QVEritur interea etc. Micylus Alemonis filius procreatus Argis cum quieti ſe dediſſet. Hercules viſus eſt, qui eum moneret, vt patriam relinqueret, et ſecundum Æſarem amnem conſideret. Qui cum facere extimeſceret, quia lex vetaret deſerere patriam, et in aliam ciuitatem tranſire. Rurſus admonitus eſt. Metuens itaq; penates ſuos deſtituit, ideoq; in iudicium publicum eſt deuocatus, et cum partes pro ſe et populi partem aduerſus ſe haberet, iudicaturis calculi albi ac nigri data ſunt, vt atri damnarent, candidi abſoluerent. Micylus ita pertimens periculum capitis, Herculem inuocauit, vt laboranti ſibi quia eius iuſſis obtemperaſſet, ferret auxilium, cuius preces nõ incaſſum abierunt. Nam cum calculi more patrię in vrna effuſi deducti eſſent, omnes apparuerunt in colorem album conuerſi. Quamobrem ille metu liberatus per Ionium pelagus nauigans cum in Italiam veniſſet, et Æſarem amnem attigiſſet, ſicut preceptum erat. vrbem conſtituit, eamq; a proximo tumulo cui Tares Neptuni filius ſubiectus erat, Tarentum nominauit.

Numa Põpilius

RAPHAELIS Regij in quintumdecimum Metamorphoſeos Ouidij Librum enarrationes.



Pu. Ouidij Naſonis Metamorphoſeos Liber. XV.

Quęritur interea, qs tantę pondera molis.
Suſtineat, tantoq; queat ſuccedere regi.
Deſtinat imperio clarum prę nuncia veri.
Fama Numã, nõ ille ſatis cognoſſe ſabinę
Gentis habet ritus animo maiore capaci
Concipit, & quę ſit rerum Natura requirit.
Huius amor curę, patria, Curibusq; relictis.
Fecit, vt Herculei penetraret ad hoſpitis vrbem
Grata quis Italicis auctor poſuiſſet in oris
Moenia quęrenti, ſic e ſenioribus vnus
Rettulit indigenis, veteris non inſcius ęui,
Diues ab Oceano bobus Ioue natus Hiberis

RAPH.

QVeritur interea. Quo commodius et librum libro et metamorphoſin Metamorphoſi coniungat poeta, eorum ſequitur opinionem, qui ſentiunt Numam Pompilium in magnam Gręciam iuiſſe, vt Pythagoricis dogmatis inſtrueretur. Quam quidem opinionem Liuius compluribus refellit argumentis, ſed hoc potiſſimum q Pythagoras tempore Numę non fuit. Tantę molis, tanti imperij per tranſlationem. Tanto regi, quantus fuit Romulus. Clarum Numam, nobilem, ſua iuſtitia, atq; integritate notum. Numa enim Pompilius Curibus in ſabinis ortus vir inclyta iuſtitia et religione conſultiſſimusq; vt in illa quisquam ętate eſſe poterat, omnis diuini atq; humani iuris, viſus eſt ſenatui populoq; romano dignus, qui Romulo in regno ſuccederet. Ritus, mores. Requirit, inquirit, ſcrutatur.

Numa Põpilius

Huius amor curę, cupiditas perdiſcendę rerum naturę.

Curibusq;, Cures (vt Stra. narrat) opulentiſſima fuit Sabinorum vrbs, ex qua euocati ſunt T. Tatius, et Numã Pompilius reges, vnde Romani Quirites fuere cognominati. Sic.n. ab iis appellantur, q conciones ad populum habent. Penetraret, cum difficultate iret. Per varios namq; populos illius tranſire oportuit. Cures

Quirites

Herculei hoſpitis, Crotonis. Nam Croton redeuntem ex Hiſpania Herculem cum Gerionis armentis hoſpitio ſuſcepit, a quo etiam didicit futurum tempus, quo illic ciuitas inſignis nomine illius conderetur, quod et verum fuit. Nam Micylus quidam Alemonis filius in ſomnis ab Hercule eſt admonitus, vt patria relicta (Argolicus namq; erat) ſe conferret ad Æſaris fluuij hoſtia, ibiq; vrbem ędificaret. Is cum ſarcinulas colligere coepiſſet reus eſt factus, quod contra leges commigrare vellet. mors.n. illi propoſita erat, qui patriam deſerere tentaſſet. Cum vero ferenda ſententia foret et aut ſuffragijs nigris condẽnandus, aut albis abſoluendus, ſibi timens Herculem, cui paruerat, rogauit, vt ſibi auxilio eſſet. Statimq; calculi omnes ex nigris facti ſunt albi. Quare abſolutus Micylus in loco ſibi ab Hercule monſtrato vrbem ędificauit, quam de nomine Crotonis ibi ſepulti, Crotonem appellauit. Non inſcius ęui veteris, priſcarum hiſto

Croton

Micylus

Hiberia
Laciniũ

riarum peritus. Ioue natus, Hercules. Bobus Hiberis, Hiſpanis, Gerione interfecto abactis hibe ria nanq; eſt Hiſpania ab Hibero fluuio cognominata. Littora Lacinia, Lacinium promontorium eſt Italię inter Adriaticum mare et Ionium a Lacinio latrone, quem Hercules interfecit

Calculi nigri in cãdidos

dictum, in eo templum fuit Iunonis Lacinię. vnde Virgilius, Atollit ſe diua Lacinia contra. Longum laborem, longi itineris defatigationem. Acceptiſſimus, gratiſſimus.

Hunc ſuper incumbens, anaſtrophe eſt. Illa nanq; prepoſitio ſuper, quę preponi deberet, poſtponitur. Preſſum grauitate ſoporis, hoc eſt graui ſomno oppreſſum. Claniger, Hercules. Æſaris diuerſi, remoti, longe moti. Eſt enim fluuius Calabrię iuxta Crotoně labens. I pete, ad petendum et querendum vade. Recentia viſa, noua inſomnia. Pugnat, diſſidet. Dẽſiſſima, obſcuriſſima. Caput ſydereum, syderibus ornatum. Viſus adeſſe. hęc particula cum eſt ſubaudienda. Idem Deus, Hercules. Patrium penetrale, Paternum domicilium. Agitur reus, accuſatur. Peragere autem reum dãnare eſt. Spretarum legum, contemptarum. Sine teſte, ipſe nãq; ɔfeſſus eſt ſe commigraire decreuiſſe. Fecere cęlum, aperuere, acquiſiuere. Nam tu mihi criminis auctor, nam tu mihi perſuaſiſti vt commigrarem. Lata eſt ſententia triſtis ab effectu. Condemnatus nanq; fuerat Micylus. Proprie autem ſententia a iudi

Æſar

Agere reum
Peragere reum

Ferre ſententiam

Littora felici tenuiſſe Lacinia curſu
Fertur et armento tenaris errante per herbas
Ipſe domũ magni, nec ihoſpita tecta Crotõis
Intraſſe, et requie longum relenaſſe laborem.
Atq; ita diſcedens ano dixiſſe, nepotum
Hic locus vrbis erit, promiſſaq; vera fuerunt.
Nam fuit Argolico generatus Alemone qdã
Micylus, illius Dijs acceptiſſimus ęui.
Hunc ſuper incumbẽs preſſum grauitate ſoporis
Claniger alloquitur. lapidoſas Aeſaris vndas
I pete diuerſi patrius age deſere ſedes.
Et niſi paruerit, multa ac metuenda minatur
Poſtea diſcedunt pariter, ſomnuſq;, Deusq;.
Surgit Alemonides, tacitaq; recentia mente
Viſa refert, pugnatq; diu ſententia ſecum.
Numen abire iubet, prohibent diſcedere leges,
Poenaq; mors poſita eſt patriã mutare volẽti.
Cãdidus Oceano nitidũ caput abdiderat Sol,
Et caput extulerat denſiſſima sydereũ Nox.
Viſus adeſſe idem Deus eſt, eademq; monere,
Et niſi paruerit, plura, & grauiora minari.
Pertimuit, patriumq; ſimul transferre parabat
In ſedes penetrale nouas. fit murmur in vrbe,
Spetarumq; agitur legu3 reus. vtq; peracta eſt
Cauſa prior, crimenq; patet ſine teſte probatũ,
Squallidus ad ſuperos tẽdẽs reus ora, manuſq;
O cuius cęlum bis ſex fecere labores,
Fer ꝓcor (inqt) opẽ. nã tu mihi criminis auctor
Mos erat antiquis, niueis, atriſq; lapillis,
His damnare reos, illis abſoluere culpa.
Tunc quoq; ſic lata eſt ſententia triſtis, & oĩs
Calculus immitem demittitur ater in vrnam
Quę ſimul effudit numerandos verſa lapillos,
Omnibus e nigro color eſt mutatus in albu3,
Candidaq; Herculeo ſententia numine facta
Soluit Alemonidem grates agit ille parenti
Amphitryonidę, ventiſq; fauentibus ęquor
Nauigat Ionium, Lacedęmoniumq; Tarẽtum
Prěterit, & Sybarim, Salentinumq; Neęthum,
Thurinoſq; ſinus, Temeſenq;, et Iapygis arua,
Vixq; pererratis quę ſpectant littora terris,
Inuenit Aeſarei fatalia fluminis ora,

cibus ferri dicitur, quamuis in exemplaribus fere, Data corrupte legatur. Candida ſententia, ad calculos alludit. Lacedęmonium Tarentum, a Lacedęmonijs conditum. Nam Tarentum vrbs eſt Calabrię, quę et Taras a Gręcis appellatur, a Tara Neptuni filio edificata, a parthenis vero Lacedęmoniorum duce phalanto amplificata, vt et Iuſtinus et Plutarchus copioſe ſcribunt. Et Sybarim Sybaris vrbs eſt, et fluuius Calabrię. Vrbs autem poſtea Thurion fuit cognominata, quę a Crotoniatis fuit capta. Salentinumq; Neręthum, Neręthum quidem legitur, ſed corrupte, vt ex Strabone collegimus, qui ait Neęthum Salentinorum eſſe fluuium, a nauium Æneę conflagratione dictum. Quare hic quoq; Neęthum legamus. Salentini autem populi ſunt a Salentina vrbe dicti. Thurinoſq; ſinus, Thurij vrbs eſt Calabrię, quę et Thuria et Thurion dicta eſt a Thuria fonte. Hęc prius Sybaris, nouiſſime Copię fuerunt appellatę, vnde Thurinus declinatur. Temeſenq;, Temeſe vrbs eſt Calabrię. Et Iapygis arua, Iapygia vrbs ẽ Calabrię ab Iapyge heroe dicta. Fatalia ora, hoſtia fatis et iuſſu Herculis quęſita. Tumulum, ſepulchrum. Iuſſa terra, ab Hercule. Et nomen tumulati traxit in vrbem, nam Croton a Crotone heroe fuit dicta vnde Crotoniatę declinantur. Eſt et alia vrbs eodem nomine Tha

Tarentum
Sybaris
Neęthum
Salentini
Thurij
Temeſe
Iapygia
Croton
Crotoniatę

ſtę,olim Metropolis.

Fabulę ij.libri.xv.argumentum.

FACTA. TAlia conſtabat etc.Pythagoras Samius tyrannidem fugiens cum patriam reliquiſſet Italiam venit,et quę vidicerat de rerum natura,mundiq; admodum ſeculi au rei docet ad vſus terrę neceſſarios cuncta pręhente ſeculo neſas eſſe animalibus veſci,q eſſent cōſanguineę animę mortalium in proximo tpe,et q corporibus corpora transfunderentur.Poſtea paulatim paſſum eſt,ut maleficiis fere dolis interceptę occiderent & manſuetarum ſoetu ſues,q fruges ſatas eruerent:item capri q vitem maturā per.rpere aſſueuiſſet,ne fructus creſceret.

Pythagoras ſamius

RAPH. PRimordia principia. Poſitę vrbs,crotonis. Vir fuit hic ortu Samius,periphraſis ē pythagorę. nam pythagoras Samius fuit,qui odio tyrannorum pr̄iam relinquēs crotonē venit,vbi p̄hiam p̄fiteri cępit, vnde & phi italici fuerūt cognominati. pythagoras at primus omnium μετεμψύχωσιν, hoc eſt alarū de corporibus in corpa tranſitum inuexit, eoq; voluit ne carnibus homines veſcerent quo faciliori victui aſſueſcerēt,ſemperq; cibos parabiles hr̄nt. Hinc.n.et ſanitatem corpori,et igenio acumen acqri aiebat. Multas autem Metamorphoſeis ex pythagoricis dogmatis poeta deſcribit. Hic,p illic crotoni,quo ſe contulit Numa Pōpilius,vt pythagoram audiret. Ortu,origine. Et dominos,tyrannos.

Pythagoras

Pythagorę ſermo

Pythagorę dogma

Mente,mentis cōtemplatione. Deos adiit cęleſtia ac diuina ſcrutatus eſt. Oculis pectoris, ingenio. Hauſit,percepit,intellexit. Vigili cura, diligenti ſtudio. Dabat,ꝓponebat. Cętumq; ſilentium,alludit ad morem pythagoreorū,qbus ad certum vſque tps (vt Gellius ſcribit) pro eſtimato captu ſolertię ſilentium iniungebat. Dictaq; mirantium,verba pythagorę ob ſummam grauitatem admirantium. Tanta namq; fuiſſe auctoritate pythagoras traditur,ut diſcipuli et ſi nullā dictorum rōnem aſſignaſſet, maximam adhiberent fidem, rogatiq; alicuius dicti rationem,reſponderent αὐτὸς ἔφη, hoc eſt ipſe dixit, pythagoram innuentes,exiſtimarentq; ſe Dei vocem audire. Pythagoras qdem fuit appellatus,quod nō minus q̄ pythius uera loqueret. Magni primor. mūdi. de qbus varię ſunt phorum opiōnes, vt in p̄mo diximus. Et reꝝ cauſas, in qbus inueniendis maxīe phi laborant. Et qd natura, ſit uerbum ſubaudiatur. Naturā autem ab Ariſtotele diffinitur eē principium motus & gētis. Hęc autem omnia a phyſicis tractantur.

Natura

Quid Deus, quę nam ſit Dei diffinitio.Deum aūt.ſcribit Plato eſſe ſummum bonum, oīumq; bonorum auctorem.

Deus

Vnde niues,qua ex cā niues generentur. Vt ſcribunt phyſici, ex pluuia frigore cōdenſata niues generantur. Quę fulminis eſſet origo, ex colliſione nubium fulmē exprimi putatur.

Vnde niues

Vnde fulmen

Iuppiter an venti, quę cā tonitru foret. Alij nāq; tonitru eē aiunt aeris vehemētem ſtrepitus. Alii autem eruptionem ventoꝝ effracta nube cū maximo impetu coeuntium. Quid quateret terras,qd faciat terrę motus.Venti aūt in ſubterraneis cauernis recluſi, neq; exitum habentes int cā terrę motuū eſſe tradit.

Vnde tonitrus

Vnde terremotus

Qua ſydera lege mearent alia nāq; ſyderū cū mundo,alia contra mundū meare dixit. Et qdcūq; latet,oīa inqt hoībus alioqn incognita docebat pythagoras. Arguit,rep̄hendit,ſed arguit.p.c.rectius legeretur,hoc eſt vetuit. Parcite mortales,grauiſſima pythagorę oratio,qua hominibus diſſuadet ne carnibus veſcantur.Hęc autē de Empedocle,qui pythagorę dogmata carminibus cōplexus eſt,ſumpta eſſe videntur,id qd facile ex his,q̄ de pythagora ſcribit Gellius pcipi pōt. Tn̄ vero ab vſu carnium pythagoras abhorruiſſe a Dio-

Nec procul hinc tumulū,ſub q̄ ſacrata Crotonis
Oſſa tegebat humus,iuſſaq; ibi mœnia terra
Condidit,& nomen tumulati traxit in vrbes.
Talia conſtabat certa primordia fama
Eſſe loci,poſitęq; Italis in finibus Vrbis.
Vir fuit hic ortu Samius,ſed fugerat vna
Et Samon,& dominos,odioq; tyrannidis exul
Sponte erat.Isq; licet cęli regione remotus,
Mente Deos adiit,& quę Natura negabat
Viſibus humanis,oculis ea pectoris hauſit.
Cūq; animo,& vigili pſpexerat omnia cura,
In medium diſcēda dabat,cętumq; ſilentum,
Dictaq; mirantum magni primordia mūdi
Et rerum cauſas,& quid Natura docebat,
Quid Deus.vn̄ niues,quę fulminis eēt origo.
Iuppiter,an venti diſcuſſa nube tonarent,
Quid quateret terras,qua ſydera lege mearent,
Et quodcūq; latet,primusq; animalia menſis
Arguit imponi.primus quoq; talibus ora
Docta quidē ſoluit,ſed non & credita verbis
Parcite mortales dapibus temerare nefandis
Corpora.ſunt fruges.ſunt deducentia ramos
Pondere poma ſuo,tumideq; in vitibus vuę.
Sunt herbę dulces.ſunt quę mitefcere flāma
Molliriq; queant.nec vobis lacteus humor
Eripitur.nec mella Thymi redolentia flore.
Prodiga diuitias,alimentaq; mitia tellus
Suggerit,atq; epulas ſine cęde,& ſanguine pbet
Carne feræ ſedant ieiunia,nec tn̄ oēs (nunt,
Quippe equus,& pecudes,armētaq; gramie ſu

At quibus ingenium eſt, manſuetumq;, ferũq;
Armeniȩ tigres, iracundiq; leones,
Cũq; lupis, vrſi dapibus cum ſanguine gaudẽt
Heu quantũ ſcelus eſt in viſcera, viſcera condi:
Congeſtoq; auidũ pingueſcere corpore corpus
Alteriusq; animantẽ, animantis viuere leto.
Scilicet in tantis opibus, quas optima matrũ
Terra creat, nil te niſi triſtia, mandere ſȩuo
Vulnera dente iuuat? ritusq; referre Cyclopũ?
Nec niſi perdideris alium, placare voracis,
Et male morati poteris ieiunia ventris?
At vetus illa ȩtas, cui fecimus Aurea nomen,
Fȩtibus arboreis, & quas humus educat herbis,
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.
Tunc & aues tutȩ mouere per aera pennas,
Et lupus impauidus medijs errauit in aruis,
Nec ſua credulitas piſcem ſuſpenderat hamo.
Cuncta ſine inſidijs, nullaq; timentia fraudem.
Plenaq; pacis erant. poſtq̃ non vtilis auctor
Victibus inuidit, quisquis fuit ille Deorum,
Corporeasq; dapes auidam demerſit in aluum
Fecit iter ſceleri, primoq; e cȩde ferarum
Incaluiſſe putes maculatum ſanguine ferrũ
Idq; ſatis fuerat, noſtrumq; petentia letum
Corpora miſſa neci ſalua pietate fatemur.
Sed q̃ danda neci, tam non epulanda fuerunt.
Longius inde nefas abijt, & prima putatur
Hoſtia Sus meruiſſe mori, quia ſemina pãdo
Eruerit roſtro, ſpemq; interceperit anni.

gene ſcribitur, vt arȩ Delij Apollinis genitoris, quẽ ſolum colebat, frumenta, hordeum, hac placentas ſine vllo igne impoſuerit, nec vlla vnquam iecinora, vt in Deliorum rep. Ari. teſtatur. Parcite temerare, nolite violare. Deducentia, inclinantia. Temerarī Tumidȩ, ſucci plenȩ. Lacteus humor, periphraſis eſt lactis. Thymus Molliri, mollia fieri, et coqui. Thymi, herba eſt apibus gratiſſima thymus. Prodiga tellus, quȩ omnia copioſe effũdit. Suggerit, ſubminiſtrat. Et pecudes, oues. Armentaq;, boues. Ingenium, naturã. Heu quantũ ſcelus eſt, a turpi diſſuadet Pythagoras hoibus, ne carnibus veſcantur. In viſcera, in mentem, & inteſtina. Viſcera, carnes. Animãtem, hominem. Ritus Cyclopum, qui carnibus humanis, crudisq; veſcebantur. Diſſuadet autem ab inhoneſto. Turpe nãq; eſt homini imitari et feras, et ſȩuos Cyclopum mores.

Male morati, malis moribus prȩditi. Hȩc autem cum interrogatiõe et ironia legenda ſunt. Cui fecimus aurea nomẽ figurata eſt locutio, quam aureas appellauimus. A felicitate vero aureȩ ȩtatis ſũptum eſt hoc argumentum. Fȩtibus arboreis, fructibus arborum. Fortunata, felix et beata. Polluit, inquinauit. Mouere pennas, volauerunt. Tutȩ, ſecurȩ, ſine periculo. Neq; enim tunc illis retia tendebantur. Impauidus, intrepidus, ſine vllo timore. Victibus, facultati viuendi. Quisquis fuit, ignoratur nãq; quisnam fuerit, tametſi Iouẽ fuiſſe ſcribant poetȩ. Corporeas dapes, epulas ex corpore et carne cõfectas. Fecit iter, aperuit viã.

Sceleri, cȩdibus, et homicidijs. Idq; ſatis fuerat, vt feras interficeremus. Noſtrumq; petentia letum, feras, qdem nobis perniitioſas interficiendas eſſe ait; ſed earum carnibus non eſſe veſcendum.

Inde, a cȩde ferarum deuentum eſt ad cȩdem ciborum, ac manſuetorũ animalium, & quod peius eſt, hominum quoq;. Pando, recuruo. Eruerit, ſubruerit, ſubuerterit. Sus autem Cereri imolari ſolebat, vt caper Baccho. Spem anni, ſegetes, et frumentum. Morſa, coroſa. Nocuit ſua culpa duobus, concedit Pythagoras Suem quidem et caprum merito fuiſſe iugulatos. Verum oues et boues nihil prorſus vnquam mali commiſiſſe, ac potius humano generi maximopere pdeſſe, eoſq; non eſſe interficiendos. Duobus, Sui et capro. Nectar, lac ſuauiſſimum. Ex arte autẽ commoda, quȩ ex ouibus habentur, amplificat Pythagoras, q̃ facilius ab illis occidendis homines deterreantur.

Tolerare, ad tolerandum. Immemor, ingratus. Demum, affectui ſeruit hoc loco demũ quẽadmodum et tandẽ aliquando. Ruricolam bouem, quo rura et arua coluntur. Quo trita labore, interpretatio eſt, idem enim dicit per diuerſa verba. Eſt autem ordo. Qui percuſſit ſecuri illa colla, quibus toties durũ arum trahendo aratrũ renouauerant. Tunc autẽ renouatur aruum cum aratro proſcinditur.

Numen ſpernum, Iouem, ſiquidem Ioui ſacrificant iuuencum. Victima labe carens, vitio ac morbo, in cȩde vero et imolatione bouis deſcribenda commoratur Pythagoras, quo facilius ab illis interficiendis homines deborreant. Ad id autem alludit poeta, quod paulo ante dixi Pythagoram nõ victimas, ſed placentas in deorum ſacrificijs obtuliſſe. Cruentas namq; hoſtias Dijs offerri vetabat, ſolamq; aram, quȩ ſine ſanguine eſſet adorãdam cenſebat. Nam placuiſſe nocet niſi enim placeret non immolaretur. eſt autem parẽn. heſis.

Et auro, auratis cornibus. Quas coluit fruges, mola namq; ſalſa quȩ ex farre et ſale conſtabat imponebatur victimarum fronti. Mola ſalſa Inſpiciunt, inde haruſpices ſunt dicti, ab haruigis, hoc eſt victimis inſpiciendis. Haruſpices Scrutantur, inquirunt.

Vectorum

Vetitorum ciborum, probibitarum carnium. Vesci carnibus
Veſci, carnibus veſci homines proprie dicuntur, quod greci κρεωφαγειν dicunt. Veſtros colonos, nam boues vt coloni arua colunt. Et quoniam Deus ora monet. Apollo me hortatur vt loquar. : Delphos meos, Apollinis Delphici, quez vnum colo, oracula.

atq; vbi per oia ſe circūduxiſſet terreſtria, marina, volucria, rurſus in aliquod genitum hominis corpus introiret, atq; hunc ab ea introitum fieri intra annorum tria millia. Hanc orationem ſumit e grecis, qui vſurpauerunt tanq̄ ſuā, alij prius, alij poſterius, quorum ego noia ſciens non duco ſcribēda.

Vite caper. morſa Bacchi mactatus ad aris
Dicitur vltoris, nocuit ſua culpa duobus:
Quid meruiſtis oues placidū pecus, inq; tuēdos
Natū hoīes, pleno que fertis in vbere nectar?
Mollia que nobis veſtras velamina lanas
Prębetis, vitaq; magis, q̄ morte iuuatis?
Quid meruere boues, aīal ſine fraude, doloq;,
Innocuum, ſimplex, natum tolerare labores?
Immemor ē demū, nec frugū mūere dignus,
Qui potuit curuū dempto mō pondere aratri
Ruricolam mactare ſuum, qui trita labore
Illa quibus toties durum renouauerat aruum
Tot dederat meſſes, percuſſit colla ſecuri.
Nec ſatis eſt q̄ tale nefas committitur, ipſos
Inſcripſere Deos ſceleri, numenq; ſupernum
Cęde laboriferi credunt gaudere iuuenci,
Victima labe carens, & pręſtantiſſima forma
(Nā placuiſſe nocet) vittis pręſignis, & auro,
Siſtitur ante aras, auditq; ignara precantem,
Imponiq; ſuę videt inter cornua fronti,
Quas coluit fruges, percuſſaq; ſanguine cultros
Inficit in liquida pręuiſos forſitan vnda.
Protinus erepta viuenti corpore fibras
Inſpiciunt, mentesq; Deum ſcrutantur in illis
Vnde fames homini vetitorū tanta ciborū eſt?
Audetis veſci genus o mortale? quod oro
Ne facite, & monitis animos aduertite noſtris
Cumq; boum dabitis cęſorum mēbra palato,
Mandere vos veſtros ſcite, & ſentite colonos,
Et qm̄ Deus ora monet, ſequar ora mouentez
Rite Deū, Delphosq; meos, ipſumq; recludam

Auguſtę men. diuinę. Maximam aūt excitat attentionem, cum pollicetur ſe deī diuinis, q̄ nulli aliq vnq̄ inueſtigata fuerunt, diſputaturum. Ire per alta aſtra, inueſtigare cęleſtia. Inertis ſe. immobilis terrę. Pallantes, errantes. Deſpectare, deorſus a cęlo ſpectare. Sortem fa. naturam atq; conditionē fati. Sed tn̄ exēplaria ſunt, in quibus ſeriez legi animaduerti, ſicq; vr eſſe legendum, Fatum Nam fatum (vt Stoici diffiniunt) eſt cōnexa rerum ſeries, p quam mundus adminiſtratur.

Fabulę. iiij. libri xv. argumentum.

SACTA. O Genus etc. Pythagoram eundem iduc referentem cuncta rerū temporibus immutari, ſi q̄dem ipſe annus vertatur in quatuor ſpēs, veris, ęſtatis, autūni, et hyemis, et q̄ naſcuntur, Anime immortalitas qm̄ in uno prodita veras, immutatasq; ſpēs habeant, deinde res creſcendo robuſtę ętatis nouiſſime ſeneſcentis, ſe quoque memoria tenere bello Troiano Euphorbum Pāthoidē fuiſſe, et poſteaq̄ a Menelao ſit occiſus in bello animam eius in ſe eſſe transfuſam, clypeūq; eius dum in ętates ductus ſit, qui viſus eſſet in bello, in templo Iunonis Argiuę cognouiſſet.

Humeris vaAtlā. qui cęlum ſuſtinere fingitur. Pollicetur autem Pythagoras ſe noua de aīorum immortalitate eſſe commemoraturū. Materiam vatum, poetarum, qui multa de inferis ſcribunt, quos nullos Pythagoras ſēſit, cu3 animę de corporibus in corpora tranſeāt. Falſi materiā. ficti. Tabe, morbo corruptione. Nocere vl. nulla. Morte carere, ratio eſt et cauſa cur hoīes nulla mala patiātur. Nouis domo. nouis corporibus, hęc autem eſt pythagorę μετεμψύχωσις.

Ipſe ego Pan. Euphor. eram, exemplo ſui oſtendit Pythagoras animas de corporibus in corpora trāſire. Nā tempore belli Troiani ait ſe fuiſſe Euphorbum Panthi filium a Menelao interfectum, cuius & clypeum cognouit ī templo Iunonis Argiuę locatum. Pythagorici autem aſſerūt animam eſſe īmortalem, idq; exemplo Athalidę p̄bant, quē aiunt tempore belli Troiani rexiſſe, fuiſſeq; Euphorbum Panthi filium. Deinde Pyrrhū Cretenſem, poſtea Eleum quendam cuius nomen ignoratur, tandem Pythagoram ipſum. Pythagoras vero vbi monſtrat animas de corporibus in corpora tranſire ait ſe primum fuiſſe Aethalidē Mercurij filium, deinde Euphorbum Troianū, poſtea Mercurij filium ex Samia meretrice, tum Pythagoras. Memoriam autem ſemper retinuiſſe Mercurij dono cuius Aethalides filius fuit. Aethalides Euphorbus ī Pythagorā Hęſit, fixa eſt. Nam Euphorbus a menelao haſta fuit transfixus. Abanteis Arg. Argos clariſſima vrbs eſt Peloponneſi, in qua Abas regnauit, vnde Abantei Argi dicuntur, Tametſi ab alijs legatur

RAPH. O Genus immortales alas eſſe Pythagoras ait, variaq; ſubire corpora oſtendit. Hanc vero μετεμψύχωσιν, hoc eſt animę de corpore in corpus commigrationem, ab Ægyptijs ſumptam eſſe innuit Herodo. in Euterpe ſcribens, Ægyptios primos extitiſſe, qui dicerent aīam hoīs eſſe immortalem, qꝫ mortuo corpore ſubinde in aliud atq; A carnibus abſtinendum aliud corpus, vt quodq; gigneretur immigraret,

Abantes agris Abanteis, exponaturq; Euboicis. Abantes.n. ppli Euboeę fuerunt. Nihil interit.ex ſententia oīum phoꝝ hęc dicit,qui ſentiunt q̃des omnia poſſe reſolui in quatuor elementa, vel in materiam primam,vt ſentit Ariſt. Sed minime in nihilum redigi. Vnde Perſius,De nihilo in nihilum nil poſſe reuerti. Vtq; no.fa. hac ſimilitudine colligit Pythagoras ſubſtantiam varias quidem ſuſcipe formas, nunquam tñ interire. Facilis ce.mollis.ſed tñ ip.ea.eſt, q̃ ad ſubſtantiam, ſiq.dem ſubſtantia q̃uis varias ſuſcipiat qualitates et formas, tñ nunq̃ ipſa mutatur.

Ergo ne pietas ſit vi.ne igit pietas ingt violetur,nolite aīas e corpibus cum ꝑturbatione quadā expellere ea interficiendo.

Parcite eatur. nolite expellere. Cognatas aīas, cognatorū veſtrorum aīas. Et qm̃ ma ſe.ęquo.I ꝓfundiſſima viſcr q̃ōne. Cuncta ąt eſſe in ꝯtinuo fluxu alt.

Quod perſtet, q̄d ꝑmaneat a mutatione, neq; ſit alienum.

Vagans,fluxa,mutabilis. Ipſa quoq; aſſiduo, exēplo temporis colligit pythagoras omnia eſſe in continuo fluxu. Oīa eſſe ī ꝯtinuo motu

Et iubar hoc nitidum.hunc Solis ſplēdorem. Media gente,media nocte. Alius autem cęli eſſe colorem in media nocte colligit,alium in crepuſculo, quando Lucifer lucere deſinit. Primus vero pythagoras (ut ſcri.Diogenes) eandem ſtellam Luciferum, Heſperumq; appellauit.

Inficit,tingit colore rubicundo. Pallātias

Pallantias, Aurora pallantis gigantis filia. Ipſe dei clypeus, ipſe Solis orbis Solem q̄uetum eundem non manere colligit. In ſūmo,in cęli ſummitate.

Nocturnę Dianę, Lunę,quę ſemper aut creſcit, aut decreſcit,nec vnquam in eodem permanet ſtatu. Si ꝯbit orbē,ſi circulū efficit ē rotunda eſt.

In ſpēs q̃tuor,pūer,ver,ęſtatem,autumnum,hyemē. Quatuor,quę quidem ſicuti per vices inuicem cedunt. ętatis q̃

Aetatis noſtrę,anni tuor ętatis hoīs referre ſcribet. Nā vt q̃tuor ſunt anni ptes, ita ex pythagorę ſententia, quatuor ſūt hominibus ętates. Pueritia q̃ vigintī ānos implet. Adoleſcentia viginti. Iuuenta viginti. Senectus viginti. Pueritia autem veri ſimilis videtur. Adoleſcentia ęſtati.Iuuenta autumno.Senectus hyemi.

Nam tener, uer puericię, ęſtatem iuuentę, autumnū primę ſenectuti, hyemū decrepitati ſimilem eē ait. Roboris ex. firmitate carens.

Turget, tumeſcit ſuccorum copia. In ſolida,infirma. Et ſpe delectat agreſtes, agricolas ſperant.n. ſe fruges omnis generis collecturos.

Talibus atq; alijs inſtructo pectore dictis
In patriam remeaſſe ferunt,vltroq; petitum
Accepiſſe Numam populi Latialis habenas.
Coniuge qui felix nympha,ducibusq; Camęnis
Sacrificos docuit ritus,gentemq; feroci
Aſſuetam bello pacis traduxit ad artes.
Qui poſtq̄ ſenior regnumq;,ęuumq; peregit
Extinctum,latięq; nurus,populusq;,patresq;
Defleuere Numam,nam coniunx vrbe relicta
Vallis Aricinę denſis latet abdita ſiluis,
Sacraq; Oreſteę gemitu,queſtuq; Dianę
Impedit.ah q̄ties nymphę nemorisq;,lacusq;
Ne faceret,monuere,& conſolantia verba
Dixerunt,quoties flenti Theſeius heros
Siſte modum dixit,nec enim fortuna q̄renda
Sola tua eſt.ſimiles aliorum reſpice caſus.

Fabulę. xliiij. lib.xv. argumentum.

LACT. TALibus atq; alijs &c.Ægeria poſt mortem mariti Numę in Aricinam ſe contulit lugens.

RAPH. DIctis,Pythagorę pceptis. Inſtructo pe.inſtituto animo. Eoꝝ autem opinionem ſequtur Ouid.(vt diximus) qui ſentiūt Numam a Pythagora fuiſſe inſtitutum. Remeaſſe,rediſſe. Vltroq; petitum, quęſitum,ſponteq; a Romanis inuitatus, vt copioſe Liui.narrat. Latialis,Latini atq; Romani, nam Roma Latij eſt caput. Coniuge qui felix nympha, Aegeria nympha Numę pupilij fuit vxor,quę poſt viri interitum vrbe relicta in ſiluas abijt, ac tandem miſeratione Deorum in fontem fingitur conuerſa. Cum illa vero nympha ꝯgreſſus nocturnos ſibi eſſe Numa ſimulauit, eiuſq; monitu ſe quę acceptiſſima Dijs eſſent, ſacra conſtituere populo Romano perſuaſit,vt copioſe.T.Liuius deſcribit. Ducibusq; Cam. auctoribus muſis Nam omnia quęcunq; Numa ſtatuebat ad Aegerię nymphę et Camoenaꝝ auctoritates referebat, quibus etiam lucum,quem medium(vt Liui. narrat)ex opaco ſpecu fons perenni rigabat aqua cō ſecrauit,qꝺ Deaꝝ ſibi cōſilia cū ꝯiuge ſua Aegeria eēnt. Sacrificos ri. ſacrificioꝝ leges.Nā ſua cuiq; Deo ſacra,ſacerdoteſque inſtituit, vt eleganter Liuius ſcribit. Ad artes pa. ad Deoꝝ religionem,et iura et leges et mores colendos. Numa.n. vrbem

Ægeria Numę vxor

Romam vi et armis a Romulo conditam,iure,legibus,ac moribus de integro ꝯdidit. Qui poſtq̄ ſenı.Numa dū tres et quadraginta regnaſſet annos perijt. Peregit,pfecit, ac finiuit. Vallis Aricinę,Aricia vrbs eſt Latij haud longe ab vrbe Roma diſtans,vnde Aricinus declinatur. Oreſteę Dianę,quam Oreſtes vna cum Iphigenia ſorore de Taurica regione in Italiā tranſtulit, ac iuxta Ariciam collocauit.Nam Oreſtes poſt interfectam matrem ī furorem conuerſus a Pylade ſocio ad Dianam Tauricam liberandus deductus eſt,cui cum hoſpites mactarentur,a ſorore Iphigenia quę Deę ſacerdos erat, cognitus ſeruatur,ac Thoante rege interfecto Dianę ſimulachrum aufugientes abſtulerūt, iuxtaq; Ariciam collocarunt. Tametſi Pauſanias ſpartam allatum fuiſſe ſimulachrum illud contendit. Ne faceret, ne flere pgeret. Theſeius heros,Hippolytus qui equorum furore laceratus precibus Dianę vitę fuit reſtitutus,ac templo Dianę Aricinę prefectus Virbius fuit appellatus,ſed et ipſe fata ſua ad conſolationem Ægerię narrat. Siſte mo. ſtatue, impone finē luctui. Releuare,leuem reddere,a fletu liberare.

Aric

Oreſt

Hipp tus

Fabulę. xlv.libri.xv.argumentum.

LAC FANdo aliquem Hippolytum veſtras ſi cōtigit &c.Hippolytus cum propter nouercalę odium ꝓpulſus eſſet patria, et Troezena proficiſceretur, ex improuiſo mari elatus taurus ſicut parens optauerat,grauiſſimum ei obiecit timorem,exaſperatis equis tractus interijt.Quem Æſculapius Dianę voluntate, cuius initio comes fuerat reduxit ad ſuperos.Hinc eiuſdem de inferis reuocatus in nemus Aricinum mortalitatem exuit ei. Conuerſo itaq; nomine Deus Virbius eſt nominatus.

RAP FANdo,inter loquendum. Aliquem Hippolytum, quendam in ſoluta oratione diceremus. Credulitate patris,Theſei,qui nimium facile credidit phędrę vxori priuignum accuſanti. Viſq;

probabo,

Mitius iſta feres. vtinamq́; exempla dolentem
Non mea te poſſent releuare, ſed ꝗ̄ mea poſſunt
Fādo aliquē Hippolytū, veſtras ſi cōtigit aures
Credulitate patris, ſceleratę ꝫ fraude nouercę
Occubuiſſe neci mirabere, vixq; probabo.
Sed tamen ille ego ſum me Paſiphaeia quondā
Tentatum fruſtra patrium temerare cubile,
Quod voluit, finxit voluiſſe, et crimine verſo
Indicij ne metu magis, offenſane repulſę
Arguit, immeritumq́; pater proiecit ab vrbe,
Hoſtiliq; caput prece deteſtatur euntis.
Pittheiam profugo curru Troezena petebam,
Iamq; Corinthiaci carpebam littora ponti,
Cū mare ſurrexit, cumulusq; immanis aquarū
In montis ſpeciem curuari, ꝗ̄ creſcere viſus,
Et dare mugitus, ſummoq́; cacumine ſindi.
Corniger hinc taurus ruptis expellitur vndis,
Pectoribusq; tenus molles erectus in auras.
Naribus, et patulo partem maris euomit ore
Corda pauēt comitū. mihi mens iterrita māſit
Exilijs contenta ſuis, cum colla feroces
Ad freta conuertunt, erectisq; auribus horrent
Quadrupedes, mōſtriq; metu turbātur, et altis
Pręcipitāt currum ſcopulis. ego ducere vana
Fręna manu. ſpumis albentibus oblita luctor,
Et retro lentas tendo reſupinus habenas.
Nec vires tamen has rabies ſuperaſſet equorum,
Ni rota, perpetuū, quę circumuertitur axem,
Stipitis occurſu fracta, ac diſiecta fuiſſet.
Excutior curru, loriſq; tenentibusq; artus

probabo, difficulter perſuadebo. Me Paſiphaeia
Phedra quondam, Phędra Paſiphaes filia Theſei vxor, Hippolyti priuigni amore capta ab illo fuit repulſa. Quare indignata ſe ſuſpendit libellum manu tenens, quo Hippolytum accuſabat, q̄ ſe de coitu interpellaſſet. Pater credulus et filium inſontem in exilium expulit, et illi mortem eſt imprecatus, quam a pr̄e Neptuno facile impetrauit, vt qui pollicitus eſſet ſe tria ipſi p̄ſtiturum, quęcunq; poſtulaſſet. cū igit fugeret hippolytus, et phocę mari egreſsę ita perterruerunt equos quadrigarum, quibus vehebatur, vt nullo pacto potuerit inhiberi, quin p̄ pręcipitia Hippolytum immittentes prorſus dilaniarent. Qui tn̄ ſtatim dianę p̄cibus
Paſiphae ope Aeſculapij vitę fuit reſtitutus, Virbiusq; appellatus. Paſiphaeia, cum quadā vituperatione dixit, ac ſi Phędrę obijceret Paſiphaes libidinē, quę amore tauri capta cū illo coire ſuſtinuit. Me fruſtra tē. a Phędra de ſtupro fruſtra interpellatum. Temerare, violare, eſt autem ordo, paſiphaes filia qūdam finxit me fruſtra tentatum voluiſſe temerare patriū cubile, quod ipſa voluit. Et cri. ver. in me ſubaudiat. Indicij ne metu, altera duarum cauſarum ſe accuſatum a Phędra Hippolytus ait, vel quod timebat ne ipſa accuſaretur, vel quod repulſa fuit et ſpreta. Arguit, accuſauit in vetuſtis autem exemplaribus animaduerti ſic etiam ſcriptum eſſe, Damnauit, meritumq; nihil patri eiicit vrbe. Sed vtroq; modo idem ē ſenſus. Proiecit, eiecit, expulit. Hoſtili p̄ce, imprecatione hoſti conueniente, non patri. Theſeus eniz
Pittheus Neptunum patrem p̄catus eſt, vt Hippolytus filius
Troezē diſcerperet. Euntis, in exilium. Pittheiam Trezena, in qua pittheus pelopis filius ac Æthrę matris Theſei patri regnauit. Troezen autem vrbs eſt Peloponneſi a Troezene Pelopis filio, cui pittheus in regno ſucceſſit cognominata. Vt enim ſtephanus ſcribit, et aphrodiſias et Saronia et poſſidōias et apollonias et Anthanis antea fuit dicta. Cū mare ſurrexit, tumefactum eſt. In montis ſpē, per emphaſim oſtendit quantus eſſet vitulus ille marinus, qui inſtar montis mare extollere. Et dare mugitus, mugire, nondum enim vitulus ille marinus ex aquis extulerat caput, phocę autē vt tauri mugitus edunt, vnde et vituli nomen acceperunt. Corniger hinc taurus, deinde inquit phoca vt taurus cornua habens, ex ruptis vndis egreſſa eſt. Expellitur, erumpit, cum impetu egreditur. Exilijs contenta ſuis, exilij ſui moerore confecta. Feroces quadrupedes, feroces eq. quibus hippolyti currus trahebatur. Colla, capita. Ad freta conuer. ad mare p̄pter ſtrepitum phocę egredientis. Horrent, timent. Monſtri me. vituli illius marini timore. Phocę nanq; adeo ſunt aſpectu turpes, vt inter mōſtra marina numerentur. pręcipitant, in p̄ceps iaciunt. Altis ſco. p altaſaxa. Ego du. va. ego lquit fruſtra conor retrahere fręna ſpumis infecta. Ducere, reducere, retrahere. Vana ma. infirma, neq; n. eqs potuit continere. Luctor, enitor, conor legitur et Luſtro. Tendo, contendo. Retro, ducere ſubaudiamus, vt retrahere intelligamus. Lentas ha. flexibilia lora. Has vi. meas vires.
Axis Rabies, ferocitas. Perpetuum axem, continuū. Axis autem eſt lignum illud, circa quod rotę currus vertuntur. Excutior cu. e curru eiectus cado. Artus, pedes. Repꝛhenſa, retenta a radicibus, ſtirpibuſque arborū. Dare, edere. Gemitē ſc. magnum efficere ſtrepitum. Exhalare, mittere, me ſubaudiamus. Videres, videre poſſes. Num po. aut an. maiorem ſuam fuiſſe calamitatem ꝙ̄ quę Ægerię p̄tigit, Hippolytus ait. Componere, cō Hippolytus ab inferis parare. Vidi quoq; lu. ca. re. hoc eſt ad inferos quoq; deſcendi. Et lacer ſo. et corpus inquit la

Viſcera viua trahi,neruosq; in ſtirpe teneri,
Membra rapi partiз,partim reprenſa relinqui.
Oſſa grauē dare fracta ſonuз, feſſamq; videres
Exhalare animam,nullaſq; in corpore partes,
Noſcere quas poſſes,vnūq; erat omnia vulnus.
Num potes,aut audes cladi componere noſtrę
Nympha tuas? vidi quoq; luce carentia regna
Et lacerum foui phlegethontide corpus ī vnda
Nec,niſi apollineę valido medicamine prolis
Reddita vita foret.quam poſtq̄ fortibus herbis
Atq; ope pęonia Dite indignante recepi,
Tū mihi,ne pręſens augerem muneris huius
Inuidiam,denſas obiecit Cynthia nubes.
Vtq; forem tutus,poſſemq; impune videri
Addidit ętatem,nec cognoſcenda reliquit
Ora mihi , Cretenq; diu dubitauit habendam
Traderet,an Delon.Delo,Cretaq; relictis
Hic poſuit,nomenq; ſimul quod poſſit equorꝫ
Admonuiſſe iubet deponere,quiq; fuiſti
Hippolytus dixit,nunc idem Virbius eſto.
Hoc nemus ide colo,de Dijsq; minoribus vnus
Numine ſub dominę lateo,atq; aſſentior illi.
Non tamen aegerię luctus aliena leuare
Damna valent,montiſq; iacens radicibus imis
Liquitur in lachrymas,donec pietate dolentis
Mota ſoror phoebi gelidum de corpore fontem
Fecit,& ęternas artus tenuauit in vndas.
At nymphas tetigit noua res,& Amaçōe natus
Haud aliter ſtupuit,q̄ cum Tyrrhenus arator
Fatalem glebam motis aſpexit in aruis,
Sponte ſua primum nulloq;,agitāte moueri,
Sumere mox hominis,terręq; amittere formē

niatum in ardentiſſima phlegethōtis aqua laui. Eſt enim Phlegethon vnus ex inferoꝝ fluuijs qui
Phlegetō
ardens interpretari poteſt. Apolline pro.Æſculapij Apollinis filij. Fortibus her.potentibus. Atq; ope Pęonia,auxilio medico. Pęon.n. deoꝝ medicus peritiſſimus fuiſſe perhibet,a quo Pęonia herba,et inuenta fuit & appellata. Dite indignāte. Plutone ęgre ferente me vitę reſtitui. Ne pręſens augerem muneris huius Inui.hoc eſt ne ſi in Gręcia viuerem, Athenienſium ī me inuidiam ꝯcitarē,a Diana fui occultatus. Cynthia, Diana, cuius miles erat Hippolytus. Impune,ſine vlla mea poena. Addit ęta.me natu maiorē effecit, q̄ eſſem cum ab eqs fui dilaceratus. Ora cognoſcenda, facies cuę cognoſci poſſet. Innuit aūt Hippolytus ſe in nouam figuras fuiſſe trāsmutatus, ne a quo q̄ cognoſci poſſet. Habendam,habitandā.

Pęon

Egeria ī fontem

Trages puer

Gleba in puerum

Hic poſuit, in Latio iuxta ariciam.

Nomenq; ſimul, videtur ſentire poeta Hippolytum fuiſſe nominatuз, q̄ ab equis fuit ſolutus et laniatus. Nā ιππος equus, λυω ſoluo interptat. Nunc idēз Virbius eſto,Virbius dictus eſt Hippolytus, q̄ vir bis fuiſſe videtur, et anteq̄ ab equis fuit dilaceratus,et poſtq̄ vitę fuit reſtitutus. Hoc nemus inde colo,ex eo tpe inquit,quo ab inferis ſui reuocatus in hoc Aricino nemore habito. Numine ſub dominę,dianę,quę iuxta Ariciam templum habebat.

Hippolytus Virbius

Fabulę.xlvi.libri.xv.argumentum.

LACT.

Non tñ &c. Ægeria nympha Numę Pōpilij coniunx ꝑdit, quę poſt viri interitum cū ſe in nemus Aricinum ꝯtuliſſet,ibi q̄ſtu aſſiduo defleret caſum viri fatigata Dianā eius regionis incolam aſſiduo fletu,nouiſſime lachrymę eius ab eadem Dea transmutatę ſunt in fontem, qui ex eius nomine nuncupatur Aegeria.

RAPH.

Non tamen Aegerię, Numę Pompilij vxor cuз ob mariti mortem fleret non deſineret, Dianę miſeratione in fontem ſui nominis fuit ꝯuerſa. Leuare,leues reddere. Liquit, reſoluit. Soror Phę: Diana. Tenuauit,in tenues aq̄s tranſmutauit.

Fabulę.xlvij.xv.libri argumentum.

LACT.

At nymphas &c. Cum in Tyrrhenia, quę etiam Thuſcia dicta eſt, quidā arator iuſtum opus in dies redderet,ꝑſſo vomere glebā opinione ſua ponderoſiorē excitauit,cuius dū miratione ꝑmeret,aiaduertit eam in figurā pueri eſſe tranſmutatam,qui Hetruſcorum lingua Tages poſtea nole futurorū ſciam inueniret.

RAPH.

At nymphas tetigit noua res, hęc ad ꝯcinnam eoꝝ quę ſequunt ꝯnexionē a a poeta narrantur. Gleba nāq; agricolę aranti in pueꝝ vaticinandi peritū viſa eſt trāsformari. Et ama.na. Hippolytus Hippolytę amazonuз reginę filius.

Quā cum Tyrrhenus arator,hęc hiſtoria eſt non fabula. Nā vt in.ij. de diuinatione libro Cicero ſcrib.Tages qdam dicitur in agro Tarquinenſi cum terra araretur et ſulcus altius eſſet impreſſus extitiſſe repente, et eum affatū eſſe q arabat. Is aūt vt in libris eſt Hetruſcoruз puerili ſpē diſ viſus,ſed ſenili fuiſſe prudētia. Eius aſpectu cū obſtupuiſſet bubulcus, clamorēq; maiorē cum admiratione edidiſſet.ꝯcurſum eſſe factū,totamq; breui tpe in eum locū Hetruriā ꝯueniſſe.Tum illum plura locutū multis audiētibus , q̄ oīa eius verba excepit,lr̄isq; mandauerit. Oēm aūt orōnē fuiſſe eā,qua haruſpicinę diſciplina ꝯtinet. Fatalem gle. in qua fata et futuroꝝ pſciētia . ꝯtinebāt. Terrę for.glebę figurā. Ora re.ora nup ex terrę gleba figurata. Venturis fa. hoc eſt diſciplinę et arti eoꝝ, quę fato ventura erant cognoſcendoꝝ.

Tages haſta

Nam Tages primus olim haruſpicinę diſciplina thuſcis tradidit. Indigenę. Thuſci. Dixere, appellauere. Qui primus hę. nam Tages primus, olim haruſpicinā, artēq; diuinandi ac pdicendi futura thuſcos docuit. Neq; Plin. a Cicerōe in h, Ouidioq; diſſentit, vt qdā ait imperitus. Sed Delphū haruſpicinę fuiſſe inuētorē ait. Aliud vo eſt docere, aliud inuenire nemo niſi cōi ſenſu careat, vnquā dubitauit.

Fabulę.xlviij.argm̄.

LACT. Vtq; palatinis &c. Romulus Martis et Ilię filius cū venerat ex monte Auētino pſequēs aprū fugiētē iaculum iecit, qd pſtinus in colle palatino heſerit locus eius mōtis ſcalę recte culus ima ps ſpecu adeo defiſſa terre eſt et cōpbēſa radicibus. Effectum eſt nouiſſime vt in arborē cornum in incrementō conuerſa ſit.

RAPH. Vtque Palatinis, h qq; de hiſtoria ſumptum eſſe vr. Nā Romulū ſcribit Plutar. in palatino colle ſui experiundi gra corneam lanceā fuiſſe iaculatū, illamq; i terra defixam, annitentibus multis cōuelli nunq̄ potuiſſe. ſed emiſſis ramis in exīmię altitudinis cornum icreuiſſe, locum vero eius hijs qui poſt Romulum fuerunt, parietibus circūductis, vt ſcīſſimum tēplū in magna religiōe fuiſſe adeo, vt ſi cui ppius accedenti viſa fuiſſet arbor minus frōdeſcere, ſed veluti ſubductis nutrimentis langueſcere, id ſtatim occurrētibus clamore ſignificaret. Cū aūt. C. Cęſar gradus extrueret, fabris ppinqua arbori loca temere fodientibus violatę radices fuerunt, arborq; aruit et interijt. Virbiū aūt ita ſtupuiſſe ait poeta reſolutione Ægerię in fontē, vt ſtupuit Romulus cū haſtam ſuā frondeſcere vidit. Mouit mihi riſum ſimul et ſtomachum fatuus qdam in hac hiſtoria referenda, qui Romulū lanceam fuiſſe iaculatum ait ingenij expiendi gra, pinde ac ſi vires ingenij et non corporis iaculantes experiremur. Hęrentem collibus palatinis, fixā in monte palatino. Stabat, erecta erat. Non ferro adacto, non cuſpide terrę infixa. Nā haſtę cuſpis in radicē fuerat conuerſa. Lenti vi flexibilis virgę. Cornus.n. arbor ramos admodū flexibiles habet. Dabat, faciebat. Non expectatas vmbras, inſperatas. Admirātibus, haſtam in arborem fuiſſe verſam. Cornus

Fabulę.xlix.libri.xv. argumentum.

Oraq; venturis aperite recentia fatis,
Indigenę dixere Tagen, qui primus Hetruſcam
Edocuit gentem caſus aperire futuros.
Vtq; palatinis hęrentem collibus olim,
Cum ſubito vidit frōdeſcere Romulus haſtā,
Quę radice noua, non ferro ſtabat adacto.
Et iam non telum, ſed lenti viminis arbor
Non expectatas dabat admirātibus vmbras.
Aut ſua fluminea quum vidit Cippus ī vnda
Cornua. vidit enim, falſamq; in imagie credēs
Eſſe fidem, digitis ad frontem ſępe relatis
Quę vidit tetigit, nec iā ſua lumina damnans
Reſtitit, vt victor domito veniebat ab hoſte,
Ad cęlumq; oculos, & eodem cornua tollens,
Quicquid ait Superi monſtro protendit̄ iſto,
Seu lętum eſt patrię, lętū, populoq; Quirini,
Siue minax, mihi ſit. viridiq; ex ceſpite factas
Placat odoratis herboſas ignibus aras.
Vinaq; dat pateris, mactatarumq; bidentum
Quid ſibi ſignificent, trepidantia conſulit exta.
Quę ſimul aſpexit Tyrrhenę gentis haruſpex,
Magna quidem rerū molimina vidit in illis,
Non manifeſta tamen, cum vero ſuſtulit acre
A pecudis fibris, ad Cippi cornua lumen.
Rex ait o ſalue. tibi enim, tibi Cippe tuiſq;
Hic locus. & Latię parebunt cornibus arces.
Tu modo rumpe morā, portaſq; intrare patētes
Appropera. ſic fata iubēt. nanq; vrbe receptus

LACT. Aut ſua &c. Cippus Genutius ab hoſte victor reuertēs prius q̄ triūphās portā intrauit, aiaduertit cornua ſibi in tpibus enata, q pdigio extarios haruſpias cū ↄſuluiſſet, reſſum eſt eū ſi in vrbē intraret, regnaturū, qd ille aduerſatus pribus ↄuocatis indicauit, ac cū ↄſtitiſſet nunq̄ ſe tyrannū futurū, decretum eſt ei vniuerſorū ↄſilio tm̄ agri q̄tum vno die arator poſſet circūdare, portaq; q̄ intraturus fuiſſet, inſignis gra, vt ęneis cardinibus apparet, i qua ad memoriā poſterorū cornutū caput eius exculpet.

RAPH. At ſua flu. h q̄q; de hiſtoria ſumptū ē. Nā vt Valeri. narrat. M. Genutio cippo ptori paludato porta egredienti noui et inaudi generis pdigiū incidit, nāq; in capite eius ſubito veluti cornua emerſerunt, reſumq; eſt eū regē futurū, ſi in vrbē reuertiſſet. Quod ne accideret, voluntarium ac ppetuū ſibimet indixit exiliū, cuius tātę rei gra capitis effigies ęrea porta q̄ exceſſerat incluſa ē. Corrupte aūt At fere i exēplaribus ē ſcriptū, cū loco illius h pticula Aut ſit reponēda, et illud vbū ſtupuit h q̄ ē ſubaudiēdū. Itaq; fabulā fabulę poeta elegāter ↄnectit, qq̄ multas nugis ab illo inſulſo q Metamorphoſin dilacerauit, hic q̄ impoſitus plerisq; i exēplaribus ſeligaſ, qd vt faciliꝰ fieret illā copulā At loco Aut ex cōmodo ſuo repoſuiſſe vr adeo in deprauādis libris q̄rūdā temeritas debacchaſ, cū ē nō q vr ē legēdū. Cippus aūt nō ſolū nomē eſt viri, ſꝫ appellatio q̄ lapidē q ſepulchro īpōiſ ſignis. et colūnā, in q̄ epitaphia ſcribunſ. Domito.a.ho. ab hoſtibus ſupatis. Portēdiſ, pſigaſ, pmōſtraſ. Vñ portēta, mōſtraq; dr̄, q̄ futurū aliqd pnūciāt. Patrię.ſit ſubaudiaſ. Siue.m.triſte. Placat.a. Deos

Cippo cornua

Portentū

mitigat per metonymiam. Dij nanq; placari dñr per ſacrificia in aris facta. Odoratis ignibus, thuribus incenſis. Vinaq; dat pateris, in pateras vina fundit. Mactataq; bi. imolataq; ouium.

Quid ſibi ſignificent, cornua in fronte nata ſub audiat. Trepidantia, palpitantia. Tyrrhene gētis baru. ex Hetruria nāq; haruſpices euocabantur. Magna moli. magnas regi cōmutationes. A pecudis fi. ab extis pecudum. Fibrę nanque ſunt tenuiores venę, quibus exta velut lineis quibusdam diſtinguunt. Acre lumen, acute videntes oculos. Tibi. n. ti. anadiploſis cum quadam exultatione ab haruſpice lęta ꝑdicente facta. Hic lo. Romas indicat digito. Et Latię arces, Romanum imperium. Tu mō rumpe morā, os ſolūmodo tolle moras, feſtinaq; vt portas patentes igrediaris. vrbe, in vrbes.

Fibrę

Perēni ſce. ꝑpetuo regno. Tornā fa. cornibus terribilem, atq; deturpatā. Talia omina, talia portenta. Conuocat, extra vrbē. Et aggeribus inſiſtit, ſtat in aggere alto, vt ab omnibus audiatur.

Priſco mo. antiq̄ ꝯſuetudine. Qua ēt priſci oratores Deos inuocare ī principio orōnis ſolebāt. Dicā, idicabo. Cornua for. ge. non forte vt ſere in exēplaribus ē deprauatum, ſed frōte legendū eſſe notū iā eſt, q̄ vt ſit admonendū. Famularia iura, leges ſeruiles, q̄bus vt ſeruos oēs vos oporteat obedire.

Irrūpere

Irrūpere, cū impetu intrare. Quāuis cōiunctior illo, figurate ſe illū eſſe innuit Cippus quē haruſpex futurū eſſe regem dixerat. Prohibete, arcete. Vel ſi di. erit, pulchra figura illū indignum eſſe oſtendit, qui aut viciat aut necat. Qualia ſuc. duabus per q̄uā accōmodatis ſilitudinibus exprimit poeta quale murmur ppli fuerit, poſteaq̄ cippus finē orōni īpoſuit. Succinctis pinetis, altis et proceris.

Rex eris, & ſceptro tutus potiere perenni.
Retulit ille pedem, toruūq; a mœnibus vrbis
Auertens faciem, procul o procul omnia dixit
Talia Dij pellant, multoq; ego iuſtius æuum
Exul agam, q̄ me videant Capitolia regem.
Dixit, & extemplo, populumq;, grauēq;, ſenatū
Conuocat. ante tñ capitis noua cornua frōde
Velat, & aggeribus factis a milite forti
Inſiſtit, priſcoque Deos e more precatus,
Eſt ait hic vnus, quem nos niſi pellitis vrbe,
Rex erit. is qui ſit, ſigno, non nomine dicam.
Cornua fronte gerit, quē nobis indicat augur
Si Romam intrarit, famularia iura daturū.
Ille quidem potuit portas irrumpere apertas,
Sed nos obſtitimus, quamuis coniunctior illo
Nemo mihi ē vos vrbe virū prohibete Quirites
Vel ſi dignus erit, grauibus vincite cathenis,
Aut finite metum fatalis morte tyranni.
Qualia ſuccinctis, vbi trux inſibilat Eurus,
Murmura pinetis fiunt, aut qualia fluctus
Aequorei faciunt, ſi quis procul audiat illos,
Tale ſonat populus, ſed per confuſa trementis
Verba tamen vulgi vox eminet vna. q̄s ille eſt
Et ſpectant frontes, ꝑcinctaq; cornua quęrunt.
Rurſus ad hos Cippus, quē noſcitis inq̄t hētis,
Et dempta capiti populo prohibente corona;
Exhibuit gemino pręſignia tempora cornu.
Demiſere oculos omnes, gemitumq; dedere,
Atq; illud meritis clarū (quis credere poſſit?)
Inuiti videre caput, nec honore carere
Vlterius paſſi, feſtam impoſuere coronam.
At proceres (quoniam muros intrare vetaris)
Ruris honorati tantum tibi Cippe dedere,
Quantum depreſſo ſubiectis bobus aratro
Complecti poſſes ad finem lucis ab ortu.
Cornuaq; auratis miram referentia formam
Poſtibus inſculpunt, longū manſura ꝑ æuum.
Pandite nunc muſę pręſentia numina vatum
(Scitis enim, nec vos fallit ſpacioſa vetuſtas)
Vnde coroniden circumflua Tybridis alti
Inſula Romuleę ſacris adiecerit vrbis.
Dira lues quondam Latias vitiauerat auras,

Succinctum

Succincta dñr alti, ſu cincta, vnde ſuccincti milites dicunt, q̄ breuioribus veſtibus vtentes altius cincti videant. Pineta vero dñr ſuccincta, q̄ iuxta cacumen ramos emittant. Id qđ Oui. alibi apte ſigt cū iqt, Et ſuccincta comas, hirſutaq; vertice pinus. Per, iter. Trementis vul. ppli trepidandis. Eminet, clarior eſt et clarior. Pręſignia, inſignia. Gemino cor. duobus cornibus ſilibus.

Demiſere oculos, in terram oculos demiſerunt ne cornua cū ſummo dedecore tā boni ciuis aſpicerent. Quis credere poſſit? parētheſis eſt cū interrogatione, ac ſi diceret. Nemo crederet Romanos inuitos aſpexiſſe viri caput tā ꝑclaire de pria meriti, vt cū regnum aſſeq poſſet, noluerit. Illos. n. q de nobis bene ſunt meriti libenter aſpicere ſolemus.

Iugerum

At pceres, ſenatores. cippū aīt iugero optimi agri ob ſpretum regnū donatū fuiſſe ait. Iuger. n. tm̄ terrę dr̄ q̄tū par boum vno die poſſit exarare. Ruris hō. agro honorato viro ꝯueniētis. Ad fi. ab ortu diei vſq; ad occaſum. Mirā for. mirandā cippi effigiē. Referentia, ſignātia, repñtantia.

Auratē po. auro ornatis poſtibus portę illius per quam igredi poterat Cippus.

LACT.

Fabulę.l.li.xv.argumentum.

Pādite nũc etc. Grauis peſtilẽtia Rõanis cũ icidiſſet, et maxĩa trepidatio vrbẽ terreret, p legatos oraculũ apollinis ꝯſultũ ẽ, ex quo mõitum, vt Æſculapiũ Epidauro accerſirẽt, nobiliſſimiq; legati cũ ſimulachro Dei petitũ ad epidauros miſiſſet, ſtupẽtibus admiratõe Deus ĩ draconẽ verſus per mediũ Epidauꝝ lapſus nauẽ legatoꝝ ꝯſcẽdit cũ quibus vectus Romam vt delatus ẽ ĩ inſulã Tyberis ingreſſus ẽ, ibiq; virgultis occultus q locus oraculis vocat.

Æſculapius

Pādite nũc muſę, Muſas inuocat poeta vt ſibi cõmemorẽt, q̃ de cã aeſculapius Apollinis ex Coronide filius Romã ab Epidauro fuerit aduectus. Graui nãq; peſtilẽtia laborãtes romani oraculũ acceperũt, vt aeſculapij auxilio vterent. miſſi igit legati cũ ab Epidauris Deũ ĩpetrarẽ nõ poſſẽt, aeſculapius ipſe ĩ anguẽ ꝯuerſus p mediã vrbẽ ad nauẽ legatoꝝ perexit. Romãq; aduectus ſibi ĩ inſula tyberis ſedẽ elegit. Pñtia nu.i. ꝓpicij Dij poetaꝝ. Muſę nã ꝓ pſidere poetis fingũt. Vñ, q̃ ex cã. Coronidẽ, Aeſculapiũ coronidi nepotẽ Apollinis ex coronide filiũ, vt ſupius copioſe fuit expoſitũ. Dira lu. peſtis a deorũ ira imiſſa. Exangui mor. ab effectu morbus, dr̃ exãguis, qd̃ exangues hoĩes reddat. vt mors q̃z pallida dr̃. Mortalia tẽ. hoĩs experimẽta. Mediãq; tenẽtis orbis humũ delphos,

Delphi

Delphi ĩ medio terraꝝ orbe a geographis eẽ ſcribũt. Salutifera ſor. viſo ſalutẽ afferẽti. Cortinaq; reddidit imo,

Cortina quę

phębus ĩ cortina exiſtẽs. Eſt.n. cõtinẽs pro ꝯtẽto p metonymiã poſitũ. Cortina vero mẽſa erat ĩ adyto tẽpli apollinis, q̃ ẽt Delphica dicebat, ĩ q̃ phębades iacẽtes arta oracula reddebãt.

Delphica

Propiore loco viciniore. Nam Epidaurus Rõę ꝓpinquior ẽ q̃ Delphi. Sed Apolline nato, Aeſculapio apollinis filio. Bonis auibus, bõis auſpicijs. Accerſite, aduocate. Prudẽs ſenatus accepe, figurate dictũ tale, q̃le ẽ illud Virgilianum, pars in fruſtra ſecãt. Explorãt, diligẽter ĩquirũt. Iuuẽis phębeius, Aeſculapius Apollinis filius. Petãt vẽtis, aduauigẽt. Epidauria littora,

Epidaurus

Epidaurus, q̃ et epitaurus appellat (vt Strabo ait) vrbs ẽ Saronico ſinui adiacẽs, q̃ et Meliſſa et hemera olim fuit dicta tẽplo Aeſculapij maxĩe inſignis. Pręſens, propicius. Funera gẽtis Auſonię peſtilẽtiã qua Romani ẽ italę gẽtes moriebãt. Certãt adijcere ſortes, ſtudẽt ſuis dictis apollinis rñſa cõfirmare, et ſibi aeſculapiũ adiudicare cõtendũt.

Addicere

Nã addicere vnũ ẽ ex tribus verbis ꝑtoris, q̃ ſunt, do. dico. addico, qd̃ ſignat et ad tẽpus vẽdere et adiudicare, vnde addicti dicuntur interdũ addicere ſignificat ratũ facere, vnde aues dicũtur addicere, quãdo ratum faciunt auſpiciũ. Liuius, Fabio auſpicãti aues ſemel atq; iterũ nõ addixere, Qua in ſignificatione hic quoq; accipi poteſt, vt intelligant legati dicere ſortes et Apollinis reſpõſa cõfirmare, et ratum facere id quod petunt.

Æſculapius ĩ ſerpentem.

Diſſidet et variat ſnĩa, ſenatoꝝ igr Epidauriorũ ſnĩę diſcordes et varię erãt. Alij nãq; tradẽdũ Romanis, alij negãdũ aeſculapiũ ſentiebãt. Suã opẽ, ſuũ auxiliũ, hoc eſt aeſculapiũ ad quẽ

Pallidaq; exangui ſquallebant corpora morbo,
Funeribus feſſi poſtquam mortalia cernunt
Tentamenta nihil, nihil artes poſſe medentũ,
Auxilium celeſte petunt, mediamq; tenentis
Orbis humũ Delphos adeunt oracula phœbi,
Vtq; ſalutifera miſeris ſuccurrere rebus
Sorte velit, tantęq; vrbis mala finiat, orant.
Et locus, & laurus, & quas habet ipſe, pharetras,
Intremuere ſimul, cortinaq; reddidit imo
Hác adyto vocem, pauefactaq; corpora mouit.
Quod petis hic, ꝓpiore loco Romane petiſſes,
Et pete nunc ꝓpiore loco, nec Apolline vobis,
Qui minuat luctus, opus eſt, ſed apolline nato.
Ite bonis auibus, prolemq; accerſite noſtram.
Iuſſa Dei prudens poſtq̃ accepere ſenatus,
Quas colat, explorat iuuenis phœbeius vrbem,
Quiq; petant uentis Epidauria littora mittũt.
Quę ſimul incurua miſſi tetigere carina,
Concilium, Graiosq; patres adiere, darentq;
Orauere Deum, qui pręſens funera gentis
Finiat Auſonię, certant adijcere ſortes.
Diſſidet, & variat ſententia, parsq; negandum
Non putat auxilium, multi retinere, ſuamq;
Non emittere opẽ, nec numina tradere ſuadẽt
Dũ dubitant, ſerum pepulere crepuſcula lucẽ,
Vmbraq; telluris tenebras induxerat orbi.
Cum Deus in ſomnis opifer cõſiſtere viſus
Ante tuum Romane torum, ſed qualis in ęde
Eſſe ſolet, baculumq; tenens agreſte ſiniſtra
Cęſariem longę dextra deducere barbę.
Et placido tales emittere pectore voces.
Pone metũ, veniã, ſimulachraq; noſtra relinq̃.
Hũc modo ſerpentem, baculũ qui nexibus ambit,
Perſpice, & vsq; nota, viſũ vt cognoſcere poſſis
Vertar in hunc, ſed maior ero, tãtusq; videbor,
In quantũ verti cęleſtia corpora debent.
Extemplo cum voce Deus, cum voce, Deoq;
Somnus abit, ſomniq; fugã lux alma ſecuta ẽ.
Poſtera ſydereos Aurora fugauerat ignes,
Incerti quid agant proceres ad templa petiti
Cõueniunt operoſa Dei, quaq; ipſe morari
Sede velit, ſignis cęleſtibus indicet, orant.

Vix bene deſierant, cum criſtis aureus altis
In ſerpente Deus prenuncia ſibila mouit,
Aduentuque ſuo, ſignumque, araſq; foreſque.
Marmoreumq; ſolum, faſtigiaq; aurea mouit,
Pectoribusque tenus media ſublimis in ęde
Conſtitit, atq; oculos circuntulit igne micantes
Territa turba pauet, cognouit numina caſtus
Euinctus vita crines albente ſacerdos.
En Deus eſt Deus ē, animis, linguiſq; fauete,
Quiſquis adeſt dixit. ſis o pulcherrime viſus
Vtiliter, populoſq; iuues tua ſacra colentes.
Quiſquis adeſt, viſum venerātur numen, & oēs
Verba ſacerdotis referūt geminata, piumq;
Aeneadę pręſtit et voce, & mente fauorem.
Annuit his, motiſq; Deus rata pignora criſtis
Et repetita dedit vibrata ſibila lingua.
Tum gradibus nitidis elabitur, oraq; retro
Flectit, & antiquas abiturus reſpicit aras.
Aſſuetaſq; domos, habitataq; templa ſalutat.
Inde per iniectis adopertam floribus ingens
Serpit humum, flectitq; ſinus, mediaq; p vrbē
Tendit, & incuruo munitos aggere portus.
Reſtitit hic, agmenq; ſuum, turbęq; ſequentis
Officium. placido viſus dimittere vultu,
Corpus in Auſonia poſuit rate, numinis illo
Senſit onus, preſſaq; Dei grauitate carina.
Aeneadę gaudent, ceſoque in littore tauro
Torta coronatę ſoluūt retinacula nauis.
Impulerat lenis aura ratem. Deus eminet alte

In aduerſis confugiebant. Dum dubitant, dum de re dubia conſultant. Vmbra telluris, diffinitio eſt noctis. Nox enim nihil eſt aliud quam terrę vmbra. Deus opifer, Aeſculapius opem et auxilium morbo laborantibus ferens. Sed qualis in ęde eſſe ſolet, in hominis, non draconis facie. Nam in templo ſub effigie humana colebatur Aeſculapius, quamuis in anguem conuerſus Romam fuerit aduectus. Baculum agreſte, inuſitate baculum cum neutro epitheto copulauit poeta, cum ſit generis maſculini. Longe barbę, Aeſculapius namq; barbatus pingebatur. Apollo vero ſine barba. Geſtum autem exprimit poeta quo ſępenumero vtuntur, qui ſibi barbam mulcēt. Et vſq; nota, et eo vſq; animaduerte. Ad templa operoſa, multis operibus ornata, multoq; labore extructa. Petiti Dei, ęſculapij a Romanis poſtulati. Qua ſede, qua vrbe, Epidauri an Romę. Aureus in ſerpente Deus, Aeſculapius qui ſub aureo ſimulachro colebatur in ſerpentem conuerſus. Serpentes autem idcirco Aeſculapio ſunt ſacri, quia acutiſſimi viſus a phyſicis eſſe dicuntur. Vnde et ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι, hoc eſt a vidēdo fuere dracones cognominati. Hac etiam de cauſa eos incubantes theſauris cuſtodię gratia antiqui finxerunt. Prenuncia ſibila, ipſum aduentare ſignificantia. Mouit, emiſit. Signum, ſimulachrum Dei et ſtatuam. En Deus eſt, Deus eſt, conduplicatio aliquid repentinum annunciantis maxime conueniens. Animis linguiſq; fauete, caſta, puraque cogitate ad dicite. Sis o pulcherrime, preces ſacerdotis ad Aeſculapium. Aeneadę, Romani, qui et ipſi bona ominabantur. Rata pignora, certa ſigna, quibus innuebat ea futura quę petebant. Tum gradibus niti-

Nox
Baculus
Ogollum
Draco

dis, ſitus effingitur veterum templorum in quę eminentioribus in locis ędificata per gradus aſcēdebatur. Iniectis floribus ſparſis. Reſtitit hic, apud portum conſtitit Aeſculapius in ſerpentem conuerſus. Agmenq; ſuum, Epidauriorum multitudinem dicit. Turbęq; ſequentis Officium, hoc de more principum virorumq; ſumptum eſt, qui comites benignis verbis dimittere ſolent. In Auſonia rate, in naue Romana. Torta retinacula, periphraſis eſt funium, quibus naues ad terram ligantur. Modicis zephiris, temperatis ventis. Sextę pallantidos ortu ſextę aurorę, quo ſignificatur ſexto die ab Epidauro in Italiam perueniſſe. Pretereq; Lacinia templa, iuxta tēpla Iunonis Lacinię. Lacinium autem promontorium eſt in ſinu Italię Iunonis templo nobile, a Lacinio latrone illic ab Hercule interfecto cognominatum. Scylleaq; lit. Scyllei ſaxi. Nam Scylleum ſaxū eſt ſublime, quod humilem a tergo terras alluentibus vndis habet in Cherroneſi faciem. eodem autem nomine etiam oppidum habet. Linquit Iapygiam, Calabriam ab Iapyge Dedali filio dictam, quę promontorium mihi ſignificari videtur, quod Acram Iapygiam vocant, quę (vt ſcri. Plin.) longiſſime in maria excurrit Italia. Leniſq; Amphiſſia remis ſaxa fugit, amphiſſia ſaxa ab amphiſſa vrbe locrorum dicta eſſe mihi videntur Nam Locri illas Italię oras tenuiſſe etiam Virg. non ſolum geographis ſcribuntur. Hic et Narici poſuerunt męnia Locri Quidam vero Amphryſia legunt. Prerupta Celennia, alta ſaxa ſubaudiantur. Videtur autem Celennium eſſe promontorium Brutiorum, de quo tamen alibi me nihil legiſſe memini. Forſitan autem non Celennia, ſed Ceneia legendum ſit. Nam Cenis (vt Plin. ſcri.) promontorium eſt Italię e regione Pelori. Sunt quidam qui legunt

Lacinii
Scylleum
Iapygia
amphiſſa
Celennii
Cenis

Impoſitaq; ꝑmens puppim ceruice recuruam
Cęruleas deſpectat aquas, modicisq; per ęquor
Ionium zephyris ſextę pallantidos ortu
Italiam tenuit, prętcrq; lacinia templa
Nobilitata Dea, Scyllę aque littora fertur.
Linqt Iapygiã, leuibusq; Amphyſſia remis
Saxa fugit, dextra pręrupta Celennia parte,
Romechiumq; legit, Caulonaq;, Nariciamq;,
Euincitque fretum, Siculiq; anguſta Pelori,
Hippotadęq; domos regis, Temeſesq; metalla
Leucoſiamque petit, tepidique roſaria Pęſti,
Inde legit Capreas, promontoriũque Mineruę
Et Surrentinos generoſo palmite colles,
Herculeamque vrbẽ, ſtabiasq;, & in otia natas
Parthenopen, & ab hac Cumeę tẽpla Sibyllę.
Hinc calidi fontes, lentiſciferumq; tenetur
Linternũ, multãq; trahẽs ſub gurgite harenã
Vulturnus, niueisq; freqns Sinueſſa colubris
Minturneq; graues, & quã tumulauit alũnus
Antiphatęq; dõus, Trachasq; obſeſſa palude,
Et tellus Circęa, & ſpiſſi littoris antium.
Huc vbi veliferam nautę aduertere carinam
(Aſper enĩ iã põtus erat) Deus explicat orbes,
Perq; ſinus crebros, & magne volumĩa labẽs,
Templa parentis init flauum tangẽtia littus.
Aequore placato patrias Epidaurius aras
Linquit, & hoſpitio iuncti ſibi numinis vſus

Rome-chium — ... Romechiũq; legit, trãſit. De Romechio, ſiue Promechio, ſiue Rometio (vt a quibuſdam legit) nullam apud geographoꝝ quiq̃ inueni mẽtionem. Quare corruptũ mihi legi vr̃. Fortaſſis aũt Rheginum loco illius eſt reponendũ, ſaxũq; ſubaudiendum. Eſt.n. Rhegiũ vrbs in littore Calabrię

Rhegiũ — regione Meſſanę. sed nihil auſim affirmare cum nullũ viderim exẽplar, in quo Rheginum legatur, et nihil temere eſt aſſerẽdũ, ne iſtoꝝ ſimiles, qui oĩa, quę nõ intelligũt, ex cõmodo ſuo audacter immutant, ſimiles eẽ deprehendamur. At tũ ne opinionẽ noui cuiuſdam expoſitoris, ad effutiẽdas ineptias parua mercede a malignis in paſtoribus ꝯducti accedere videamur, hoc quoq; notemus, ꝙ plemmyriũ citra omnem legit dubitationem, temerarius imo vero furioſus, perinde atq; ſi aut plemmyriũ in priſcis manu ne ſcriptis exemplaribus legeret, aut in eo tractu eſſet, cuius inſignia loca Oui attingit. Plemmyriũ qdẽ eſt in Sicilia caſtellũ Syracuſanoꝝ, vt Stephanus tradit, ſed nõ in ea pte quę ad Italiam vergit. Quare et ſibi et Ouidij ſtudioſis rectius fatuus iſte conſuluiſſet, ſi Romechium quoq; vt pauloante amphyſſia, cęleniaq; ſaxa diſſimulaſſet, ac tanq̃ notum pretermiſiſſet. Cęterum illud Ariſtotelis oraculum in dies verius eſſe comprobatur. Eos qui parum conſyderent, facile qcquid in buccam venit enũciare. Cau-

Caulon — lonaque, Caulon Calabrię mons eſt et vrbs, quę et Caulonia dr̃ prius aulonia a vicina conualle ap-

Naricia — pellata. Nariciamq;. Naricia vrbs eſt Calabrię a Narice Locridis vrbe, q̃ et Naricium dr̃ (vt ſcri. Stephanus) denominata. Eadem aũt cũ Locris Ricẽ vr̃ qui a Locris Naricus in extremo Calabrię angulo fuerunt ędificati. Euincitq; fretum, cũ difficultate tranſit p Siculum fretum, qđ quidem eſt maxie vorticoſum. Hippotadęq; domos regis. Strongilem inſulas, aliasq; Aeolias ſigt̃ in quibus regna-

Aeolus — uit Aeolus Iouis filius ex Aceſta hippotę Troiani

filia. Vnde etiam Hippotades cognominatur.

Temeſe — Temeſesq; metalla, Temeſe vrbs eſt bruttiorum, quę Templa a Latinis fuit appellata. aeri fodinę autem quę apud Temeſam fuerant tempore ſuo Strabo defeciſſe narrat. Temeſa etiã Cypri eſt vrbs.

Leucoſia — Leucoſiamq; petit, Leucoſia eſt inſula contra pęſtanum ſinum a Syrene ibi ſepulta denominata.

Pęſtum — Tepidi pęſti, ſemp vernantis. Sic Virgilius, Biferiq; roſaria pęſti. Pęſtum autem eſt oppidũ in agro Cãpano a Gręcis poſidia dictum. Inde legit capreas, ſic quidem legitur, ſed ca-

Caprię — prię per i vocales in penultima legendus eſſe argumento ſunt codices gręci, in quibus ſic eſt ſcriptum. Eſt autem inſula, q̃ et Caprię ne vocatur (vt ait Stephanus) campanię adiacens Tiberij principis arce nobilis. Legit, trã-

Promontorium Mineruę — ſit. Promontoriũque Mineruę, ſic vocatur promontoriũ, quod ẽ iuxta Surrentum, in quo olim Sirenes habitaſſe feruntur. In illius autem

Athenęũ — extremo eſt Athenęũ hoc eſt Mineruę ſacellum, quod Vlyſſes ędificaſſe narratur.

Surrentũ — Et Surrẽtinos colles, Surrentum vrbs eſt campanię vino maxie nobilis.

Heraclea — Herculeãq; vrbẽ, hęc tũ Heraclea, tũ Heracleopolis, tum Herculaniũ vocat̃.

Stabię — Stabiasq;, Stabię oppidũ fuit cãpanię, qđ (vt Pli. ſcri.) bello ſociali a Sylla d. kl̃ũ in villas abijt.

Parthenope — Et in otia natã Parthenopen, Neapolim a parthenope una Sirenaꝝ ibi ſepulta, cognominatã. Neapolim vero in otia natam poeta ait propter locorum amenitatem, quo ſe Romani otiaturi conferebant.

Cumę — Et ab hac Cumeę tẽpla Sibyllę et poſt hanc Neapolim tranſit Cumas Campanię vrbem maxime a Sibylla nobilitatas. De Cuius conditoribus ſatis ſuperque in ſuperioribus diximus libris. Hinc, calidi fontes, Baias innuit fontibus calidis maxime celebres.

Lentiſcus Linternũ — Lentiſciferumq; tenetur Linternum, Lentiſcum arbores ferens Linternum, quod quidem eſt oppidum Campanię exilio maioris Scipionis & ſepulchro

Littoream tractu ſquamę crepitantis harenam
Sulcat, & innixus moderamine nauis, in alta
Puppe caput poſuit, donec Caſtrumq;, ſacraſq;
Lauini ſedes, Tyberinaq; ad Hoſtia venit.
Huc oēs populi paſſim, matrumq;, patrumq;
Obuia turba ruit, quęq; ignes Troica ſeruat
Veſta tuos, lętoq; Deum clamore ſalutant.
Quaq; per aduerſas nauis cita ducitur vndas
Thura ſuper ripas, aris ex ordine factis,
Parte ab vtraq; ſonāt, & odorant aera fumis,
Ictaq; coniectos incalfacit hoſtia cultros.
Iāq; caput rerū, Romanā intrauerat vrbem.
Erigitur ſerpens, ſummoq; acclinia malo
Colla mouet, ſedeſq; ſibi circumſpicit aptas,
Scindit̄ in geminas partes circūfluus amnis,
Inſula nomen habet, laterumq; a parte duorū
Porrigit ęquales media tellure lacertos.
Huc ſe delata pinu phębeius anguis
Contulit, & finem ſpecie cęleſte reſumpta,
Luctibus impoſuit, venitq; ſalutifer vrbi.

Vulturnus **Sinueſſa** **Minturnę**

maxime nobile. Vulturnus, fluuius eſt Campanię vulturnum vrbem ab illo dictam preterlabēs. Ninueſq; frequens Sinueſſa colubris, Sinueſſa Campanię vrbs eſt, quam quidam Synopem vocitatam dixere, vt Plin. ſcribit. Minturneq; graues, morboſę, grauis ac noxij aeris. Minturnę aūt Latij oppidum eſt paludibus cinctam, ac Liri amne diuiſus.

Caieta

Et quā tumulauit alumnus periphraſis eſt Caietę, quam a Caieta Ęneę nutrice denominatā eſſe nil qdē ſcribūt poetę. Quidā vero ꝙ ī littore curuo ſit poſita ſic appellatā a Laconibus putant. Curua nāq; omnia caietas Lacones vocabant. Alumnus, Ęneas a Caieta altus et educatus. Tumulauit, ſepeliuit.

Phormię

Antiphateq; domus, phormiarum eſt periphraſis, quas prius hormias a ſtationis (quę ὅρμος dicit) bonitate cognominatas fuiſſe Strabo memorię prodidit.

Antiphates

Antiphatem vero Leſtrygonum regem fuiſſe phormiasq; tenuiſſe in ſupioribus quoq; diximus libris.

Terracina

Trachasq; obſeſſa palude, Terracina mihi ſignificari videtur, quę antea Trachina, hoc eſt aſpera fuit appellata. Illi nanq; (vt Strabo refert) magna palus obiecta eſt, quam duo fluuij efficiunt, e quibus maiorē Aufidum vocant. Terracina vero lingua Volſcorum Anxur fuit appellata.

Circęum **Circe**

Et tellus Circea. Circęum mons eſt Latij mari ac paludibus cinctus, vt inſula videatur, a Circe quę illum tenuit cognominatus. Nam Circe Solis filia cum Sarmatarum regem cui nupſerat, veneno ſuſtuliſſet, regnumq; adepta nimium crudeliter ſe gereret, a populis regno pulſa in Italiam venit, et in promontorio quod ab ipſa Circęum poſtea fuit appellatum conſedit.

Circei

In quo et vrbs Circei nomine et illius ſacellum cum Minerue ara olim fuiſſe memorantur. Et ſpiſſi littoris Ancon, ſic quidem in omnibus, quę mihi videre contingit exemplaribus legitur, ſed corrupte vt mihi videtur. Neq; enim aut geographię ratio, aut hiſtoria iſtiuſmodi lectioni aſtipulatur.

Ancon

Ancon ſiquidem vrbs eſt Piceni, non Latij. neque in eo tractu preter cuius vrbes Aeſculapium vectum fuiſſe poeta ſcribit. Mari nanq; Adriatico adiacet Ancon. Aeſculapius vero per Tyrrhenum vectus Romam fuiſſe narratur. Valerius preterea maximus (vt alios omittam hiſtoricos) nō apud Anconem, ſed apud Antium e naui Aeſculapium egreſſum fuiſſe teſtatur his verbis. Tum legati perinde atque exoptatę rei compotes expleta gratiarum actione, cultuq; anguis a peritis accepto lęti inde ſoluerūt ac proſperam emenſi nauigationem poſtquam Antium appulerunt, anguis qui vbiq; in nauigio remanſerat prolapſus in veſtibulo ędis Aeſculapij, myrto frequentibus ramis diffuſę ſupeminentem excelſę altitudinis palmam circundedit, perque tres dies poſitis quibus veſci ſolebat, non ſine magno metu legatorum, ne in triremem reuerti nollet, antienſis templi hoſpitio vſus vrbi ſe noſtrę aduehendum reſtituit, atq; in ripam Tyberis egreſſis legatis in inſulam vbi templum ei dicatum ē, tranauit, aduentuq; ſuo tempeſtatem, cui remedio quęſitus erat diſpulit. Quo igitur modo legendum dicemus? Ali ita antiū eſt legendum, vt illud Virgilianum.

Et dulcis muſti Vulcano decoquit humorem.

Antium

Verſus eſt enim hypercatalecticus. Eſt autem Antium Latij vrbs haud longe ab Lauinio diſtans, vnde antiates dicuntur. Spiſſi littoris, denſi ac duri. Aſper enim iam pontus erat, parentheſis eſt cauſam continens cur legati in portum Antiatē intrarint. Mare enim iam in tempeſtatem fuerat erectum. Et hoſpitio iuncti ſibi numinis, Apollinis conſanguinitate Ęſculapio iuncti. Nam Ęſculapium Apollinis filium fuiſſe etiam pueri ſciunt.

Caſtrum **Lauinium** **Hoſtia**

Donec Caſtrumq;. Caſtrum oppidum eſt Latij inter Lauinium et Hoſtiam ſitum. Sacraſq; Lauinij ſedes, Lauinium vrbs eſt Latij commune nomini Latino, veneris templum habens. Tyberinaq; ad Hoſtia venit, ad Hoſtia Tyberis, vnde vrbs Hoſtia fuit cognominata, quam Ancus Martius ędificauit, illucq; coloniā deduxit. Queq; ignes Troica ſeruat Veſta tuos. apoſtrophe eſt ad Veſtā, quam iccirco Troicam ē troianam poeta vocat, ꝙ a Troia allata fuerit ab Ęnea. Virgines autē Veſtales quoq; Aeſculapio obuiam proceſſiſſe ait.

Thura ſonant, ſtrepunt. Nam thura ardentia ſonitum quendam emittunt, vel continentem pro continente poſitum eſt, vt acerras et thuribula ſonare intelligamus. Et odorant aera fumis, et odoribus aerem replent. Incalfacit ſanguine, dum enim victimę iugulantur, cultri ſanguine calefiunt

Hic tamen acceſſit delubris aduena noſtris.
Cęſar in vrbe ſua Deus eſt quem Marte.togaq;
Pręcipuum,non bella magis finita triũphis,
Reſq; domi geſtę,properataq; gloria rerum
In ſydus vertere nouum,ſtellamq; comantẽ.
Quã ſua progenies,nec enim de Cęſaris actis
Vllum maius opus,q̃ ꝙ pater extitit huius.
Scilicet ęquoreos plus eſt domuiſſe Britãnos,
Perq; papyriferi ſeptenflua flumina Nili
Victrices egiſſe rates,Numidaſq; rebelles,
Cyniphiumq; Iubã.Mithridateisq; tumentem
Nominibus Põtum,populo adieciſſe Quirini
Et multos meruiſſe,aliquos egiſſe triumphos,
Quam tãtũ genuiſſe virum,quo prẹſide rerũ
Humano generi Superi fauiſtis abunde.
Ne foret hic igitur mortali ſemine natus
Ille Deus faciendus erat,quod vt aurea vidit
Aeneę genitrix(vidit quoq; triſte parari
Pontifici letum,et coniurata arma moueri)
Palluit,et cunctis,vt cuiq; erat obuia Diuis,
Aſpice dicebat,quanta mihi mole parentur
Inſidię,quantaq; caput cum fraude petatur,
Quod de Dardanio ſolum mihi reſtat Iulo,
Sola ne ſemper ero iuſtis exercita curis?

aleſcunt. Scinditur in geminas partes, inſulam deſcribit in Tyberi Romę effectam ſegete agri Tarquiniorum, qui poſtea campus Martius fuit appellatus a populo in fluuium deiecta. Huc delata pinu,illuc naue appulſa. Phębeius anguis, Æſculapius Apollinis filius. Specie cęleſte reſumpta, Dei figura reſumpta, depoſitaq; ſerpentis forma. Poetice vero licentia cęleſte pro cęleſti eſt poſitum. Luctibus, morbo et peſti. Id quod ſequitur ꝓ eo quod pręcedit eſt poſitum. Fabulę. li. decimi quinti libri argu.

LACT. Hic tamen etc. Ouidius opere pacto docet ſe a chaos principium cępiſſe et ad cęſarem deduxiſſe, quem gentibus orbis deuictis Venus ab inimicorum inſidiis auertit inq; ſidum eius quod epigrammma competere a nobis tale compoſitum eſt.Epigramma.

RAPH. Cęſar in deum. Hic tamen acceſſit. Iulij cęſaris animę Metamorphoſim in ſtellam ita per ſpicue deſcribit in gratiam auguſti cęſa.poeta, vt nihil expoſitione opus eſſe videatur. Cum enim Auguſtus ludos in honorem Iulij cęſaris, qui in ſenatu fuerat trucidatus, celebraret,forte cometa apparuit,quam eſſe cęſaris animam auguſtus ipſe aduocata concione populo Romano perſuaſit. Inſulſus autem quidam non contentus ſuis meptijs ea ſeparare.quę Ouid.artificioſiſſime copulauit,hoc etiam loco foetidum epigramma hexametro pentametroq; verſu compoſitum temerarię nimium et ſtolide inſeruerat. quod quidem cum totum opus inquinaret, delendum eſſe putaui. Stella comantem, periphraſis eſt cometę.

Cometes Nam cometes ſtella eſſe crinita phibetur. Properataq; gloria rerum,properantur ac cito acquiſita. Quam ſua proge.quam auguſtus Cęſa. filius adoptiuus. Nec enim de Cęſa.actis,omnibus Cęſaris geſtis adoptionem auguſti anteponit poeta. Scilicet ęquoreos, pręſtantiſſima quęq;

Iulij cęſaris geſta cęſaris geſta cum quadam ironia enumerat poeta,vt oſtendat auguſti adoptionem illis eſſe anteferendam. Aequoreos Britannos,ęquore circundatos,ac nauigationi deditos, quos imperio Ro

mano vna cum Gallis Iulius Cęſar ſubigit. Perq; papyri feri, Iulius Cęſar(vt ſcribit Tranquillus) Pompeium Pharſalico pręlio fuſum ac fugientem alexandriam perſecutus occiſum deprehendit, vbi cum ptolomęo ęgypti rege,a quo ſibi quoq; inſidias tendi aiaduertit,bellũ ſane difficillimũ geſſit, neq; loco,neq; tpe ęq ſed hyeme et intra męnia copioſiſſimi ac ſolertiſſimi hoſtis,inops ipſe rez oĩum atq; imparatus,Regnum ęgypti victor Cleopatrę, fratriq; eius minori permiſit,veritus prouinciam facere, ne qñ violentiorẽ pſidẽ nacta nouaꝝ rerũ materia eẽt. Papyriferi Nili, papyrũ ferenti, ex qua olim chartę conficiebant̃.

Numidaſq; rebelles. numidę Numidę populi ſunt africę admodũ feroces. Cyniphiumq; Iubam, Iuba Mauritanię rex fuit, q cũ ptes Põpeij ĩ africa foueret a Cęs.fuit ſuparatus.Cyniphiũ at̃ Iubã appellat poeta a cynipke fluuio Lybię,q ĩter duas Syrtes labit̃. Mithridateisq; tumẽtẽ Nõibus Põtũ, Mithridatis gloria et victorijs q p quadraginta annos cum pplo Romano bellũ geſſit.Ab alexãdria vero deuicta Cęſar ĩ Syriã,et inde ĩ põtũ trãſit,vbi pharnacẽ mithridatis magni filiũ ac tũc occaſiõe tpꝫ bellãtẽ,iãq; multiplici ſucceſſu ꝑferocẽ itra qntũ q̃ affuerat diẽ q̃tuor qbus ĩ ꝯſpectũ vẽit horis vna acie,pfligaui,crebro cõmẽorãs põpeij felicitatẽ,cui pcipua militię laus ꝺ tã ĩbelli gñe hoſtiũ ꝯtigiſſ3. Et multos meruiſſe.multo pl̃es triũphos meruiſſe Cęs.q̃ egerit,apte aſſerit poeta. q̃uis id aliunde vt̃ qđ Trãqllus ſcri. Ceſa.poſt hiſpaniã vlteriorẽ pacatã,q̃ ex pretura fuerat ſortitus, tũ ad triũphũ ſimul,ꝯſulatũq; Romã rediſſet, coactũ fuiſſe triũphũ dimitter̃,ne ꝯſulatu excluderet̃,cũ editis iã comitijs rõ eius hri nõ poſſ3,niſi priuatus urbẽ ĩtroiſſ3.Quiq; vo triũphos egit Cęs.Gallicũ,alexãdrinũ, põticũ,Africanũ,Hiſpanicẽ ẽ diuerſo queq; apparatu ẽ iſtro. quinq; Cęſaris triũphi Quã tñ g.vir,q̃ tm̃ reliqſſe filiũ q̃tus ẽ aug. quẽ qdẽ ñ gẽnit ſꝫ ſibi adoptauit Iu.Cęs. Ne fo.hic igr̃ mor.ſe.na.h ẽ Iu Cęs.ĩ nũerũ Deoꝝ fuit referendus,ne Auguſt.ex ſemie mortali natus eẽ videret̃. Hic,Aug. Ille.Iu Cęſar. Aurea Æneę ge pulchra Venus. Põtifici.Cę.q põtifex erat.Hęc at̃ ꝺ hiſtoria

Quā modo Tydidę calydonia vulneret haſta:
Nunc male defenſę confundat męnia Troię,
Quę videam natum longis erroribus actum,
Iactariq; freto, ſedesq; intrare ſilentum,
Bellaq; cū Turno gerere, aut ſi vera fatentur,
Cum iunone magis. quid nūc antiq̄ recordor
Dāna mei gn̄is? timor hic meminiſſe priorū
Non ſinit, in me acui ſceleratos cernitis enſes,
Quos prohibete p̄cor, facinuſq; repellite. neue
Cęde ſacerdotis flammas extinguite Veſtę.
Talia nequicquam toto Venus anxia cęlo
Verba iacit, ſuperoſq; monet, q rūpere quamq̄
Ferrea non poſſunt veterū decreta ſororum,
Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.
Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes,
Terribileſq; tubas, auditaq; cornua cęlo
Pręmonuiſſe nefas, ſolis quoq; triſtis imago
Lurida ſollicitis pręhebat lumina terris.
Sępe faces viſę medijs ardere ſub aſtris,
Sępe inter nymbos guttę cecidere cruentę,
Cęrulus & vultum ferrugine lucifer atra
Sparſus erat, ſparſi lunares ſanguine currus.
Triſtia mille locis ſtygius dedit omnia bubo.
Mille locis lachrymauit ebur? cantuſq; ferunt

ſimpla fuere Nam (vt narrat Trāq̄l.) cū Cęſar do minatione abuteret, regnūq; affectaret, in ipm a lx.ē amplius fuit cōſpiratum. C. Caſſio. M. q. et. D. Bruto principibus ꝯiurationis. Quanta mo. ȝro ſtudio. Caput, vita Cęſaris. De Dar. Iulo, genere filio, a quo gens Iulia originem duxit, vt Vergi. quoq; teſtatur. Iulus a magno demiſſu nomen Iulo. Iulius & Cęſar de gente Iulia ſolus reſtabat. Sane Iulus ἀπὸ τῶν ἰούλων. hoc eſt a prima lanuginis ē barbę emiſſione fuit appellatus. Eſt & Iulus aīal multipes parietibus adhęrens ſile ſcolopendrę. Eſt & hymnus in Cereres vt Dydimus ſcri. Vt vero Theophraſtus ait aſinum quoq; ſigat Iulus. Exercita. ſollicita, anxia. Thydidę, Diomedis, q Venerē genę fauētē, ipmq; nube operientē, ſagitta vulnerau't. Nūc me. de. quā ſubaudia mus. Cōfundāt, perturbent. Sedes ſi. inferoꝝ. Nā aeneas duce ſibylla ad inferos deſcendit, vt carmine Virgiliano ē pueris eſt notum. In me acui. In iulium Cęſarem e ſanguine meo procreatum. Cęde ſacerdotis pontificis Cęſaris. Flāmas extinguite Veſtę, religionum oēm atq; pietatem ne deſtruatis. Ad id vero alludit poeta, qȝ ppetuus ignis in Veſtę templo ſeruabatur. Necq̄q̄ Fruſtra. Neq; enim phiberi potuit; qn Iulius Cę. a ꝯiuratis trucidaretur. Superoſq; mo. Deos ad miſericordiam cōmonet. Qui rum. q̄q̄ ferrea Qui q̄uis tāgl. diuus fatoꝝ leges mutare non poſſint, multis tñ ſignis declararunt hominibus ſe valde cęſaris cęde merere. Ferrea decre. Duras et immutabiles leges. Veterum ſororum. parcarum et fatoꝝ. ſi gna tamen luctus. Cęſaris cędem euidentibus prodigijs etiam enumerant, denunciatam fuiſſe mortalibus aperte poeta ſcribit. Luctus futuri, męroris toti terrarum orbi futuri pp iulij Cęſa. cędem. Arma ferunt inter nigras. Prodigia enumerat poeta, q̄ ante cędē iulij Cęſaris apparuiſſe tranquillus quoq; et plu. ſcribunt. Arma crepitantia. ſtrepitum emittentia. Pręmonuiſſe, pnunciaſſe. Nefas, nefandam ac impiam cęſaris pontificis maximi cędē. Lurida lumina, pallida. Sollicitis terris, anxijs mortalibus neqd magnę calamitatis ſibi ſpenderet timentibus. Sępe faces viſę. ſępe ingt faces ardētes in cęlo añ cędē Iulij Cęſaris viſę ſue. ſūt. Sępe inter nimbos. Sępe ingt ſanguinē pluit. Cęrulus lucifer. obſcurus aliqꝫ niridiſſimus ſoleat eſſe. Sparſus vultum. Reſperſum et tectus os briis. Atra ferrugine. Nigro colore. Sparſi lunares ſanguine currus Lunę: ipſa ſanguineis guttis reſpſa videbatur. Stygius bubo. Funeſtus. eſt. n. auis pes ſimi oīs Ea vo appellaſſe po tēta, ait poeta quoꝝ maxiꝫ malorum pnuncia ſolent eē. Mille locis. Multis in locis. Finitus eſt numerus pro infinito poſitus. Ebur. eburneę deorū ſtatuę. Sanctis lucis ex oppoſito ē venientia ſubandiantur. Sancti vero luci dr̄r. qui ꝺ ꝯſtrati cędi ſure non pñt. Victima nulla litat. Nulla inquit hoſtia deos ſignificat eē placatos. Id vero cęſari euenīſſe quo die fuit trucidatus ſcri. Tranquillus, Nam. pluribus hoſtijs cęſis cum litare non poſſet, introijt curiam ſpreta religione. Magnos inmotibus. magnam reꝝ mutationem. Inſtare, imminere, ſpendere, Fibra monet, exta ſignificant. Cęſumq; ꝺ Recidunt. nam exta ſine capite ſignant mortem adeſſe imminere. Nocturnos ca. vl. Nocte canes vlulatibus lupoꝝ ſimiles vocis emiſiſſe, id qȝ peſſimum eſt omē. Vmbraſq; ſilentū, mortuoꝝ animas. Motamq; tremoribus vrbe, terręmotu vrbem Romā fuiſſe ꝯcuſſā ait. Pręmonitus deū, ꝑdictiones, pdigia et portenta deoꝝ. Leges enim fatoꝝ ne dij qdem prumpere poſſunt. Fata vero magis ꝑuideri q̄ vitari pñt. Strictiq; ferun tur in tēgla. In curiam Pompeij, in qua ſenatus habebatur. Dim at conſularium comitia vtrum illū in campo p comitia tribus ad ſuffragia vocātem ꝑtibus diuiſis e ponte deijcerent atq; exceptum trucidarent an i ſacra via, vel i aditu theatri adoriren. poſtea q̄ vero ſenatus idibus martijs in curia pompeij fuit edictus facile tps et locum ꝑtulerunt. Tum vero cytherea. Mulieris imminenti pe riculo tertię geſtum exprimit poeta. ſolent. n. mulieres in magnis doloribus vtriſq; manibus pectus

Iulus

Bubo

Sancti luci

Auditi, ſanctis & verba minantia lucis.
Victima nulla litat, magnosq; iſtare tumultus
Fibra monet, cęſumq; caput reperitur in extis,
Inq; foro circumq; deos et templa deorum
Nocturnos vlulaſſe canes, vmbrasq; ſilentum
Erraniſſe ferunt, motamq; tremoribus vrbem
Non tamen inſidias venturaq; vincere fata
Pręmonitus potuere deum, ſtrictiq; feruntur
In templum gladij. nec enim locus vllus in vrbe
Ad facinus, diramq; placet niſi curia cędem.
Tum vero cytherea manu percuſſit vtraque
Pectus, et et ętherea molitur condere nube,
Qua prius infeſto Paris eſt ereptus Atridę.
Et diomedęos Aeneas fugerat enſes.
Talibus hanc genitor. ſola inſuperabile fatum
Nata mouere paras? intres licet ipſa ſororum
Tecta trium. cernis illic molimine vaſto
Ex ęre & ſolido rerum tabularia ferro.
Quę neq; concuſſum cęli neq; fulminis iram,
Nec metuunt vllas tuta atq; ęterna ruinas.
Inuenies illic incluſa adamante perenni
Fata tui generis. Legi ipſe animoq; notaui,
Et referam, ne ſis etiamnum ignara futuri,
Hic ſua compleuit, pro quo cytherea laboras

perdidit. Molitur condere: pręparat vt abſcondat. Qua prius infeſto, Paris ut narrat Homerus cum Menelao congreſſus, ope, et auxilio Veneris, quę nube ipſum operuit manus illius fugit. Et Diomedęos. Aeneas cũ Diomede ↄgreſſus facile interfectus fuiſſet, vt ẽ apd Ho. niſi a Venere fuiſſet liberatus. Talibus hãc genitor. Allegę. Sola inſuperabile fatum nata mouere. cũ interrogatione illuſionis plena hęc a Ioue Veneri dr̃. Mouere. mutaſ. Intres licz ſpõ. tu ipa lgt intrare potes pcaꝝ et fatorũ ędes. Triũ ſororum, Trium parcaꝝ quas Erebi et noctis filias Heſiodus fingit ꝑp cauſaꝝ obſcuritatis. Pe nityrophron, q̃ ſunt inexorabiles ea ratione, q̃ cyclopes aliq; inani crudelitate Neptũi filij vocantur. Vnde et parcę qd nemini parcant per ↄtrium dictę. Martianus capella pcas deorum ſcribas et ait, q̃ Iouis cęleſtiſq; ſenatus decreta ꝑſcribãt. vitę āt mortiſq; oĩum preſides finguntur eſſe ac vitam nendo ꝑducere. Vnde et lanificę ſorores dr̃, clotho, lacheſis, et atropos. Nã clotho fuſus torq̃t ἀπὸ τοῦ κλώθειν, qd eſt torq̃re dicta. Lacheſis filat ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν, qd cuiuſq; vitam ſortiatur, Atropos quod immutari non põt, quum filum truncet fuit appellata. Nã ipſa uitę humanę finem imponat, neceſſe eſt. Reꝝ tabularia. Tabulę ęreę in qbus immutabilia fatoꝝ decreta ſũt inciſa, ad id āt alludere uidetur Ouidi. qd diximus parcas deorum ſcribas eſſe, q̃ Iouis et cęli decreta, q̃ mutari non pñt in tabulis habeant deſcripta. Hęc uero & fata uocaut. Vaſto mo. Vaſtę magnitudinis. Cõcuſſum cęli ↄcuſſioné, eſt āt tonitru piphraſis. Adamante ꝑenni, ꝑpetuo, incorruptibili. Incluſa. ſculpta, inciſa. Fata tui generis. Ea oĩa quę tuo generi neceſſaria ſunt euentura. Et referã. pulchra phantaſia ad laudes Augu ſti Cęſaris referendas ingredit poeta. Hic ſua cõpleuit, ſextũ et quinquageſimum ętatis annũ agẽs Cęſar in ſenatu fuit interfectus. Natuſq; ſuus. Octauius quem ex dodrante herędẽ Cęſar reliquit et in familiam, nomenq; adoptauit. Impoſitũ onus imperij adminiſtrationem. Cęli patentis.

Parcę ęes

Tabularia

nos in bella ſuos nos ſibi in bellis fauentes. Item bella ciuilia quinq; geſſit Auguſtus mutinenſe, philippenſe, ſiculum. actiacũ: quoꝝ q̃tuor priorum initium et cauſa a cęde Cęſaris ſumpſit nihil conuenientius ducens: q̃ necem auunculi uindicare illiuſq; acta tueri. Illius auſpicijs. Illius ductu. Nam cum D. Brutus mutinę a M. Antonio obſideretur, iuſſus eſt a ſenatu Octauius comparato exercitu pro prętore ꝑeſſe, ẽ hirtio ac Panſa conſulibus D. Bruto opem ferre. Petent pacẽ. Querent pacem et liberationem. Pharſalia ſentiet illum. Pharſalus urbs eſt Theſſalię a Pharſalo Acriſij filio dicta. Vnde pharſalia declinatur ac pro Theſſalia ponitur, in qua bis Romani exercitus conflixere, ducibus primum Pompeio et Cęſare. Deinde Octauio et Antonio contra Brutum et Caſſium. Eſt & pam philę vrbs pharſalus. Emathij philippi, macedonici. Nã Philippi urbs eſt macedonię, q̃ prius crenides vocabatur, a Philippo rege cognominata. Naꝫ crenitis a thracibus oppſſis cũ opem tuliſſet Philippus vrbem eoꝝ de ſuo nomine Philippos appellauit. bellũ āt philippẽſe inita cum M. An. et Lepido ſocietate aduerſus Brutũ et Caſſiũ octauius geſſit. Et magnũ ſiculis nomen, ſextus Pompeius magni Pompey filius cum diu piraticam exercuiſſet magna claſſe ꝑparata Siciliam occupauit, ac ſepius ꝑlio nauali cum Auguſto congreſſus uictor euaſit, tandẽ vo magna edita pugna ab auguſto ſuperatus mitylenas aufugit. Vbi a titio qdã fuit interfectus. Rõaniq; d. cõ. ęgy. cleopatrę ẽ piphraſis, quã M. A. cũ duxiſſet uxorẽ Italiam inuader tẽptauit, ſꝫ Auguſt. illis occurrẽs apd actiũ ꝑmontoriũ nauali ꝑlio deuicit Alexãdria deinde potitus, q̃. A. cũ Cleopatra ꝑfugerat, eũ Ant. ipſum ad mortẽ adegiſſet. Cleopatrã cũ maxie cuperet ad triũphũ ſeruare nõ potuit, aſpidis nãq; morſu aĩ interijt. Tędę nõ. b. ſi. nõ bene ꝑfiſa nuptijs. M. Antonij. ná et regnum et uitam amiſit. Nr̃a ca: Nobis dicata. Vnde ẽ capitolinus iuppiter fuit appellatus. Suo ca. ſibi placenti ac grato. eſt autem canopus urbs ęgipti a canopo nauis Vlyſſis gubernatore

Pharſalia

Pharſalus

Philippi

Sex. Põpeius

Canopus

Tempora, perfectis quos terrę debuit annis.
Vt deus accedat cęlo, templiſq; colatur,
Tu facies natuſq; ſuus, qui nominis hęres
Impoſitum feret vnus onus, cęſiq; parentis
Nos in bella ſuos fortiſſimus vltor habebit.
Illius auſpicijs obſeſſę mœnia pacem
Victa petent mutinę, pharſalia ſentiet illum,
Aemathiq; iterum madeſcent cęde Philippi,
Et magnum ſiculis nomē ſuperabitur vndis,
Romaniq; ducis coniunx ęgyptia tędę
Non bene fiſa cadet, fruſtraq; erit illa minata
Seruitium ſuo capitolia noſtra canopo.
Q uid tibi barbariam gentesq; ab vtro iacētes
Oceano numerem? q̄dcūq; habitabile tellus
Suſtinet, huius erit, pontus quoq; ſeruiet illi.
Pace data terris animum ad ciuilia vertet
Iura ſuū, legesq; feret iuſtiſſimus auctor,
Exemploq; ſuo mores reget, inq; futuri
Temporis ętatem, venturorūq; nepotum
Proſpiciens, prolem ſancta de coniuge natam
Ferre ſimul nomenq; ſuū.curasq; [illegible]
Nec niſi cum ſenior ſimiles ęquauerit annos,
Aethereas ſedes cognataq; ſidera tanget.
Hanc animam interea cęlo de corpore raptam
Fac iubar, vt ſemper capitolia noſtra, forūq;
Diuus ab excelſa proſpectet Iulius ęde.
Vix ea fatus erat, media cum ſede ſenatus
Conſtitit alma Venus nulli cernenda, ſuiq;

cognominata. Ab vtroq; oceano. orientali et occidentali. prędicit autem veneri Iuppiter Auguſtum Cęſarem totius orbis terrarum imperio potiturū. Pax da.te.ani. vt Tranquillus narrat.

Auguſti Cęſaris laudes

Auguſtus pleraq; peſſimi exēpli correxit, quę ī perniciem publicam, aut ex conſuetudine licentiaq; bellorum ciuilium durauerant, aut per pacem etiam extiterant. Leges pręterea retractauit et quaſdam ex integro ſanxit, vt ſumptuarias de adulterijs, et de pudicitia et de maritandis ordinibus.

Prolem ſan. de c. cō. na. Tiberium dicit. qui ex Liuia natus ab Auguſto adoptatus ex dimidia ſex tantumq; et nomine hęres fuit relictus. Curaſq; imperij adminiſtrationem. Nec niſi cum ſe. vi. et. lxx. ętatis anno Augu. vitam in oſculis Liuię expirauit. In numerum etiam deorum illum fuiſſe receptum poeta ait. Similes an. Epitheton eſt annorum proprium. Nihil enim eſt ſibi ſimilius ānis. qui ſemper in ſe reuertunt.

Tiberius

Cognataq; ſi. Ad Romulū et Cę. ſtellas aſcendet. Hanc ani. inte. hortatur venerem Iuppiter, vt Iulij Cęs. animam in ſtellam commutet, quod quidem idcirco fingitur, quia ludis quos illi primo conſecratos hęres Augu. edebat, ſtella crinita per ſeptē continuos dies fulſit, exoriens circa.xi. horam, creditumq; eſt eſſe animam Cęſa. in cęlum recepti. Et hac de cauſa ſimulacro eius in vertice additur cometes. qui vt ſcrib. Plin. in vno totius orbis loco colitur. Romę admodum fauſtus Diuo Augu. qui his verbis ſuum gaudium prodidit. His ipſis ludorum meorum diebus ſidus crinitum per ſeptem dies in regione cęli ſub ſeptentrionibus eſt conſpectum. Id oriebatur circa vndecimam horam diei, clarūq; et omnibus terris conſpicuum fuit. Eo ſignificari vulgus credidit Cęſa. animam inter deorum immortalium numina receptam, quo nomine id inſigne ſimulacro capitis eius, quod mox in foro, conſecrauimus adiectum eſt. Iubar. ſtellam. Ab excelſa ęde. Ab alto cęlo. Numen capere. Diuinitatem contrahere. Flammiferum crinem. cometę exprimit definitionem. cometes enim ſtella eſt crinita. Micat. ſplendet. Hic ſua prefert. quamuis inquit Auguſtus vetet ſua geſta referri meritis Iulij Cęſaris ſui parētis, fama tamen illū anteponit inuitum, atq; in hoc vno populi iudicio Auguſti ſentētię repugnat. Vna in parte. In hac vna re. In reliquis.n. morē Imperatori Auguſto gerit. Sic magnus cedit titulis. Iuliū Cęſarem gaudere ſe rerum geſtarum magnitudine a filio Auguſto ſuperari accōmodatiſſimis probat exēplis poeta. Notius eſt autē q̄ vt hoc loco exponi debeat Agamenonē, cuius ductu Troia fuit euerſa, multo q̄ Atreus pater maiora geſiſſe, necnon Theſeū atq; Achillē parentes ſuos Ęgeū et Peleus virtute et rebus geſtis longe ſuperaſſe. Deniq; vt exemplis, tria quę adducit exēpla Ouidi. virorum quidem pręſtantiſſimorū fuere, ſed Iulio et Aug. Cęſaribus qui in numerum deorū relati fuere, accōmodata minus eſſe videntur, eoq; deorum exemplis illud idem poeta demonſtrat.

Anima Cęſaris ſidus

Exemplis ipſos ęquari tibi. Ęqualibus ipſis Iulio et Augu. Cęſaribus. Temperat. Moderatur et regit. Hoc autem eo ſpectat, vt oſtendat poeta ſe merito Auguſtum Ioui comparaſſe. Arces ęthereas, Cęlum. Mundi triformis. Ex cęlo ęthere et aere conſtantis. Horum enim regnum Ioui attribuit poeta. Terram autem ſub Auguſti imperio eſſe ait. Pater eſt et rector vterque. Iuppiter et Auguſtus. Iuppiter quidē ſuperiorum mundi partiū, Auguſtus vero inferiorū terrę, mariſq;. Sic Virgilius in Aug. gloriā. Nocte pluit tota, redeūt ſpectacula mane. Diuiſum imperiū cū Ioue Cęſar hēt.

Dij precor Ęneę comites. Deos penates Veſtāq; et Romulū et Martē, Apollinē et Iouē, aliosq; precat poeta, vt diu Aug. ī terris maneat, ſero aūt ī cęlū recipiat.

Sic Horatius in primo carminum lib. Serus in cęlũ redeas, diuq; lętus interſis pplo Quirini. Dij comites Ęne. Periphraſis eſt penatiũ deorũ, quorũ ope Æneas ex hoſtiũ enſibus ē Troię incēdio fuit liberatus. Dijq; idigetes. Qui ex hoībus dij sũt effecti Idigetes a latinis fuerũt vocati. vñ ãt poeta inuocare

Et ſup arboribus cęſar cũ magnus, et altum Eudominat Euphratem. Hanc pſuetudinē Ouidius in fine operis imitatus non nulla in cōmendationē opis ſui ait. Sic Horatius. Exegi monumentum ęre perennius, Regaliq; ſitu pyramidũ altius. Quod non imber edax, nō aqlo impotens poſſit diruere, aut innumerabilis ānorũ ſeries ē fuga tēporũ. — Cōmendatio operis

Indigetes dij — Aeneã quē pauloante in deũ idigetē mutatum fuiſſe ſcripſit.

Genitorq; Quirinę Vrbis, Romulũ qui ē Quirinus fuit appellatus. Vrbis Romę fuiſſe pditorē, ne admonendus eſt qdē, cũ ſit vulgatiſſimũ. Et inuicti genitor gradiue Quirini. ex Marte q et gdiuus dr, Romulũ natũ eē pauloante ſcripſit poeta. Veſtaq; cęſareos. — Veſtę tēplum — Tēplum deę Veſtę in palatio erat vbi habitabant impatores. Phębe domeſtice. Vt ſcri. Tranqlius Apollinis tēplũ in ea pte palatinę domus excitauit Auguſtus, quã fulmine ictã deſiderari adeo haruſpices pnunciarunt, addita porticu cũ bibliotheca Gręca et latina. Quiq; tenes altus Tarpeias Iuppiter arces. Altus qdē legit in oibus, q̃ mihi videre pungit exemplaribus, ſed latus magis ſenſui, poetęq; eruditioni pueniꝛe vr. Nã latialis Iuppiter in capitolio colebatur. — Latialis Iuppiter — Quoſq; alios vati. Oēs deos in hoſes be reſicos conplectit hoc verſu poeta. Qua caput Auguſtum. h eſt q̃ auguſtus in ſedes deorũ cęleſtes, orbe terrarum quem gubernat relicto transferatur.

Abſens in cęlũ receptus. Tunc n. pſens ſupplicibus fauebat. optat ãt poeta, vt diutiſſime viuat Auguſtus, pſensq; Romanis opitulet. Iãq; opus exegi. Moris eſt fere poetarũ, vt in ſuorũ operum fine aliqd de ſe dicant ſic Virg qrtum georgico. pcludit. Hęc ſup aruorũ cultu, pecoriſq; canebã.

Cęſaris eripuit membris, nec in aera ſolui
Paſſa recentem aiam cęleſtibus intulit aſtris.
Dumq; tulit lucem capere, atq; igneſcere ſenſit
Emiſitq; ſinu, ſimul euolat altius illa,
Flámiferumq; trahens ſpatioſo limite crinem
Stella micat, natiq; videns benefacta fatetur
Eſſe ſuis maiora, & vinci gaudet ab illo.
Hic ſua preferri quáq̃ vetat acta parentis,
Libera fama tamen, nulliſq; obnoxia iuſſis
Inuitum prefert, vnaq; in parte repugnat,
Sic magnis cedit titulis agamēnonis atreus,
Aegea ſic theſeus, ſic pelea vincit achilles.
Denıq; vt exemplis ipſos equantibus vtar,
Sic & ſaturnus minor eſt Ioue. Iuppiter arces
Temperat ethereas, & mundi regna triformis
Terra ſub auguſto eſt. pater eſt, & rector vterq;
Dii precor Aeneę comites, quibus enſis, & ignis
Ceſſerunt, diq; indigetes, genitorq; Quirinę
Vrbis, & inuicti genitor Gradiue Quirini,
Veſtaq; cęſareos inter ſacrata penates,
Et cum cęſarea tu phębe domeſtice veſta,
Quiq; tenes altus tarpeias Iuppiter arces,
Quoſq; alios vati fas appellare, piumq; eſt.
Tarda ſit illa dies, & noſtro ſerior euo,
Qua caput auguſtum, quē temperat, orbe relicto
Accedat celo, faueatq; precantibus abſens.
Iamq; opus exegi, quod nec iouis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.
Cum volet illa dies, q̃ nil niſi corporis huius
Ius habet, incerti ſpatium mihi finiat eui.
Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis
Aſtra ferar, nomenq; erit indelebile noſtrum
Quaq; patet domitis romana potētia terris
Ore legar populi, perq; omnia ſecula fama,
Siquid habēt veri vatum preſagia, viuam,

P. Ouidij Naſonis Metamor. FINIS.

Veriſſimus ãt fuit vates Ouid. cum. n. hactenus tot bellorum incendijs, qbus priora ſecula arſerũt, abſumptũ non fuerit. Vero ſimillimũ eſt tã facili pſertim deſcribēdi libros arte excogitata ſemp eē duraturũ, ac elegātiſſimo cuiq; ingenio maxię voluptati futurum. Quanti vo hoc opus faceret poeta hinc facile apparet, qd nulla vi ipm vnq̃ interiturum ſibi perſuaſit. Exegi. Perfeci. Iouis ira. aſpera tempeſtas. fulmē. Edax vetuſtas. Oia rodēs ē corrumpens. Abolere. Delere. ad nihilũ redigere. — Abolere — Cum volet illa dies. De morte ſe nihil curare ait qm ſuũ et opus et nomen immortale ſit futuꝝ. Parte tñ meliore mei. Ingenio q̃ nihil melius cōtigere hoi pōt. Nam vt Cicero in Bruto ſcri. hois decus eſt ingeniũ. Ingenij vo ipſius eloquētia. Perennis. imortalis, ac p oēs annos duraturus. Indelebile. icorruptibile, immortale. Quaq; patēdo p totũ orbē terrarũ ſuũ opus lectũ iri colligit cũ illo tpe totus orbis Auguſto pareret, ac vbiq; latina lingua in vſu eſſet. Vatum preſagia. Poetarum diuinationes.

RAPHAELIS Regij enarrationis in Ouidij Metamorphoſin.

FINIS.

Ea omiſerit in hac reſerenda hiſtoria, quod maxi-
me ad eorum, quę a poeta narrantur expoſitio-
nem neceſſarium eſt, haud facile dixerim niſi for
taſſis eam breuitatis habuit rationē, vt et superua
cua aſcribat, et neceſſaria pretermittat. Ouidius
quidem glebę metamorphoſim in puerum deſcri-
bit, de qua iſte ne verbum quidem vllum facit, nō
taciturus, niſi prorſus eſt ſtolidus, ſi quę in ſecun-
do de diuinatione libro a Cicerone de Tage ſcri-
buntur, legiſſet. Inde enim Ouidius, quę de Tage
ipſo narrat, ſumpſiſſe videtur. Ita namq; Cicero
ſcribit. Tages quidam dicitur in Tarquinienſi agro
cum terra araretur, et ſulcus altius eſſet impreſſus
extitiſſe repente et eum affatus qui arabat. Sed
qui iudicio carent in omnibus fere vel minimis
labuntur. Eoque magis ſi malignitas quoq; inge
nij tarditati accedit, id quod facile ex eadem expo
ſitione demonſtratur. Ille territus inquit clamās
conſcinit totam Etruriam, illa namq; duo par-
ticipia imperite fuerunt copulata, et illud verbum
conſcinit citra s literam fuerat ſcribendum. Sed
barbariſmi omnes quoſcunq; iſte admiſit, in libra
riorum negligentiam reſtrantur. Tantam vero
bubulco fuiſſe vocem, vt totam ſuo clamore con
citauerit Etruriam, nemo vnquam niſi plane fa-
tuus affirmauit. Vt autē alias iſtius ineptias omit
tamus, quod ſubijcitur, non ne iſtum penitus in-
genio carere oſtēdit? Inde inquit aruſpicina ſum-
pſit artem et principium. Si haruſpicina eſt ars,
quomodo artem aliunde ſumere poteſt, et puta-
mus iſtum recte Quintiliani finem expoſuiſſe, qui
vel in minimis quibusq; tam pueriliter labatur.
Sed ne illud quidem quo prima iſtius expoſitio clu
ditur ineptijs vacat. Plinius tamen inquit, non Ta
gen ſed Delphon fuiſſe ſcribit. Vt enim taceam q
agreſtis eſt iſta locutio. Plinium enim verba iſte
non percipit a Cicerone Lucanoq; diſſentire ait; cū
Secūdę ex- Plinius Delphon primum haruſpicinę inuentorē
poſitionis er- fuiſſe ſcribat Cicero autem et Lucanus Thuſcos
rores: illam a Tage accepiſſe dicant. Illa vero quę ſubij
citur expoſitio facile demonſtrat iſtum ne rudi-
mentorum quidem grammatices eſſe peritum.
Indigenę inquit populi geniti ex Etruria. Pueri cer-
te quātumuis rudes nō ex Etruria ſed in Etruria ge
nitus eſſe aliquē dicerent, niſi forſitan iſte ſibi per
ſuaſit homines, vt mures interdum ex terra gigni
ſolere. Quid illud quod de haſtę Romuli iactu ex
Plutarchi ſententia ſcribit, non apte coarguit iſtum
non modo literarum eſſe expertem, verum cōmu
ni quoq; ſenſu carentem. Romulus inquit (vt ſcribit
Tertię er- Plutarchus) lanceam corneā iaculatus eſt experiē
rores di ingenij gratia. Quis vnq̄ ingenij experiūdi gra
tia aliquē haſtā iaculatum eſſe diceret? Profecto ne
mo, niſi vecors, cum preſertim apud Plutarchum
legatur. Sui experiendi gratia, hoc eſt ſuarum viri
Quintę um. Illud quoq; de eadem arbore inſulſe ab iſto
errores fuit ſcriptum. Interijt autem cum C. Cęſar propin-
qua arbori loca fodi mandaret. Neq; enim tunc
exaruit arbor illa, cum Cęſar mandauit illic gra
dus et aſcenſus inſtruendos, ſed cum radices a fa-
bris fuerunt exciſę. Verum hoc iſtius tarditati re-
mittatur. Illam lectionem quis in pedagogo pue-
ros docente ferat? Cum Cęſar loca fodi mandaret
Certe niſi poetica licētia ſe tueat, verberibus error
iſte foret caſtigādus. Mādo namq; vt omnes, et hanc vē
curādā mādo, elegāter, latineq; loquētes dixit. Quid
illa nōne ē et īpropria et falſa? Stabat. Firma erat
Stare namq; nō firmū, ſed erectū eē ſignificat. Stare
ſi qdē et colūnę et arbores dicūtur tātiſper dū nō ca-
dūt. Illud minime mirandū in iſto cōmentatore
nouo foret, quod quę ſunt in carminibus deprauata
ta non corrigit, niſi multa temerarie deprauaret
Hic. n. verſus. At ſua fulminea qui vidit Cippus in
vnda, mēdoſe legitur, neq; ab illo emēdatur, quod
quidē primū expoſituris eſt officiū. Tametſi namq;
in exēplaribus ac ſcriptū ſit, loco tñ illius hoc ad-
uerbium vt eſt reponendū, ita exigēte ſententia, quā
iſte nondū percepit. De Cippo vero ne vnum qui-
dem verbū facit, perinde atq; ſi notiſſima hiſtoria
foret, ac non et nomen et appellatio Cippus eſſet Sextę er-
id quod a diligenti grāmatico fuerat admonēdū rores
Sed quid in eo diligētiā exigo, cuius ipſa eſt negligētia
id vero facile ex eo colligit, quod de Roma ſcribit,
nā Roma in latio erat. Erat inquit, quaſi nūc in la-
tio non ſit Roma, ſed in Apuliam cōmigrarit. Fi-
nis nō erit, ſi oīa iſtius errata perſequi libuerit. Ve
rum illud quoq; aperte oſtendit, q̄ ſit aptus exponē Septimę
dis auctoribus īperitus iſte pędagogus. Succinctis errata
pinetis. Denſis (inquit) et alligatis pinetis. Nouas iſte
expoſitiones importat. Nemo ſiquidē grammati-
corum vnquam aſſeruit ſuccinctum denſum ſi-
gnificare. Succincta namq; pineta dicuntur, quod
fere et procera ſint et iuxta cacumen ramos emit
tant. Vt ſuccincti milites appellantur altius cin- Octauę
cti, ac breuiores induti veſtes. Sed illa quoq; quę in ineptię
fertur expoſitio ineptijs non caret. Iugerum enim
non a iungendo (vt iſte putat) ſed a iugo (vt Var
ro ait) eſt declinatum. Quid illa quę ſubijcitur, nō
ne foediſſimum redolet ſoloeciſmum? Portę quo-
q; quam intraturus erat. Per portam intrare dicē Nonę
dum eſſe ne ſemellę quidem ignorauit, illud euan errata
gelicum ſępius audientes, qui non intrat per ho-
ſtium fur eſt et latro. Sed iſte licentia poetica liben
ter vtitur, quamuis poetę nihil aliud habeat quam
furorem. Quo quidem actus pleriſq; in locis, quę
nihil ad propoſitum faciūt adducit, quę vero ma
xime neceſſaria ſunt, pretermittit. Sed vtinam om
nia pretermiſiſſet, neq; tam inſulſa locutione vſus
fuiſſet. Inſula ea inquit erat in Tyberi facta ex ſe-
gete Tarquinij ſuperbi, vt voluit Liuius, barbara ē
et agreſtis, neq; ab ingenuis agnoſcenda iſta locuti
o, ruſuſq; vnde venit eſt remittenda. Hoc vero fu
ſtibus eēt caſtigādū quod itinerarijs iſte Ouidiū agit
īperitię reū, falſoq; ab illo, cuius verba non pcipit,
Pliniū diſſētire ait. Ouid. namq; ex ſnia pſtātiſſimi cu Decimę
iusq; geographi, Delphos in medio orbis terrarū eē errores
ait. Iſte vero Pliniū falſo ait dicere Italiā atq; Sici
liam eſſe medium mūdi, quod quidē Plinius ipſe
nunquā ſcriptū reliquit, cum geographi omnes id
circo Delphos vmbilicum orbis terrarum eſſe di
cant, quod ſunt in meditullio orbis extructi. Sed p
fido illi ſcotę a q̄ fuerat exigua mercede nulla alia

de cauſa conductus, quam quod et fatuum ipſum cognoſcebat, et imperitum ſatisfacere, pulchrum putauit.

Vndecime

Vnde et medium mundi ait. Sed quid orbis? quid mundus ſit? quid mirum eſt iſtum ignorare: cum vbique tam pueriliter cadat. Quod enim ait. Epidaurum etiam inſulam fuiſſe in mari Illirico, quę nunc Raguſium dicatur, falſum eſt, cum Raguſium in continenti ſit, nec inſula vnquam fuiſſe ſcribatur.

Duodecime

Quod vero allegat Ariſtotelem, facile iſtum quisquis ſit, maximum eſſe nebulonem oſtendit, cum nec libri meminerit, nec illius ſcripta perceperit vnquam. Verum fatuus iſte ſibi perſuadet expoſitiones illas maxime accuratas eſſe, in quibus multa pręſtantium auctorum nomina ſint inſerta. Inſulſum eſt et illud et falſum. Qui nunc Auſonij nominantur. Nulli nanque

Tertiędecime

ſunt populi in Italia, qui nunc Auſonij vocentur. Sed ne illud quidem rectius eſt literis commendatum. Dicta eſt auſonia ab Auſonio Vlyſſis filio. Auſonianı et Auſones populos antiquiſſi olim Italię ab Auſone, non Auſonio Vlyſſis filio denominatos fuiſſe, et alii geographi, et Stephanus ſcribit. Illa quoque expoſitio quę infertur, vt omittam, ꝙ inſula eſt, defendi non poteſt a ſolœciſmo, niſi hoc pronomen ſe aſcribatur. Conantdunt, inquit legata exponere Phębi reſponſa, et illo iubente Aeſculapium petere. Sed ne illud quidem recte eſt enarratum. Variat ſententia. Varię erant opiniones. Proprię nanq; ſententię dicuntur in ſenatu, cum ſenatores aperiunt quid ſentiant de re, de qua conſultatur. Quo vero ſenatores ait artynos a Plutarcho appellari putidum eſt, cum neq; ad propoſitum faciat, nec cur ita appellentur exponat. Quid illud nonne odioſe affectatum? Extrema pars diei inquit, quę a Macrobio dicitur ſuprema tempeſtas. Quid enim ad expoſitionem facit? ſi extrema pars diei a

Quartę decimę

Macrobio ſuprema tempeſtas vocatur. Quod vero ait diffinitio noctis, quę (vt ſcribit Plinius) eſt vmbra noctis. Somnolentum eſſe iſtum pedagogum conuincit. Nox enim eſt vmbra terrę non noctis. Nihil enim per ſeipſum definitur. Sed ne illa quidem expoſitio eſt approbanda. Conſiſtere. Apparere noctu Romanis. Quaſi vero conſiſtere ſi noctu apparere. Aut conſiſtere ante thronum, vlla indigeat expoſitione. Sed qualis in ęde.

Quintę decimę

Quę de Macrobio iſte deſcripſit de draconum formis, nihil ad huius loci faciunt expoſitionē. Quod vero maxime eſt neceſſarium, nihil exponit qualis in ęde Aeſculapius coleretur. Fatue autem colitur pro colebatur poſuit, cum Aeſculapius nuſquam nunc colatur, niſi forte inſanus iſte illi quotidie ſacrificat, vt ſibi mentis ſanitas reſtituatur, qua ipſum carere etiam quod ſufficit oſtendit. Ad templa operoſa, opere inquit elaborata. Templa nanq; operoſa dicuntur multis operibus, multoq; labore confecta. Cum vero elaborata per duplex. ll. ſcribat, facile declarat ſe non minus ſcribendi ꝙ loquendi eſſe imperitum, ſed et iſte et alij barbariſmi in librariorum, vt dixi, incuriam referantur. Illa vero ꝙ accurata, quam apta eſt expoſitio. Deus aureus. Cęruleum inquit

Sextędecime

vt ſolent ſerpentes. Quid iſto inſulſius? Cęruleus nanque ab aureo ſic eſt diuerſus, vt nullam cum illo habeat affinitatem. Verum poeta ad aureum ſimulachrum alludit. Sed ne illa quidem cura ineptias. In ſerpente, Deus in ſerpentis formam. Immo vero in ſerpente deum fuiſſe poeta ait. Nec illa litora ſcyllea. Scopulus ſcyllę ſi aliter exponere nolebat, ſaltem per accuſatiuum enunciaſſet. Quę vero ſubijcitur eſt ne expoſitio an confuſio potius appellanda? Iapygia inquit ab Iapte Dedali filio, vt Plinius ſcribit, ea a Gręcis Meſſapia vocata eſt, auctor Strabo, quamuis Plinius Meſſapiam ſcribat calabriam eſſe a duce appellatam. Quid primum in iſta reprehendam expoſitione? Omnia nanque forent tranſuerſo calamo notanda, cum neque a Iapte iapygia, ſed ab Iapyge Dedali filio dicatur, et Strabonem Pliniumq;

Decimęſeptimę

inuertat, et in ſingulis nihil mihi eſt immorandum. Fatua quidem eſt etiam illa. Leuis remis. In leuam partem remigantibus, cum remi nunquam remigare dicantur. Ac ea quidem quę vel cęcis aperta ſunt, vt eſt in prouerbio, nouus iſte commentator exponit. Quę vero ſunt abſtruſiora, de iis ne vllam quidem facit mentionem. De amphryſiis ſaxis et celenis perinde atq; ſi loca eſſent omnibus vulgatiſſima, mirum agit ſilentium. Quod quidem ſi et in alijs feciſſet, rectius ſibi conſuluiſſet. Neque ſibi permiſiſſet ea deprauare, quę nihil percipiebat. Nam temerarius iſte pedagogus, qui ſibi falſam ſcientię induit perſuaſionem, id immutare auſus eſt, quod quamuis mihi quoq; deprauatum videatur, in omnibus tamen exemplaribus et vetuſtis et nouis quęcunque mihi vi-

Decimę octauę

dere contingit, vel Romechium vel Romethium eſt ſcriptum. Quę quidem nomina cum nullam cum plemmyrio, quod loco eorum citra vllam priſtinę lectionis mentionem iſte repoſuit habeant literarum affinitatem, minime fuerant de verſu tam temerarie tollenda. Addequod plemmyrium in ſicilia eſt iuxta ſyracuſas, et Ouid. loca Italię maritima ad quę

Decimę nonę

vectus eſt Aeſculapius enumerat. Quare iſtius temeritas in deprauandis codicibus, non verbis, ſed verberibus coercenda foret. Ego quidem multum diuq; dubitaui quomodo foret legendum, et quamquam exiſtimem me

Vigeſimę et reliquę ineptię.

correxiſſe, nihil tamen in verſu immutare ſum auſus, quod nullum vidi exemplar quod mihi aſſipularetur. Sed vt tritum eſt prouerbium, ſtolidis, moronibuſque omnia permittuntur. Age vero quam ſcite caulona exponit. Montem inquit calabrię vel oppidum, vt Plinius tradit. Immo et mons et oppidum eſt caulon, qui etiam aulon vocatur. De Narycia vero nullas

fa it mentionem, non tacituros ſiquid vnquam de illa legiſſet. Quid vero illa ſibi verba in lenco ſue expoſitione velint, viderit ipſe, que inquit hoc i loco iniecta periſt. Obſcuriora certe ſunt quam vt expolienti pueniant. Sed quid ineptias iſtius iſectori omnia vel ſpongia delenda vel igni tradenda ſorent, omitto igit quod tepidum pro amoeno exponit, et illud in quo oppido vno anno bis roſe naſcebantur. Nam ē iſte ablatiuus vno redundat, ē nunc quoq; bis anno roſe naſcunt. Sed quid de capreis dicemus, quas et inſulas campanie eē ait, et a papinio chęleboas vocari. Caprię nanq; nō caprę dnr, neq; plures ſunt inſulę ſed dūtaxat vna. Neq; a papinio chęleboę appellant, ſed teleboas ſedes fuiſſe aſſerunt. Quid quod ſciolus iſte pędagogus, ſi dijs placet. Ouidium ſugillare atq; irridere conat. cur aūt inquit Ouidius generoſo palmite dixerit, viderit ipſe. Perinde atq; ſi vinū ſurrhentinum apud priſcos maximo in p̄tio nō fuiſſet. Illud vero qd ait. Non ſtabias ſed ſtatinas eſſe legēdum, nonne iſtum et ſenſu et flagris indigere oſtendit, cum ſtabias et exēplaria habeant, et Plinius oppidum eſſe cāpanię ſcribat, quod abierit in villas. Niſi iſtius pędagogi temeritas retundatur, omnia vī corrumpet. Sed quid multa de iſtius erratis, cum plura pene ſint q̄ verba? Quapropter finem faciam, ſi prius illud teſtatus fuero, me ignorare, quid ſibi illa expoſitio velit, ſi inueſſa in ſetano ſita eſt ſinu a quo nomen vendicat. Ei pxime calidę ſunt balneę. Illud quoq; me deponere calamum volentem detinet, quod Ancon illo i loco ab iſto et legit et expoīt. Et ſpiſſi littoris Ancon. Ancon īqt greca ciuitas eſt a ſyracuſanis pdita, qd quidem verū eſſe non diffiteor, cum geographi oēs id tradant. Sed Aeſculapius per mare tyrrhenum vectus eſt Romam, non per Adriaticum, a quo Anconę muros lancinari etiam nauicularijs eſt notum. Non ſolū aūt geographię ratio iſti repugnat deprauatę lectioni, ſed etiam hiſtoria, quā diffuſe Valerius deſcribit. Quę vero ab iſto ſubijciunt de Apollinis et fortunę templo ficta ſunt et inſulſa, neque a Valerio ſcribuntur. Illud vero inſulſiſſime dictum eſt. C. Cęſarē laudat, vt oſtendat ſe ſumpſiſſe principium a chaos et ad Cęſarem perueniſſe. Neq; n. Oui. propter illud Cęſarem cōmendat, ſed in gratiā Auguſti, vt et elegantius metamorphoſin animę Cęſaris in cometem cum ſuperioribus connectat. Iſta vero non ſolum inepta, ſed falſa quoq; eſt expoſitio, pponendus eſt Auguſtus cūctis Cęſaris geſtis. Ouidius nanq; hoc non ait, ſed adoptionem Auguſti omnibus Cęſaris geſtis anteferendam cenſet. Falſum eſt illud quoq;, quod fatuus iſte refert. Flammas Veſtę. Hoc ideo dicit, quoniam (vt tradit Feneſtella) veſtales flagris cędi iubebantur a pontifice, ſi ignis ſanctus eſſet extinctus. Hoc enim non ſentit Ouidius, ſed per flammas Veſtę intelligit religionem. Sed ne illud quidem eſt verum, qd parcas a partu ex ſententia Fabij dictas eſſe ait. Quid? Illud eſt ne accurate expoſitum? Media cum ſede ſenatus. Venus inquit in curiam Pompeij, vbi Cęſar fuerat occiſus, a nullo perſpecta deſcēdit. Nō enim fuerat occiſus ſed erat occidendus, ſcribere debebat iſte pędagogus. Antēq enim occideret Cęſar, iam Venus in ſenatum deſcenderat, vt illius alam exciperet in cęlumq; tolleret. Illud vero nihil percipiens in contrarium vertit ſenſum. Vnaq; in parte repugnat. Fama inquit in cęteris fauet Auguſto. In hoc ei aduerſatur quod ſe patri pferat. Non ſolum autem Oui. ſed ſibi quoq; ipſi 9dicit. Nam paulo ante ait. Fama pponit Auguſtum Iulio Cęſa. q̄uis ipſe hoc nollet. Nunc vero contrarium ait. Illud quoq; pperam exponitur. Pater eſt et rector vterque, Vterq; inquit Iulius et Auguſtus. Immo vero Iuppiter et Augu. Tale eſt. n. quale illud Virgilianum. Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane. Diuiſum imperium cum Ioue Cęſar habet. Hoc vero qui non videt, exponendis auctoribus nihil eſt aptus. Sed de pędagogi iſtius temeritate ineptijs plura q̄ propoſueram, non tam q vlla annotatione digna putarē, q̄ vt et vos eloquētiſſimi aduocatores, et per vos ſtudioſi omnes cognoſcerent iſtiuſmodi ineptias meis enarrationibus nulla alia de cauſa a ſcelerato illo librario fuiſſe aſcriptas, que vt me meaq; omnia euerteret, ac vbiq; et in omne tempus infamaret, anſamq; inuidis ac ſemidoctis quibuſdam in me debacchandi pręberet. Valete clariſſima eloquentię, ſenatuſque Veneti ornamenta.

RAPHAEL REGIVS PAVLO CORNElio Patritio. V. Doctiſſimo, Sapientiſſimoq; Sena. felicitatem.

EX relectione mearum in Ouidii metamorphoſin enarrationum, quas Octauianus quidam Scota primus impreſſit, deprehendi ꝙ plurima et foediſſime quidem, ſiue librariorum incuria, ſiue inuidorum quorundam conſpiratione, ſiue potius vtroq; fuiſſe deprauata, et me quoq; dum librariis ipſis ad finem properantibus morem gerere ꝙ pcipitũ Horatio, vt ſiquid ſcribimus in aliud tempus reponat nonumq; prematur in annum parere malo, in quibuſdã lapſum eſſe animaduerti. Que quidem niſi in hac ſecunda editione correxiſſem, et de ſtudiis male meritus eſſem, et iſtis vitiligatoribus, qui vel ea que recta ſunt, damnare ſolẽt, anſam maximã in me debacchandi prębuiſſe videri poſſem. Nunc vero cum ea que cum feſtinatiõe, tum iſtorum malignitate deprauata erãt in tranſcurſu cognoui, emendari, et bone menti iuuenibus optime conſuluiſſe, et os iſtis obtrectatoribus ita videor obſtruxiſſe, vt Cerberi more vanos dũtaxat latratus ĩ auras rabiẽ ſuã indicantes edere poſſint. Quis.n. niſi ĩpudẽs, vanuſq; nebulo illius operis, quod me et inſcio et inuito citra vllam caſtigationẽ meam ſit editum, errores quos vel in prima editione emendaturus, ſi licuiſſet, eram. Vt Ouidii carmen iſtis obiicere mõtiar, et in ſecunda correxi, mihi duxerit ĩputandos? Neq; ignoro non nulla in hac quoq; ſecunda editiõe et noui iſtius artificii difficultate et librariorum incuria admiſſa reprehenſum iri, ſed illa tum leuia tum que facile vnuſquiſq; vel mediocriter doctus citra vllas admonitionem poſſit emendare. Que quidem notatu digna iſtis nebulonibus malignis facile videbuntur, qui tametſi nihil eximiorum operum citra alienas expoſitiones percipiant ꝑlegereue audeant, nunquam tamen per quos proficiũt, lacerare deſiſtunt. Sed vt qui milium ſeminant paſſerculos contemnere in trito eſt prouerbio. Sic ego vanas iſtorum voculas, dum probis doctiſq; hoc ẽ tui ſimilibus, Paule Corneli placeã, floccifacere conſtitui. Tu nãq; illa es et modeſtia et doctrina, vt que bñ ſcribuntur ĩgenue cõmendes. Que vero feſtinatiõe librariorumue ĩcuria peccant, illa benigne excuſes. Qui.n. pleriſq; in locis nõ ſenſit librarios eſſe hallucinatos, is nõ minus indignus eſt, qui nr̃is lucubrationibus vtatur, ꝙ pueriles illos errores malignitate quorũdã inuidorum ĩ prima editione admiſſos in me putat eſſe regerẽdos. Quãobrem etſi iſtiuſmodi librariorum errata nõ corrigant, nihilo minus tñ et tuo et tui ſimilium pquã acri ſinceroq; iudicio me aduerſus iſtos obtrectatores tutum eſſe cognoſco. Vale eximium Cornelię gentis ornamentum.

Ad Lectorem.

Accipe ſtudioſe lector integras Raphaelis Regii in Ouidii metamorphoſin enarrationes, ac in Quintiliani oratoria inſtitutiones eiuſdẽ annotationes, que iterum diligentiſſime ĩprimi cęperunt, ſi potes expecta. Que nãq; ſuperiore anno ꝑfidia cuiuſdam librarii me inſcio emiſſę fuerũt, nõ pleriſq; mõ in locis quorũdam inuidorum conſpiratione foediſſime deprauatę fuerunt. Verum ꝑfatione quoq; indice. Vita poetę. iis que προλεγομενα Gręci vocant, et vltimi quaternionis expoſitionibus mihi cõpoſitis fraudare circũſcerunt. Librarius enim ille torum ſibi conſcius, que deprauarat, noluit tãtiſper expectare, dum totũ opus relegerẽ atq; caſtigarem. Sed quẽdam ſi nõ malignum, fatuũ certe et ineruditum induxit, qui meas enarrationes ſuarum ineptiarum appoſitiõe inquinaret. Quod quidem cũ reſciuiſſem, pluresq; errores ꝙ verba in illius expoſitionibus noĩe meo conſcriptis ineſſe deprehendiſſem, et librarium ipſum falſi reum egi, et enarrationes diligentiſſime emendatas iterum ĩprimendas curaui. Quare in his quoq; ĩuenies eadẽ aliqua, multa mutata, plurima adiecta, oĩa vero cõpoſitiora, et ꝙ nos potuimus, emendata. Cęterum candide lector caue ne in emendis quoq; noſtris in Quinti. annotationibus, que eiuſdem ĩperiti ineptiis foedatę citra vllam ꝑfationem noſtram venales circumuehuntur.

Impreſſum Tuſculani apud Benacũ. In ędibus Alexãdri Paganini. M.D.XXVI.

REGISTRVM.

a A B C D E F G H I K L M N O P Q R.

Omnes ſunt ſexterni preter a qui eſt quaternus et R quinternus.

BADIA DI GROTTAFERRATA
MONUMENTO NAZIONALE · ROMA ·
LABORATORIO RESTAURO DEL LIBRO

Digitized by Google